















\TISTES

\LIS.



CORPUS REFORMATORUM



EDIDIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER,

PHILOS. ET THEOL. DOCTOR,
CONSIST. SUPREMI GOTHANI CONSIL. INTIM. ET MINISTRORUM VERBI DIVINI IN DUCATU GOTH. ANTISTES PRIMARIUS,
ORDINIS DUC. SAX. ERNESTIN. EQUES,
SOCIETATIS LATINAE IENENSIS ET SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALIS.

VOLUMEN II.

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

1835.


PHILIPPI MELANTHONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

EDIDIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.



VOLUMEN II.

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

1835.

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLAE, PRAEFATIONES, CONSILIA, IUDICIA, SCHEDAE ACADEMICAE.

ACCESSERUNT

CASP. CRUCIGERI EPISTOLAE ET IUDICIA, ALIORUMQUE ETIAM EPISTOLAE AD VITAM MELANTHONIS ILLUSTRANDAM SPECTANTES.

UNDIQUE EX LIBRIS EDITIS COLLEGIT,

EX MANUSCRIPTIS EMENDAVIT ET AUXIT, ET SECUNDUM SERIEM ANNORUM

DISPOSUIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN II.

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLARUM, PRAEFATIONUM, CONSILIORUM

LIBER QUINTUS,

COMPLECTENS EA, QUAE MELANTHON SCRIPSIT ANNO 1530.

ANNALES VITAE PHILIPPI MELANTHONIS.

ANNO 1530.

Ian. 6.	Conventus Protestantium Norinbergae.
12.	Melanthonis epistola ad Oecolampadium de sacra coena. — *Campanus* impia dogmata de Trinitate spargit Witebergae.
21.	Caesaris litterae ad Ordines Germaniae, quibus indicit comitia Imperii ad d. 8. April. habenda.
Febr.	Melanthon mittit „nova scholia in Prov. Salomonis" Magno, Duci Megaloburgensi.
24.	Bononiae sollemni ritu Carolus Imperator inauguratur a Pontifice Romano.
	Excuduntur Melanthonis „testimonia veterum scriptorum de s. coena."
	Myconio Melanthon scribit de puniendis Anabaptistis.
	„Dispositio orationis in Ep. Pauli ad Romanos" denuo edita est.
Mart. 6.	De quaestione: an armis resistere liceat Imperatori, vim illaturo in causa religionis? suam Melanthon sententiam scribit.
	Fama erat sparsa, mortuos esse Lutherum et Melanthonem.
	Melanth. edit Virgilium. — Improbat Zwinglii sententiam de sacra coena.
14.	Dux Saxoniae Elector iubet, ut theologi Witebergenses capita doctrinae controversae in usum comitiorum litteris mandent, scriptum Torgam afferant, seque ad iter parent.
21.	Princeps Elector Lutherum, Melanthonem, Bugenhagium et Ionam Torgam accersit.
27.	Mel. Torgae est, Ibi de Campani opinionibus iudicium ei est dicendum.
April. 3.	Princeps Elector Torga movens cum theologis iter ingreditur Augustam.
	Lente progressi in itinere, Princeps Elector cum theologis venit Coburgum, ubi diutius commorati sunt. — Melanthon incipit capita doctrinae conscribere in comitiis tradenda.
21. vel 22.	Princeps Elector cum Melanthone, Iona, Spalatino et Agricola digreditur Coburgo, ibi relicto Luthero, qui post abitum Principis d. 22. Apr. se confert in arcem Coburg, ubi usque ad d. 4. Octb. consedit, et *Vitum Theodorum*, Norinbergensem, socium habuit.
27.	Norinbergae commorantur Princeps et Theologi.
28.	Abeunt Augustam.
29.	Lutherus occupatur in scribenda „Ermahnung an die Geistlichen, versammelt auf dem Reichstag zu Augsburg," quam mox absolutam misit Witebergam, ut excuderetur.
Mai. 1.	Mel. est Donawerthae.
2.	Princeps Elector cum Theologis intrat Augustam.
4.	Melanthon exordium Aug. Confessionis aliquanto ῥητορικώτερον facit, quam illud scripserat Coburgi.
11.	Confessio Aug. mittitur Coburgum ad Lutherum.
12.	Philippus Landgravius Hass. intrat Augustam.
15.	Lutherus remittit confessionem sibi probatam. — Adveniunt legati Norinbergenses et adferunt confessionem a concionatoribus Norinb. conscriptam, quae Melanthoni non displicet.
	Theologi Principum Protestantium fere quotidie conciones sacras habent in templis Augustanis.
19.	Indicant theologi, quid faciendum sit, si Caesar conciones solvi iusserit.
20.	Lutherus Philippum Landgrav. Hass. hortatur, ne Zwinglianis faveat.

Mai.

22. Melanthon multa mutat in confessione. — Hortatur Lutherum, ut Landgravium Hassiae moneat, ut ipse quoque confessioni subscribat.

24. Georgius, Marchio Onolsbac., Augustam intrat. — Pontanus, cancellarius Sax., confessionem recognoscit et elaborat in formando epilogo et prologo. — Caesar per legatos postulat a Duce Sax. Elect., ut edicto Wormatiensi obtemperetur, et theologis conciones habere interdicat. (Vid. scriptum eius apud Coelestin. T. I. p. 50. Chytr. p. 37. Mueller. p. 502. et Walchium in opp. Luth. T. XVI. p. 824.)

25. Mel. quaedam scribit ad defendendam emendationem sacrorum, et colligit gravamina Ducis Sax. Electoris.

28. Pontanus et theologi sententiam dicunt de concionibus intermittendis.
Theologi et Consiliarii Sax. occupantur in recognoscenda Aug. confessione.

31. Confessio germanica nondum est absoluta. Latinae confessionis apographon, cui tamen desunt prologus et epilogus, item articulus de fide et operibus, traditur Legatis Norinberg.
Dux Sax. Elector respondet legatis Caesaris, Comitibus a Nassau et a Nuenar, se eius mandatis d. d. 24. Maii obsequi non posse. (Vid. responsum apud Coelestin. I. p. 51. Mueller. p. 506. Walchium in opp. Luth. XVI. p. 829.)
Mel. respondet ad sex quaestiones ipsi a Principe Electore propositas.

Iun.

2. Cochleus Melanthonem et Brentium invitat ad colloquium privatum.

3. Mel. hortatur Lachmannum, ne faveat Zwinglii doctrinae de sacra coena. — *Eckius* nondum adest, sed quotidie exspectatur.

4. *Mercurinus Gattinara*, Caesaris cancellarius, moritur Oeniponte, in cuius locum venit *Granvellanus* Vesontinus.

8. Epilogus et prologus Aug. conf. nondum est absolutus. Hoc tempore confessio nomine solum modo Ducis Sax. Elect. conscripta erat. Agunt autem Protestantes cum Electore, ut omnium nomine exhibeatur.

10. Caesar Monacum intrat cum Ferdinando rege.

11. Landgravius Hassiae cum Melanthone et Brentio frustra agit de admittendis Zwinglianis ad societatem Lutheranorum.

13. Melanthon scribit Luthero, ut Landgravium hortetur de vitandis Zwinglianis, qui seditionem parent adversus Caesarem.

14. Legati Norinb. apographon confessionis germanicae accipiunt, sed sine prologo et epilogo, quia spes est fore, ut confessio omnium Protestantium nomine exhibeatur Caesari. Articulus de fide et operibus in confessione germanica (quam legati d. 15. Iun. Norinbergam mittunt) est, sed nondum in latina.

15. Caesar intrat Augustam et statim a Principibus Protest. postulat, ut taceant eorum concionatores. (Vid. narratio in opp. Luth. Witeb. IX. p. 409. Hal. XVI. p. 873.)

16. Caesar vult, ut Protestantes pompae die corporis Christi per urbem ducendae intersint, quod hi negant. — Legati Argentoratenses queruntur de Melanthone, qui famam spargat, se bellum parare adversus Caesarem.

17. Epilogus confessionis nondum est scriptus. — Principum Protestantium responsum ad Caesarem de concionibus sacris non intermittendis. (Editum in Spalatini annal. p. 201. apud Chytraeum p. 41. Coelestin. I. p. 86. Muellerum p. 538. et ex Muellero apud Walch. in opp. Luth. XVI. 881.)

18. Caesar interdicit, ne ullae omnino conciones sacrae publice habeantur in comitiis.

20. Initium Comitiorum. — Legatus pontificius, Vincentius Pimpinellus, orationem habet coram Caesare et Ordinibus in templo. (Legitur apud Coelestin. I. p. 105.)
Per Fridericum, Comitem Palatinum, Caesaris internuntium, praeleguntur Principibus et Ordinibus propositiones Caesaris, videlicet de auxiliis mittendis contra Turcas, et de componendis litibus in causa religionis. (Integrum scriptum vid. apud Coelestin. et Chytraeum et in opp. Luth. Hal. XVI. p. 928. — Posteriorem partem habes in opp. Luth. Witeb. IX. p. 442. Ien. V. p. 271. Altenb. V. p. 225. Lips. XX. p. 213. et apud Muellerum p. 564.)
Mel. privatim agit cum Waldesio, Caesaris secretario, de restituenda concordia in causa religionis.

21. Episcopus Salisburgensis colloquitur privatim cum Melanthone.

23. Conveniunt Protestantes et confessioni nomina subscribunt.

Iun.
24. Conventus omnium ordinum Imperii. Protestantes petunt, ut ipsorum confessio praelegatur et tradatur Caesari. Caesar promittit, se postero die confessionem auditurum esse.

25. Confessio Protestantium publice lingua vernacula legitur et traditur Caesari. Epistola Principis Electoris ad Lutherum (in opp. Luth. Witeb. IX. p. 411. Ien. V. 36. Altenb. V. 28. Lips. XX. 175. Hal. XVI. 892. et apud Chytr. p. 54.).

26. Protestantes Caesari, id petenti, promittunt, se, inscio et invito Caesare, non permissuros esse, ut confessio a suis divulgetur. — Catholici consultant de refutatione confessionis.

27. Melanth. ex Luthero quaerit, quid adversariis in doctrina concedendum esse putet. — Alexander *Schweiss* confessionem in gallicam, et Alphonsus *Waldesius* eandem in italicam linguam vertunt.

28. Mel. monet Comitem *a Nuenar*, ut utramque partem ad pacem hortetur. — Deliguntur Principes Electores et alii, item Episcopi quidam, ut de causa religionis componenda agant.
Iusti Ionae, Erhardi Schnepfii, Ioannis Rüreri (concionatoris Onolsbac.) et Henrici Bockii (concionatoris Luneburg.) epistola ad Principes Protestantes in Comitiis. (Vide eam in Spalatini annal. et in opp. Luth. Hal. XVI. 1056.)

29. Mel. epitomen doctrinae fidei scribit in usum privatum Caesaris.

30. Epistolae Lutheri ad Melanthonem, Brentium, Spalatinum, Agricolam et Ioannem Fridericum, Ducem Sax., ut eorum animum erigat.

Iul.
4. Mel. tristitia valde adfectus est, et in suspicionem venit, se nimio pacis studio adversariis plura, quam liceat, concedere velle.

5. Urbes liberae Imperii, protestationi adhaerentes, Caesari tradunt declarationem suam, gallice et germanice scriptam, de causa religionis.

6. Legati Norinbergenses apographon confessionis latinae mittunt ad Senatum Norinb., et legati Halenses apographon confessionis germanicae mittunt Halam in Suevia. — Mel. scribit ad Campegium Cardinalem, ut animos ad pacem flectere studeat. — Eodem die Lutherus Albertum, Archiepiscop. Mogunt., graviter monet, ut pacem promoveat.

8. Mel. ad Campegium accersitur.

9. Caesar Protestantes interrogat, an praeter ea, quae ipsorum confessio de doctrina fidei et de ritibus ecclesiasticis habeat, plura velint in medium proferre? cui Protestantes respondent d. 10. Iulii. (vid. Mueller. p. 667.)
Adveniunt fere hoc tempore Bucerus et Capito, et cum Lutheranis agere incipiunt de concordia in doctrina de sacra coena. Post eorum adventum Caesari confessio, quae dicitur, Tetrapolitana traditur, item confessio Ulmensium.

12. Brentius Halam in Suevia mittit apographon latinum confessionis.

13. Catholici confutationem Aug. confessionis tradunt Caesari, cui displicet.
Lutherus Melanthonem, Ionam et Spalatinum hortatur, ne cedant adversariis, neve Caesarem ferant iudicem in causa sacrorum.

14. Melanthon Luthero scribit de traditionibus ecclesiasticis.

15. Caesar theologis cathol. reddit confutationem Aug. conf., ut eam emendent. — Caesar, minis inspersis, petit, ut Protestantes nova dogmata abiiciant et ad veterem Ecclesiae doctrinam redeant.
Lutherus theologis Augustae congregatis scribit, optimum esse, ut ex comitiis discedant.

21. Principes Protest. respondent Caesari, se veritatem ex scriptura sacra cognitam nunquam esse deserturos.
Lutheri epistola ad Melanthonem de auctoritate traditionum ecclesiasticarum.

23. *Bucerus* cum Pontano agit de admittendis Zwinglianis in societatem Lutheranorum et de concilianda utriusque partis doctrina de coena sacra. (Vid. eius epist. ad Pontanum apud Coelestin. II. p. 294.)

25. Melanthon doctrinam Zwinglianorum de s. coena improbat.

26. Rosellii, Veneti, ad Melanthonem epistola prior, quem ad constantiam adhortatur.

27. Mel. Erasmum Roter. rogat, ut Caesarem placare studeat.

28. Bucerus et Capito cum Melanthone per litteras agunt de s. coena.

31. Dux Saxoniae Elector parat discessum.

Aug. 1. Rosellii epistola posterior ad Melanthonem. — Bucerus iterum hoc die scribit ad Pontanum. (Vid. epist. eius apud Coelestin. II. p. 297. et in cod. Goth. 190. p. 185. ubi in fine dies additur: „Calendis Augusti.")

3. Refutatio pontificia publice recitatur, qua satis Protestantes refutatos esse Caesar declarat. — Lutherus Melanthoni respondet de traditionibus.

4. Mel. scribit ad Campegium Cardinalem de conditionibus pacis faciendae. — Bucerus denuo scribit ad Pontanum, suamque rem defendit. (Eius epist. habetur apud Coelest. II. p. 301. et in cod. Goth. 190. p. 180.)

5. Protestantes a Caesare frustra petunt, ut ipsis apographon confutationis pontificiae tradatur.

6. Philippus Landgr. Hass. clam discedit Augusta, et per litteras (apud Muellerum p. 713.) Ducem Sax. Electorem hortatur, ut fortis sit in defendenda causa communi, eique auxilium promittit. — Melanthon se purgat Campegio de calumnia aliqua.

Delecti, ut de concordia in causa doctrinae christianae facienda deliberarent, videlicet XVI Principes et Episcopi (Archiepisc. Moguntinus, Ioachimus March. Elector, legati Trevirenses, Palatini et Badenses, Archiepiscopus Salisburg., Georgius Dux Saxon., Henricus Dux Brunsv., Albertus Dux Megelburg., Episcopi Wormatiensis, Argentoratensis et Augustanus, Georgius Truchsess legatus Austr., Abbas Weingart. et Martinus Comes Oetting.) d. 6. Aug. conveniunt. Mediatorem inter utramque partem facit Ioachimus Brandenb.

7. Delecti quaedam Protestantibus proponunt, non sine minis. (Vid. Mueller. p. 714.)

8. Deliberant Protestantes de responso Catholicis dando.

9. Protestantes interprete Pontano, Cancellario Saxon., (vid. ep. legator. Norinb. d. d. 11. Aug.) respondent Catholicis. (Habes responsum apud Chytr. p. 224. Muellerum p. 716. et Walchium in opp. Luth. XVI. p. 1632.)

10. Erasmus Rot. scribit ad Campegium, ne Caesar armis utatur adversus Protestantes. (Vid. eius ep. apud Coelest. III. p. 29^{b}.)

11. Nova delectorum ad Protestantes declaratio. (Apud Chytr. p. 227. Muellerum p. 722. et Walch. in opp. Luth. XVI. p. 1636.)

13. Novum et alterum responsum Protestantium ad Delectos. — Melanthon scribit ad Episcopum August., ut conciliationem promoveat.

15. Ab utraque parte *septem* mediatores deliguntur, qui de conciliatione ulterius agant (**der engere Ausschuß**). A parte Catholicorum: Christoph. *a Stadion*, Episcopus August., *Henricus* Dux Brunsv., in cuius locum mox successit *Georgius* Dux Saxon., Bernhardus *Hagen* Cancellarius Trevirensis, Hieron. *Vehus*, Cancell. Badensis, et ex theologis Io. *Eckius*, Conr. *Wimpina*, Io. *Cochleus*. Ex Protestantibus: *Ioannes Fridericus*, Dux Sax., *Georgius*, Marchio Brandenb., eorum cancellarii Georgius *Bruck* et Sebast. *Heller*, et ex theologis Phil. *Melanthon*, Erhard *Schnepf* et Io. *Brentius*. Georgius Spalatinus notarii partes aliquamdiu egit. (Vide Muellerum p. 743 sqq.)

16. Primus conventus XIV delectorum. — (Quid actum sit in colloquiis et scripta ab utraque parte exhibita habes apud Chytr. p. 259 sqq. Coelest. III. p. 36 sqq. Muellerum p. 745 sqq. Walch. in opp. Luth. XVI. p. 1673 sqq.)

20. Desinunt colloquia XIV delectorum.

21. Melanthon indicat doctrinae capita, in quibus Protestantes cum adversariis convenerint, et in quibus adhuc dissentiant.

22. Catholici Caesari referunt, quid in colloquio actum fuerit. (Scriptum eorum habes apud Chytr. p. 248. Muellerum p. 775. Coelest. III. p. 42. Walchium XVI. p. 1714.) — Protestantes narrationem Catholicorum emendant (apud Chytr. p. 253^{b}. Muellerum p. 793. Coelest. III. p. 47^{b}. Walch. XVI. p. 1729.)

23. Terni ab utraque parte eliguntur (a Catholicis: Bernh. ab Hagen Cancellar. Coloniensis, Hier. Vehus Cancell. Badens., et Io. Eckius; a Lutheranis: Greg. Pontanus, Sebast. Hellerus et Phil. Melanthon), ut de iis, de quibus nondum convenerat, ulterius colloquantur (**der geengerte Ausschuß**). — (Argumenta col-

loquiorum, usque ad d. 31. Aug. protractorum, narrat Muellerus p. 801. et ex eo Walchius XVI. p. 1733—1748.)

26. Mel. sententiam suam literis mandat de Buceri doctrina de s. coena.

Lutherus Ioanni Electori, Melanthoni, Spalatino et Ionae scribit, quid statuat de conciliatione cum Catholicis.

28. Delecti a parte Lutheranorum suam, quam velint prorsus tenere, sententiam perscriptam tradunt Catholicis, interprete Gregorio Pontano, ut videtur. (Vide illam in opp. Luth. germ. Witeb. IX. p. 462. Ien. V. 288. Altenb. V. 237. Lips. XX. 225. Hal. XVI. 1749. apud Chytr. p. 273. Muellerum p. 821. et latine apud Coelest. III. p. 59 ^{b}. et apud Foerstemannum: Archiv für die Geschichte der kirchl. Reformation ꝛc. p. 120 f.)

29. Mel. Luthero scribit, quid adversariis concedi posse putet. — Norinbergenses in Melanthonem valde invehunt, quod Episcopis iurisdictionem servatam velit, et adversariis nimium cedat.

30. Finitur colloquium sex delectorum, et Catholici Caesari narrant, quid effectum sit. (vid. Coelestin. III. p. 59.)

31. Mel. sese excusat Camerario de criminationibus Norinbergensium.

Sept.

4. Cancellarius Episcopi Leodiensis privatim agit cum Melanthone de reconciliatione partium.

5. Mel. ei respondet.

7. Mel. causas, cur missae privatae ferri non possint, scripto complectitur.

Caesar Protestantes convocat, promittit concilium, sed postulat, ut omnia interim in statum priorem restituant. (Mueller. p. 842 sqq.)

9. Protestantes respondent Caesari ad ea, quae d. 7. Septb. ipsis proposuerat, interprete Pontano. (Mueller. p. 849 sqq. Foerstemann. p. 139.)

10. Hier. Vehus, Cancellarius Badensis, Pontano et Melanthoni indicat, se et Georgium Truchsess uberius cum iis agere velle de conciliatione. (Mueller. p. 866 sqq. Foerstem. p. 155 sqq.)

12. Ioannes Fridericus Dux Sax. digreditur Augusta.

13. Georgius Truchsess a Walburg, Caesaris Consiliarius, ut periculum reconciliationis faciat, scriptum in hunc finem compositum Georgio, Marchioni Brandenb., tradit, qui illud exhibet Ioanni Duci Sax. Elect. (Edidit illud germanice Muellerus p. 875., versionem eius latinam habent Chytr. p. 318. et Coelestin. III. p. 78., e quo illud in germanicam linguam vertit Walch. in opp. Luth. XVI. p. 1825. — Missum est Luthero et ab eo remissum cum notis in margine, quae dedit Coelestinus l. l.)

Mel. gravissime reprehenditur a Norinbergensibus.

14. Mel. occupatus est in adornanda apologia August. confessionis. — Ioannes Fridericus Dux Sax. venit Coburgum.

17. Theologi Protestantium suam perscribunt sententiam de via conciliationis a Truchsessio monstrata. — (Ad eandem rem pertinet Spalatini iudicium Principi Electori factum, editum a Cypriano in: Beilagen zur Historie der Augsb. Confession p. 206., repetitum sed satis mendose a Walchio in opp. Luth. XVI. p. 1830. Autographon Spalatini est in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 37. no. 2.

21. Hieron. Vehus, Cancellarius Badensis, iterum media conciliationis proponit, sed frustra. — (Declarationem Protestantium dedit Coelest. III. p. 136.)

22. Imperator congregatis Protestantibus primam formam recessus imperii, ut vocant, proponit per Fridericum, Comitem Palatinum. (Vide recessum in opp. Luth. germ. Witeb. IX. 460. Ien. V. 282. Altenb. V. 235. Lips. XX. 224. Hal. XVI. 1848. Apud Chytr. p. 296. Muellerum p. 895. — Latine apud Coelest. III. 137. et Goldast. Constit. Imper. p. 509.) — Protestantes, interprete Pontano, rogant, ut hoc mandatum ipsis scriptum tradatur, ut deliberandi spatium ipsis concedatur, et Caesar accipiat apologiam Aug. confessionis. (Vid. Chytr. p. 467. Coelest. III. p. 138. Mueller. p. 899.)

23. Caesar per Ioachimum Brandenb. respondet, se apologiam accipere nolle, sed velle, ut Protestantes in edicti forma acquiescant, cui hi, interprete Pontano, declarant, se suam sententiam mutare non posse.

Ioannes Dux Sax. Elector, item Ernestus Dux Luneb. et Wolfgangus Princeps Anhaltinus hora III vespertina Augusta discedunt, domum redituri. Simul cum Principe Electore Pontanus et theologi domum redeunt. Manent Augustae Electoris Consiliarii Ioannes a Planitz, Christophorus a Taubenheim et Ioannes a Dolzig.

25. D. 25. Septb. et seqq. Caesar agit cum legatis urbium de decreto suo admittendo.

Oct.
1. Melanthon est Coburgi.
4. Melanthon et Lutherus Coburgo discedunt.
7. In comitiis August. Ernestus, Marchio Badensis, novum periculum facit conciliandarum partium. (Scriptum ab eo traditum vid. apud Mueller. p. 941. et Walch. in opp. Luth. XVI. 1890. Quid Dux Saxon. Elector ea de re ad legatos suos, qui Augustae adhuc versabantur, d. 15. Oct. rescripserit, habes apud Mueller. p. 948. et Walch. l. l. p. 1894.)
11. Caesar in comitiis convocat Imperii Principes et legatos ad audiendam formam decreti, quo finienda sint comitia.
Mel. cum Luthero venit Torgam.
Nov.
11. Legati Protestantium in comitiis convocantur, ut audiant decretum Caesaris.
12. Legati Protestantium in comitiis Caesari declarant, se in edicto acquiescere non posse.
Mel. totus est in adornanda apologia Aug. confessionis.
13. Legati Saxonici, Hassiaci et alii Protestantium Augusta discedunt domum.
19. Decretum Caesaris, quo comitia finiuntur, publicatur.
24. Caesar Augusta discedit.
Exeunte Nov. prima Augustanae confessionis editio Witebergae excusa esse videtur.
Dec.
12. Mel. quaedam de electione Regis Romani scribit in usum Principis Elect.
22. Conventus Protestantium Schmalkaldiae propter electionem Regis Rom.
29. Ferdinandus, frater Caesaris, Coloniae eligitur Rex Romanus.
Hoc anno Mel. edidit commentarios in aliquot libros Aristotelis, Ulrico Sillingo dicatos.
Praefatur in propositiones a M. Luthero subinde disputatas.
Scribit discendae theologiae rationem.

ANNO 1531.

Ian.
1. Melanthon Principem Electorem non amplius dehortatur, ne armis defendat causam Evangelii. (Vid. etiam ep. ad Camerar. d. 15. Febr.)
Multum laboris sustinet in apologia Aug. Conf. adornanda.
22. Febri laborat. — Bucero scribit de coena sacra. — Lutherus Buceri sententiae non adsentitur.
Febr.
16. Mel. Ordinibus Imperii Protestantibus conscribit epistolas ad regem Angliae et regem Galliae, qui monentur, ne se perpelli patiantur ut arma capiant contra Protestantes prius quam res in Synodo rite cognita fuerit.
Guil. Reiffensteinio dicat „*Linacri* libros de structura latini sermonis."
Mart. Ineunte Martio retexit apologiam ut edatur longe auctior et melius munita.
7. Apologia nondum est absoluta. „Crescit enim opus inter scribendum."
Medio mense Norinbergensibus scribit de Buceri studio concordiae faciendae.
20. Spalatino scribit de descensu Christi ad inferos.
29. Conventus Protestantium Schmalcaldiae, ubi foedus ineunt de defensione causae religionis contra vim hostilem.
Exeunte Martio „Apologia adhuc sub prelo est; retexitur enim et amplificatur tota."
April. Absolutus est in apologia locus de coniugio. — Lutherus apologiam ex latino sermone in vernaculum vertit.
Brentio mittit propositiones de iustificatione.
17. Camerario scribit: „apologia mea his diebus edetur."
Mai. Maio med. ad Brentium scribit de fide et iustificatione.
Iun.
4. Conventus Protestantium Francof. ad Moen. de creando rege Romano.
7. Mel. scribit: „nunc recuditur apologia, et ego studeo reddere quaedam illustriora in loco iustificationis."
12. Camerario scribit de *Carione*, eiusque vaticiniis et chronico.
14. Rhetorica Mel. excuditur.

Iul.
10. Nascitur Mel. filia, Margaretha, postea Peuceri uxor.
15. Campanus est in Iuliacensi ditione.
16. Grynaeus ex Anglia adfert quaestionem de matrimonio Henrici Regis. — Ad Camerarium Mel. scribit: „ego laboribus ac curis miserrimus conficior."
Aug.
18. Cometen conspicit.
22. Comites a Nassau et a Nuenar veniunt ad Principem Electorem, acturi de conciliatione.
23. Mel. scribit de digamia Regis Angliae.
Hoc mense praefatur ad Gryneum in librum Ioannis de sacro Busto de sphaera, ubi disserit de dignitate astronomiae.
Sept.
9. De Comete scribit ad Camerar. (Item med. Septb.)
14. De missa privata scribit ad Marchionem Brandenb.
29. Camerarium hortatur, ut, Norinberga relicta, se conferat in Academiam Erford.
Adhuc cuditur apologia germanica, quam emendat.
Elementa rhetorices dicat filiis Reiffensteinii.
Oct.
11. *Zwinglius* caeditur in acie.
31. Mel. de Anabaptistis severe iudicat.
Queritur, quod rixae theologicae ipsum abducant a studio litterarum.
Dec.
1. *Oecolampadius* moritur.
19. Conventus legatorum Protestant. Francofurdi ad Moen., ubi quod reliquum erat de paranda defensione statuunt.
Enarravit hoc anno Homerum.

ANNO 1532.

Ian. Ineunte Ianuario Mel. rhetoricen suam mittit Magno, Duci Megapolit., eique commendat Sabinum.
13. De Oecolampadio et de Lutheri valetudine scribit Camerario. — „Norica" Ioachimi Camerarii excuduntur Witebergae.
29. Lutherus, qui periculose aegrotaverat, convalescit.
Exeunte Ian. Mel. dono accipit poculum argenteum inauratum a Magno, Duce Megapol., et Sabinus pannum.
Corvino mittit Mel. Chronicon Carionis, in quo multa emendaverat.
Mel. in schola enarrat epist. ad Romanos.
Febr.
1. Caesar ex Belgio Moguntiam venit, iturus Ratisbonam ad Comitia habenda.
Mart. Ineunte Martio praefatur ad Gauricum in Camerarii librum de portentis.
17. Mittit Myconio propositiones de poenitentia.
Apr. Ineunte April. conventus Suinforti, ubi de pace inter Protestantes et Catholicos facienda agitur.
16. Mel. suam sententiam de una specie in coena s. scribit ad Ioachimum March. Brandenb.
Enarrat quintum librum Ethicorum Aristotelis.
22. Hervordensibus scribit simul cum Luthero de rebus ecclesiasticis recte instituendis.
26. Scribit quid spei habeat de conventu Suinfortensi.
Mai.
2. Liber quintus Ethicorum Aristotelis ex graeco in latinum versus editur, dicatus Ulrico Sillingo.
Iun.
3. Conventus Norinbergae incipit.
10. Initia Comitiorum Ratisbonae.
27. Incipiunt *epistolae ad Georgium Principem Anhaltinum*, cui commendat Nicolaum Hausmannum.

Iul.

8\. Respondet ad quaestionem: an subditis liceat se defendere adversus principem, vim inferentem in caussa religionis.

23\. Pacis formula decernitur in conventu Norinbergensi.

27\. Decretum comitiorum Ratisbon. publicatur, cui Protestantes contradicunt.

Aug.

2\. Caesar ratam habet formulam pacis Norinbergensem.

9\. Mel. de abusu epistolarum suarum, quem quidam fecerant, queritur.

18\. Ioannes, Dux Saxon. Pr. Elector, moritur.

18\. Funus Ioannis Electoris habetur, Witebergae, ubi Lutherus concionem habet, Melanthon autem λόγον ἐπιτάφιον dicit, postea typis descriptum.

Mense Augusto Mel. Decanus erat Ordinis Philosophorum in Academia.

Sept. Hoc mense prodit Mel. comment. in Ep. ad Romanos, Alberto, Archiepiscopo Mogunt., dicatus. Lutherus in ep. ad Ionam d. 1. Septb. 1535 narrat: Archiepiscopum Philippi commentarios sibi inscriptos pedibus conculcasse, et exclamasse: „er hat St. Velten am Halse." (Sed vid. ep. d. 5. Ian. 1533.)

Oct.

12\. Mel. mittit amicis comment. in Ep. ad Rom.

25\. Eundem commentarium mittit Erasmo, quem simul rogat, ut bona studia et concordiam promoveat.

Dec.

24\. Bernhardum Rothmannum hortatur, ne vanis disputationibus et sententiae Zwinglii de s. coena indulgeat.

Recuditur apologia germanica. Vid. ep. ad Camerar. d. 1. Ian. 1533.

ANNO 1533.

Ian.

1\. Mel. mittit Camerario Psalmorum hypotheses.

3\. De bibliotheca Ioannis Friderici Pr. Electoris scribit. — Spalatino mittit apologiam germanicam, in qua locos de peccato originis et de iustificatione retexuerat.

4\. *Eobanus Hessus* Erfordiam in Academiam vocatur.

5\. Gratias agit pro munere ab Archiep. Mogunt. accepto, cui inscripserat comment. in Ep. ad Rom.

8\. Litterae Caesaris ad ordines Imperii de concilio habendo.

10\. Litterae Papae eiusdem argumenti.

Mense Ian. repetit enarrationem quinti libri ethicor. Arist., et interpretatur secundam orationem Olynth. Demosthenis.

Febr.

9\. De prodigio Oeniponte viso, de Serveto, de Polybio scribit ad Camerar.

15\. Parum spei se habere in principes Evang. testatur.

23\. In itinere est Halae.

Mense Febr. comiti ab Erbach dicat encomium Demosthenis ex Luciano.

Mart.

15\. Legit scripta Serveti. — Scholam domesticam discipulorum hoc tempore dimiserat propter frequentia sua itinera.

22\. Georgio Anhaltino scribit de libro cantionum Anhaltino.

Mense Martio Caesar navigat in Hispaniam, suumque vicarium constituit fratrem, Ferdinandum, Regem Romanum.

Apr.

15\. *Paulus Eberus* Witebergam venerat.

18\. De absolutione Mel. cum Luthero scribit ad Norinbergenses.

26\. Incipit enarrare quartam Philippicam Demosthenis.

Maio. Interpretatur Aristotelem.

Iun.

2\. Orator Caesaris et Legatus Papae Wimariam veniunt, acturi cum Principe Elect. de concilio.

Iunio med. sententiam suam de conciliis scribit ad aulam.

Iun.
16. Legatus Pontificius Witebergae est.
25. Corvino scribit de rebus ecclesiasticis. Apologiam vult retexere totam.
30. Responsum Protestantium de synodo ad legatos Caesaris et Papae.

Iul.
22. Narrat fata Gerhardi, qui Lutetiis Paris. evangelium docuerat.
23. Cometes conspicitur. „Horribilis flamma est, et valde septentrionalis." — *Sabinus* parat iter in Italiam.
Mense Iulio ad Brentium scribit de Serveti erroribus.

Aug.
8. Colloquium Monasterii habitum inter Herm. Busch et Bernh. Rothmann de Anabaptistarum doctrina.

Sept.
Ineunte Septembri praefatur ad Georg. Rhaw in Ael. Donatum.
19. Nomine Academiae de quaestore queritur apud Beierum Cancellar.
20. Queritur, coelum Saxonicum sibi non bene convenire.
Hoc mense praefatur in acta edita de nuncii Pontificii mense Iun. h. a. cum Duce Sax. Elect. negotio de concilio convocando.

Oct.
2. Cum Luthero et Iona Erford. theologis scribit, ne dubitent, se rite vocatos esse ad munera sua.
8. Cum Luthero ad Senatum Norinberg. scribit de disciplina ecclesiastica et de absolutione.
10. Bucero promittit studia sua ad tollendum dissidium de s. coena.
22. De Wicelio copiosius ad Agricolam.

Dec.
5. Animum suum totum aperit Camerario de curis suis, quas toto anno habuerat. — Physicen adornat, quam editurus est Milichius.
Mense Decb. versatur in visitandis ecclesiis in praefectura Liebwerdensi.

ANNO 1534.

Ian.
2. Raymundi Fuggeri elogium scribit ad Amantium.
26. *Alesium* commendat Spalatino.
28. *Amsdorfius* Lutheri animum incitat adversus Erasmum.

Febr.
1. Mel. scribit physicam. Optat alio loco vivere quam Witebergae.
5. Optat et studet, ut Camerarius Witebergam vocetur. — Vid. ep. d. 2. Iun. h. a.
24. Regnum Anabaptistarum in Westphalia.

Mart.
1. Valde sollicitus est Mel. de rerum ecclesiasticarum statu.
11. Dolet, Lutherum renovare certamen cum Erasmo.
15. Adversus Anabaptistas disputat in prolixa epist. ad Bucerum.
29. Paulum Eberum valde commendat Camerario.

April.
6. De Saxonibus et Misnicis ad Io. Hessum.
30. Fuchsio medico scribit, se physicam conscribere, et partem operis iam perfecisse, sed petere, ut Fuchsius inserat ἀνατομίαν, partium naturas, varietates temperamentorum etc.

Mai.
1. Lipsiam proficiscitur acturus cum Vehusio, Türckio, Pflugio, Carlowicio de conciliandis Protestantibus et Catholicis.
3. Mel. et Pontanus Principi Elect. scribunt, quid Lipsiae egerint cum legatis Moguntinis et Hessiacis.
8. Mel. redierat Witebergam.
12. Philippus Landgrav. Hass. cum exercitu intrat terras Würtemberg. et postero die fundit copias Ferdinandi Regis prope Laufenum.
23. Mel. consolatur Ioachimum Anhaltinum, tristitia animi affectum.

Iun.
2. Consilium de Camerario Witebergam vocando iterum abiicit.

Iun.

18. Claudium Baduellum commendat Reginae Navarrae.
29. Transactio inter Ferdinandum regem et Io. Fridericum, Ducem Sax. Elect., in oppido [illegible].

Iul.

24. Ioannes a Leiden rex Anabaptistarum in Westphalia.
28. Mel. cum Luthero Torgae est in aula. (Ep. ad Ion. [illegible] Aug.)
29. Redit Mel. Witebergam.

Aug.

1. Mittit in Galliam ad Guilielmum Langaeum, Episcop., iudicium de componendis controversiis ecclesiasticis.
3. Lipsiae excuditur bulla pontificia nova de Synodo.
28. Principi Electori responsum ad Ferdinandum regem conscribit de sacramentariis tolerandis.

Mense Aug. praefatur in Veldkirchii commentarium in Erasmi librum de duplici copia verborum.

Sept.

13. Camerario defertur conditio a Duce Saxon. Elect. — Melanthon vocatus [illegible] in Angliam et in Sueviam.
16. Schnepfio et Landgravio Hessorum scribit de concordiae formula a Bucero proposita.
25. Clemens papa moritur.
29. Princeps Elector laudat Melanthonem, quod vocatus ab exteris malit manere Witebergae.

Oct.

Ineunte Octobri enarraturus est Mel. Sophoclis Antigonen et Ciceronis librum de oratore.
Mel. valetudine laborat.

13. Paulus III. papa creatur.
22. De Anabaptistis non ferendis scribit ad Ioannem Princip. Anhalt.
24. Mel. apud Anhaltinum est.

Nov.

Exeunte mense Basileae excuditur [illegible] (Ptolemaei) graece.

12. Tradit dialecticen, et enarrat Ciceronis librum de oratore.

Dec.

Exeunte Decembri praefatur in Purbachii theoricas Planetarum.
Philippo Landgravio scribit de concordiae formula a Bucero missa.

12. Proficiscitur Casseliam, ut colloquatur cum Bucero de sacra coena, ubi ad mitiorem sententiam hac in re pertrahitur.

ANNO 1535.

Ian.

9. Domum revertitur Mel. ex colloquio Casselliae habito cum Bucero.
10. Narrat Camerario et Agricolae, quid Casselliae egerit.
12. Brentio scribit de Antitrinitariis et de sententia patrum de coena [illegible], quae [illegible], ideoque Brentium rogat, ut epistolam ei scriptam [illegible]. Dubio caret, Melanthonis opinionem priorem de manducatione corporis et sanguinis Christi in coena sacra per colloquium cum Bucero [illegible].

Mense Ianuario enarrat in schola tertium librum Ciceronis de oratore.

Febr.

Philippo Landgravio et Bucero scribit, quid Lutherus statuat de concordia a Bucero tentata.
Queritur de odio Lipsiensium adversus Witebergenses.
Bucero, Urbano Regio et Brentio scribit, quid egerit cum Luthero de concordia in doctrina de sacra coena.
Hoc mense fratres in Bohemia hortatur, ut concordiam cum Witebergensibus servent.
Edit enarrationem in aliquot libr. Ethic. Aristotelis, dicatam Burenio.

Mart.

4. Sturmius ad Melanthonem scribit de rebus Gallicis, eumque hortatur, ut in Galliam veniat.
11. Antonius Barnes, legatus Angliae, Witebergam venit, acturus de matrimonio secundo regis et de coniunctione Ecclesiae Angl. cum Protestantibus.
13. Mel. regem Angliae hortatur, ut [illegible] religionis doctrinam [illegible].

Burenio narrat, quid egerit in edendo libro V. Ethicorum Aristotelis.

April.

22. Bellaium Langaeum, episcop. Paris., rogat, ut consensu Evangelii in Gallia promoveat.

25. [illegible] Mel. [illegible], et apologia Aug. confess., quam [illegible] fecit.

Mittit [illegible] de odio sophistices.

Mai.

9. Respondet Sturmio, se libenter in Galliam venturum esse, modo spes sit boni aliquid efficiendi.

24. Melanthon scribit: „Quaestiones habeo multas physicas. Perveni enim ad eam partem, quae inscribitur de anima.“ — Physicen tractat.

Exeunte Maio Cruciger Norinbergam proficiscitur et dolet Mel., quod illum comitari sibi non liceat.

Iun.

7. Ex epistola Ioannis Friderici, Principis Electoris, ad Augustinum Schurfium et Hieron. Krapp d. d. 7. Iun. (in Tabular. Vinar. Registr. O. fol. 156. Litt. J. J. J.) intelligitur, Principem decrevisse, ut suo sumptu aedes Melanthonis amplior fieret et hortus adiiceretur ad aulam magis amplificandam. Sed simul scribit, „[illegible] auf künftige Fasten.“

23. Franciscus, rex Galliae, Melanthonem in Galliam vocat.

24. *Fuitne Melanthon hoc anno die Ioannis baptistae Coloniae in conventu solemni liberorum Cementariorum?* —

Res haec est. — Ordo Liberorum Cementariorum habet scriptum antiquum, quod Amstelodami in tabulario ordinis asservatur, et continet declarationem moderatorum Mansionum seu Tabernaculorum, item Superiorum, factam et scriptam d. 24. Iunii 1535 Coloniae in Conventu solemni, sub auspiciis Electi Magistri, *Hermanni*, Archiepiscopi Coloniensis, habito. Declarationi in hoc conventu factae XIX magistri Mansionum singulorum sua manu subscripserunt, inter quos, praeter *Iacobum Praepositum s. Probstum*, *Albertum Hardenbergium*, *Iacobum ab Uttenhoven*, legitur etiam *Philippus Melanthon*. — Quaesitum est, an hoc scriptum, quod non nisi superiori seculo XVIIIvo innotuit, sit genuinum, an vero fictum? — Equidem illud scriptum non vidi, sed G. Münterus, episcopus Selandiae, ipse ordini adscriptus, illud accurate depictum (ein facsimile) vidit, et professus est, se manum Melanthonis, sibi satis notam, agnovisse. Plurimi autem negarunt, sec. XVI ordinem Liberorum Cementariorum iam adfuisse, totumque scriptum ab impostore in gloriam Ordinis seculo praeterlapso fictum esse contenderunt. Equidem in hac re aliquid definire quidem nolo, quum scriptum ipsum videre non potuerim, sed tamen ea hic paucis attingere liceat, quae mihi, cogitanti hac de re, sese sponte obtulerunt.

Putabam initio scriptum esse fictum, et sperabam, ex epistolis cum Lutheri tum Melanthonis, si secundum dies et annos fuerint dispositae, facile intellectum iri, ubi Melanthon d. 20 — 30. Iunii 1535 fuerit. Etenim si vel una epistola reperta fuisset, ex qua intelligeretur, Melanthonem d. 24. Iunii non Coloniae, sed *alibi* fuisse, totum et iter et scriptum fictum esse necessario consequeretur. Quisque scit, epistolas Lutheri secundum ordinem chronologicum dispositas demum prodiisse cura de Wettii, et quidem epistolas ad ann. 1535 pertinentes in Vol. IV. epistolarum anno 1827. In his autem nihil legitur, quod itineri Melanthonis contradicat. Certissime autem sperabam, me in epistolis Melanthonis aliquid eiusmodi inventurum esse. Nam antea hae epistolae ita erant dispersae, et tam multae earum nondum editae, ut nemo profecto aliquid in hac re vel affirmare vel negare potuisset. Sed collectis undique ex libris editis et manuscriptis Melanthonis reliquiis, iisque in ordinem secundum dies et annos dispositis, nihil prorsus inveni, quod huic itineri Coloniensi officeret, imo intellexi, plane nullam extare Melanthonis epistolam inde a d. 13. Iunii usque ad 7. Iulii anni 1535 scriptam, et esse igitur in ordine epistolarum lacunam, quae utique opinionem firmat, Melanthonem illo tempore domi non fuisse sed in itinere. De alio autem itinere, quod hoc tempore fecerit, plane nihil constat. Neque in centuriis epistolarum aliorum hominum istius aevi tum editarum, tum nondum editarum, quas perlegi, aliquid inveni, quidquid quaesiverim, quod hoc iter Melanthonis aut testetur aut impugnet.

Quamquam autem nihil in epistolis vel Melanthonis vel aliorum legatur, quod testatur, eum hoc tempore in itinere vel Coloniae fuisse, [illegible], eum *alibi* fuisse, [illegible] Melanthonis [illegible], [illegible] septimanarum, quae nullam prorsus Melanthonis epistolam habent, [illegible]. Hoc autem nemo scire potuit nisi is, qui [illegible] Melanthonis [illegible] libris et libellis et ex manuscriptis undique collectas [illegible].

Iun. 24.

Iam vero, [illegible] Coloniensis ab Impostore, nescio quo, seculo [illegible] conficta esset, vix intelligitur, quo modo tantae [illegible] potuisset esse temeritatis, ut Melanthonem sub figmento inmisceret, et contenderet, illum d. 24. Iunii h. a. Coloniae fuisse. Si [illegible] fuit, [illegible] Melanthonis extent adhuc epistolae ex quovis mense eius anni, quot [illegible] lateant nondum editae, haud dubie non ausus fuisset eiusmodi mendacium, quod facili negotio refutatum iri coniicere potuit vel una epistola contradicente reperta. Simul etiam metuendae fuissent fere innumerae epistolae Lutheri, Crucigeri, Pomerani, et aliorum, praecipue Witebergensium, ne ex iis doceretur, Melanthonem hoc tempore fuisse Witebergae vel in Saxonia. Quis autem putet, impostorem tantum studii impendisse in epistolas Melanthonis potius quam alius hominis nomen, in quo eiusmodi difficultas non esset, adscripsisse? Quodsi autem impostori ignota fuit ratio epistolarum Melanthonis, et illo temere finxit totam rem, profecto mirandum est, hanc temeritatem [illegible] in [illegible] epistolarum, quae eiusmodi itineri convenit. Neque vero intelligitur causa, cur ex [illegible] nominibus, quibus impostor potuisset uti, Melanthonis nomen elegerit, et [illegible] de homine, cuius vita tot viris doctis est nota, et de quo mentiri tam periculosum est. Dicat aliquis, illum voluisse ordinem Cementariorum gloriola magni nominis ornare. At si hoc voluisset, non intelligeretur, cur Melanthonem solum neque alios etiam nominasset, et cur in moderatoribus tabernaculorum etiam nomina prorsus ignota, ut *Hofmanni*, *Schroederi*, *Falckii*, *Huysseni* et aliorum leguntur. Neque Albertus *Hardenbergius* et Iacobus *Probsta* tam ignobiles sunt, ut temerarium non sit de illis mentiri, neque vero etiam tam illustres, ut ex eorum nomine gloria quaedam redundet ad ordinem Cementariorum.

Accedit aliud. In illo scripto Cementariorum Albertus Hardenbergius dicitur magister mansionis, quae est *Fabibai* s. *Fabirani*, i. e. Bremae. Liberi Cementarii, qui nunc sunt, ignorarunt quae Fabiranum sit urbs. Res vero explicatur ex historia litteraria sec. XVI. Commemorat Ptolemaeus lib. II, c. 11. urbes et pagos Germaniae septentrionalis, et in iis etiam pagum nomine *φαβίρανον*. Franciscus *Irenicus* in libro: „Germaniae exegesis, sive descriptio veteris, medii et recentis aevi," qui prodiit Haganoae 1518 fol., primus fuit, qui opinatus est Fabiranum Ptolemaei esse nunc Bremam. Fidem ei fecit viris doctis sui aevi, etiam Melanthoni, cum quo illi (ut docet Mel. epistola ad Althamerum supra Vol. I, p. 928 data) fuit familiaritas, et qui etiam in epistola ad Eberum d. d. 10. Iulii 1554 Bremam Fabiranum appellat; item Serveto, qui sub nomine Michaelis Villanovani Ptolemaeum Lugduni Batavor. 1535. fol. edidit, et ad *φαβίρανον* addit explicationis causa: *Brema*. — At postea sec. XVII. et sec. XVIII. nemo facile illam coniecturam Irenici amplius secutus est. Iam vero difficile intelligitur, quo modo impostor seculi XVIII. in illud obsoletum et oblivioni iam traditum nomen Bremae inciderit, et cur illud elegerit, quum contra quisque videt, qui modo factum fuerit anno 1535, ut pro Brema poneretur Fabiranum.

Si quis autem obiicit, Melanthonem, si iter Coloniam fecisset mense Iunio, haud dubie de illo itinere aliquid scripturum fuisse in epistola ad Camerarium d. d. 7. Iulii, ubi vero nihil legatur: respondeo: si Melanthon ordini Cementariorum adscriptus fuit, verisimile est idem de Ioachimo Camerario. Quis scit, annon Camerarius comes itineris fuerit? Sed si Camerarius alienus fuit ab ordine, ei aliquid de itinere scribere Melanthoni non licuit. Si Camerarius quoque fuit initiatus et Melanthon aliquid de itinere ad eum scripsit, dubio caret, Camerarium vel epistolam totam, vel certe ea, quae de itinere dicta erant, delevisse. Videmus enim, illum hoc fecisse et in aliis locis epistolarum Melanthonis, quas edidit.

Alii monent, Melanthonem eiusmodi iter non sine commeatu a Principe Electore petendo facere potuisse. Quanquam autem nihil constat, quod commeatum hoc tempore petierit, nemo tamen probare potest, eum commeatum non petiisse. Praeterea autem ex epistolis Mel. cognoscitur, eum longiora itinera saepe fecisse, ut Mansfeldiam, Magdeburgum, Wimariam, Brandeburgum, absque commeatu. Ex epistola Crucigeri d. d. 13. Apr. 1538 videmus, Melanthonem inscio Principe Electore profectum esse Brunsvigam ad conventum. In epistola ad Bellaium Langaeum d. d. 28. Aug. 1535, ubi loquitur de potestate iter faciendi in Galliam ipsi denegata a Principe, addit: „nam hoc tempore, cum schola secesserit propter pestilentiam, excusatio nulla certa fuit, [illegible] ad Principem [illegible]", [illegible] perspicitur, Melanthonem commeatum ad iter Coloniam faciendum petere necessarium non putasse.

Alii fortasse obiiciant, Melanthonem, si Liberorum Cementariorum socius fuisset, in epistolis ad ordinis socios, ut Hardenbergium, Probstam, haud dubie aliqua [illegible] mysteria

Iun. 24.

[illegible] Quod quum non fecerit, quidni, cum non falsa ordinis [illegible]. Fatendum quidem est, me in epistolis Mel. legi, quibus ad res ordinis indubitate referendum sit, certe a me, quamvis in id diligenter inquisiverim, nihil inventum esse. Ab [illegible] res [illegible]. Notum enim est, Caementariis nullo modo licuisse aliud, quod ad ordinem spectaret, litteris mandare, vel stylo exarare, vel pingere, vel in lapides caelare, alio quocunque modo [illegible]; si vel Melanthon Caementarius fuerit, tamen in epistolis nil scripturus fuisset de ordine, idque eo minus, quo magis dubia erat illo tempore fides tabellariorum. Quanquam autem nulla in epistolis M. leguntur verba, quae ad ordinem Cement. necessario sint referenda, tamen ex litteris certe hoc intelligitur, eum haud raro homines peregrinos, quos vel semel viderit, in intimam statim recepisse familiaritatem, eos ubique commendasse, itaque et eorum familias omni modo sublevasse, ut Dryandro, Langueto, Io. a Lasko, Hardenbergio, [illegible], Crau-[illegible] [illegible] familiaritas unice exorta sit vel ex [illegible] vel ex fama et doctrina Melanthonis.

Quidam Caementariorum nostri aevi scriptum illud Coloniense propterea suspectae fidei esse contenderunt, quod mansio, quae Eboraci (York) fuit, non commemoratur, quum libri Caementariorum recentiores affirment, mansionem Eboracensem esse antiquissimam et matrem omnium aliarum. At hoc fidem scripti illius potius propugnat, quam infringit. Si enim fictum esset ab impostore seculi XVIII, ille haud dubie mansionem Eboracensem, quippe antiquissimam, etiam adscripsisset, vel adeo conventum non Coloniae sed Eboraci habitum esse finxisset, ut omnem mendacii suspicionem removeret. Quum autem Eboracum plane non commemoretur, verisimile fit, auctorem scripti recentiorem opinionem de antiquitate mansionis Eboracensis non cognovisse.

Denique autem, ne quid tegere velle videar, quod invenerim, dicendum mihi est de itinere legatorum Augustanorum mense Iunio et Iulio huius anni. Res ita se habet. Senatus Augustanus legatos anno 1535 misit Witebergam, *Gereonem Sayleruм et Casp. Huberum*, ut cum Luthero agerent de litibus de [illegible], Augustae ortis, dirimendis. Digressi sunt Augusta Vindelicorum d. 21. Iunii 1535, et primum aliquot dies commorati sunt Norimbergae, ubi per Wencesl. Linckium Lutherum certiorem fecerunt de suo adventu et consilio. Ipsi deinde progressi venerunt Witebergam tempore vespertino, statimque adierunt Melanthonem, qui eos postero die mane duxit ad Lutherum. Cum quo legati postquam collocuti fuerant, profecti sunt Luneburgam ad *Ernestum Ducem*, quem rogarunt, ut Urbanum Regium, theologum suum, Augustam cum ipsis abire pateretur. Sed re infecta, quanquam ipse Lutherus ad Ducem scripserat, redierunt Witebergam, ubi iis a Luthero commendatus est Ioannes *Forsterus*, Diaconus Witebergensis. Litteris ad Senatum et Theologos Augustanos a Luthero, Melanthone et [illegible] d. 19. et 20. Iulii acceptis, Augustam redierunt, quo etiam Forsterus se contulit, qui [illegible] concordiae studuit, sed mox excitavit tanta dissidia, ut anno 1538 iterum a Senatu dimitteretur. Duplex narratio totius negotii nondum edita, sed scripta habetur in Cod. Gothi 91. in folio, altera a Senatu Augustano seu a Consiliariis Augustanis, altera a Forstero ipso in sui defensionem scripta anno 1539. In priori narratione, quae aliquam fide dignissima esse videtur, non dicitur, quo die legati Witebergam venerint, Lutherum adierint et Luneburgum abierint; in altera autem, Forsteri, narratione legati dicuntur d. 4. Iulii Witebergam venisse et Melanthonem adiisse. Dubio autem vix caret, Forsterum haec ex memoria scripsisse et errasse, quod post quatuor annos facile fieri potuit. Primum enim, quum legati advenissent de Forstero mittendo nondum cogitatum est, sed postea, quum Urbanus Regius legatis denegatus fuisset. Porro Forsterus et in aliis memoria valde lapsus est, et scripsit, Sayleruм cum ipso egisse d. 22. Iunii, quod tamen id non nisi d. 27. vel 30. Iulii fieri potuerit. Videntur potius legati d. 9. vel 10. Iulii Witebergam venisse. Certum est, eos Augustam reliquisse d. 21. Iunii. Nullo igitur modo ante d. 28. Iun. Norimbergam venire potuerunt. Certum est, illos Norimbergae aliquot dies consedisse, quia per Linckium Lutheri animum, prius quam advenirent, propitium sibi facere volebant. Tres igitur dies haud dubie substiterant, vel etiam quatuor. Abierunt igitur d. 26. vel 27. Iunii. Quum autem Norimberga Witebergam non ante quintum vel adeo sextum diem Witebergam venire potuerint, statuendum est, eos ante d. [illegible] Iulii Witebergam venire non potuisse. Verisimile autem est, eos demum d. 9. Iulii [illegible], quum neque Lutherus in ep. ad Principem Electorem d. d. 9. Iulii, neque Melanthon in ep. ad Camerar. d. 7. Iulii ullam huius legationis mentionem fecerit. Res fortasse ad liqui-

Iun	dum perduci posset, si adhuc superesset epistola Lutheri ad Ernestum Ducem Luneburg., quam legatis Augustanis dedit. Redierunt legati ab Ernesto Duce fere d. 19. Iul., quum epistolae Lutheri et Mel., legatis traditae, scriptae sint d. 20. et 21. Iulii. At tamen si vel fidem [illegible] ut putes, legatos d. 1. Iulii vespertino tempore Witebergam rediisse atque, statim Melanthonem adiisse, tamen Melanthon, si statim post conventum abiit Coburgo, neque ad d. 1. Iulii domum redire potuit.
28.	Monasterium in Westphalia expugnatur.
Iul.	
7.	Camerario suadet, ut se conferat Tubingam.
	D. 9. vel 10. Iulii legati Augustani sunt Witebergae.
18.	Rector Academiae Witeb. indicat scholasticis, Ienam eundum esse docteribus et studiosis propter pestem Witebergae grassantem.
21.	Mel. hortatur concionatores Augustanos, ut concordiae studeant.
29.	Mel. ad Lutherum scribit de statu rerum Ienae, quo se contulerat.
Aug.	
5.	Mel. accipit litteras, quibus in Galliam vocatur.
6.	Camerarius decrevit Tubingam se conferre. — Mel. parat novam editionem locorum theologicorum.
15.	Mel. Torgae est et petit commeatum ad iter in Galliam, qui vero duriter negatur a Principe Electore.
17.	Lutherus pro Melanthone intercedit apud Principem Electorem.
19.	Lutherus in epistola: „Philippus subindignabundus hinc discessit rursus ad Ienam."
24.	Durior epistola Principis Elect. ad Melanthonem. — (Fama sparsa erat Witebergae, vero legatos regis Galliae in itinere occisos esse et a Papistis alios subornatos esse cum litteris ad extrahendum Melanthonem. Vid. ep. d. d. 1. Septb. h. a.)
29.	Princeps Elector Melanthoni denuo petenti commeatum denegat.
31.	Melanthon querelas suas effundit in sinum Camerarii sui.
	Hoc mense dicat locos theologicos Regi Angliae, cuique scribit per Alesium, quem simul Thomae Cranmero, Archiepisc. Cantuariensi, commendat. — Henricus rex Melanthoni respondit d. 1. Oct. eique 200 Duc. dono misit (non pro commentario in ep. ad Romanos, ut Seckendorfius in hist. Luth. ex errore dicit).
Sept.	
1.	Mel. accipit litteras Lutheri, quibus Witebergam invitatur ad disputationem theologicam.
2.	Prodigio, quod sibi aliquid mali portendere putat, valde movetur. — *Eobanus Hessus* fuit apud Melanthonem.
7.	Cum Crucigero, Myconio et Menio Witebergam proficiscitur ad solemnem disputationem cum Wellero, Freibergensi, et Mechlero habendam.
10.	Solemnis disputatio Welleri Witebergae.
12.	Lutherus, Cruciger, Ionas et Bugenhagen petunt a Principe Elect., ut Melanthoni permittat iter in Angliam, quo vocatus erat.
18.	Melanthon iterum venit Ienam simul cum Antonio Barnes, legato Anglo.
27.	Scribit Principi Electori responsum Ant. Barnesio dandum.
	Enarrat Ienae epistolam ad Romanos.
Oct.	
4.	Circumferuntur articuli fidei, in Gallia nati, sub nomine Mel., sed nothi et adulterini.
5.	Princeps Elector iterum amanter ad Mel. loquutus est, quare et hic offensionem animi deposuit. — Scribit Mel.: „Exemplum mei consilii missi in Gallias tibi mittam; nunc enim non habebam nisi unicum, et non edo, ne novae disputationes inde oriantur."
	Iterum vocatur in Angliam.
14.	Legit primum librum Ptolemaei de Iudiciis, a Camerario editum.
18.	Scribit ad Fechtum de Schwenckfeldio et Franco, et ad Leonh. Eckium de Aristotelis scriptis.
28.	Ionae narrat, qua in statu versetur schola Witebergensis Ienae.
Nov.	
4.	Paulus Vergerius, legatus Pontificius, Principi Electori adventum suum annunciat.
5.	Scribit Melanthon: „Ego hodie totum diem consumpsi in *scriptionibus ad Francofurdienses* de negotio, ut scis, periculosissimo."

Nov.

Vitus Theodorus Witeberga abiit. — *Incipiunt epistolae ad Vitum Theodorum.*

6. Paulus Vergerius est Witebergae.

7. Vergerius colloquitur cum Luthero.

10. Princeps Elector Pragam venit, itinere Viennam [illegible] editus [illegible] Ptolemaei.

14. Melanthon et [illegible] colloquuntur cum Barnesio, legato Angl.

16. Mel. scribit responsum Regi Angliae dandum.

17. Vitus Theodorus consedit Norinbergae. (Ibi exeunte anno uxorem duxit.)

19. Franciscus Galliae rex mittit Guil. Bellaium ad Principes Protest.

25. Mandata Principis Electoris, quid consiliariis suis cum Vergerio Pragae agendum sit.

30. Actio Vergerii cum Principe Elect. Pragae.

Mense Nov. Melanthon ad Conr. Heresbachium scribit de consilio ad Gallos misso.

Dec.

1. Paulus Vergerius suam sententiam scribit ad Principem Electorem.

Mel. gratias agit regi Angliae pro dono 200 Duc. accepto. — Cum Crucigero et Antonio Musa interrogat Ienae Anabaptistas. (vid. ep. d. 8. Ian. 1536.)

6. Princeps Elector mandat, ut Lutherus Ienam veniat ad colloquendum cum legatis Regis Angliae. (Hoc colloquium Witebergae habitum est.)

fere

10. Mel. cum Principe Electore *Schmalcaldiam* ad conventum proficiscitur.

15. Actio legati Angli cum Pontano et Francisco Burchardo.

18. 19 Legatus regis Galliae alloquitur Principes in conventu.

20. Agit Bellaius cum Pontano.

21. Mel. nomine Principum respondet Paulo Vergerio.

22. Responsum ad legatum Gallicum.

24. Mel. ad Camerarium: plane falsam esse famam, Lutherum alienatiore esse animo erga ipsum propter locos theol. nuper editos.

Oratio legatorum Angl. ad Principes foederatos.

25. Respondent Principes legatis Regis Angliae.

Mel. exeunte anno redit Ienam.

Hoc anno enarravit Ciceronis orat. pro Milone. (cf. Riccii orat. Cicer. T. 1. p. 286.)

1530.

No. 655. 1. Ian.

Ge. Spalatino.

† Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 101. Adscripsit quidem vetusta manus ann. 1531., sed scripta est epist. anno 1530.

Viro optimo, D. Georgio Spalatino, amico summo,

S. D. Quanquam istarum rerum recordatio, quae *Coloniae* geruntur, ita me cruciat, ut toto corpore perhorrescam *), cum Coloniae venit in mentem, tantum abest, ut scribere integro animo possim ad vos; tamen nunc facere non potui, quin literas ad te darem. Vicit enim mirabilis quaedam cupiditas animum meum cognoscendae geneseos *Landgravii.* Oro igitur te, mi Spalatine, propter nostram amicitiam, ut comitem *Isebergium*, illum initiatum ordini Teutonico, interroges, quo anno, quo mense, qua hora natus sit *Landgravius.* Ego enim cum anno superiore ex eo audissem *Spirae*, dedi Landgravio perscripta tempora, ut *Hasfurdi* iudicium exploraret. Nec retinui exemplum. Scribo eadem de re ad *Iohannem Capistorem*, cui puto hanc rem non ingratam fore. Amabo te pro tua fide ac diligentia, curres, nobis perscripta illa tempora mitti. Bene vale. Wittebergae. Hic omnia veterem statum tenent. Cal. Ianuariis.

Φίλιππος.

Lutherus recte valet, et iussit hodie, ut te suis verbis reverenter salutarem.

*) Haud dubie loquitur de morte *Petri Flisterii* et *Adolphi Clarebachi*, vid. Epist. Caesarii ad Melanthonem, m. Decb. 1529.

No. 656. (fere 2. Ian.)

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 670.

Michaëli Meienburgio, consuli Northusano,

S. D. Mirifice vasa abs te missa me delectant *), vel propter antiquitatem, quae hoc genus operum plurimi fecit. Plinius scribit: Murrhina vocata esse emtumque exiguum, nempe tres tantum sextarios capiens, HS LXXX duobus aureum millibus, cum aureum vas pari mensura multo minoris, ni fallor, emi potuisset. Sed rerum pretia luxuria saepe auget. Interea vera bona sine honore iacent. Quis enim hoc seculo non aut purpuram aut gemmatum calicem pluris facit, quam omnes omnium aetatum scriptores, quam universam philosophiam, denique quam ipsas sacras literas. Hic, si liceret multa scribere, apud te, gravissimum virum minimeque vulgi adfectibus praeditum, prolixe quererer, simul ut dolori meo indulgerem: simul ut te quoque currentem incitarem, ut cives tuos adhortareris ad vere bonarum rerum studia excitanda conservandaque. Neque enim istic, quantum equidem coniectura ducor, quisque alius est, qui virtutis studiis perinde faveat, ut tu: ac qui perinde intelligat, quae res firma vitae praesidia sint. Te unum audimus istic summa cum laude rempublicam tuis humeris tuaque virtute sustinere non aliter atque aut Athenas unus Pericles, aut urbem Romanam Fabius consilio, magnitudine animi difficillimis temporibus gubernavit. Quare te, quod diu iam

*) Vid. etiam epist. ad Meienburg. exeunte Febr. anni 1530.

agis, maxime decet adhortari, ut vera bona amplecti colereque cives tui discant. Haec eram copiosius tecum acturus, si vacasset. *Ionam*, virum optimum, tanquam veterem amicum, tibi commendo, si tamen apud amicum tanto viro mea commendatione opus est. Vale.

Philippus.

No. 657. — **5. Ian.**

Io. Feselio.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. no. VI. p. 8.

Venerabili viro, D. Iohanni Fesel, amico suo,

S. D. *Wolfgangus* vester *), quod felix faustumque sit, proficiscitur quemadmodum constituit. Deus fortunet consilia vestra. Ego commendo tibi hominem, ut eum in his negotiis conficiendis, quae suscepit, adiuves. Si schola fuerit ei commendata, amabo te, effice una cum ipso, ut urgeatur Grammatica, quam μεθοδικὴν vocant. Haec in multis scholis neglecta hoc tempore ruinam hanc, quam videmus, trahit. Christus restituat haec omnia in melius. Vale feliciter. Nonis Ianuarii 1530.

No. 658. — **12. Ian.**

Io. Oecolampadio.

Ex autographo Melanth. in bibl. Guelpherb. olim iam edita in *Henkii* et *Brunsii* annal. liter. Vol. II. p. 481., nunc iterum descripta ex eodem autogr. ab Olshausen. Ex eodem autogr., ut videtur, hanc epistolam sibi descripserat Ballenst. in Collect. Vol. I. p. 166.

Viro optimo Iohanni Oecolampadio, fratri suo in Christo,

S. D. Me non nuper, optime *Oecolampadi*, exercet haec quaestio περὶ εὐχαριστίας, varieque reputanti omnia nihil tutius adhuc visum est, quam ne discederem a verbis tum historiae evangelicae tum Pauli. Nam τρόποι verbi *est* me nihil movent, nec dubito, quin in Christo coena naturale [1]) corpus Christi sumpserint discipuli. Dicas: quid post Christi a nobis discessum? Reditne corpus toties? Ἄτοπον profecto et a communi sensu valde abhorrens; sed hic me Paulus cogit, ut sentiam, Christum voluisse hoc etiam modo in ecclesia versari. Vocat enim simpliciter et saepe corpus sanguinem. Nec detorqueri mihi in figuras haec posse videntur. Itaque nisi ἀποκαλύψει certiore coactus non discedam a verbis. Mihi valde βέβηλοι videntur, qui in ecclesia ῥητῶς pronunciant diversam............ [2]) quoniam a verbis discesserunt, nihil habeant certi. Nec tantum tribuo rationi, ut illius iudicio satis confirmari conscientiam posse sentiam. Mihi non dubium est, quin si ex animi sententia dicant dogmatistae isti quod sentiunt [3]), dicturos se ἐπέχειν. Est autem improbum, praescribere aliis pro certo, de quo ipse dubites. Petrus requirit, ne quid doceamus in ecclesia nisi λόγια θεοῦ, et ne quid credamus, nisi ex ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ θεός. Quare non possum mutare, nisi ἀποκαλύψει certiore cogar. Interea mihi in verbis haerendum est, quibus, sicut ille ait, tanquam lucerna in loco caliginoso utar. Nam, si rationem spectes, nihilo magis cum carnis iudicio reliqua fidei dogmata de divinitate Christi, de resurrectione, addo et, quod caput est, de immortalitate animi, περὶ προνοίας conveniunt, quam hic articulus περὶ εὐχαριστίας.

Vale, et ora pro nobis Christum, ut recte [4]) nos omnes doceat. Amicos salutabis, inprimis *Sigardum* et *Sigismundum Haubitium*, et eius contubernalem. Nuncius ita properabat, ut haec vix exspectarit. Iterum vale. Die Ianuarii 12.

Philippus.

Lutherus respondet Carolostadio. Mihi hodie cum ischiatico [5]) morbo res est.

No. 659. — **(ex. Ian.)**

Frid. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 20.

Viro optimo, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, amico suo clariss.,

S. D. *Lipsiae* tibi scripsi, me accepisse pecuniam a *Portuno* missam. Fuerunt Ioachimici 18.

---

*) Hoefler, vid. ep. d. 25. Decb. 1529.

1) Ballenst. habet *naturaliter*.

2) Verbum non satis legi potest. *Henkius* edidit: *suam interpretationem*; *Olshausen* potius legere vult: *consecrationem*. Neutrum commodum est. Ballenst. habet: *diversam esse conscientiam eorum*.

3) Ballenst. *quid sentiant*.

4) Ballenst. *comiter*.

5) *ischiatico* tantum habet Ballenst., reliqui praetermiserunt, haud dubie quia legere non potuerunt.

ut scripsisti. Erant additi et quinque aurei, quos dedi Scholastico *Menwingo* [1]), ad quem erant una missae literae. Post editas *propositiones de Lege* [2]) nihil novi hic excusum est. *Turcicam historiam* vertit Doctor *Ionas* [3]), eamque puto iam ad vos perlatam esse. Sed tamen exemplum tibi mitto, quod alicui amico, legenti Germanica, meo nomine donabis. Audi rem novam. Habemus hic *Magistrum* [4]), iuvenem sic satis studiosum, qui coepit convellere articulum de Trinitate. Negat Legem docendam esse. Negat in conversis esse peccatum. De Sacramentis eadem affirmat, quae Anabaptistae tradunt. Itaque Princeps inclusit eum in arce in quoddam habitaculum. Speramus tamen abiecturum esse hos horribiles errores. Bene vale.

Philippus.

No. 660. (in. Febr.)

Magno, Duci Megapol.

† Ex autographo in biblioth. Regia Berolin. Mss. theol. lat. Fol. 376. no. 8. descripta a Clariss. Foerstemanno.

Ill.... [1]) *Principi ac Domino, ...agno* [2]), *Duci Megalbur... etc. Principi ...* [3]) *clementissimo*,

S. D. Exhibebit celsitudini vestrae *Arnoldus* [4]) meo nomine libellum [5]), cui epistolam ad cels. V. scriptam praefixi. Sic enim arbitrabar auspicatius proditurum esse, si videretur patronum tali praeditum ingenio ac tali virtute principem. Et cum hic vetus mos sit, Principibus literaria monumenta dedicare, ego id facio hoc tempore libentius, ut appareat ea in re, omne me studium ad tranquillitatem publicam et ad ornandos eos, qui tenent resp., conferre. Quare spero, hoc meum officium cels. V. .... [6]). Nihil ambio, nihil peto ...... cels. V. ... [7]) quod est isto loco dignissimum, literas, quae in magno vulgi odio sunt, et amare et defendere pergat. Neque arbitrabar opus esse, ut cels. V. pluribus verbis ad hanc rem adhortarer. Neque enim ignoratis, divinitus vos in hoc fastigio rerum humanarum collocatos esse, ut eas res, quae deo maxime probantur, conservetis, videlicet religionem et civilem disciplinam. Tantarum rerum tutela ad ordinem vestrum pertinet et hanc appellationem meretur, quam deus vobis tribuit, cum ait: *Ego dixi, dei estis.* Propter hanc procurationem reliqui mortales ordinem vestrum et colere et amare debemus. Illi vero quomodo respondeant tam augusto divinitatis titulo, qui neque religionem neque ius neque literas, quibus religio et omnis honeste vivendi disciplina et omnia civilia officia continentur [8]), facile potest existimari. Sed viderer vestrae prudentiae diffidere, si hac de re plura scriberem. ...*gium* [9]) autorem poematic...... commendo..... .... et optimum iuvenem Cels. V. quam .. net Arnoldus. Valeat felicissime cels. vestra. Witebergae, Mense Februario, anno M.D.XXX.

Cels. V. deditiss.

Philippus Melanchthon.

No. 661. (fere hoc temp.)

Io. Mantelio.

Edita in Schelhornii literar. Ergötzlichkeiten. T. I. p. 87. (Lunz.)

Philippus Melanchthon Io. Mantel.

De Sacramentis tam Baptismi quam Eucharistiae (nam de utroque sunt nobis controversiae), nihil primum publice dicetur; sed privatim his, qui *Carlostadianam* sententiam pertinaciter defendunt, atque etiam subdubitatoribus potes haec respondere. Primum doce eos et convince, quod

---

1) In margine manus vetus adscripsit: *Menguingus.* [Lunz.] Videtur esse nomen *Mengewein.* Familia huius nominis fuit Gothae.

2) Sunt fortasse: „Propositiones subinde a Mart. Luthero disputatae cum praef. Mel." Witth. 1530. 8. iterum 1538.

3) Lutherus ad Hausmannum d. 3. Ian. h. a. (de Wette III. p. 539.) scribit: „Cuditur latine libellus de ritu et religione Turcarum ante 70 fere annos editus." Hunc Ionas transtulit in linguam vernaculam, Witteb. 1530. 8.

4) Haud dubie Campanum. Vid. etiam Lutheri ep. d. 1. Apr. 1530. et Seckendorfii hist. Luth. III. p. 65., qui tamen hanc rem ex errore ad ann. 1532. retulit.

1) Illustrissimo.

2) Dom. *Magno.*

3) Principi suo.

4) Arnoldus Burenius, *F.*

5) videl. Nova Scholia in Proverbia Salom. Hagen. 1529. 8.

6) fortasse: *haud ingratum fore.*

7) fortasse: *peto, nisi hoc ut cels. V. id,*

8) *curant*, vel *colunt* a Melanthone adiiciendum fuisse, manifestum est.

9) fortasse: *Rungium.*

sint de his rebus incerti. Nam multi putant se certos esse, cum sint incertissimi, nec habeant rationes probabiles. Tantum sic credere videri volunt, quia placuit novitas, et quia sic audierunt. Potest autem sic evinci, ut fateantur se non vere certos esse, si familiariter interrogentur, quos habeant locos, et opponantur firmiores, quos non possunt scite solvere, et auctoritas veterum scriptorum, *Augustini*, *Cypriani* et similium obiiciatur. Nam sunt in *Cypriano*, *Hilario* etc. clarae de Eucharistia sententiae, sicut in *Augustino* de parvulorum Baptismo. Secundo si fateantur se esse incertos, commonefiant, ne doceant; sed ut apud se suam opinionem contineant, et diligenter omni ex parte conferant, donec Deus cor in alterutra opinione confirmet. Nam de rebus spiritualibus non statim pronuntiandum est. *Petrus* etiam cum accepisset Spiritum S., tamen dubitavit de cibis prohibitis, Act. 10., et visione confirmatus est: tamen postea haesitavit. Cur nos temere pronuntiemus? Et *Salomon* scripsit: „*In Ecclesia non sis velox ad iudicandum de sermonibus Dei*, *ne desperes*, inquit, *loqui coram Deo*. Iterum cum *Paulus* dicit, *peccatum esse*, *quidquid non ex fide est*." Si habeant corda incerta et doceant, non docent ex fide, sed peccatum. Has admonitiones homines non contemnunt, qui sunt sanabiles. Qui contemnunt, vociferantur multum de Sacramentis, et spargunt sua somnia in miserum vulgus. Hi non agitantur bono spiritu, sed novitate ducuntur. Sunt enim homines incerti clamatores. Ego adhuc neminem comperi, ne *Carlstadium* quidem, qui diceret se esse certum de sua opinione. Neque dubito, si inter illos sunt saniores, veniet eis saepe in mentem, fieri posse, ut sit diversa sententia vera.

No. 662. 13. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 134.

Ioachimo Camerario Noribergae

S. D. Accedit Caesar, et veniendum nobis est Augustam. Istac igitur transibimus. Tu hospitium parato. Erit autem mihi manendum quasi gregario militi in exercitu, neque concedetur meo arbitrio pergere. Quod si obtineri posset, accurrerem ad vos, vel etiam advolarem. Nondum scio quando iter ingrediendum sit. Quidam de Martio loquuntur, quidam de Aprili. ὁ διδάσκαλ. *) subsistet opportuno aliquo in loco, οὐδέπω γὰρ ἀρέσκει ἐκεῖνον παρεῖναι ἐν τῷ συλλόγῳ. Sed de his deque meis ingentibus curis et sollicitudine infinita et gravissimis doloribus exponam coram omnia. Nam neque facile illa scribi possunt, neque sunt pleraque literis committenda, iis praesertim, quae an primum in tuas manus perventurae essent, dubitabam. Vale. Id. Febr. Anno M.D.XXX.

Philippus.

No. 663. 18. Febr.

Ge. Spalatino.

† Ex apographo in cod. Goth. 402. p. 335 b. Legitur etiam apograph. ex mst. in bibl. Hassel. descriptum in Collect. Ballenst. Vol. I. p. 182.

Georgio Spalatino,

Ego, mi *Spalatine*, quantum potui semper cavi, ne veteres causas moverem. Nihil proficitur [1], nisi ut perturbentur conscientiae multorum. Κακὸν εὖ κείμενον μὴ κινητέον. Leges imperatorum illi ignoscunt, qui neptem duxit insciens et iam [2]) diu habuit uxorem et ex ea suscepit liberos. Fortassis hoc exemplum in hoc *Erholdi* [3]) casu sequi iudex possit. Agam itaque cum *Luthero* de hac re. Quaeso te, ne moveas huiusmodi vetera negotia, sed adhibito uno atque altero viro bono tegas, quantum bona conscientia fieri potest. *Lutherus* quidem adhuc vehementer contendit, ut distrahas istos [4]). Caetera negotia tibi remitto. Nihil prodest scribere ad facultatem Iuristarum, sed debebis deinceps scribere simpliciter: *den Rechtsverständigen des Sächsischen Oberhofgerichts*. Sunt enim in facultate, qui in his causis nimis mordicus retinent suos decretales. Vale feliciter. 18. Februarii 1530.

---

*) Lutherus Coburg. C. W.

1) Ballenst. *efficitur*.

2) cod. Goth. *tam*.

3) Nomen in apogr. Ballenst. desideratur.

4) Vid. Luth. epist. d. 26. Febr. 1530. ad Spalatinum.

No. 664. (fere Febr.)

Frid. Myconio.

Edita a *Snegassio* ep. 26., nunc accuratius ex autographo Melanth. in cod. Goth. 379. fol. 28.

D. Friderico Myconio, etc.

S. D. Tua assiduitas in mittendis literis est mihi gratissima; quare, ut eam retineas, te vehementer oro [1]). Consilium vestrum de edenda confutatione adversus Anabaptistas placet nobis magnopere, et opinor, *Lutherum* literas ea de re ad *Menium* dare *). Quod videris angi propter severiores poenas in homines facinorosos constitutas, duxi tibi meam sententiam perscribendam esse. Ego ab initio, cum primum coepi nosse *Ciconiam* et *Ciconiae* factionem, unde hoc totum genus Anabaptistarum exortum est, fui stulte clemens. Sentiebant enim [2]) et alii, haereticos non esse ferro opprimendos. Et tunc *Dux Fridericus* [3]) vehementer iratus erat *Ciconiae:* ac nisi a nobis tectus esset, fuisset de homine furioso et perdite malo sumtum supplicium. Nunc me eius clementiae non parum poenitet. Quos ille tumultus, quas [4]) haereses postea non excitavit? Sic enim sentire debes: ut ex dentibus serpentis in fabula natam esse gentem armatam ferunt; ita ab uno Ciconia ortae sunt omnes istae factiones Anabaptistarum et Zinglianorum. Quare ita sentias, magistratum debere uti summa severitate in coercendis huiusmodi [5]) spiritibus. Vides quam contemta sit auctoritas magistratuum; quam sint securi improbi, quia lenitatem vel potius indulgentiam in imperio tantam esse vident. Sines igitur novis exemplis timorem incuti multitudini. Hac de re plura scriberem, si de tua prudentia dubitarem. Ad haec notae tibi sunt causae seditionum, quas gladio prohiberi oportet. Anabaptistae omnes, etiam qui minimum habent vitii, tamen aliquam partem civilium officiorum improbant. Quantulacunque res est, tamen hoc tempore et in tot periculis capitalis est. Cum initio leve videtur erratum, paulatim error parit errorem: ἀρχὴ, ut scis, ἥμισυ παντός. Ubi exiguam particulam civilium rerum coeperint damnare, et via facta est ad laedendam maiestatem, non desinunt, donec motum aliquem exsuscitent. Nam diabolus agitat impios homines, ne possint quiescere. Est autem diaboli indicium, mendacium se pertinacia erroris. Meministi *Monetarium*, a qualibus exemplis et quam a parvis rebus initium fecerit tumultuandi. Venit mihi iam in mentem vocis *Ionae*, quam dixit Marpurgi in prandio quodam, cum de Cingliana Repub. loqueremur: *Wenn sie der Bauern Biret* [6]) *haben reformiret, so wollen sie darnach des Fürsten Marder Schauben auch reformiren, darnach die Pferde und das Regiment.* Propterea ego sentio de his, qui etiamsi non defendunt seditiosos articulos, habent manifeste [7]) blasphemos, quod interfici a magistratu debeant. Nam magistratus debet, ut alia publica et manifesta crimina, ita blasphemias manifestas et publicas punire. Exemplum habemus in lege Moysi. Et id fortasse secuti sunt Imperatores, qui Arrianos gladio puniendos esse constituerunt. *Brentius* nimis clemens est. Sed nondum cognovit usu, quantum contagium sit in fanaticis spiritibus. Augustinus etiam permisit gladio coerceri Donatistas; de cuius sententia potes ipsius libros consulere. *Lutherus* Dei gratia recte valet, ac spero eum non omnino relicturum concionandi ministerium, tametsi rarius [8]) nunc concionatur. Et meo iudicio debet habere rationem valetudinis. Ego famam, de qua scribis, intelligo nimis veram esse; morior enim quotidie *). Mitto tibi οἰκονομίαν Pauli **), libellum magno labore scriptum, quem habebis communem cum *Basilio.* Nunc excuduntur testimonia scriptorum veterum de Coena Domini, quae collegi, et epistolam praefixi ad te scriptam. *Campanus* misit huc horribilem disputationem ***). Vale 1530.

Philippus.

---

1) Sneg. *rogo.*

*) Vid. Epist. Luth. ad Mycon. epp. III. p. 558. et ad Menium d. 12. Apr. T. III. p. 570.

2) Sneg. *sentiebant enim ut et al.* etc.

3) Sneg. pro Dux Frider. nil nisi *N.* edidit.

4) Sneg. *quot.*

5) Sneg. *eiusmodi.*

6) Sneg. *pareth.*

7) Sneg. *manifesto.*

8) Sneg. *rarius* praetermisit et pro eo posuit *non* post *nunc.*

*) Argentinae rumor sparsus erat, Melanthonem esse mortuum. Vid. epist. ad Camerar. d. 6. Mart. h. a.

**) Intelligit haud dubie: Dispositionem orationis in ep. Pauli ad Romanos authore Ph. Mel. Hagan. per Io. Secer. 1529. 8. quae altera vice prodiit Witebergae 1530. per Ioannem Clug.

***) Vid. epist. ad Myconium ex. Ianuario h. a. scripta.

sint de his rebus incerti. Nam multi putant se certos esse, cum sint incertissimi, nec habeant rationes probabiles. Tantum sic credere videri volunt, quia placuit novitas, et quia sic audierunt. Potest autem sic evinci, ut fateantur se non vere certos esse, si familiariter interrogentur, quos habeant locos, et opponantur firmiores, quos non possunt scite solvere, et auctoritas veterum scriptorum, *Augustini*, *Cypriani* et similium obiiciatur. Nam sunt in *Cypriano*, *Hilario* etc. clarae de Eucharistia sententiae, sicut in *Augustino* de parvulorum Baptismo. Secundo si fateantur se esse incertos, commonefiant, ne doceant; sed ut apud se suam opinionem contineant, et diligenter omni ex parte conferant, donec Deus cor in alterutra opinione confirmet. Nam de rebus spiritualibus non statim pronuntiandum est. *Petrus* etiam cum accepisset Spiritum S., tamen dubitavit de cibis prohibitis, Act. 10., et visione confirmatus est: tamen postea haesitavit. Cur nos temere pronuntiemus? Et *Salomon* scripsit: „*In Ecclesia non sis velox ad iudicandum de sermonibus Dei, ne desperes*, inquit, *loqui coram Deo.* Iterum cum *Paulus* dicit, *peccatum esse, quidquid non ex fide est.*" Si habeant corda incerta et doceant, non docent ex fide, sed peccatum. Has admonitiones homines non contemnunt, qui sunt sanabiles. Qui contemnunt, vociferantur multum de Sacramentis, et spargunt sua somnia in miserum vulgus. Hi non agitantur bono spiritu, sed novitate ducuntur. Sunt enim homines incerti clamatores. Ego adhuc neminem comperi, ne *Carlstadium* quidem, qui diceret se esse certum de sua opinione. Neque dubito, si inter illos sunt saniores, veniet eis saepe in mentem, fieri posse, ut sit diversa sententia vera.

No. 662. 13. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 134.

Ioachimo Camerario Noribergae

S. D. Accedit Caesar, et veniendum nobis est Augustam. Istac igitur transibimus. Tu hospitium parato. Erit autem mihi manendum quasi gregario militi in exercitu, neque concedetur meo arbitrio pergere. Quod si obtineri posset, accurrerem ad vos, vel etiam advolarem. Nondum scio quando iter ingrediendum sit. Quidam de Martio loquuntur, quidam de Aprili. ὁ διδάσκαλ. *) subsistet opportuno aliquo in loco, οὐδέπω γὰρ ἀρέσκει ἐκεῖνον παρεῖναι ἐν τῷ συλλόγῳ. Sed de his deque meis ingentibus curis et sollicitudine infinita et gravissimis doloribus exponam coram omnia. Nam neque facile illa scribi possunt, neque sunt pleraque literis committenda, iis praesertim, quae an primum in tuas manus perventurae essent, dubitabam. Vale. Id. Febr. Anno M.D.XXX.

Philippus.

No. 663. 18. Febr.

Ge. Spalatino.

† Ex apographo in cod. Goth. 402. p. 335 b. Legitur etiam apograph. ex mst. in bibl. Hassel. descriptum in Collect. Ballenst. Vol. I. p. 182.

Georgio Spalatino,

Ego, mi *Spalatine*, quantum potui semper cavi, ne veteres causas moverem. Nihil proficitur [1]), nisi ut perturbentur conscientiae multorum. Κακὸν εὖ κείμενον μὴ κινητέον. Leges imperatorum illi ignoscunt, qui neptem duxit insciens et iam [2]) diu habuit uxorem et ex ea suscepit liberos. Fortassis hoc exemplum in hoc *Erholdi* [3]) casu sequi iudex possit. Agam itaque cum *Luthero* de hac re. Quaeso te, ne moveas huiusmodi vetera negotia, sed adhibito uno atque altero viro bono tegas, quantum bona conscientia fieri potest. *Lutherus* quidem adhuc vehementer contendit, ut distrahas istos [4]). Caetera negotia tibi remitto. Nihil prodest scribere ad facultatem Iuristarum, sed debebis deinceps scribere simpliciter: *den Rechtsverständigen des Sächsischen Oberhofgerichts.* Sunt enim in facultate, qui in his causis nimis mordicus retinent suos decretales. Vale feliciter. 18. Februarii 1530.

---

*) Lutherus Coburg. C. W.

1) Ballenst. *efficitur.*

2) cod. Goth. *tam.*

3) Nomen in apogr. Ballenst. desideratur.

4) Vid. Luth. epist. d. 26. Febr. 1530. ad Spalatinum.

No. 664. (fere Febr.)

Frid. Myconio.

Edita a *Snegassio* ep. 26., nunc accuratius ex autographo Melanth. in cod. Goth. 379. fol. 28.

D. Friderico Myconio, etc.

S. D. Tua assiduitas in mittendis literis est mihi gratissima; quare, ut eam retineas, te vehementer oro [1]). Consilium vestrum de edenda confutatione adversus Anabaptistas placet nobis magnopere, et opinor, *Lutherum* literas ea de re ad *Menium* dare *). Quod videris angi propter severiores poenas in homines facinorosos constitutas, duxi tibi meam sententiam perscribendam esse. Ego ab initio, cum primum coepi nosse *Ciconiam* et *Ciconiae* factionem, unde hoc totum genus Anabaptistarum exortum est, fui stulte clemens. Sentiebant enim [2]) et alii, haereticos non esse ferro opprimendos. Et tunc *Dux Fridericus* [3]) vehementer iratus erat *Ciconiae:* ac nisi a nobis tectus esset, fuisset de homine furioso et perdite malo sumtum supplicium. Nunc me eius clementiae non parum poenitet. Quos ille tumultus, quas [4]) haereses postea non excitavit? Sic enim sentire debes: ut ex dentibus serpentis in fabula natam esse gentem armatam ferunt; ita ab uno Ciconia ortae sunt omnes istae factiones Anabaptistarum et Zinglianorum. Quare ita sentias, magistratum debere uti summa severitate in coercendis huiusmodi [5]) spiritibus. Vides quam contemta sit auctoritas magistratuum; quam sint securi improbi, quia lenitatem vel potius indulgentiam in imperio tantam esse vident. Sines igitur novis exemplis timorem incuti multitudini. Hac de re plura scriberem, si de tua prudentia dubitarem. Ad haec notae tibi sunt causae seditionum; quas gladio prohiberi oportet. Anabaptistae omnes, etiam qui minimum habent vitii, tamen aliquam partem civilium officiorum improbant. Quantulacunque res est, tamen hoc tempore et in tot periculis capitalis est. Cum initio leve videtur erratum, paulatim error parit errorem: ἀρχὴ, ut scis, ἥμισυ παντός. Ubi exiguam particulam civilium rerum coeperint damnare, et via facta est ad laedendam maiestatem, non desinunt, donec motum aliquem exsuscitent. Nam diabolus agitat impios homines, ne possint quiescere. Est autem diaboli indicium, mendacium se pertinacia erroris. Meministi *Monetarium*, a qualibus exemplis et quam a parvis rebus initium fecerit tumultuandi. Venit mihi iam in mentem vocis *Ionae*, quam dixit Marpurgi in prandio quodam, cum de Cingliana Repub. loqueremur: *Wenn sie der Bauern Biret* [6]) *haben reformiret, so wollen sie darnach des Fürsten Marder Schauben auch reformiren, darnach die Pferde und das Regiment.* Propterea ego sentio de his, qui etiamsi non defendunt seditiosos articulos, habent manifeste [7]) blasphemos, quod interfici a magistratu debeant. Nam magistratus debet, ut alia publica et manifesta crimina, ita blasphemias manifestas et publicas punire. Exemplum habemus in lege Moysi. Et id fortasse secuti sunt Imperatores, qui Arrianos gladio puniendos esse constituerunt. *Brentius* nimis clemens est. Sed nondum cognovit usu, quantum contagium sit in fanaticis spiritibus. Augustinus etiam permisit gladio coerceri Donatistas; de cuius sententia potes ipsius libros consulere. *Lutherus* Dei gratia recte valet, ac spero eum non omnino relicturum concionandi ministerium, tametsi rarius [8]) nunc concionatur. Et meo iudicio debet habere rationem valetudinis. Ego famam, de qua scribis, intelligo nimis veram esse; morior enim quotidie *). Mitto tibi οἰκονομίαν Pauli **), libellum magno labore scriptum, quem habebis communem cum *Basilio.* Nunc excuduntur testimonia scriptorum veterum de Coena Domini, quae collegi, et epistolam praefixi ad te scriptam. *Campanus* misit huc horribilem disputationem ***). Vale 1530.

Philippus.

---

1) Sneg. *rogo.*

*) Vid. Epist. Luth. ad Mycon. epp. III. p. 558. et ad Menium d. 12. Apr. T. III. p. 570.

2) Sneg. *sentiebant enim ut et al.* etc.

3) Sneg. pro Dux Frider. nil nisi *N.* edidit.

4) Sneg. *quot.*

5) Sneg. *eiusmodi.*

6) Sneg. *pareth.*

7) Sneg. *manifesto.*

8) Sneg. *rarius* praetermisit et pro eo posuit *non* post *nunc.*

*) Argentinae rumor sparsus erat, Melanthonem esse mortuum. Vid. epist. ad Camerar. d. 6. Mart. h. a.

**) Intelligit haud dubie: Dispositionem orationis in ep. Pauli ad Romanos authore Ph. Mel. Hagan. per Io. Secer. 1529. 8. quae altera vice prodiit Witebergae 1530. per Ioannem Clug.

***) Vid. epist. ad Myconium ex. Ianuario h. a. scripta.

sint de his rebus incerti. Nam multi putant se certos esse, cum sint incertissimi, nec habeant rationes probabiles. Tantum sic credere videri volunt, quia placuit novitas, et quia sic audierunt. Potest autem sic evinci, ut fateantur se non vere certos esse, si familiariter interrogentur, quos habeant locos, et opponantur firmiores, quos non possunt scite solvere, et auctoritas veterum scriptorum, *Augustini*, *Cypriani* et similium obiiciatur. Nam sunt in *Cypriano*, *Hilario* etc. clarae de Eucharistia sententiae, sicut in *Augustino* de parvulorum Baptismo. Secundo si fateantur se esse incertos, commonefiant, ne doceant; sed ut apud se suam opinionem contineant, et diligenter omni ex parte conferant, donec Deus cor in alterutra opinione confirmet. Nam de rebus spiritualibus non statim pronuntiandum est. *Petrus* etiam cum accepisset Spiritum S., tamen dubitavit de cibis prohibitis, Act. 10., et visione confirmatus est: tamen postea haesitavit. Cur nos temere pronuntiemus? Et *Salomon* scripsit: „*In Ecclesia non sis velox ad iudicandum de sermonibus Dei*, *ne desperes*, inquit, *loqui coram Deo.* Iterum cum *Paulus* dicit, *peccatum esse*, *quidquid non ex fide est.*" Si habeant corda incerta et doceant, non docent ex fide, sed peccatum. Has admonitiones homines non contemnunt, qui sunt sanabiles. Qui contemnunt, vociferantur multum de Sacramentis, et spargunt sua somnia in miserum vulgus. Hi non agitantur bono spiritu, sed novitate ducuntur. Sunt enim homines incerti clamatores. Ego adhuc neminem comperi, ne *Carlstadium* quidem, qui diceret se esse certum de sua opinione. Neque dubito, si inter illos sunt saniores, veniet eis saepe in mentem, fieri posse, ut sit diversa sententia vera.

No. 662. **13. Febr.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 134.

Ioachimo Camerario Noribergae

S. D. Accedit Caesar, et veniendum nobis est Augustam. Istac igitur transibimus. Tu hospitium parato. Erit autem mihi manendum quasi gregario militi in exercitu, neque concedetur meo arbitrio pergere. Quod si obtineri posset, accurrerem ad vos, vel etiam advolarem. Nondum scio quando iter ingrediendum sit. Quidam de Martio loquuntur, quidam de Aprili. *ὁ διδάσκαλ.* *) subsistet opportuno aliquo in loco, *οὐδέπω γὰρ ἀρέσκει ἐκεῖνον παρεῖναι ἐν τῷ συλλόγῳ.* Sed de his deque meis ingentibus curis et sollicitudine infinita et gravissimis doloribus exponam coram omnia. Nam neque facile illa scribi possunt, neque sunt pleraque literis committenda, iis praesertim, quae an primum in tuas manus perventurae essent, dubitabam. Vale. Id. Febr. Anno M.D.XXX.

Philippus.

No. 663. **18. Febr.**

Ge. Spalatino.

† Ex apographo in cod. Goth. 402. p. 385 b. Legitur etiam apograph. ex mst. in bibl. Hassel. descriptum in Collect. Ballenst. Vol. I. p. 182.

Georgio Spalatino,

Ego, mi *Spalatine*, quantum potui semper cavi, ne veteres causas moverem. Nihil proficitur [1]), nisi ut perturbentur conscientiae multorum. *Κακὸν εὖ κείμενον μὴ κινητέον.* Leges imperatorum illi ignoscunt, qui neptem duxit insciens et iam [2]) diu habuit uxorem et ex ea suscepit liberos. Fortassis hoc exemplum in hoc *Erholdi* [3]) casu sequi iudex possit. Agam itaque cum *Luthero* de hac re. Quaeso te, ne moveas huiusmodi vetera negotia, sed adhibito uno atque altero viro bono tegas, quantum bona conscientia fieri potest. *Lutherus* quidem adhuc vehementer contendit, ut distrahas istos [4]). Caetera negotia tibi remitto. Nihil prodest scribere ad facultatem Iuristarum, sed debebis deinceps scribere simpliciter: *den Rechtsverständigen des Sächsischen Oberhofgerichts.* Sunt enim in facultate, qui in his causis nimis mordicus retinent suos decretales. Vale feliciter. 18. Februarii 1530.

---

*) Lutherus Coburg. C. W.

1) Ballenst. *efficitur.*

2) cod. Goth. *tam.*

3) Nomen in apogr. Ballenst. desideratur.

4) Vid. Luth. epist. d. 26. Febr. 1530. ad Spalatinum.

No. 664. (fere Febr.)

Frid. Myconio.

Edita a *Snegassio* ep. 26., nunc accuratius ex autographo Melanth. in cod. Goth. 879. fol. 28.

D. Friderico Myconio, etc.

S. D. Tua assiduitas in mittendis literis est mihi gratissima; quare, ut eam retineas, te vehementer oro [1]). Consilium vestrum de edenda confutatione adversus Anabaptistas placet nobis magnopere, et opinor, *Lutherum* literas ea de re ad *Menium* dare *). Quod videris angi propter severiores poenas in homines facinorosos constitutas, duxi tibi meam sententiam perscribendam esse. Ego ab initio, cum primum coepi nosse *Ciconiam* et *Ciconiae* factionem, unde hoc totum genus Anabaptistarum exortum est, fui stulte clemens. Sentiebant enim [2]) et alii, haereticos non esse ferro opprimendos. Et tunc *Dux Fridericus* [3]) vehementer iratus erat *Ciconiae:* ac nisi a nobis tectus esset, fuisset de homine furioso et perdite malo sumtum supplicium. Nunc me eius clementiae non parum poenitet. Quos ille tumultus, quas [4]) haereses postea non excitavit? Sic enim sentire debes: ut ex dentibus serpentis in fabula natam esse gentem armatam ferunt; ita ab uno Ciconia ortae sunt omnes istae factiones Anabaptistarum et Zinglianorum. Quare ita sentias, magistratum debere uti summa severitate in coercendis huiusmodi [5]) spiritibus. Vides quam contemta sit auctoritas magistratuum; quam sint securi improbi, quia lenitatem vel potius indulgentiam in imperio tantam esse vident. Sines igitur novis exemplis timorem incuti multitudini. Hac de re plura scriberem, si de tua prudentia dubitarem. Ad haec notae tibi sunt causae seditionum; quas gladio prohiberi oportet. Anabaptistae omnes, etiam qui minimum habent vitii, tamen aliquam partem civilium officiorum improbant. Quantulacunque res est, tamen hoc tempore et in tot periculis capitalis est. Cum initio leve videtur erratum, paulatim error parit errorem: ἀρχή, ut scis, ἥμισυ παντός. Ubi exiguam particulam civilium rerum coeperint damnare, et via facta est ad laedendam maiestatem, non desinunt, donec motum aliquem exsuscitent. Nam diabolus agitat impios homines, ne possint quiescere. Est autem diaboli indicium, mendacium se pertinacia erroris. Meministi *Monetarium*, a qualibus exemplis et quam a parvis rebus initium fecerit tumultuandi. Venit mihi iam in mentem vocis *Ionae*, quam dixit Marpurgi in prandio quodam, cum de Cingliana Repub. loqueremur: *Wenn sie der Bauern Biret* [6]) *haben reformiret, so wollen sie darnach des Fürsten Marder Schauben auch reformiren, darnach die Pferde und das Regiment.* Propterea ego sentio de his, qui etiamsi non defendunt seditiosos articulos, habent manifeste [7]) blasphemos, quod interfici a magistratu debeant. Nam magistratus debet, ut alia publica et manifesta crimina, ita blasphemias manifestas et publicas punire. Exemplum habemus in lege Moysi. Et id fortasse secuti sunt Imperatores, qui Arrianos gladio puniendos esse constituerunt. *Brentius* nimis clemens est. Sed nondum cognovit usu, quantum contagium sit in fanaticis spiritibus. Augustinus etiam permisit gladio coerceri Donatistas; de cuius sententia potes ipsius libros consulere. *Lutherus* Dei gratia recte valet, ac spero eum non omnino relicturum concionandi ministerium, tametsi rarius [8]) nunc concionatur. Et meo iudicio debet habere rationem valetudinis. Ego famam, de qua scribis, intelligo nimis veram esse; morior enim quotidie *). Mitto tibi οἰκονομίαν Pauli **), libellum magno labore scriptum, quem habebis communem cum *Basilio.* Nunc excuduntur testimonia scriptorum veterum de Coena Domini, quae collegi, et epistolam praefixi ad te scriptam. *Campanus* misit huc horribilem disputationem ***). Vale 1530.

Philippus.

1) Sneg. *rogo.*
*) Vid. Epist. Luth. ad Mycon. epp. III. p. 558. et ad Menium d. 12. Apr. T. III. p. 570.
2) Sneg. *sentiebant enim ut et al.* etc.
3) Sneg. pro Dux Frider. nil nisi *N.* edidit.
4) Sneg. *quot.*
5) Sneg. *eiusmodi.*

6) Sneg. *pareth.*
7) Sneg. *manifesto.*
8) Sneg. *rarius* praetermisit et pro eo posuit *non post nunc.*
*) Argentinae rumor sparsus erat, Melanthonem esse mortuum. Vid. epist. ad Camerar. d. 6. Mart. h. a.
**) Intelligit haud dubie: Dispositionem orationis in ep. Pauli ad Romanos authore Ph. Mel. Hagan. per Io. Secer. 1529. 8. quae altera vice prodiit Witebergae 1530. per Ioannem Clug.
***) Vid. epist. ad Myconium ex. Ianuario h. a. scripta.

sint de his rebus incerti. Nam multi putant se certos esse, cum sint incertissimi, nec habeant rationes probabiles. Tantum sic credere videri volunt, quia placuit novitas, et quia sic audierunt. Potest autem sic evinci, ut fateantur se non vere certos esse, si familiariter interrogentur, quos habeant locos, et opponantur firmiores, quos non possunt scite solvere, et auctoritas veterum scriptorum, *Augustini*, *Cypriani* et similium obiiciatur. Nam sunt in *Cypriano*, *Hilario* etc. clarae de Eucharistia sententiae, sicut in *Augustino* de parvulorum Baptismo. Secundo si fateantur se esse incertos, commonefiant, ne doceant; sed ut apud se suam opinionem contineant, et diligenter omni ex parte conferant, donec Deus cor in alterutra opinione confirmet. Nam de rebus spiritualibus non statim pronuntiandum est. *Petrus* etiam cum accepisset Spiritum S., tamen dubitavit de cibis prohibitis, Act. 10., et visione confirmatus est: tamen postea haesitavit. Cur nos temere pronuntiemus? Et *Salomon* scripsit: „*In Ecclesia non sis velox ad iudicandum de sermonibus Dei, ne desperes*, inquit, *loqui coram Deo.* Iterum cum *Paulus* dicit, *peccatum esse, quidquid non ex fide est.*" Si habeant corda incerta et doceant, non docent ex fide, sed peccatum. Has admonitiones homines non contemnunt, qui sunt sanabiles. Qui contemnunt, vociferantur multum de Sacramentis, et spargunt sua somnia in miserum vulgus. Hi non agitantur bono spiritu, sed novitate ducuntur. Sunt enim homines incerti clamatores. Ego adhuc neminem comperi, ne *Carlstadium* quidem, qui diceret se esse certum de sua opinione. Neque dubito, si inter illos sunt saniores, veniet eis saepe in mentem, fieri posse, ut sit diversa sententia vera.

No. 662. 13. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 134.

Ioachimo Camerario Noribergae

S. D. Accedit Caesar, et veniendum nobis est Augustam. Istac igitur transibimus. Tu hospitium parato. Erit autem mihi manendum quasi gregario militi in exercitu, neque concedetur meo arbitrio pergere. Quod si obtineri posset, accurrerem ad vos, vel etiam advolarem. Nondum scio quando iter ingrediendum sit. Quidam de Martio loquuntur, quidam de Aprili. *ὁ διδάσκαλ.* *) subsistet opportuno aliquo in loco, *οὐδέπω γὰρ ἀρέσκει ἐκεῖνον παρεῖναι ἐν τῷ συλλόγῳ.* Sed de his deque meis ingentibus curis et sollicitudine infinita et gravissimis doloribus exponam coram omnia. Nam neque facile illa scribi possunt, neque sunt pleraque literis committenda, iis praesertim, quae an primum in tuas manus perventurae essent, dubitabam. Vale. Id. Febr. Anno M.D.XXX.

Philippus.

No. 663. 18. Febr.

Ge. Spalatino.

† Ex apographo in cod. Goth. 402. p. 385 b. Legitur etiam apograph. ex mst. in bibl. Hassel. descriptum in Collect. Ballenst. Vol. I. p. 182.

Georgio Spalatino,

Ego, mi *Spalatine*, quantum potui semper cavi, ne veteres causas moverem. Nihil proficitur [1]), nisi ut perturbentur conscientiae multorum. *Κακὸν εὖ κείμενον μὴ κινητέον.* Leges imperatorum illi ignoscunt, qui neptem duxit insciens et iam [2]) diu habuit uxorem et ex ea suscepit liberos. Fortassis hoc exemplum in hoc *Erholdi* [3]) casu sequi iudex possit. Agam itaque cum *Luthero* de hac re. Quaeso te, ne moveas huiusmodi vetera negotia, sed adhibito uno atque altero viro bono tegas, quantum bona conscientia fieri potest. *Lutherus* quidem adhuc vehementer contendit, ut distrahas istos [4]). Caetera negotia tibi remitto. Nihil prodest scribere ad facultatem Iuristarum, sed debebis deinceps scribere simpliciter: *den Rechtsverständigen des Sächsischen Oberhofgerichts.* Sunt enim in facultate, qui in his causis nimis mordicus retinent suos decretales. Vale feliciter. 18. Februarii 1530.

---

*) Lutherus Coburg. C. W.

1) Ballenst. *efficitur.*

2) cod. Goth. *tam.*

3) Nomen in apogr. Ballenst. desideratur.

4) Vid. Luth. epist. d. 26. Febr. 1530. ad Spalatinum.

No. 664. (fere Febr.)

Frid. Myconio.

Edita a *Snegassio* ep. 26., nunc accuratius ex autographo Melanth. in cod. Goth. 379. fol. 28.

D. Friderico Myconio, etc.

S. D. Tua assiduitas in mittendis literis est mihi gratissima; quare, ut eam retineas, te vehementer oro [1]). Consilium vestrum de edenda confutatione adversus Anabaptistas placet nobis magnopere, et opinor, *Lutherum* literas ea de re ad *Menium* dare [*]). Quod videris angi propter severiores poenas in homines facinorosos constitutas, duxi tibi meam sententiam perscribendam esse. Ego ab initio, cum primum coepi nosse *Ciconiam* et *Ciconiae* factionem, unde hoc totum genus Anabaptistarum exortum est, fui stulte clemens. Sentiebant enim [2]) et alii, haereticos non esse ferro opprimendos. Et tunc *Dux Fridericus* [3]) vehementer iratus erat *Ciconiae:* ac nisi a nobis tectus esset, fuisset de homine furioso et perdite malo sumtum supplicium. Nunc me eius clementiae non parum poenitet. Quos ille tumultus, quas [4]) haereses postea non excitavit? Sic enim sentire debes: ut ex dentibus serpentis in fabula natam esse gentem armatam ferunt; ita ab uno Ciconia ortae sunt omnes istae factiones Anabaptistarum et Zinglianorum. Quare ita sentias, magistratum debere uti summa severitate in coercendis huiusmodi [5]) spiritibus. Vides quam contemta sit auctoritas magistratuum; quam sint securi improbi, quia lenitatem vel potius indulgentiam in imperio tantam esse vident. Sines igitur novis exemplis timorem incuti multitudini. Hac de re plura scriberem, si de tua prudentia dubitarem. Ad haec notae tibi sunt causae seditionum, quas gladio prohiberi oportet. Anabaptistae omnes, etiam qui minimum habent vitii, tamen aliquam partem civilium officiorum improbant. Quantulacunque res est, tamen hoc tempore et in tot periculis capitalis est. Cum initio leve videtur erratum, paulatim error parit errorem: ἀρχὴ, ut scis, ἥμισυ παντός. Ubi exiguam particulam civilium rerum coeperint damnare, et via facta est ad laedendam maiestatem, non desinunt, donec motum aliquem exsuscitent. Nam diabolus agitat impios homines, ne possint quiescere. Est autem diaboli indicium, mendacium se pertinacia erroris. Meministi *Monetarium*, a qualibus exemplis et quam a parvis rebus initium fecerit tumultuandi. Venit mihi iam in mentem vocis *Ionae*, quam dixit Marpurgi in prandio quodam, cum de Cingliana Repub. loqueremur: *Wenn sie der Bauern Biret* [6]) *haben reformiret, so wollen sie darnach des Fürsten Marder Schauben auch reformiren, darnach die Pferde und das Regiment.* Propterea ego sentio de his, qui etiamsi non defendunt seditiosos articulos, habent manifeste [7]) blasphemos, quod interfici a magistratu debeant. Nam magistratus debet, ut alia publica et manifesta crimina, ita blasphemias manifestas et publicas punire. Exemplum habemus in lege Moysi. Et id fortasse secuti sunt Imperatores, qui Arrianos gladio puniendos esse constituerunt. *Brentius* nimis clemens est. Sed nondum cognovit usu, quantum contagium sit in fanaticis spiritibus. Augustinus etiam permisit gladio coerceri Donatistas; de cuius sententia potes ipsius libros consulere. *Lutherus* Dei gratia recte valet, ac spero eum non omnino relicturum concionandi ministerium, tametsi rarius [8]) nunc concionatur. Et meo iudicio debet habere rationem valetudinis. Ego famam, de qua scribis, intelligo nimis veram esse; morior enim quotidie [*]). Mitto tibi οἰκονομίαν Pauli [**]), libellum magno labore scriptum, quem habebis communem cum *Basilio.* Nunc excuduntur testimonia scriptorum veterum de Coena Domini, quae collegi, et epistolam praefixi ad te scriptam. *Campanus* misit huc horribilem disputationem [***]). Vale 1530.

Philippus.

---

1) Sneg. *rogo.*

*) Vid. Epist. Luth. ad Mycon. epp. III. p. 558. et ad Menium d. 12. Apr. T. III. p. 570.

2) Sneg. *sentiebant enim ut et al.* etc.

3) Sneg. pro Dux Frider. nil nisi *N.* edidit.

4) Sneg. *quot.*

5) Sneg. *eiusmodi.*

6) Sneg. *pareth.*

7) Sneg. *manifesto.*

8) Sneg. *rarius* praetermisit et pro eo posuit *non post nunc.*

*) Argentinae rumor sparsus erat, Melanthonem esse mortuum. Vid. epist. ad Camerar. d. 6. Mart. h. a.

**) Intelligit haud dubie: Dispositionem orationis in ep. Pauli ad Romanos authore Ph. Mel. Hagan. per Io. Secer. 1529. 8. quae altera vice prodiit Witebergae 1530. per Ioannem Clug.

***) Vid. epist. ad Myconium ex. Ianuario h. a. scripta.

No. 665. (ex. Febr.)

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 640.

Michaëli Meienburgio, consuli Northusano,

S. D. Quanquam ex proximis literis, quas ad te dedi, intellexisse te arbitror, tuum munus longe gratissimum mihi fuisse, tamen [quid] [1]) speraveram fore, cum in Lipsicis nundinis de more convenissemus, ut coram tibi voluntatem meam copiosius declararem. Scripsi tum forte occupatus brevius, quam res poposcit. Sed, quia me domesticae quaedam difficultates hic retinuerunt, quo minus congredi tecum atque colloqui possem, duxi, rursus ad te scribendum esse, ut illarum mearum literarum brevitatem excusarem, simul ut pro geminis vasis geminas redderem epistolas. Sed extra iocum, tuum munus cum per se mirifice me delectet, tum hoc nomine et gratius est, quia interpretor, te hoc officio voluntatem mihi tuam simul declarare voluisse, et amicitiae inter nos quaedam fundamenta iacere. Sed neque ego ulla regna, ullas opes pluris facio, quam gratiam ac benevolentiam bonorum virorum. Quare si, ut statuo, hanc tanquam tesseram amicitiae mecum contractae mihi dedisti, amplissimum profecto id munus propter tuam amicitiam, quam plurimi facio, iudicare debeo. Rogo autem te, qui pro tua summa humanitate ultro me ad amicitiam invitasti, ut eam erga me benevolentiam retineas. Ex mea amicitia fortasse aliquem fructum percipere posses, si hae honestae literae non iacerent oppressae temporum iniquitate. Verum nostri Philosophi, quorum tu praecepta non modo doctrina cognita habes, sed etiam bonitate naturae vel sine magistris animadvertere potuisti, praecipiunt, gratis colendas esse amicitias, neque aliam uberiorem mercedem requirendam esse, quam virtutis atque fidei laudem. Id precor, ut in hac nostra amicitia et in nobis complectendis sequi velis. Mitto tibi quosdam Psalmos ab *Eobano* [2]), homine tui studiosissimo, coniectos in carmen, qui, si te delectabunt, incitabit optimum poetam nostrum hoc iudicium ad similia scribenda. Vale.

Philippus.

1) hoc *quid* delendum videtur.

2) Vid. illum librum supra laudatum ad epist. d. 24. Iul. 1529. sriptam ad Eob. Hessum. Prodierunt Psalmi mense Febr. 1530. Norinbergae; ergo haec epist. eodem mense scripta videtur.

No. 666. (6. Mart.)

Iohanni, Duci Sax. Elect.

† Ex apogr. in cod. Goth. 402. p. 390. De eadem quaestione Lutherus scripsit ad Principem Electorem d. 6. Marti 1530., vel, ut Walchius in opp. Lutheri T. X. p. 645. habet, die Martini. Certe hoc Melanthonis iudicium eodem tempore scriptum est, quo Lutherus dedit epistolam. Uterque enim respicit ad Iurisconsultorum sententias hac de re latas. Ex ep. ad Camerarium autem, quae ante conventum Augustanum data est, colligendum est, epistolam Lutheri mense Martio esse scriptam.

(Phil. Mel. ad Iohannem Electorem de quaestione: an liceat vi resistere Caesari, vim iniustam inferenti.)

Qui sentiunt, quod *liceat vi resistere Caesari, vim iniustam inferenti*, haec argumenta adferunt. Iura concedunt resistere potestati in his casibus, quando non vult cognoscere rem, nec defert appellationi. Item, quando praecipit ea, quae non sunt sui officii, ut in glo: (glossa?) de regn. iu. L. non videntur ff. qui iussu. Item quando constat iniustitia, ut indicat Baret. in L. prohibitum (de iure fisci. li. 10. et alii alias). Sed ad haec respondendum est, quod iurisconsulti non distinguunt inter non obedire et vi resistere. In illis casibus citatis licet non obedire; ut cum imperator mandat, aliquid manifeste iniustum fieri. Hic concedunt mihi illa iura, ne obediam, sed non concedunt, ut contra imperatorem arma suscipiam volentem cogere. Et, si quis inspexit illos textus, videbit, hoc, quod doctores sentiunt, inde effici non posse.

Sed monent doctores: ratio naturalis: *vim vi repellere licet.* Quoties enim iura concedunt, non obedire potestati, indicant potestatem vim facere; ergo concedunt vi resistere. Non enim docent iura, quod debeamus iniustum pati. Sed illa ratio pugnat cum iure divino. Dei mandatum est, non resistere potestati, et malos magistratus tolerare, quia acceperit gladium etc. Ideo etiam cum potestas iniuria non licet christiano se contra potestatem vi defendere. Et de illa ratione naturali, vim depellere licet, dicendum est, quod iura cogunt, eam sic interpretari, ne tollat magi-

stratum. Quia ius magistratuum etiam est rationis naturalis, et testantur, quod etiam iniustae sententiae iudicis sit obediendum.

Item potest opponi contra rationem alia ratio: *nemo debet esse iudex in propria causa.* Quare nec nos debemus iudicis, hoc est superioris, officium occupare. Sed proponitur alia ratio, quod liceat resistere, quia imperator promisit, se nullum principem aut populum nisi re ordine cognita proscripturum esse. Hac conditione promisimus obedientiam; ergo cessante conditione cessat effectus. Haec ratio est speciosissima, et tamen non satis firma, quia duae sunt causae tolerandi magistratus: altera est nostra promissio, quam allegat argumentum et de qua sola loquuntur Iurisconsulti; altera est mandatum Dei, quod vetat, gladium accipere contra magistratum, sive potestas bene, sive male faciat. Peccatum potestatis, donec maneat, non liberat nos, ut liceat gladium accipere. Concludo igitur, quod non liceat arma capere adversus imperatorem, vim iniustam inferentem, iuxta illam sententiam: *qui gladium acceperit* etc. Item, in iis rebus non tantum spectandum est christiano quid liceat, sed etiam quid expediat. Si contra imperatorem arma ceperimus, necesse est, *aut* sequi mutationem imperii, quae solet infinita bella, alia ex aliis, gignere, (aut) victis adversariis maius nobis bellum cum nostris esset, qui fortasse minus paterentur, iterum rite constitui ecclesias, quam nunc patiuntur papistae. Propter tanta pericula tutius est nobis, tolerare vim iniustam, quam bellum suscipere, praesertim cum non habeamus mandatum de bello gerendo; tantum disputatur, utrum liceat. Etiam prudens Iurisconsultus non concedet, licere in hoc casu resistere potestati, quia, sicubi licet, in notoriis licet. At adversarii non concedunt, doctrinam nostram sanam esse; non igitur de notorio nunc agitur.

Quod autem *Zwinglianorum* civitates persuadere volunt, quod liceat resistere, scio, illas nec ius nec evangelium curare. Favebant eorum concionatores seditioni rusticorum et nunc exemplum imitari student. *Zwinglius* palam hortatur, ut civitates imperatoris se vi defendant contra imperatorem. *Bucerus* palam defendebat *Francisci* facinus; postea in seditione rusticorum scribebat, *Lutheri* librum redolere mosaicam phrasin. Haec enim erant eius verba. Et Argentinae sparserunt perniciosas opiniones de decimis, et nunc videntur Antiochum aliquem quaerere, per quem magis perturbent imperium et Ecclesiam. Et tamen sentio, haec consilia *Zwinglianorum* non processura esse, sed haud dubie ruent, etiamsi aliquamdiu fortassis tumultuabuntur. Quid igitur faciendum? Respondeo: singuli debent evangelium suo, non alieno, periculo profiteri, nec licet christiano, onerare periculo alios, sicut Christus non voluit apostolos, quos secum habebat, in idem discrimen adducere. Permittatur imperatori, ut ipse cum subditis agat pro sua voluntate. Si vult ordinare ecclesias, ordinet. Interea qui volunt confiteri evangelium tanquam privati, confiteantur et patiantur, si opus erit.

No. 667. (paulo post.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 118.

Ioachimo Camerario amico summo,

S. D. Heri accepi tuas literas, ad quas, quoniam eram occupatissimus, non potui iam respondere. *Lutherus* recte valet, ac miror, quae res occasionem praebuerit illi fabulae de eius interitu fingendae. De me similis rumor Argentinae sparsus est. *Hieronymo Baumgartnero* dicas, *Senglero* missam esse *) nostram sententiam *περὶ τοῦ μὴ ἀντιπολεμεῖν τῷ αὐτοκράτορι, καὶ οὕτως ἡμετέρῳ ἄρχοντι ἀπεκρινάμεθα.* Non licuit ea de re mittere *τὸ Λουθήρου σύγγραμμα.* Sed cum istuc venerimus, ostendam. Si enim procedent Comitia **), iter istuc habebimus. De aliis rebus igitur omnibus coram. Vale feliciter.

Φίλιππος.

No. 668. (m. Mart.)

Lectori.

Praefatio in librum: „Virgilius cum Philippi Mel. scholiis." Hagan. per Io. Secerium 1530. m. Martio. 8. — Iterum prodiit anno 1534, anno 1535. et postea saepius. — Descripta hic a Lunzio ex edit. ann. 1535., quae prodiit Moguntiae apud Io. Schoeffer. 8.

---

*) Lutherus Electori hac de re scripsit d. 19. Nov. 1529. et iterum d. 6. Mart. 1530. Ad Spenglerum ea de re hoc anno legitur epistola nulla, sed d. 15. Febr. 1531. Lutherus Senglero ea de re scripsit.

**) Augustana, ad quae iter Mel. fecit per Norinbergam.

Ad Lectorem Philippus Melanchthon.

Sunt inepti, qui in statuis iudicandis unum aliquod membrum, unam lineam intuentur: ita in poematis iudicandis aut orationibus sunt perridiculi, qui, quod vulgo fieri solet, tantum excerpunt γνώμας, aut unam atque alteram voculam rariorem, ut ex oratione Ciceronis verbum velificare aut γνώμην: Male partum male dilabitur. Sed universum opus considerandum est. Et sicut in picturis spectamus corporum lineamenta et colores: ita in oratione res et sermo considerari debent. Rerum cognitio prudentiam alit, sermones eloquentiam. Ut Virgilius, cum Aeneam describit, imaginem quandam viri prudentis facit, qui inter varia pericula ratione, consilio omnia adversa vincit: sed addit illi etiam Deos, rerum secundarum gubernatores. Viderant enim poetae, magnas res geri ratione, sed fatis fortunantibus et gubernantibus. Item finguntur indigni casus, ubi contra, quam merebatur virtus, quidam pereunt, sicut Pallas hic apud Virgilium: sed tamen qui fortuna et secundis rebus facti fuerant audaciores, sicut Euryalus et Nisus. Huiusmodi loci miseriam humani generis deplorant. Est et ubi male meritis talia accidunt, ut qui fortuna abusi sunt, sicut tyranno *Mezentio* accidit: item qui secundis rebus insolescunt, ut, nescia mens hominum fati etc. Haec ad iustitiam pertinent. Viderunt enim poetae exitus latronum et tyrannorum semper fuisse cruentos. Sed quia Aeneas fingitur esse princeps, ideo videndum est, quas ei tribuat artes reipublicae gerendae, scientiam belli, iustitiam, ideo dicit: Iustitiaene prius mirer belline laborem; item clementiam: equidem et vivis concedere vellem; et seditionum comprimendarum auctoritatem: Tantum pietate virum etc. Accedunt obiter descriptiones affectuum in rebus gerendis, item locorum et temporum, et morborum, vulnerum, remediorum, quae pertinent ad φυσιολογίαν. Sunt autem fabulae quaedam in poematis sine ratione confictae tantum ad admirationem theatralem, ut reliqui argumenti seriem commendent, et lectorem varietate quadam delectent, et in officio contineant, sicut de equo, de classe mutata in Nymphas. Quaedam ad naturam pertinent, sicut Venerem esse mari ortam; ad mores formandos in genere totum poema. Est enim imago ἀνδρὸς πολιτικοῦ καὶ στρατηγοῦ.

No. 669. (fortasse h. temp.)

Ge. Spalatino.

Select. epist. p. 189. Epist. lib. I. p. 375. (edit. Londin. I. ep. 92.)

Georgio Spalatino

S. D. De libris scribam cum a compactoribus nobis exhibiti erunt, et curabo rem ita, non ut tuam diligentiam assequar, quae est incomparabilis, sed ut in contractibus bonae fidei requiritur, ne quid dolo fiat, aut affectata neglegentia. Novi nihil habebam, praeter fabulas de his qui supplicio affecti sunt a Caesare, quod dicuntur eum *Venetis* prodituri fuisse *). Puto tibi omnia nota esse. De loco *Pauli*, Sermo Sapientiae, est spiritualis doctrina, de notitia Dei, de fide ac spe, qualia sunt quae *Lutherus* tractat plerumque: Huic enim proprie datus est sermo sapientiae. Sermo scientiae est gradus inferioris, de usu rerum exteriorum, de politicis rebus, propemodum ut Philosophi prudentiam appellant, diiudicationem τῶν πρακτέων, agendorum, ut vocant, ut cum docet *Lutherus* de variis Vitae generibus, de Magistratibus, de cavendis technis fanaticorum spirituum etc. Genera linguarum significant notitiam multarum linguarum: ἑρμηνεία γλωσσῶν, significat eloquentiam veram, qualis est *Pontani* aut *Lutheri*. Librum recens a te missum perlegi totum, neque quidquam inveni, quod ad haec tempora proprie pertineat. Habet imagines quasdam nascentis Ecclesiae, et quod gentium Ecclesia iterum dissipanda fuerit, sive per haereticos, sive per alias pestes. Haec est summa operis. Puerile scriptum est et inane. Bene vale.

No. 670. (h. temp.)

Mart. Gorlicio.

Ex confessione fidei, de Eucharistia Saxon. Ecclesiar. Magdeb. 1557. 8. descripta in cod. Goth. 188. ep. 2. Edita etiam ab Hospiniano, in hist. Sacrament. P. II. p. 198. et *in der gründlichen und wahrhaftigen Historia der Augsb. Confess.* (Lips. 1584. fol.) p. 153.

*) Videntur haec accidisse, quum Carolus Imperator in Italia versaretur ineunte anno 1530., quo tempore Veneti foedus adversus eum paulo ante inierant. Evenerunt fortasse haec post inaugurationem Caroli Imperatoris m. Febr. factam. — Sed fortasse rectius haec referuntur ad Fregosum et Ringonem, legatos Regis Galliae ad Turcarum Imperatorem, qui ituri Venetias capti et trucidati sunt m. Iulio 1541. Vid. Sleidan. comment. p. 290.

Reverendo Viro, doctrina et pietate praestanti, Martino Gorolicio, Pastori Brunsvicensi.

Quantum attinet ad factionem *Zwinglii*, iubeo te bono animo esse. Ego agnovi, coram auditis antesignanis illius sectae *), quam nullam habeant Christianam doctrinam. Tantum pueriliter philosophantur. Ideo non poterunt durare. Omnis enim planta, quae non est ex Deo, eradicabitur. Cum totis sexcentis annis disputaverint, nihil afferunt praeter hanc vocem: *Caro non prodest quicquam.* Hanc nunc torquent ad Christi carnem. Vidisti, quid ego collegerim de hac re, unde meam sententiam cognoscere potes. Ego mori malim, quam hoc affirmare, quod illi affirmant: Christi corpus non posse, nisi in uno loco, esse. Ideo constanter arguas eos, publice et privatim, cum erit occasio. Vituperes [1]) hoc quoque in eis, quod de usu Sacramentorum nihil dicunt. Nulla est mentio fidei iustificantis in omnibus Zwinglianorum libris. Cum nominant fidem, non intelligunt illam, quae credit remissionem peccatorum, quae credit, nos recipi in gratiam, exaudiri et defendi a Deo, sed intelligunt historicam. Usum autem et exercitium fidei Christianos nosse oportet. Vale [2]), Christus gubernet tuum ministerium.

Philippus Melanthon.

No. 671. 14. Mart.

Pr. Elector ad Theologos Viteberg.

Edita ex parte a Chytraeo in Hist. Aug. Conf. p. 42. sed integra primum edita a Muellero l. l. lib. III. cap. 6. p. 438. et in opp. Luth. Lips. T. XX. p. 171. et Halens. T. XVI. p. 763. — Inveni in Tabular. Vinar. Reg. E. fol. 37. primam scripturam huius epistolae, ex qua ea hic accurate descripta et edita est. — Inserui eam epp. Melanthonis quippe ad historiam Aug. Confess. pertinentem.

An Doctor Martinus, Doctor Jonas, Pommer, Philipp Melanchton.

Von Gottes Gnaden Johann, Churfürst ꝛc.

Unsern Gruß zuvor. Ehrwürdigen und Hochgelahrten, lieben Andächtigen und Getreuen. Wir wissen euch gnädiger Meinung nicht unangezeigt zu lassen, daß uns von Römisch Kais. Majestät, unserm allergnädigsten Herrn, eine Reichstagsausschreibung zukommen ist *), damit wir auf den andern Tag Aprilis nächstkünftig, gleich andern des heiligen Reichs Ständen, gen Augsburg zum Reichstag, so ihre Kais. Majest. daselbst eigner Person zu halten Vorhaben seyn soll, erfordert worden, welcher vorgemeldten Ausschreibung Inhalt wir euch inliegende Abschrift übersenden.

Dieweil denn unter den fürnehmsten Sachen, davon auf solchem Reichstag gehandelt soll werden, eine ist belangend den Zwiespalt in unsrer christlichen Religion, und solcher großwichtigsten Sachen halben darin ausgedruckt, daß davon solcher Maß gehandelt und beschlossen soll werden, als nämlich eines jeglichen Gutbedünken, Opinion und Meinung zwischen den Ständen selbs in Liebe und Gütigkeit zu hören, zu verstehen und zu erwägen, dieselbige Zwiespaltung zu einer einigen christlichen Wahrheit zu bringen und zu vergleichen, alles, so zu beiden Theilen nicht recht wäre ausgelegt oder gehandelt, abzuthun, durch uns alle eine einige und wahre Religion anzunehmen und zu halten, und wie wir alle unter einem Christo seyn und streiten, also alle in einer Gemeinschaft, Kirche und Einigkeit zu leben, und beschließlich also gute Einigkeit und Friede zu machen: So erwägen wir bei uns, daß die hohe und unmeidliche Nothdurft erfordern will, weil vielleicht solcher Reichstag an eines Concilii oder Nationalversammlung Statt gehalten will werden, daß wir aller der Artikel halben, darum sich angezeigter Zwiespalt, beide im Glauben und auch in andern äußerlichen Kirchenbräuchen und Ceremonien erhältet, zum förderlichsten dermaßen gefaßt werden, damit wir vor Anfang solches Reichstags beständiglich und gründlich entschlossen seyn, ob, oder welcher Gestalt, auch wie weit wir und andre Stände, so die reine Lehre bei ihnen angenommen und zugelassen, mit Gott, Gewissen und gutem Fug, auch ohne beschwerliche Aergerniß, Handlung leiden mögen und können.

Dieweil doch die Sachen, wie wir vorberürte Auskundung des Reichstags nicht anders verstehen können, auf solchem Wege vorgenommen sollen werden, das denn von niemand baß gründlicher noch beständiger denn euch erwogen und berathschlagt mag werden, als wir auch an euch hiermit gnädiglich begehren: und sonderlich daß ihr solche Erwägung, andere Sachen und Geschäfte in Ruhe gestellt, dermaßen wollet vornehmen,

---

* (in colloquio Marburgensi, habito A. CIƆIƆXXIX.)

1) Hospin. *Vituperas.*

2) Haec ultima verba non habet Hospinian.

*) Edictum Caesaris vid. in Lünig's Reichsarchiv, Part. gen. Cont. I. p. 496. in Müllers Historie von der Evang. Stände Protest. ꝛc. lib. III. c. 3. p. 412. et in opp. Lutheri Halens. XVI. p. 747.

auf daß ihr die zwischen und nächst künftigen Sonntags Oculi damit fertig werdet, und auf denselbigen benannten Sonntag sämmtlich allher gegen Torgau damit kommen möget, wir uns, in Betrachtung daß die Zeit bis auf den Reichstag ganz kurz ist, und wir uns ohne Verzug werden erheben müssen, gänzlich zu euch verlassen wollen *).

Und obwohl in vorangezeigter Ausschreibung nicht¹) ausgedruckt ist, daß ein jeder Stand seine Prediger und Gelehrten zu solcher Handlung auf gebührliche Vergleitung [sicheres Geleit] mitbringen mögen solle, darum wir auch bei uns nicht wohl bedenken mögen, wie darzu zu kommen seyn will, daß eines jeden Opinion und Meinung † zur Nothdurft" gehöret, und darnach zu Einigkeit gehandelt möge werden: so ist gleichwohl an euch Doctor Martin, und Doctor Jonassen, Probst, auch Magister Philippsen Melanchton unser gnädiges Begehren, ihr wollet euch und eure Sachen anheim darnach achten, auch so viel möglich in unsrer Universität zu Wittenberg die Vorsehung thun, daß an eurer Statt eures Abwesens gelesen werde, auf daß ihr an dem Tag, den wir euch ernennen werden, wiederum zu Torgau bei uns seyn, und alsdann neben Magister Spalatin und Eisleben mit uns bis gen Coburg reiset. In mittlerweil wir uns versehen, wills Gott, ferner zu erfahren, wie es mit dem Vortragen eines jeden Theils Opinion und Meinung zu Augsburg auf dem Reichstag zu thun gemeinet, und gehalten soll werden. Denn wo den Ständen zugelassen will werden, als ihre Nothdurft erfordern will, ihre Prediger und Gelehrten gegen Augsburg auf gebührliche Vergleitung zu sich zu erfordern, wollen wir euch alsdenn von Coburg zu uns holen lassen. Wo aber die Prediger und Stände nicht wollten zugelassen und vergleitet werden, sollt ihr euch, und sonderlich ihr, Doctor Martinus, gleichwohl bis auf unsern fernern Bescheid zu Coburg

*) Necessitatem confessionis fidei faciendae accepto edicto Caesaris statim intellexit *Pontanus*, cuius sententia sua manu scripta (sine anno et die) in Actis Tabul. Vinar Reg. H. fol. 37. no. 2. habetur haec: „Dieweil Kaiserl. Maj. Ausschreiben vermag, daß eines jeglichen Opinion und Meinung „gehört soll werden, will uns für gut angehen, daß solche „Meinung, darauf unsers Theils bis anhero gestanden und „verharret, ordentlich in Schriften zusammengezogen werde; „mit gründlicher Bewährung derselben aus göttlicher Schrift, „damit man solchs in Schriften vorzutragen hab, wo man den „Ständen auch die Prediger in den Handlungen die Sachen „vorzutragen je würde verstatten wollen, als wir besorgen „schwerlich wird zugelassen werden. Das würde auch zu Förderung der Händel und dahin dienen, auf daß dest weniger „Mißverstands, wo solche Opinion und Meinung durch andere „Leute, so der Gründe nicht genugsam verständig, sollt angezeigt werden, vorfallen möge."

1) Libri impr. mit, mendose; Mst. habet nit, i. e. nicht.

verhalten ²). Darin wollet, in Ansehung was an diesen Sachen uns allen und der ganzen Christenheit gelegen, unbeschwert seyn, wie wir uns gänzlich versehen wollen. Daran erzeigt ihr uns zu sonderlichem ernsten und gnädigen Gefallen. Torgau Montags nach Reminiscere anno domini 1530.

† Wir begehren auch gnädiglich, ihr wollet M. Johann Eisleben mitnehmen, der auf solcher unsrer Reise als für einen Prediger gebraucht soll werden. Daran erzeigt ihr uns zu Gefallen. Dat. ut s."

No. 672. 15. Mart.

Iusto Ionae.

Epistol. lib. V. p. 87.

Iusto Ionae

S. D. Hic sacerdos eiectus est ex *Mincoviciants* possessionibus, quas nunc tenet Dux *Georgius*. Quaeso igitur, ut exulem miserum respicias, ac praeficias alicubi vacuae παροιχίᾳ. Ipse nominat quandam *Nörichen*, quam ait esse in ditione D. *Iohannis a Minguicz*, ubi sit opus novo Pastore. Sed totam rem tibi committo. *Lutherus* vocat te *) mandato Principis, quare venies, cum primum poteris. Conventus indictus est Augustam. Et Caesar benigne pollicetur, se vitia utriusque partis, re cognita, emendaturum esse. Christus adiuvet nos. Ἔῤῥωσο. Saluta meis verbis reverenter D. *Benedictum* et alios Collegas tuos. Iterum vale. Dinstag.

Φίλιππος.

No. 673. (fere hoc. temp.)

Conr. Heresbachio.

Epist. lib. II. p. 397. (edit. Lond. II. ep. 410.)

D. Contrado Heresbachio

S. D. Quod faustum felixque sit, tuus nepos in patriam revertitur, quem, etsi ille peccare enim inquit, qui velit amicis commendari: tamen tibi commendandum esse duco. Vixit enim apud nos

2) Libri impr. mendose: enthalten.

*) Vid. epist. Luth. d. 14. Mart. 1530. Vol. III. p. 564.

summa cum laude modestiae ac diligentiae, ac mihi quidem profecisse aliquid videtur. Sed de profectu tuum erit iudicium. Illud praedico, quod, religiose dicturus testimonium, in iudicio affirmare queam, nihil hic fecisse indignum modesto ac studioso scholastico. Cum autem mores sint huiusmodi, dabis operam, ut in studiis literarum retineatur. Vides enim bonis omnibus hoc tempore pugnandum esse, ut bona ingenia et moderata retineantur in studiis propter rempubl. Calumniae *Campani* editae sunt, quas cum videris quantum mali, quos motus pariturae videantur, facile intelliges. Incurrit in omnes sine discrimine. Nemo quidquam recte dixit, praeter unum hunc *Thaleta Campanum.* Sed privatae iniuriae facile dissimulari a nobis possunt. Vos videritis utrum Ecclesiae hoc genus calumniarum profuturum sit. Bene vale, meque inter eos numera, qui tui cupidissimi ac studiosissimi sunt.

No. 674. (in Martio, ut videtur.)

Frid. Myconio.

Epistola nuncupatoria in librum: „Sententiae veterum aliquot scriptorum de coena domini, bona fide recitatae. Philip. Melan." Witebergae MDXXX. (in fine: impressum Witebergae per Ioseph. Clug. Anno MDXXX.) 8. — Exstat in Opp. Melanth. Basil. T. I. p. 455 sq. in Oecolampadii epistolis fol. 135 a, et ex parte in Hospinian. hist. Sacram. P. II. p. 114 a. — [Germanice edidit Michael Maurer: „Vom Abendmal des Herrn. Etliche Sprüche der alten Väter, neulich angezogen durch Phil. Mel." Wittemberg (1532.) 8. *Foerst.*]. — Videtur Melanthon haec, quae hic edidit, statim post colloquium Marburgense collegisse, et librum ante comitia Aug. edidisse. Quod si autem, quae d. 3. Iun. h. a. ad Lachmannum scripsit, ad hoc scriptum referenda sint, illud post illa comitia in lucem prodiisset.

Philippus Melanchthon Friderico Myconio S. D.

Mitto tibi locos veterum scriptorum de coena Domini, ut promisi, qui testantur, illos idem sensisse, quod nos sentimus, videlicet, corpus et sanguinem Domini vere adesse in coena dominica. Quanquam autem fides non pendeat ab humana auctoritate, sed a verbo Dei, tamen cum scriptura imbecilles a fortioribus confirmari velit, iuvat habere Ecclesiae testimonia in omni genere tentationum. Ut enim vivos libenter consulimus, quos iudicamus usum aliquem habere spiritualium rerum, ita et veteres, quorum scripta probantur, censeo consulendos esse. Sunt et aliae causae, cur veterum testimonia non contemnam. Ego istimo enim, hoc communiter sensisse Ecclesiam, quod isti scripserunt. Neque vero tutum est a communi sententia veteris Ecclesiae discedere. Quibusdam valde hebetes videmur, quod in verbis Evangelii, HOC EST CORPUS MEUM, non videamus metaphoram, nec intelligamus, nos ab infinitis quaestionibus unius beneficio metaphorae liberari. Videtur insania esse, sententiam omnium longe absurdissimam mordicus tenere, cum aliam commodissimam offerat metaphora. Hi desiderabunt in me iudicium hic etiam, quod in his testimoniis hyperbolas et allegorias non deprehenderim. Ego vero non ignoro haec σοφὰ φάρμακα, ut Poëta vocat, quibus medicantur has sententias alii. Verum quid non poterit eludi hac arte, si licebit allegorias comminisci nostro arbitrio? Quidam enim callidi homines totam religionis doctrinam hoc modo transformarunt in Philosophiam. Ego has sententias auctorum sine glossematis nudas proposui, ut iudicium candido lectori relinquerem, utrum de corporali praesentia loquantur, an de sola efficacia. Ego quidem statuo, eos ῥητῶς asseverare, quod corpus Domini vere adsit in coena dominica.

Nonnulli sine delectu maximum numerum testimoniorum congesserunt, in quibus pleraque sunt ambigua et obscura. Nos tantum ea recitavimus, quae videbantur esse quam maxime perspicua. *Origenes* ludit suo more allegoriis, nec quidquam ex eo certi potest colligi. Apud *Hieronymum* extant loci quidam, qui, ut non magnopere muniant nostram sententiam, tamen adversariis nihil patrocinantur. Apud *Nazianzenum* nullam satis claram sententiam reperi. Ex *Basilio* citat *Gracianus* locum quendam, qui certe non adversatur nostrae sententiae. *Damascenum* non adscripsi, qui nostram sententiam copiose defendit. Et quanquam non admodum vetus scriptor esse videatur, tamen opinor eum scripsisse hoc, quod diu iam senserat publice Graeca Ecclesia. *Bessarion* multorum auctorum nomina recenset, quem optarim potius integras eorum sententias posuisse; praesertim cum de re tanta iustam disputationem instituisset, et in iis locis versaretur, ubi locupletissimae bibliothecae fuerunt, et ita abundaret otio, ut tam magnum librum et plenas ἁμάξας λήρων adversus *Trapezontium* scripserit. Quaedam ex *Augustino Gra-*

cinnus intempestive detorsit ad coenam Domini, quae citantur contra nos, et multos vehementer exercent. Sed illum locum propius inspectum comperiemus, nihil ad rem facere. Duos locos ad summum, nec amplius, proferunt isti, qui a nobis dissentiunt, ex scriptoribus veteribus, ad sententiam suam confirmandam. Ego novum dogma, quod maximam ruinam rerum maximarum secum trahit, sine firmioribus testimoniis non velim profiteri. Grave est enim sustinere conscientiam excitatae tantae discordiae. *Carolostadius* primum excitavit hunc tumultum, homo ferus, sine ingenio, sine doctrina, sine sensu communi, quem nullum unquam humanitatis officium aut intelligere, aut facere animadvertimus; tantum abest, ut in eo significatio aliqua spiritus sancti animadversa sit. Imo extant manifesta signa impietatis. In tota doctrina solebat *ἰουδαΐζειν καὶ στασιάζειν*. Damnabat omnes leges ab Ethnicis conditas; contendebat in foro Ius ex Mose dicendum esse, non intelligens vim et naturam Christianae libertatis; totam illam fanaticam *Anabaptistarum* doctrinam statim initio *τοῖν ἀμφοῖν* amplectebatur, cum coepisset eam in Germania serere *Nicolaus Stork*. Et controversiam de coena Domini tantum odio *Lutheri*, non aliqua pietatis opinione movit. Etenim cur *εἰκονομαχία* ipsius a Luthero improbata esset, coepit iste, inflammatus immani cupiditate vindictae, quaerere causam vendibilem, qua Lutheri existimationem prorsus obrueret. Bona pars Germaniae testari possit, nihil me in hac re fingere. Quanquam si testibus opus sit, libelli ipsius adversus auctorem, dicent certissimum testimonium. In his apparet hominem ne ratione quidem aliqua in speciem probabili motum esse ad scribendum. Quam suaviter nugatur de demonstratione vocis *τοῦτο*? Quod affert ad causam tantam Ecclesiae veteris aut ullius magni auctoris testimonium? quae vox est in tota disputatione, in qua sit aliqua pietatis significatio. Tantum vociferatur, ut nunc solent homines *βάναυσοι* inter pocula, qui nullis fabulis nisi maxime profanis delectantur. Ad haec magnam librorum partem consumit in conviciis, et homo insulsus studet etiam urbanitatis laudem auferre. Qui tam imparatus ad tantam causam accedit, is ostendit, se aliqua coeca cupiditate praecipitem ferri, non moveri ratione aut studio pietatis. Atque hic est huius fabulae *πρωταγωνίστης*, nam Poëta alius quispiam est, qui nulli cedit hanc laudem inventi dogmatis. Verum haec de *Carolostadio* scripsi propter vicinos nostros, ut, si quid auctoritatis est in nostro testimonio, admoniti caveant ab isto portento. Miras enim artes tenet, et mire fucata officia, quibus se insinuat in hominum animos, tametsi naturam dissimulare non diu potest. Habet ingenium vehemens et inquietum, quare ambitionem, iracundiam et invidiam cito prodit.

Inspexi et *Zuinglium*, qui valde tumultuatur in hac controversia, sed deprehendi in eo multa alia errata, ex quibus iudicium de spiritu eius fieri potest. Peccatum nec intellexit, nec tenuit fidei iustitiam. Inepte confundit Evangelium et Politica, nec videt Evangelium nobis concedere, ut legitimis omnium gentium politiis utamur. Contendit presbyteris non licere, ut possideant quidquam proprium. Decimas nullis vult solvi, nisi docentibus, quasi vero Evangelium vetet uti politicis ordinationibus. De dominio civili sophistice et plane seditiose rixatur. Ad eundem modum de coena Domini sophistice cavillatur publice receptam sententiam. Apparet hanc causam et in veteribus synodis agitatam esse. Nam in decretis citatur fragmentum *symboli Ephesini* non aspernandum. Utinam vero isti, qui auctoritatem Canonum defendunt; haberent veteres Canones de dogmatibus. Nunc enim fere nullos habent, nisi nuper natos, de regno, de dignitatibus et similibus rebus, nihil ad Ecclesiam pertinentibus. Ego veterum synodorum auctoritatem libenter sequor, et, quantum existimare possum ex his monumentis, quae alicubi in historiis reperiuntur, video eas prudentissime et sanctissime iudicasse. Nam *synodus Nicena* Evangelium Iohannis mirabili diligentia introspexit, et *Gangrensis synodus* praeclare intellexit vim et naturam Christianae libertatis, quae contra fanaticos quosdam homines, Eustathianos opinor, similes Anabaptistis nostri temporis, de usu politicarum ordinationum decreta plena pietatis condidit. Sed nihil opus est omnes synodos recensere. Meo quidem iudicio magna est temeritas, dogmata serere, non consulta Ecclesia veteri. Itaque collegi hos locos de coena Domini, ut in promptu haberemus testimonia veterum, in quibus affirmatur, vere adesse corpus Christi in coena dominica. Vale.

No. 675. **21. Mart.**

Luthero, Ionae et Melanthoni.

† Ex concepto, ut dicunt, in Actis Tabular. Vinar. Reg. E. fol. 87. no. 18.

An Doctor Martin Luther, Justum Jonas Probst, Johann Pommer Pfarrern, und Philipp Melanchthon, zu Wittenberg.

Johannes (Herzog zu Sachsen und Churf.)

Unsern Gruß zuvor, Ehrwürdige, Würdiger und Hochgelehrten, Lieben, Andächtigen und Getreuen. Nachdem wir euch jüngst haben schreiben lassen mit gnädigem Begehren, euch von etlichen Sachen untereinander zu unterreden, und als dann anher zu uns zu fügen [euch zu verfügen]; als wollen wir euch nicht bergen, daß uns jetzt andere Sachen vorgefallen, darzu wir Euer auch bedürftig. Wo Ihr euch nun von denselben Sachen, wie wir euch geschrieben, mit einander unterredet habet, als wir uns versehen, solchs gethan haben, oder je zum Fürderlichsten thun werdet: so ist unser gnädigs Begehren, Ihr wollet euch dessen eher anher begeben, und eure Bücher zu der Nothdurft mitbringen. Wollen wir euch alsdann die Sachen, warum wir euch jetzt desto förderlicher anher zu kommen erfordert haben, anzeigen lassen, und thut uns in deme zu gnädigen Gefallen. Datum Torgaw Montags nach Oculi, anno domini M.D.XXX°.

No. 676. **27. Mart.**

Frid. Myconio.

Edita a Sneegassio epistola I. 24. coll. apogr. in cod. Mehn. 1. p. 5 b.

D. Friderico Myconio

S. D. Vide, mi *Friderice*, quorsum eruptura sit factio *Cingliana*. Postquam labefactata et profanata Coena Domini, belle cogitatis rationibus absurda confexerunt, quae sic videbantur humano iudicio, nunc incipiunt φιλοσοφεῖν de tota Religione. Ille noster *Campanus* huc attulit magnum acervum impiorum dogmatum *). Et habet in tanto facinore *Iuliacenses* proceres, qui ausint eum commendare principi nostro, ac petere, ut nos vadatos sistat in iudicio. Decrevit enim nobiscum bellum gerere. Disputat Christum non esse Deum; Spiritum sanctum non esse Deum; peccatum originale nomen inane esse. Denique nihil non transformat in Philosophiam. Haec sunt illa mysteria, quae tibi exponere noluit, ut plus haberent admirationis subito in populo elata. Deus respiciat nos; teque oro, ut huiusmodi Neophytos caveas. Vale feliciter. Dominica Laetare, Torgae.

Philippus.

No. 677. **31. Mart.**

Chr. Beiero.

† Ex apogr. in Cod. Wolf. Hamburg. descripta a S. V. Olshausenio.

Christiano Beier, Ill. Principis Ducis Saxon. Elect. Cancellario,

S. D. Articulos *Campani* remitto vobis, quos casu, cum non cogitassem, mecum retinui; pleni sunt spurcissimis blasphemiis, quo magis miror *Campanum* dimissum esse. Proficiscetur haud dubie *Argentinam*, ibi inveniet *Carolostadium* et alios, qui probabunt has blasphemias, si nullam aliam ob causam, certe odio nostri. Sic furit Diabolus; et incitat istos, ut nos, a quibus plurima acceperunt beneficia, acerrime oderint. Ex *Noriberga* scribitur mihi, quod *Argentinenses* et alii quidam circumferunt consilia, quod liceat arma gerere adversus Caesarem. Sic nihil agunt Argentinae, nisi ut metum aliquem exsuscitent. Deus dissipet consilia gentium quae bella volunt. Valete feliciter. Die Iovis post festum *).

Philippus.

(Proficiscitur Melanthon Augustam Vindelicorum ad Comitia.)

Praemittenda.

Quibus de causis in iis actionibus publicis, in quibus Melanthon primarias egit partes, non solum eius, sed

---

*) Vid. etiam epist. ad Vitum Theodor. d. 26. Iulii 1530. et supra epp. ad Mycon. exeunte Ian. et mense Febr. scriptae. Lutherus de Campano in ep. d. d. 1. Apr. h. a. scribit: „is (Campanus) Torgae iam fere dies 15 fuit, miseraque monstra dogmatum indicans." — Ex epist. seq. ad Beierum intelligitur, dogmata a Campano literis mandata Melanthoni tradita esse.

*) Festum purificationis Mariae, quod erat die Mercurii, ergo d. 3. Febr.? an vero potius festum annunciationis, quod anno 1530 fuit die Veneris, ergo d. 31. Martii. Putaverim posterius, quum Torgae librum Campani habuerit in manibus.

etiam aliorum, qui simul cum eo erant, epistolas iungendas putaverim, uberius in praemonendis exposui. Habes igitur, Lector benevole, hic non solum Melanthonis, sed etiam aliorum, qui in Comitiis versabantur, epistolas, quae ea illustrare posse videantur, et spectent ad causam ecclesiae et religionis. Quod vero attinet ad scripta publica in conventu ab Evangelicis tradita, ea tantum dedimus, quae vel a Melanthone conscripta sunt, vel hactenus nondum edita fuerunt, vel denique satis mendose prodierunt et ex codicibus nunc integritati restitui potuerunt. Reliqua enim quisque legere potest in libris eorum, qui historiam huius conventus conscripserunt, videlicet Chytraei, Coelestini, Muelleri.

Fontes autem, ex quibus haec hausimus, praeter eos, qui ad epistolas Melanthonis omnino omnes spectant (quos recensuimus in praemonendis), sunt hi:

1) *Lutheri* opera, in quibus, potissimum in ed. Walchiana, Melanthonis scripta ad hunc conventum spectantia, habentur multa.

2) *Georgii Spalatini* „Annales Reformationis", oder Jahrbücher von der Reformation Lutheri, aus dessen Autographo ans Licht gestellt von Ernst Sal. Cyprian. Leipz. 1718. 8.

3) Libri eorum, qui ex tabulariis publicis et fontibus scriptis historiam Comitiorum August. conscripserunt, hi sunt:

a) *Davidi Chytraei* Historie der Augsburgischen Confession etc. Rostock 1576. 4. (ed. 2.) — Item liber auctus et latinitate donatus: Historia Augustanae Confessionis (edita a Matthia *Rittero*), Francof. ad Moen. 1578. 4. Professus est Chytraeus de opere suo: „ich hab es aus glaubwürdigen und „den mehren Theil allen zuvor in Druck offentlich „ausgegangenen Actis und Schriften derjenigen, so „den Sachen selbst beigewohnet und fürgestanden — „treulich zusammengezogen." — In fine libri, ubi brevem fontium, ex quibus hauserit, indicem adiecit, de epistolis Melanthonis haec scripsit: „Ich „hab mit sonderlichem Fleiße verhütet, daß ich sicher „gar keine, sonderlich Philippi Briefe, (so „nicht zuvor öffentlich gedruckt, (wie„wohl ich derselben eine ziemliche Zahl bei der Hand „gehabt) diesem Buche einverleibte. Insonderheit „hab ich mit Fleiß ausgelassen die Schreiben, so er „an den Cardinal Laur. Campegium, an den „Venetischen Oratorn Nicolaum *Teupolum*, an den „Bischof zu Augsburg, an des Cardinals zu Lüttich „Canzler rc. soll geschrieben haben, dieweil er selbst „derselbigen nicht aller Ding geständig gewesen."

b) *Georgii Coelestini* historia Comitiorum anno MDXXX. Augustae celebratorum etc. IV Tomi, Francof. ad Od. 1597. fol. — In praefatur p. 1.: „se acta integra horum comitiorum collegisse multorum annorum spatio, hinc inde in variis regio„nibus ac bibliothecis, magnis sumptibus ac mo„lestiis gravibus." — Dolendum vero est, eum rarissime indicasse fontes, ex quibus hauserit, in describendis scriptis non satis religiosum fuisse, scripta germanica latine vertisse, non ubique iustum rerum ordinem servasse, et denique etiam scripta ad hunc conventum non pertinentia suo operi inseruisse. *Epistolas Melanthonis*, quas dedit, ad unam omnes ex libris editis descripsit, quare in his eius verba conferre cum libris editis non necessarium mihi visum est.

4) Joh. Joachim Müllers Historie von der evangelischen Stände Protestation und Appellation wider und von dem Reichsabschied zu Speyer 1529. — und dem zu Augsburg auf dem Reichstag 1530. übergebenen Glaubensbekenntnisse — aus Fürstl. Sächs. Archiv Actis und bewährten Historicis verfasset rc. Jena, 1705. 4. — Usus est Muellerus Actis in Tabular. Vinariensi.

5) Ernst Salomo Cyprians Historie der Augsburgischen Confession. — edit. 3. Gothae 1731. 4., ubi in appendice quaedam ex libris mst. edita sunt.

6) *Acta* Comitiorum August. *in Tabulario Vinariensi* (e quibus etiam Muellerus hausit), videlicet:

a) tria volumina Registr. E. fol. 87. no. 1. 2. et 3. inscripta, ubi in Volumine secundo multa habentur scripta theologorum. Quod ex illo fasciculo hauserimus, quisque intelligit, qui ea, quae hic edimus, perlustraverit.

b) *Apologia manu scripta*, auctore Gregorio Pontano, iussu Principis Electoris scripta adversus libellum, qui paullo post comitia Aug. prodiit: „Bericht was dem christlichen Glauben zu Gut auf dem Reichstag zu Augsburg anno 1530. gehandelt worden", quem totum inseruit operi suo de causis belli Germanici Hortlederus, P. I. lib. 1. c. 9. — Apologiam Pontani nuperrime edidit, et librum ipsum accurate descripsit Cl. Foerstemannus in dem „Archiv für die Geschichte der kirchlichen Reformation in ihrem gesammten Umfange. 1. B. 1. Hft. (Halle 1831. 8.), des Canzlers Dr. Brück Geschichte der Religionshandlungen auf dem Reichstage zu Augsburg im J. 1530."

1) Denique Acta Norimbergensia. — Nactus fuerat quondam Strobelius indicem quarundam epistolarum, a legatis Norinbergensibus in Comitiis Augustanis scriptarum ad Senatum Norimbergensem. Hunc indicem, simul brevia argumenta epistolarum continentem, edidit Strobelius in suis Miscellaneis T. II. p. 18—48. et Tom. III. p. 196—208. Epistolas ipsas videre Strobelio non contigit, neque alius, quem sciamus, iis usus est, quare videbantur temporis iniuria periisse. Quum autem ex libro Car. Fickenscher (Geschichte des Reichstags zu Augsburg im J. 1530. Nürnb. 1830. 8.) intellexissem, illas epistolas nuper repertas esse, statim ad Amplissimum Senatum inclutae urbis Norinbergae scripsi, et ut mihi epistolae illae mitterentur, rogavi. Quibus precibus Senatus Amplissimus quanquam primum dubitabat satisfacere, tamen a Clariss. Rannero tandem permotus est, ut mihi totum transmitteret volumen. Hoc inscriptum est: „Augsburgische Reichstags-Acta 1530." Continet 379 paginas in folio, 79 epistolas et 64 pagellas epistolis inclusas. Incipiunt epistolae d. 17. Maii et pertinent usque ad 20. d. Novembris. (Index a Strobelio editus tantum commemorat epp. inde a 17. d. Maii usque ad 12. Iul., et iterum a d. 7. Septb. usque ad 14. Oct. scriptas). Scriptae autem sunt epistolae non legatorum manu, sed scribarum, qui etiam nomina legatorum simul subscripserunt. Munitae autem sunt sigillis legatorum, et extrinsecus ad Senatum Norinb. inscriptae. Sunt igitur quod nos dicimus: Originalberichte. Forma literarum diversa docet, legatos tribus subinde usos esse scribis, quorum primus scripsit epistolas inde a d. 17. Maii usque ad d. 6. Augusti, secundus epistolas usque ad d. 8. Octobris, tertius reliquas usque ad d. 20. Nov. Inde etiam diversitas est in scriptura nominum legatorum; primus enim scripsit Volkamer et Paumgartner; secundus: Volkaimer s. Volkaymer, etiam Volkheimer, et Baumgarttner; tertius: Volkamer et Paumgartner. — Apographa autem confessionis Augustanae et aliorum scriptorum publicorum in comitiis, a legatis simul cum his epistolis missa, nunc non habentur in hoc volumine. Caeterum non integras epistolas hic edendas esse putavi, sed ea tantum ex iis, quae ad causam ecclesiae et religionis spectant. Reliqua de rebus politicis praetermisi. Puto autem lectores eo minus me reprehensuros esse, quod has epistolas hic edidi, quo pauciora sunt, quae nunc in tabulariis publicis de his comitiis scripta supersunt. Plurima enim, quum Principes ipsi adfuerint, non scripta, sed coram acta sunt.

No. 678. **26. Apr. (Noribergae.)**

Mart. Luthero.

Epist. lib. I. p. 1. (edit. Lond. lib. I. ep. 1.)

D. Martino Luthero, Patri suo carissimo, Philippus Melanthon

S. D. *Noribergae* non plus uno die substitimus, ubi cognovimus Caesarem postridie Paschatis ex *Mantua* movisse, et properare cum exiguis copiis in *Germaniam*. A *Turcis* plane affirmant summum esse periculum. Res Pontificiae in *Italia* adhuc valde impeditae sunt. Nam obsidio *Florentina* infecta re soluta est, quia oppresso et interfecto praesidio *Hispanico* ad *Pistorium*, exercitus, qui in castris ad *Florentiam* erat, propere contulit se ad *Pistorium*, ut poenam sumeret de perfidis sociis. Ita relicta est *Florentia*. Feruntur hic et aliae fabulae, sed indignae quae scribantur de *Afris*, qui totum mare mediterraneum infestum reddunt, et Caesari aliquot triremes interceperunt, καὶ τὰ λοιπά. Valde praedicatur constantia nostri Principis, quod non dubitavit ad hunc conventum proficisci, et id κατόρθωμα sperant aliquid momenti allaturum esse ad retinendam pacem. Fuimus apud *Pirchamerum* hodie ego et *Ionas*, qui de te et causa honorifice sentit, sed est paulo vehementius iratus τῷ Ὀσιάνδρῳ. Hodie pergimus, *Christus* servet te; ora pro nobis omnibus. Vale feliciter. *Noribergae* die Iovis post *Quasimodogeniti*, Anno 1530.

No. 679. **4. Maii. (Augustae.)**

Eidem.

Epistol. lib. I. p. 4. (edit. Lond. I. ep. 3.) — Etiam apud Chytraeum p. 26. et Coelestinum I. p. 39. — Iterum in Dav. Richteri Genealogia Lutheriorum p. 655. — Fragmentum huius ep. in cod. Lips. ep. 61.

D. Martino Luthero

S. D. Cum hodie ad te scripturi essemus per *Ionae* [1]) tabellarium, ecce praeter opinionem nostram, sed tamen optatissime nobis afferuntur literae tuae. Gratissimum est nobis officium tuum, teque rogamus, ut de omnibus rebus tuis quam saepissime ad nos scribas. Ex *Norico* ad te de-

1) Richt. *hunc*.

dimus literas, de quibus etiam huic nuncio mandata dedi, ut, si nondum essent transmissae, tradi postularet. *Augustae* certiora cognovimus: heri enim rediit comitis *Alberti* puer, qui missus erat ad exploranda Caesaris itinera. Is affert, Caesarem Tridento movisse, et, si non fallit nos ratio, iam pervenit ad *Inspruk*.

Comes *Henricus Nassaensis* [2]) scripsit literas plenas humanitatis et officii ad nostrum Principem, hortantes ut mature veniat ad conventum. Quanquam varient vulgi sermones, tamen adhuc bene speramus de voluntate Caesaris. Res tamen est, ut scis, *ἐν γούνασι θεοῦ*. Orabis igitur quod scio te facere. Praeter nostrum nullus alius Princeps adest. Dux *Georgius* dicitur affuturus intra triduum, adducens secum *Cochlaeum*, qui paucis literis mutatis fiet avis *κόλοιος*, de quo genere nobis scripsisti, quam suaviter in tua vicinia rhetoricentur. †Valet ergo augurium." [3]) Et ut intelligas neutiquam vanum esse, *Eckius* qui, geminatus, reddit vocem monedularum, Ek, Ek, Ek, Ek, magnum acervum conclusionum congessit. Postulat a Principibus, ut instituatur disputatio contra *Lutheranos* [4]). Habet subscriptorem meum veterem amicum *Billicanum*: is vero horribiliter minatur nobis. Sunt alii multi quos piget recensere, vere *κόλοιοι, καὶ κόρακες κοράκων, καὶ ὅσα μετόπισθε γένοντα*. *Hessi* Cancellarius *Ficulnus* ille heri venit, et affirmavit suum Principem in itinere esse. Venit una *Sneppius*, vir optimus tuique amantissimus, qui nobis aliquam spem ostendit, Principem suum in officio posse contineri, quanquam non dissimulet magnum esse periculum. Narrat quantam dimicationem sustineat cum illo *περὶ δείπνου κυριακοῦ*. Ait eum urgeri mirifice assiduis *Helvetiorum* literis, et *Surionem Sturm* [5]) singulis pene mensibus ad eum recurrere, ut *τῷ σπεύδοντι* [6]) stimulos subdat. Haec me valde excruciant. Fortasse prodest [7]) te ad ipsum, aut certe ad nostrum Principem iuniorem literas mittere, ad confirmandum animum *τοῦ μακέδονος* in sacra doctrina. Videtur saepe levibus momentis impelli. Ego exordium nostrae apologiae [8]) feci aliquanto *ῥητορικώτερον*, quam *Coburgae* scripseram. Brevi autem ipse afferam, aut, si id non permittet [9]) Princeps, mittam.

Paene oblitus eram recensere in monedulis *Caietanum* tuum. Hunc enim aiunt adducere Caesarem. *Noribergae* de *Campegio* audieram, sed hic affirmant *Caietanum* esse. Ego sane *Campegium* malim, ut virum peritum rerum civilium. Alter est homo ineptus et incivilis, quo genere hominum nihil est intractabilius. Doctor *Caspar* mittit literas, et remedium; *Christus* servet te. Literas tuae coniugis remitto tibi. *Casparis* epistolam retinui, de quo si Deus dederit nobis pacatum reditum, videbimus ut habeat locupletiorem †conditionem." Si istic essem, non gravarer te iuvare. Vale feliciter, †et rescribe. Mittwoch post *Φίλιππου* et Iacobi.

No. 680. **4. Maii.**

Vito Theodoro.

Lib. III. epistol. p. 256. (edit. Londin. lib. III. ep. 173.) — Nunc ex autographo in cod. Monac. I. p. 396. edita.

Vito Theodoro apud Lutherum,

S. D. Gratam mihi rem fecisti [1]), quod ad me de Doctoris valetudine deque aliis rebus scripsisti. Nulla alia in re potes mihi magis declarare quam †hoc" officio scribendi, quanti me facias. Propterea rogo vel quotidie scribas. Poteris enim ad *Ioachimum*, ad *Osiandrum*, aut *Wenceslaum* mittere, qui curabunt ad nos perferri.

De crure [2]) Doctoris, et de somno sane sum sollicitus. Tuum erit officium, praestare vel communicatione sermonis, vel aliis artibus, ut cubitum eat animo quam minime occupato: tametsi scio cuiusmodi sint eius *πάθη*, quam non possint ei excuti humanis rationibus. Confugiemus [3]) igitur ad orationes [4]). Nostri recte valent. Caesar exspectatur, brevi huc, ut aiunt, venturus. Sed de his ad Doctorem scripsi.

D. Doctori dicas [5]) nos ei vinum illud vestrum invidere. Nam hic misere esurimus et

---

2) C. L. *Nassauacensis*.
3) addunt c. L. et Richt.
4) Hic desinit cod. Lunz.
5) i. e. Curionem Sturm.
6) Richt. edidit: *ut suo Caesari stimulos*.
7) Richt. *prodesset*.

8) Peuc. edidit *confessionis* ex interpretamento.
9) Richt. *permittit*.
1) Pez. mendose: *scripsisti*.
2) Pez. *valetudine*.
3) Pez. *Confugiamus*.
4) Pez. *ad Deum*.
5) Pez. *dices*.

thmus. Bibimus νεκτάρεον neutiquam nectareum, sed adeo tenue, adeo austerum, adeo crudum, ut primo statim die Christianum Cancellarium coniecerit in [illegible]. Ego de meo emo Creticum, quod unus bibit Pontanus interdum. Si dominus Doctor valebit et erit incolumis, omnia recte habebunt. Nam etiam de conventu bene sperare iubemus. Vale et rescribe ὡς τάχιστα. Ego brevi excurram ad vos, ut adferam D. Doctori recognoscendam Apologiam *), quae Caesari exhibebitur. Vale. Postridie Crucis.

Φίλιππος.

No. 681. 4. Maii.

Catharinae Lutheri.

Ex Dav. Richteri Genealogia Lutherorum p. 353.

Der Ehrbaren tugendsamen Frau Catharina Lutherin, Doctorin, meiner besondern günstigen Freundin.

Gottes Gnad und alles guts! Ehrbare, tugendsame Frau Doctorin. Ich füge euch zu wissen, daß wir nun, Gott gebe Gnad, bis gen Augsburg kommen sind, und haben den Herrn Doctor zu Coburg gelassen, wie er ohn Zweifel euch geschrieben hat. Ich hoffe aber in kurz bei ihm zu seyn. Bitt euch, ihr wollet mir schreiben, wie es euch gehet, und wie sich der Hauptmann des Korns halber erzeiget habe. Womit ich euch dienen kann, will ich mit allem Fleiß, wie ich mich schuldig erkenne, solches thun und ausrichten. Beide Canzler **) grüßen euch, und wünschen alles Gute. Gott bewahr euch. Datum Augsburg, Mittwoche nach Walpurgis.

Herzog Georg von Sachsen soll morgen oder übermorgen herein kommen. Der Kaiser ist noch fern, kommet aber.

Philippus.

Liebe Gevatter. Auch wünsche ich euch, Hänschen Luther, und Magdalenchen und Muhme Lenen, viel seliger Zeit; Busset mir in meinen Namen meinen liebsten Jungen.

I. Ionas.

Ich, Johann Agricola Eißleben, mein es auch gut, mein liebe Frau Doctorin.

*) i. e. confessionem Augustanam.

**) Pontanus et Beierus.

No. 682. 5. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 135.

Ioachimo Camerario Noribergae,

S. D. Si quid habes, quod *Lutharo* aut significandum, aut mittendum esse putas, huic nuntio, qui has literas istuc perferet, trades. De tua valetudine deque omnibus rebus tuis, quaeso te, ut me certiorem facias. Nam exercet haec quoque sollicitudo animum meum, tot alioqui miserrimis occupatum curis. *Caesar*, quod bene vertat, brevi dicitur affuturus. Iam enim pervenit ad *Oenipontem*, adducit, quemadmodum narrant, secum Cardinalem *Caietanum*. Noribergae de *Campegio* audiveramus, sed hic affirmant *Caietanum* esse, quod mihi sane scrupulum iniecit. Est enim homo incivilis, quo genere nihil est intractabilius. Pluris, ut vereor, auctoritatem sui Thomae, quam Rempublicam, quam Ecclesiae pacem faciet. Orabis igitur Deum, ut adiuvet nos. *Hessus* creditur venturus esse, praemisit enim suum Cancellarium, *Ficinum* illum, nosti, opinor, hominem. Valde te oro, ut mihi et statim et saepe scribas.

Hic reperi τοῦ ταυροκέρω 1) libellum de simulacris templorum, in quibus asseverat magno supercilio, omnia abolenda esse. Eo delabuntur isti belli disputatores, abiecta doctrina de iustitia fidei. Paulatim ἰουδαΐζοντες totum nobis Moisen imponere conabuntur. Ad eam rem nunc habent idoneum σύμμαχον *Stadiaeum*. Vale feliciter et rescribe. III. Non. Maii.

Φίλιππος.

No. 683. 5. Maii.

Friderico Abbati.

Epist. lib. VI. p. 312. — Contuli autographon in cod. Monac. I. p. 284.

Reverendo Patri, D. Friderico, Abbati S. Aegidii Noribergae,

S. D. Reverende pater. *Ionas* noster abiens istinc *) commendavit vobis fasciculum literarum

1) Buceri. C. W.

*) i. e. Norinberga.

S. in Christo. Exspectas fortassis, amicissime frater, quid novarum rerum posteaquam nunc Caesar Augustam venit, comitia illa parturiant. Itaque ne quid cupidum animum tuum celem, rem ex ordine narrabo.

Imperator *Carolus* ingressus est urbem in vigilia corporis Christi, post meridiem, intra octavam et nonam, comitante omnium Principum, qui antea advenerant, turba; nam Principes obviam ei honoris gratia processerant. Ingressus autem est una et rex *Ferdinandus* cum legato apostolico, qui est Cardinalis ille *Laurentius Campegius.* Statim autem cum Caesar ad conclave suum cum fratre *Ferdinando* pervenit, eadem nocte, imo eadem hora ingressus sui, vocavit ad sese nostros tres principes, quos evangelicos vocant, Principem *Saxoniae Electorem*, *Georgium Marggravium*, *Hessum Landgravium*, et vocavit solos ad se solum, praesente tantum *Ferdinando*, qui et interpres erat. Vocatos rogavit, et, ut principaliter loquar, postulavit ab eis, ut conciones suas, quas Augustae publice haberent, omitterent, et concionatoribus suis ne Augustae praedicarent, prohiberent. Item postea actum est cum Senatu Augustano, ut et ille suis concionatoribus silentium mandaret. Senatus Augustanus mox obtemperavit; nostri principes negarunt, se hac in parte obsecuturos, causantes,

se non posse cibo verbi Dei carere, nec sana conscientia evangelion negare, id quod viderentur facere, si ante causae cognitionem conciones suas omitterent. Perstitit Caesar in postulatione, perstiterunt illi in recusatione. Noluit tamen eadem nocte Caesar recusationem accipere, sed concessit eis tempus, ut deliberarent secum, et facto mane responderent.

Cum ergo mane rursus ad Caesarem principes accessissent, eadem responderunt quae prius, videlicet, non esse iustum, ut priventur verbo Dei; praeterea hanc Caesaris postulationem esse contra sententiam literarum, quibus comitia coacta sunt. In illis enim principes vocantur ad cognoscendam causam, non ut ante causae cognitionem conciones prohiberentur. Caesar nihil motus his rationibus perseveravit in sua postulatione. Illi quoque nihil moti Caesarea maiestate perseverarunt in sua recusatione. Atque ita contra Caesaris postulationem perrexerunt nostri in concionando. Sed ut totam rem cognoscas, in primo congressu cum nostri principes nocte ad Caesarem vocati essent, *Ferdinandus* rex fuit dux verbi Caesarei. Cum is iterum atque iterum instaret, ut obsequerentur petitioni Caesaris, respondit coram Caesare et Ferdinando princeps *Georgius Marggravius*, ut simpliciter, ita magnanimiter: *Eh ich mir will das Wort Gottes nehmen lassen und meines Gottes verläugnen, ehe will ich jetzt niederknien und mir den Kopf lassen abhauen.* Hanc vocem et princeps nobis retulit, et alii principes, qui tunc aderant, de Marggravio retulerunt. Gratias agimus Domino incessanter ob tam ingenuam et constantem confessionem. Certe nunquam credidissem, tantam pietatem in eo viro latere.

Sed nondum actionis finis. Nam cum principes Caesari responderent, (ponam autem verba vernacula, quo magis perspicue rem intelligas): *sie könnten nicht mit gutem Gewissen der Kaiserlichen Majestät Begehr thun, und die Predigt unterlassen*, respondit *Ferdinandus* nomine Caesaris: *so könnt Kaiserl. Majestät dasselbe nicht leiden.* Ad haec statim intulit *Landgravius*: *Kais. Majestät Gewissen sey aber kein Herr und Meister über Ihr Gewissen.* Sicque ea nocte infecta re discessum est. Quae altero die gesta sunt, antea partim recensui; nunc reliqua adiiciam.

Cum Caesar non posset petitione sua impetrare, ut conciones omitterentur, rogavit, ut se comitarentur in processione cum Sacramento Eucharistiae (erat enim festum Corporis Christi), et saltem in laudem et honorem Dei illud facerent. Illi etiam haec (cum praefatione tamen honoris, ut solennis est mos de obedientia in rebus corporalibus) negantes, ad sua hospitia discesserunt. Hinc secutae sunt gravissimae minae, iactatae severissimae Caesaris (qui tamen clementissimi est ingenii, sed a saevitia - - - - - - Legati Romanensium captivi) indignationes, ita ut paene de comitiorum progressu desperaretur, et res videbatur in extremam perniciem evasura. Sed Deus O. M. ex alto respiciens rem ad mitius initium (sic enim libet vocare, cum nihil hactenus in his comitiis fere inceptum sit, quod ad principalem causam pertineat) traduxit. Nam heri convocatis nostris principibus ita transactum est communi consensu, ut durantibus illis comitiis cessare debeant Augustae omnes tam papistarum quam evangelicorum conciones, solus Caesar potestatem habeat aliquot concionatores instituendi, qui evangelion pure doceant, et qui studiis partium non sint addicti. Reiectus autem est nominatim *Faber* ille, qui apud *Ferdinandum* agit, ut nec Caesar illum tanquam suspectum ad concionandum vocet. Unde omnes nunc avidissime exspectant, quales Concionatores Caesar Augustae instituere velit, qui nec contra nostram nec contra papistarum doctrinam interim concionentur. Chimaeram aut Tragelaphum aliquem exspectamus. Faxit Deus, ut gloria Dei promoveatur.

Nunc crastinus dies ad principium comitiorum indictus est. Cantabitur Missa de Spiritu, sed formidant multi, ne ablato spiritus vehiculo, quod est verbum Dei, spiritus S. ad Augustam prae pedum imbecillitate pervenire non possit. Tu interim cum diaconis fratribus carissimis et ecclesia orate dominum incessanter, ut respiciat suam misericordiam, non peccata nostra, et dignetur nobis sua gratia affulgere.

Caeterum rogo, ut ex *Elzebetha*, famula mea, quaeras, num adhuc nummos habeat ad domus dispensationem. Quod si careat, rogo mihi scribas, et per literas rogabo D. Philippum *Schultheiss*, quem diligenter nomine meo salutes, et nova illa, quae scripsi adnuncies, ut aliquot nummos famulae accommodato det, donec me vo-

his Dominus restituerit. Vale. Ex Augusta, dominica die post Corporis Christi anno XXX.

Iterum salve. Cum priores literas obsignassem, ecce properamus ad concionem audituri, quid novi novus concionator allaturus sit. Cum autem arrectis auribus adstaremus, praeter nudum textum evangelii aliud nihil audimus, nisi quod pro more suo concionator a principio adiiciebat preces communes pro vivis et mortuis, a fine generalem confessionem. Sic habes concionatorem neque evangelicum neque papisticum, sed nudum textualem. Rident omnes, et certe res valde ridicula est, si coram cernis. A concione ad sacrificium itur, ibi tum adest rex *Ferdinandus* (nam Caesar dormire solet usque ad horam nonam aut decimam, et postea sacrificium suum longe post aliorum sacrificia celebrare) cum aliquibus principibus. Cantatur namque vocibus. Luditur organis, concurrit turba. Ibi videas hic Gallos, illic Hispanos, hic Aethiopes, illic etiam Aethiopissas, hic Italos, illic etiam Turcos, aut quos vocant Stratiotas, atque adeo vero hic in mundo sumus, utinam de mundo simus. Vale.

No. 730. 19. Iun.

Frid. Myconio.

Primum edita a Snegassio ep. 10.

Venerabili viro, D. Friderico Myconio, Gothensis Ecclesiae pastori, suo amico,

S. D. Amplius sex hebdomadis hic desedimus, priusquam veniret Caesar. Deinde venit pridie corporis Christi *), quod faustum felixque sit. Statim initio vetuit nostris ne concionarentur. De ea re toto triduo disputatum est; tandem decursum est eo, ut Imperator interdixerit conciones et nobis et adversariis. Sibi retinuit ius constituendi concionatoris, sed ea lege, qui recitet nudum Evangelium. Sic hodie factum est. Haec sunt principia nostrarum actionum, quae bene vertant. Praeterea nihil adhuc agi cognovimus. Neque sane quam spem vobis ostendere possim, intelligo. Nihil est in aula Caesaris ipso mitius Caesare. Alii omnes acerrime oderunt nos. Legatus Pontificius *Campegius* hortatur Caesarem, ut bellum suscipiat contra nos. Et putant hoc agi Italicis artibus, ut Caesari in Germania negotium faciant. Ego pertentavi unius atque alterius ex Hispanicis scribis animum; quantum proficiam, videro. Nihil enim adhuc promittere possum. Magnum omnino periculum est. Quare orabitis Christum, ut nos servet, et donet pacem. *Antiochus* sic satis adhuc quidem regi se patitur. Et fortasse esset futurus in officio, si nos aliquid aequi impetraremus. Vale. Augustae. Dominica post festum corporis Χριστοῦ.

Philippus.

*) i. e. 15. Iunii.

No. 731. (19. Iun.)

M. Luthero.

Epistol. lib. I. ep. 6. (edit. Lond. I. ep. 4.)

D. Martino Luthero Phil. Melanthon

S. D. Pridie *Corporis Christi*, quod faustum sit felixque, Caesar urbem *Augustam* vesperi circiter octavam horam est ingressus. Noster Princeps de more praetulit ensem. Ibi cum sero admodum (nam pompa tarde procedebat) ventum esset in hospitium Caesaris, mox petitum est, ut conciones intermitterentur. Hac de re postea diebus tribus disputatum est. Neque enim statim desierunt nostri concionari. Tandem post longam decertationem decursum est eo, ut Caesar utrique parti prohiberet conciones. Ipse unum aliquem iubebat recitare Evangelium et Epistolam sine explicatione. Ita meo iudicio futurum est, ut magis etiam suam partem Pontificii laedant. Multas causas pro tua prudentia facile colligere poteris.

Sic se habent principia, nihil spei ostenditur ex aula Caesariana. Nam *Campegius* tantum est auctor, ut vi opprimamur. Neque quicquam in tota aula est mitius ipso Caesare. Nam ipse mitigavit acerbissimas sententias Principum, ut mihi narravit Dux *Henricus Brunsvicensis*. Duo tantum sunt Principes, qui afficiuntur nostro periculo, *Moguntinus*, et *Brunsvicensis*. *Palatinus*, *Badensis* Marchio non adsunt. *Bavari* mirabiliter insolentes sunt. Orabis igitur Deum pro nobis. *Cornelius* inquit, spem se habuisse pacis aliquam vivo *Mercurino*. Hoc exstincto neminem esse in aula affirmat, qui auctoritate va-

leat, qui pacis auctor sit: sed ludit suo more, ac videtur singulari diligentia cavere, ne veniat in suspicionem nostrae amicitiae. Ideo nihil nos adiuvat. Est alius quidam *Hispanus* Secretarius *), qui benigne pollicetur, et iam cum Caesare et *Campegio* de mea sententia contulit. Sed tota res ἐν γούνασι θεοῦ. Vale.

No. 732. (19. Iun.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 141.

Ioachimo Camerario Noribergae,

S. D. Non dubitabam, quin Apologia nostra **) videretur futura lenior, quam mereatur improbitas adversariorum. Ego tamen complexus sum ea, quae sunt in caussa praecipua. Iurisdictionem totam καὶ τὸ ἀξίωμα reddo Episcopis. Hoc fortasse urit quosdam ***), qui aegre patiuntur sibi libertatem suam adimi. Sed utinam vel duriore conditione pacem redimere possimus. *Cornelius Schepperus* affirmat bonam se spem pacis vivo *Mercurino* habuisse. Hoc extincto neminem esse in aula pacis auctorem, qui modo valeat auctoritate. Nactus sum *Hispanum Secretarium*, qui benigne pollicetur, et iam de mea sententia cum Caesare et *Campegio* collocutus est, sed tota res est tantum ἐν γούνασι θεοῦ. Orabitis igitur Christum, ut det pacem.

Interdictum est concionibus non tantum nostrae parti, sed etiam adversariis. Imperator tamen retinendae Maiestatis causa vult constituere concionatorem, sed qui tantum recitet Evangelium et Epistolam γραμματικῶς. Vide miram sapientiam Aulicorum. Sic se habent principia. *Felinus* etsi adhuc nobis obtemperat aliqua ex parte, tamen vereor, ut in officio futurus sit. Habes nostra omnia praeter quandam fabulae simillimam, sed certam et veram historiam de Iudaeis, qui infinitum exercitum contraxerunt ad invadendam Palaestinam. Vale.

Φίλιππος.

---

*) *Valdesius.*

**) i. e. Augustana confessio ipsa.

***) civitates C. W.

No. 733. 21. Iun.

Brentius ad Isenmannum.

† E codice Suevo-Salino ep. 5.

Iohanni Isenmanno Io. Brentius.

S. in Christo. Quod ultra priores literas, frater amicissime, quas nuper ad te dedi, scribam hoc tempore, non habeo. Heri post cantatam missam de Spiritu sancto, primum coactus est Imperii Senatus, ibi nondum quicquam consultatum est, nisi ut unaquaeque pars sua de constituenda pace et concordia consilia postridie conferat. Caeterum dum missa cantabatur, priusquam sacrificium perageretur, orator quidam *) romanae legationis orationem habuit coram principibus et Caesare bene longam in choro maioris ecclesiae Augustanae. Cuius clamorem quidem audivi, verba autem intelligere non potui. Erant enim chori fores clausae, nec quisquam orationi interfuit praeter principes et paucos satellites, quantum chorus non adeo magnus capere potuit. Retulit tamen noster princeps *Georgius*, qui et notavit, (satis enim intelligit latinam linguam) orationis summam fuisse, necessum esse, ut Caesar et Rex *Ferdinandus* exacuant gladios suos in perversos illos turbatores christianae religionis, ut omnes rursus concordes sub ecclesia romana vivamus. Neque aliter posse pacem constitui, nisi eradicata funditus per gladium haeresi illa, quae totam Germaniam invasit. Tum enim fore, ut et Turcam e finibus nostris pellamus. Huc namque auxilia sua collaturos esse gladios Petri et Pauli, ad haec vires omnipotentis Dei praesto adfore etc. Vide, mi *Isenmanne*, quid non conentur sanguinarii illi nebulones. Quantum illi suos, principes papistas ad cruenta bella incitant atque accendunt, tantum necesse nos habemus, ut nostros principes ab importuna violentia retineamus. O si illi tantum efficere possent incitando suos, quantum nos possemus saltem connivendo nostris;

---

*) Vincentius Pimpinellus, Archiepiscopus Rossanus, cuius orationem habes apud Coelest. P. I. p. 105. Prodiit etiam separatim: Vincentii Pimpinelli Archiepiscopi Rossan. Oratio Augustae habita 12. Cal. Iulii M. D. XXX. Etiam germanice: „Eine Oration oder Rede vor Röm. Kaiserl. Majestät Carolo V. Augusto, König, Churfürsten, Fürsten und Ständen des heil. röm. Reichs im Eingang des jetzt schwebenden Reichstags in Latein gehalten durch den Hochwürdigen Herrn Vincent Pimpinello, Erzbischoff zu Rossan, Päpstl. Heiligkeit Botschaft. Auf das fleißigste verdeutscht." Augsb. 1530. 8.

statim profecto inciperent perire. Et si cesserint, timeo ne nostris contemtis et neglectis suis monitoribus, quo animi libido rapuerit, ruant. Vix enim hactenus, quod tamen in sinum tuum depono, in officio retinentur. Usque adeo res tota e nostris manibus nunc extorta est et sita in manibus potentum principum, qui tantisper monitores suos audiunt dum adlubescit. Fac igitur, ut cum ecclesia divinam misericordiam diligenter implores. Nos enim quotquot hic congregati sumus plus fiduciae e fratrum absentium precibus concipimus, quam ex omnibus nostris consiliis et industria. Vale. Saluta dominos nostros fratres in Christo amicissimos. Ex Augusta, feria tertia post Corp. Christi *), anno XXX.

Brentius tuus.

Praedicamentum arboris Comitiorum.

P. P.

Cardinales Legati Oratores

Dnē potestas

missa de Spiritus.

Gladius

Spiritualis Corporalis

Petri et Pauli

Tyrannis

Carnificina.

No. 784. 21. Iun.

Legati Norinbergenses ad Senatum.

Ex Actis Norinberg. p. 68. Pars epistolae (de oratione nuncii, de negotio Melanthonis cum Waldesio, de interdictis concionibus) edita est, sed minus accurate in Strob. Miscell. II, p. 30.

Herrn Burgemeister und Rathe zu Nurmberg zu Handen.

— — — Seit des nächsten unsers Schreibens ist weiter nichts gehandelt, dann am Sonntag ist Kaiserl. Maj. hie zum Thumbstift zum Sacrament gangen, und hat geopfert, Montags, die Meß vom heil. Geist auch im Thumbstift lassen singen, darzu alle Stände erfordert, und sonderlich der Churfürst von Sachsen, desgleichen Markgraf Georg, Hessen und Lunenburg auch, darbei gewest, Kais. Maj. zu allen Ceremonien gedient. Unter solchem Amt hat der Nuncius Apostolicus **) eine lange Oration in Latein, die über eine Stund gewähret, von des Papsts wegen auf einem hohen aufgemachten Stuhl vor dem hohen Altar zu Kais. Maj. und den Reichsständen gethan, und sie zu Widerstand dem Türken, auch Hinlegung und Vereinigung der Zwiespalt des Glaubens und andrer Sachen halb im Reich, zum höchsten vermahnet.

Fürder ist Kais. Maj. samt dem König und allen Churfürsten, Fürsten und Ständen aufs Rathhaus gezogen, daselbst durch eine kurze Rede, so Herzog Friedrich von Ihrer Maj wegen gethan, dem Reichstag den Anfang gemacht, und darnach das Vorhalten, wie Ihre Maj. die Sachen desselbigen Reichstags zu handeln vorhabe, verlesen lassen *). Darauf die Churfürsten und Fürsten durch Marggraf Joachim wieder eine unterthänige erbietliche Rede gethan, und in Summa dahin geschlossen, daß Churfürsten, Fürsten und Stände berührt Ihrer Maj. Vorhalten abschreiben lassen, bedenken und fürder deßhalb zusammen kommen und rathschlagen wollten. Auf solches Kais. Maj. und alle Stände also eine Stund nach Mittag, so lang hat sich diese Handlung verweilet, vom Haus wiederum abgezogen sind. — — —

Wir sind bericht, daß Alfonsus Waldesius, Kais. Maj. vornehmsten Secretarii einer, Philipsen Melanchton etliche Mal zu sich erfordert, vom Lutherischen Handel mit ihm caussirt, und beschließlich ihn zu berichten begehrt habe, was doch der Lutherischen Begehren sey, und wie der Sach zu helfen seyn möcht. Darauf ihme Melanchton der Sachen so viel also mündlich und in gestellen Reden zu bedenken gewest, Bericht gethan, ungefährlich dieser Meinung: die Lutherische Sach wäre nicht so gar weitläuftig und ungeschickt, als vielleicht Kais. Maj. eingebildet würde, und stünde vornämlich der Zwiespalt auf diesen Artikeln, nämlich von beider Gestalt des Sacraments, von der Pfaffen und Mönch Ehe, und von der Messe, also daß die Lutherischen die sondern einzelnen Messen nicht für recht halten könnten. Wo man dieser Artikel vertragen, hielt er dafür, es sollten sonst in allen andern wohl Mittel und gute Ordnung gefunden werden. Diesen Bericht hätte sich obgemeldter Alfonsus Kais. Maj. vorzutragen verfangen, und am Samstag den Philippus wieder beschickt, ihme angezeigt, Kais.

---

*) Error est in die, nam ut ex argumento epistolae intelligitur, non tertia feria (d. 18. Iun.), sed 6ta (d. 21. Iun.) scripta est.

**) Vincentius Pimpinelli.

*) Fridericus Comes Palatinus propositiones Caesaris praelegit, quas habes apud Coelestinum, Chytraeum, Muellerum p. 564. et Walchium in opp. Luth. XVI. p. 933. Duplicis sunt argumenti, quum primum agatur de auxiliis contra Turcas mittendis, et deinde de componenda discordia in causa religionis.

M. hätten solchen Bericht gern gehört, und ihr denselben nicht übel lassen gefallen, auch ihme, dem Alphonso, befohlen gehabt, den Päpstlichen Legaten, wie er dann gethan, desselben auch zu verständigen, welcher Legat ihme solchen Bericht auch nicht übel gefallen, noch die zwei Stück mit beeder Gestalt Sacraments oder der Pfaffen und Mönch Ehe sonders zuwider seyn lassen —, allein die einzelne Messe abzustellen wollt ihm nicht eingehen, und hat Alfonsus nach solchem beschehen Anzeigen dem Philippo schließlich gesagt: Kais. Maj. Begehren wäre, er, der Philippus, wollte die Artikel, so die Lutherischen zu haben begehrten, aufs kürzeste aufzeichnen, und ihm, dem Alfonso, überantworten; wollte Ihr Maj. dieselben zu Handen nehmen und weiter bedenken. Doch wär sonderlich Ihr Maj. Begehren, daß er solche Verzeichniß dermaßen bescheidentlich aufs kürzeste und nicht weitläuftig stellen wollte, damit J. Maj. dester mehr Ursach haben möchte, zu Vertrag und Hinlegung dieses Irrthums zu handeln. Ihr Maj. hielt auch für das Fruchtbarste, die Sach in einer Enge und Stille vorzunehmen, und gar nicht mit weitläuftiger öffentlicher Verhöre und Disputation; denn solche Verhöre und zänkisch Disputation gebährten allein weitern Unwillen und keine Einigkeit. — — —

Auf solch Begehren hat sich Philippus erbothen, dem Handel nachzudenken, und ein Verzeichniß zu stellen *); doch will er von derselben heut mit Doctor Brücken und andern Gelehrten zuvor conversiren, darnach einen Begriff machen, den dem Churfürsten vortragen, und, sofern es für gut angesehen und berathschlagt würde, fürder solches dem Alfonso übergeben. — — — — — — — — —

Aus inliegendem Zettel werden E. W. die Wort des Ausrufens vernehmen, wie das Predigen aus Kais. M. Befehl hie verbothen ist. Und man hat am nächsten Sonntag in den päpstlichen Kirchen, als St. Moritz, St. Veit, im Thumbstift gepredigt sind der hiengen [hiesigen] alten Prediger und Pfaffen **); Predigen aber, so viel wir erfahren, noch besonders nichts denn daß sie das Evangelion nach dem Text sagen, darnach für Lebendige und Todte bitten, und die heiligen Tag verkünden, wie von Alter herkommen. Aber kein Fürst hat noch in seiner Herberg lassen predigen, achten auch nicht, daß es leichtlich geschehen werde, aus Ursachen, daß das Verboth so gar in gemein berufst ist. — —

Dat. Dinstag 21. Jun. 5 Stund nach Mittag 1530.

Kreß und Volkamer.

Pagella inclusa.

Hört, Hört, das gebeut die Kais. Maj. unser allergnädigster Herr, daß kein Prediger hie zu Augsburg, der sey wer er wolle, fürder nichts predigen solle, außerhalb derjenen, so Ihre Maj. dazu verordent, bei Vermeidung Ihrer Maj. höchsten Straf und Ungnad.

Postscriptum.

Günstig, lieb Herrn. Als wir diesen Brief gefertigt haben; bin ich, Kreß, in des Churfürsten Herbrig erfordert, daselbst seine Chf. Gn. auch Markgraf Gorg, Hessen und Lunenburgs Räthe bei einander gewest, haben nur angezeigt; nachdem der Churfürst hievor einen Unterricht des Glaubens stellen lassen, derer E. W. Copey empfangen, sich auch darauf bei dem Churfürsten und Marggraf Jorgen durch uns erbothen hatten, Ihren Churf. Gn. anzuhangen: nun säßen sie aber jetzo ob solchen Artikeln, die [dieselben] weiter zu übersehen, zu stellen und zu beschließen, und wäre anstatt gemeldter Fürsten ihr Begehr, daß Ew. W. ihre Prediger, oder wen sie dazu wollten verordnen, sonderlich aber den Osiander fürderlich heraufschicken, und ihnen befehlen wollten, solche Artikel und was dem Handel noth, mit bedenken und rathschlagen zu helfen. — — — Dat. ut in literis.

No. 735. 24. Iun.

Brentius ad Isenmannum.

† E cod. Suevico Salino ep. 6.

Iohanni Isenmanno Ioh. Brentius.

S. in Christo. De comitiorum nostrorum, amicissime frater, successu nondum quidquam certi tibi scribere possum. Res nostra de religione eo rediit, ut cras hora secunda post meridiem imperator, non quidem publice in praetorio, id quod tamen ab ipso coram toto imperii Senatu hodie multis precibus adeoque per Deum satis suppliciter efflagitatum est, nihil tamen impetratum, sed privatim in palatio suo Confessionem nostram, quam principes, qui sunt evangelicae professionis, offerent, auditurus est. Conscripsimus enim auctore *Philippo Melanchthone* epitomen doctri-

*) Dedit *Coelestinus* l. l. XVII articulos, quos Melanthon Valdesio tradidisset; sed ii articuli pertinent ad ann. 1539. Haud dubie Pontanus et Dux Elector iudicarunt, non conducere per Valdesium cum Imperatore privatim agere, cum iam scripta esset confessio publice tradenda.

**) Sic leguntur; sed mendosa, certe obscura sunt.

nae nostrae, idque valde civilite et modeste. In ea petunt principes, ut amice controversia componatur, et pax constituatur. Quodsi vero adversarii Papistae cedere nolint, appellant illi principes nostri ad futurum concilium. Non enim libet, ut in hac causa Caesarem pro iudice eligamus et agnoscamus. Coniiciunt alii alia futura. Ego, ut ingenue dicam quod sentio, video Germaniae imminere summas et extremas calamitates. Nostri principes sunt in confessione Evangelii constantissimi, et profecto, cum tantam ipsorum constantiam considero, rubore suffundor non mediocri, quod nos prae illis mendici Maiestatem Caesaream nondum etiam visam tantopere propter Evangelii confessionem exhorrescimus. Nosti de quibus loquor. Timeo tamen, ne nostrorum constantia episcoporum adeoque totius Germaniae sit devastatio. Tu cum ecclesia, id quod semper admonere soleo, diligenter ora, ut dominus non nostra peccata, sed suam misericordiam respiciat et pietatem adiuvet. Vale cum omnibus fatribus nostris quos diligenter saluto. Et rescribe quid vobiscum agatur. Ex Augusta in die Iohannis Baptistae, anno XXX.

No. 736. 25. Iun.

Mart. Luthero.

Manlii farrag. p. 402. ubi inscribitur: Cuidam amico. Iterum a Pez. in lib. III. epist. p. 142. (edit. Lond. III. ep. 69.) — Apographon in cod. Bavari II. p. 688.

D. *Martino Luthero*

S. D. Literae tuae, in quibus de nostro silentio quereris *), magno nos dolore affecerunt. Scripsimus enim satis copiose singulis septimanis: sed nescio quo fato accedat hoc malum ad acerbissimas ac miserrimas curas, in quibus hic versamur, ut culpam contrahere iudicemur quo minus ad nos scribas.

Caesar satis benigne salutat nostrum Principem: ac velim vicissim nostros erga ipsum officiosiores esse. Ea de re utinam iuniorem Principem nostrum literis admoneres [1]). Nihil † ipso" Caesare mitius habet ipsius aula. Reliqui omnes crudelissime nos oderunt. Fui his diebus apud *Saltzburgensem*, qui me bene longa et rhetorica commemoratione cruciavit omnium motuum, qui his annis extiterunt: adscribit nobis omnia haec incommoda, addebat Epilogum plane sanguine scriptum.

Hodie primum, quod felix et faustum sit, exhibebuntur nostrae Confessionis articuli. Nam hactenus omne tempus consumptum est in prooemiis [2]) Conventus in propositione et commemoratione malorum publicorum. *Romae* soluto *Bononiensi* Conventu quaedam mula peperit, et partus habuit pedes gruis [3]). Vides significari exitium *Romae* per schismata. *Landgravius* probat nostram Confessionem, et subscripsit. Multum proficies, ut spero, si tuis literis confirmabis eum [4]) *Brentius* assidebat haec scribenti, una lacrymans: is iubebat tibi ascribi salutem. Vale felicissime. Postridie *Ioannis Baptistae*

No. 737. 25. Iun.

Vito Theodoro.

Epistol. lib. VI. p. 481. Contuli autographon in cod. Monac. I. p. 383.

Vito Theodoro apud Lutherum, amico suo,

S. D. Multis modis affligimur, mi *Vite*. Hic consumitur omne mihi tempus in lacrymis ac luctu. A vobis etiam nihil accipimus literarum, quae nos consolari vel maxime poterant. Et reiicitur in nos culpa. Vere affirmare possum nos saepe scripsisse. Sed nescio qui fiat, ut non sint perlatae literae. Rogavi te, ut horteris *Doctorem*, ut scribat *Landgravio*. Oro te etiam atque etiam, ne desinas eum hortari. Videtur rem facturus utilem universae Ecclesiae et Reipublicae. De nostris rebus, et quid hic fiat, scripsimus Doctori, qui tibi haud dubie ostendet nostras literas. Itaque repetere nolui. Non enim multum hic nobis otii est. Vale feliciter. Postridie Baptistae.

Φίλιππος.

---

*) Vid. ep. Lutheri ad Mel. d. d. 5. Iun. apud de Wett. IV. p. 32.

1) *admoneas* c. B.

2) *exordiis* c. B.

3) *non habuit pedes unius generis* c. B.

4) † *de pane dominico* c. B.

No. 738. 25. Iun.

Legati Norinberg. ad Senatum.

† Ex Actis Norinberg. p. 89. — Argumentum brevissimis verbis commemoravit Strobel. II. p. 84. partem epist. edidit Fikenscher p. 82. sq.

Herrn Burgermeister und Rathe zu Nurmberg.

Günstig, lieb Herren. E. W. gestrig Schreiben ist uns gestert vor dem Morgenessen geantwortet, und ist seit nächsts unsers Schreibens weiter nichts gehandelt, denn das am vergangnen Mittwoch Churfürsten, Fürsten und Stände, auf genommenen Bedacht, Kais. Maj. Vorhaltens halben zusammen kommen, und darauf sich entschlossen haben, daß man den Artikel des Glaubens am ersten vor dem Türken-Artikel zu berathschlagen und zu bedenken vornehmen wolle. Solches haben die Städte auch also für gut angesehen, und ist solche Meinung Kais. Maj. von Churfürsten, Fürsten und Ständten wegen angezeigt, die ihr dasselbige auch gefallen läßt. Weiter sind gemeldte Mitwoch fast alle Fürsten zu Kais. Maj. gen Hof geritten, haben für Herzog Ulrichen von Wirtemberg aufs höchst gebethen, ihn wieder zu seinem Land und Leuten kommen zu lassen, mit Vertröstung weß er sich verschreiben und hinfüro wohl halten soll ꝛc. Darauf hat Kais. M. Antwort zu geben Bedacht genommen bis auf heut Freitag, aber noch nit Antwort geben.

So seyn wir und der Gesandte von Reutlingen nächst Donnerstag frühe zu Sachsen, Hessen, Marggraf Görgen und Lunenburg gefordert; allda ist in ihrer aller F. G., auch ihrer Räthe und Theologen *), welcher Theologen 12 sind gewest ohne die andren Gelehrten und Doctores, die verzeichente Unterricht des Glaubens verlesen, verhört, und berathschlagt, dieselbe auf gestert Nachmittag Kaiserlicher Maj. vor den Reichsständen zu überantworten und verlesen zu lassen. Denn wiewohl bemeldte Churfürsten und Fürsten, als sich das Abschreiben und Stellen der Vorrede und Beschluß etwas verweilet, durch ihre Räthe bei Kais. Maj. um Erstreckung und bestimmten Zeit angeregt, so ist ihnen doch dasselbige abgeschlagen, und sind demnach gestert drei Stund nach Mittag Kais. Maj. und alle Stände auf das Haus kommen, vor denen erstlich der Päpstliche Legat, auf eine verlesene Credenz des Papstes, eine lateinische Oration von wegen der Zweispalt des Glaubens und des Türkens gethan. Darnach ist auch eine Bothschaft von den Niederösterreichischen Landschaften erschienen, die durch ein Credenz und schriftlich verfaßten Vortrag Kais. M. und die Stände um Hülfe wider den Türken zum allerhöchsten angerufen haben; welche bede, des Legaten und der Landschaft, Anbringen Kais. M. in Bedenken genommen. Und sind zum dritten Sachsen, Marggraf, Lunenburg und Hessen mit ihrer Unterricht des Glaubens, in Ihrer Churf. und F. G., auch unsrer und der von Reutlingen Gesandten Namen unterschrieben, vorgetreten, und durch eine Rede, so Doct. Bruck gethan **), Kais. M. aufs unterthänigst gebethen, dieselben samt Churfürsten, Fürsten und den andern Ständen teutsch lesen zu hören, mit Erbiethung, die alsdann teutsch und lateinisch Ihrer Maj., dem beschehenen Ihren Vorhalten gemäß, zu Unterricht zu übergeben.

Auf solches hat Kais. Maj., nach gehabter Unterrede mit Churfürsten (und) Fürsten, erstlich die Verzeichniß verlesen zu lassen gar geweigert, sondern schlechts begehrt, die Ihrer Maj. zu überantworten. Und als die ansuchenden Fürsten ferrer darum angeregt, mit Meldung, daß es die Nothdurft höchlich erforderte, dieweil ihnen am Handel viel gelegen und derselbige ihre Seele, Ehre und Glimpf belanget, daß sie auch bei Ihrer Maj. und sonsten, wie sie glaublich berichtet, zum höchsten verunglimpft, als ob sie unziemliche Lehre und Predig in ihren Landen gedulteten, deß halben ihre Verantwortung dagegen öffentlich zu hören vonnöthen wäre: (so) hat Ihre Maj. zum andern Mal (bei) ihrem Abschlag beharrt.

Aber der Churfürst und Fürsten haben zum dritten Mal heftig angehalten, und zum unterthänigsten und um Gotteswillen gebethen, die Unterricht allda vor männiglich verlesen zu lassen, denn allein die hohe Nothdurft vergriffen [darin begriffen], und niemand schmählich darin angegriffen würde. Darauf Ihr Maj. zum dritten Male ihnen sagen lassen: Ihre Maj. wollte geneigt seyn, ihrem Ansuchen Statt zu geben; aber dieweil es nun etwas spat, so wäre Ihrer Maj. Begehren, daß Ihr Churf. und F. G. Ihrer Maj. die Unterricht übergeben, so wollt Ihre Maj. auf heut zwo Stund nach Mittag dieselben auf der Pfalz im Beiseyn Churfürsten, Fürsten und Stände verhören.

Dagegen haben der Churfürst und Fürsten nochmals anzeigen lassen, sie wollten nichts liebers, denn daß Ihre Maj. und die Stände solche Unterricht höreten, und bäthen das noch zum höchsten. Wo es aber je Ihrer Maj. auf das Mal nicht gelegen, so wäre doch

*) desideratur: Gegenwärtigkeit.

**) Hic incipit fragmentum huius epist. edit. a Fikenscher.

ihre Bitt, daß Ihre Maj. heut um die Zeit, da sie es ohne das auf der Pfalz zu hören sich erbiethe, wieder auf dem Rathhaus erscheinen, und die Verzeichniß verlesen lassen wollte, und ihnen auch die Verzeichniß dieselbe Nacht bei Handen lassen, damit sie dieselbe, weil damit geeilet, recht übersehen und corrigiren möchten. Kais. Maj. hat endlich beharrt, die Verhör auf der Pfalz zu thun, und doch dem Churfürsten und Fürsten, die Verzeichniß bis zu derselben Stund bei Handen zu lassen gewilligt. Solches haben die Fürsten müssen annehmen *), und soll demnach heut die Unterricht gehört werden.

Aus dem allen werden E. W. vernehmen, daß sie nun in der Sach sind, und wie sauer dem Churfürsten, und Fürsten die Verhör wird, wie es halt hernach in der Handlung und Beschluß weiter von statten gehen will. Gemeldte Unterricht, so viel die Glaubensartikel belanget, ist in der Substanz fast dem gemäß, wie wir es E. W. vor zugeschickt, allein daß es noch in etlichen Stücken gebessert, und allenthalb aufs glimpflichste gemacht, doch dennoch, unsers Verstands, ein Nothdurft darinnen nicht unterlassen ist. Darum wir uns auch solches alles von E. W. wegen gefallen lassen; und anstatt E. W. darin den Fürsten samt den von Reutlingen anhangen. So diese Unterricht, die etwas auf 50 Blätter läuft, vollend abgeschrieben wird, wollen wir der E. W. eine richtige Abschrift übersenden. Und dieweil es nun mit Uebergeben der Unterricht am Ende ist, und dazu, als wir achten, die Fürsten für eine gute Nothdurft Theologen hie haben, bedenken wir, es sollt wohl so gar nicht noth seyn, den Osiander herauf zu schicken. Wir wollen es aber zu E. W. Gefallen gestellt haben.

Wir seyn auch darnach gestert bei Herrn Bernhard Besserer gewest, haben ihm in gutem Vertrauen gesagt, wie der Churfürst von Sachsen sammt den andern seiner Churf. G. Anhängern ihr Unterricht Kais. Maj. zu übergeben entschlossen seyen, ungefährlich den Artikeln gemäß, wie die zu Schmalkalden auf der Bahn gewest, mit Meldung, wir hätten je von E. W. Befehl, so viel möglich bei den andern Städten, und sonderlich Ulm, zu fördern und das Beste zu thun, ob man in diesem Handel nachmals einträchtig, und bei gemeldten Fürsten bleiben möchte. Solches wollten wir ihm im allerbest, und darum angezeigt haben, bedacht zu seyn, was seinem Herrn darin zu thun gelegen seyn wollte, mit Bitte, das sonst in guter Geheim bei ihm bleiben zu lassen. Also hat uns gedachter Besserer geantwortt: er hätt seinen Herrn allbereit heim geschrieben, und wartet noch Bescheids, weß er sich halten sollte, und er gedächte also säuberlich nachhin zu gehen und zu sehen, was man mit ihm handeln würde. Dabei wirs auch bleiben lassen, und haben solche Rede von bessers Glimpfs wegen bei dem Besserer zu thun für gut bedacht, damit dester mehr E. W. geneigter Wille gegen den Städten gespürt werden möcht.

Wir werden auch bericht, sich sollen nach verlaufner Handlung etliche andere Städte mehr Beschwerd und Verdrieß gehabt haben darum, daß wir ihnen der Fürsten Vorhaben nicht angezeigt und sie auch darzu gezogen. Aber wir wissen auch noch nicht, was ihre Meinung entlich ist, denn daß wir uns bedunken lassen, ihnen wolle grauen, so man sich gegen den Fürsten also hält, daß sie sich vielleicht noch beschwerlichers besorgen. — — — Dat. Sambstag 25. Junii frühe zum Aufsperren 1530.

Kreß und
Volkamer.

*) Verbis müssen annehmen desinit fragmentum a Fikensch. editum.

No. 739. 25. Iun.

Ordines Evangelici ad Caesarem.

Inserendas putavimus hic literas Principum Protestantium ad Carolum V. Caesarem, cum quibus exhibuerunt Augustanam confessionem. Praefatio enim Aug. confessionis et epilogus sunt epistola s. declaratio Principum Caesari facta, quum tradiderunt confessionem. Scripta fuit haec epistola ut confessio ipsa primum nomine Ducis Saxon. Electoris solius, deinde vero omnium Principum Protestantium, ut patet ex epistolis hoc tempore scriptis, potissimum legatorum Norinbergensium, ex quibus etiam intelligitur, in prologo et epilogo formando Gregorium Pontanum multum laborasse. Facile etiam ex scripto ipso cognoscitur, illud primum germanice ab homine politico scriptum esse. Stilus enim, ut quisque ex prima periodo intelligit, ab elegantia Melanthonis longe abhorret, ita ut adeo suspicer, non Melanthonem, sed alium latinam versionem fecisse. — Quod attinet ad textum genuinum, de eo uberius dicendum erit in fronte Augustanae confessionis ipsius. Id tantum hic monendum est, textum latinum descriptum esse ex editione principe: 1) „Confessio fidei exhibita Invictiss. Imperatori Carolo V. Caesari Aug. in Comiciis Augustae M. D. XXX." Addita est Apologia confessionis Beide, deutsch und Latinisch. Witt. M. D. XXX. 4. (Ad extrem. apologiae:) Impressum per Georgium Rhau. M. D. XXXI. — Cum hac editione contulimus aliam: 2) „Confessio exhibita Caesari in Comitiis Augustae, Anno M. D. XXX." — Psalmo 119. Et ego loquebar de Testimoniis tuis in conspectu Regum et non confundebar (sine anno et loco, 87. pagg. 4.) — Simul contuli 3) textum in Mel. Corpore doctri-

nae christ. P. I. — Quod attinet textum germanicum, sequutus sum: 1) editionem principem, antea n. 1. laudatam, ubi confessio germanica hanc habet inscriptionem: Confessio odder Bekantnus des Glaubens etlicher Fürsten vnd Stedte: vberantwort Keiserlicher Maiestat: zu Augsburg. Anno M. D. XXX. Apologia der Confession. (Apologia habet singularem inscriptionem: „Apologia der Confession aus dem Latin verdeutschet, durch Justum Jonam. Wittenberg." In fine: Gedrückt zu Wittenberg durch Georgen Rhaw. Anno M. D. XXXI. 4.) — Cum illa simul contuli editionem antiquissimam et fortasse primam: 2) Anzeigung vnd Bekantnus des Glaubens vnnd der Lere, so die appellirenden Stende Key. Majestat auff yetzigen Tag zu Augsburg öberantwurt habend. M. D. XXX. (sine loco et anno, 55 pagg. 4.) — Denique 3) contuli textum germanicum in Corpore Doct. Christianae (Germ.) Leipz. 1560. fol. De utraque editione latina et germanica, quam secundo loco posui, vid. Webers Krit. Gesch. der Augsb. Confess. P. I. p. 85. et pag. 357. — Habes hic A) textum latinum, B) germanicum.

A.

Praefacio ad Caesarem Carolum V.

Invictissime Imperator, Caesar Auguste, Domine clementissime. Cum V. C. M. indixerit conventum Imperii Augustae, ut deliberetur de auxiliis contra Turcam, atrocissimum, haereditarium atque veterem christiani nominis ac religionis [1]) hostem, quomodo illius scilicet furori et conatibus durabili et perpetuo belli apparatu resisti possit; deinde et de dissensionibus [2]) in causa nostrae sanctae religionis et Christianae fidei, et ut in hac causa religionis partium opiniones ac sententiae inter sese in caritate, lenitate et mansuetudine mutua audiantur coram, intelligantur et ponderentur, ut illis, quae utrinque in Scripturis secus tractata aut intellecta sunt, sepositis et correctis, res illae ad unam simplicem veritatem et christianam concordiam componantur et reducantur, ut de caetero a nobis una, sincera et vera religio colatur et servetur, ut, quemadmodum sub uno Christo sumus et militamus, ita in una etiam Ecclesia Christiana in unitate et concordia vivere possimus; cumque nos infra scripti Elector et Principes [3]), cum aliis, qui nobis coniuncti sunt, perinde ut alii Electores et Principes et Status ad praefata Comitia evocati [4]) simus, ut Caesareo mandato obedienter obsequeremur: mature venimus Augustam, et, quod citra iactantiam dictum volumus, inter primos affuimus.

1) *ac religionis* non habet liber 2.
2) *dispositionibus* lib. 2.
3) *Principes*] Lib. 2. *Princeps*, *et.*
4) Corp. *vocati.*

Cum igitur V. C. M. Electoribus, Principibus et aliis Statibus Imperii etiam hic, Augustae, sub ipsa initia horum Comitiorum inter caetera proponi fecerit, quod singuli Status Imperii vigore Caesarei edicti suam opinionem et sententiam in Germanica et Latina lingua proponere debeant atque offerre, et habita deliberatione proxima feria quarta rursum responsum est, V. C. M. nos proxima feria sexta articulos nostrae Confessionis pro nostra parte oblaturos esse: ideo, ut V. C. M. obsequamur [5]), offerimus in hac religionis causa nostrorum Concionatorum et nostram Confessionem, cuiusmodi doctrinam ex scripturis sanctis et puro verbo Dei hactenus illi in nostris terris, ducatibus, ditionibus et urbibus tradiderint, ac in Ecclesiis tractaverint.

Quod si [6]) caeteri Electores, Principes ac Status Imperii similibus scriptis, Latinis scilicet et Germanicis, iuxta praedictam Caesaream propositionem suas opiniones in hac causa religionis produxerint: hic nos coram V. C. M. tanquam domino nostro clementissimo paratos offerimus, nos cum praefatis Principibus et amicis nostris de tolerabilibus modis ac viis amice conferre, ut [7]), quantum honeste fieri potest, conveniamus [8]), et re inter nos partes citra odiosam contentionem pacifice agitata, Deo dante, dissensio dirimatur, et ad unam veram concordem religionem reducatur, sicut omnes sub uno Christo sumus et militamus, et unum Christum confiteri debemus, iuxta tenorem edicti V. C. M., et omnia ad veritatem Dei perducantur; id quod ardentissimis votis a Deo petimus.

Si autem, quod ad caeteros Electores, Principes et Status, ut partem alteram, attinet, haec tractatio causae religionis eo modo, quo V. C. M. agendam et tractandam sapienter duxit, scilicet cum tali mutua praesentatione scriptorum, ac sedata collatione inter nos non processerit, nec aliquo fructu facta fuerit: nos quidem testatum clare [9]) relinquimus, hic nihil nos, quod ad christianam concordiam, quae cum Deo et bona conscientia fieri possit, conciliandam conducere

5) Lib. 2. *obsequeremur.*
6) *Quod si*] lib. 2. *Si*; corp. *Quod si et.*
7) *ut*] lib. 2. *et.*
8) Lib. 2. *convenire.*
9) *clare*] lib. 2. *dare.*

queat, ullo modo detrectare; quemadmodum et V. C. M. deinde et caeteri Electores et Status Imperii, et omnes, quicunque hanc causam aequo animo audituri sunt, ex [10]) hac nostra et nostrorum Confessione hoc clementer cognoscere et intelligere dignabuntur.

Cum etiam V. C. M. Electoribus, Principibus et reliquis Statibus Imperii non una vice sed saepe clementer significaverit, et in Comitiis Spirensibus, quae anno Domini etc. XXVI. [11]) habita sunt, ex data et praescripta forma vestrae Caesareae instructionis et commissionis recitari et publice praelegi fecerit, vestram M. in hoc negotio religionis ex causis certis, quae V. M. nomine allegatae sunt, non velle quicquam determinare, nec concludere posse, sed apud Pontificem Romanum pro officio V. C. M. diligenter daturam operam de congregando consilio generali; quemadmodum idem [12]) latius expositum est ante annum in publico proximo conventu, qui Spirae congregatus fuit, ubi V. C. M. per Dominum *Ferdinandum*, Boëmiae et Ungariae Regem, amicum et dominum clementissimum nostrum, deinde per Oratorem et Commissarios Caesareos, haec inter caetera proponi fecit, quod V. C. M. intellexisset et expendisset Locum tenentis V. C. M. in imperio, et Praesidentis et Consiliariorum in Regimine, et Legatorum ab aliis Statibus, qui Ratisponae convenerant, deliberationem de concilio congregando, et quod iudicaret etiam V. C. M., utile esse, ut congregaretur concilium, et quia causae, quae tum tractabantur inter V. C. M. et Ro. Pontificem, vicinae essent concordiae et christianae reconciliationi, non dubitaret V. C. M., quin Romanus Pontifex adduci posset ad habendum concilium, ideo [13]) significabat V. C. M., operam daturam, ut praefatus Ponti. Maximus una cum V. C. M. tale generale concilium primo quoque tempore emissis literis publicandum congregare consentiret:

in eventum ergo talem, quod in causa religionis dissensiones inter nos et partes amice et in caritate non fuerint compositae, tunc coram V. C. M. hic in omni obedientia nos offerimus, ex superabundanti comparituros et causam dicturos [14]) in tali generali, libero et christiano Concilio, de quo congregando in omnibus Comitiis Imperialibus, quae quidem annis Imperii V. C. M. habita sunt, per Electores, Principes et reliquos Status Imperii semper concorditer actum et congruentibus suffragiis conclusum est. Ad cuius etiam generalis Concilii conventum, simul et ad V. C. M. in hac longe maxima et gravissima causa iam ante etiam debito modo et in forma iuris provocavimus et appellavimus. Cui appellationi ad V. C. M. simul et Concilium adhuc adhaeremus, neque eam per hunc vel alium tractatum, nisi causa inter nos et partes iuxta tenorem Caesareae proximae citationis amice in caritate composita, sedata et ad christianam concordiam reducta fuerit, deserere intendimus aut possumus; de quo hic etiam solenniter et publice protestamur.

Epilogus.

Hi [15]) sunt articuli, qui videntur habere controversiam. Quanquam enim de pluribus abusibus dici poterat, tamen, ut fugeremus prolixitatem, praecipua complexi sumus, ex quibus caetera facile iudicari possunt. Magnae querelae fuerunt de indulgentiis, de peregrinationibus, de abusu excommunicationis. Parochiae mutipliciter vexabantur per Stationarios. Infinitae contentiones erant Pastoribus cum Monachis de iure parochiali, de confessionibus, de sepulturis, de extraordinariis concionibus, et de aliis innumerabilibus rebus. Huiusmodi negocia praetermisimus, ut illa, quae sunt in hac causa praecipua, breviter proposita facilius cognosci possent. Neque hic quicquam ad ullius contumeliam dictum aut collectum est. Tantum ea recitata sunt, quae videbantur necessario dicenda esse, ut intelligi possit, in doctrina et ceremoniis apud nos nihil esse receptum contra Scripturam aut Ecclesiam catholicam, quia manifestum est, nos diligentissime cavisse, ne qua nova et impia dogmata in Ecclesias nostras serperent.

Hos articulos supra scriptos voluimus exhibere iuxta edictum C. M., in quibus confessio nostra extaret, et eorum, qui apud nos docent, doctrinae summa cerneretur. Si quid in hac confessione desiderabitur, parati sumus latiorem

10) *ex*] lib. 2. *et*.
11) Corp. XXII.
12) *idem*] lib. 2. *et id*.
13) *ideoque significaret* scribendum erat.

14) *et causam dicturos*] lib. 2. *nos in eodem casu*.
15) Lib. 2. *Ii*.

informationem, Deo volente, iuxta scripturas exhibere [16]).

Caesareae Maiest. V.

Fideles et subditi

Ioannes Dux Saxoniae Elector.
Georgius Marchio Brandenburgensis.
Ernestus Dux Luneburgensis [17]).
Philippus Laudgravius Hessorum [18]).
Ioannes Fridericus Dux Saxoniae.
Franciscus Dux Luneburgensis.
Volfgangus Princeps ab Anhalt.
Senatus Magistratusque Nurnbergensis.
Senatus Reutlingensis.

B.

Allerdurchleuchtigster, Großmächtigster, Unüberwindlichster Kaiser, Allergnädigster Herr. Als Ewer Kaiserliche Majestät kurz [1]) verschiener Zeit einen gemeinen Reichstag allhie [2]) gen Augsburg gnädiglichen [3]) ausgeschrieben mit Anzeig und ernstem [4]) Begehr, von Sachen unsern und des christlichen Namens Erbfeind, den Türken, betreffend, und wir demselben mit beharrlicher Hülf stattlichen widerstanden; auch wie der Zwiespalten halben [5]) in dem heiligen Glauben und der christlichen [6]) Religion gehandelt müge werden, zu rathschlagen und Fleiß anzukehren, alle eines jeglichen [7]) Gutbedünken, Opinion und Meinung zwischen uns selbst in Lieb und Gütigkeit zu hören, zu ersehen [8]) und zu erwägen, und dieselben zu Einer christlichen Wahrheit zu bringen, und zu vergleichen, alles, so zu beiden Theilen nicht recht ausgelegt [9]) oder gehandelt wäre, abzuthun, und durch uns alle eine einige und wahre Religion anzunehmen und zu halten, und wie wir alle unter Einem Christo sind, und streiten, also auch alle in Einer Gemeinschaft, Kirchen und Einigkeit zu leben, und wir, die unten benannten Churfürst [10]) und Fürsten, sammt unsern Verwandten [11]) gleich andern Churfürsten, Fürsten und Standen dazu erfordert: so haben wir uns darauf dermaßen erhaben, daß wir sonder Ruhm mit den ersten hicher kommen.

Und als den [12]) auch Ew. Kais. Maj. [13]), berührts Ew. Kais. Maj. Ausschreibens und demselben gemäß, dieser Sachen haben, dem Glauben berührend, an Churfürsten, Fürsten und Stände in gemein gnädiglichen auch mit höchstem Fleiß und ernstlich begehrt, daß ein jeglicher vermöge vorgemeldts E. Kai. Maj. Ausschreibens sein Gutbedünken, Opinion und Meinung der selbigen Irrungen und Zwiespalten und Mißbräuch halben zu Deudsch und Latein in Schrift stellen und überantworten sollten, darauf denn nach genommenem Bedacht und gehaltenem Rath E. Kais. Maj. an vergangener Mitwochen ist fürgetragen worden: als wollten wir auf unserm Theil das unser, vermöge E. Kais. Maj. Furtrags, in Deudsch und Latein auf heut Freitag übergeben. Hierum Ew. Kais. Maj. zu unterthänigstem Gehorsam [14]) überreichen und übergeben wir unsrer Pfarner, Prediger und ihrer Lehren, auch unsers Glaubens Bekenntniß, was und welcher Gestalt sie aus Grunde göttlicher heiliger Schrift [15]) in unsern Landen, Fürstenthumen, Herrschaften Stadten und Gebiethen predigen, lehren und halten [16]).

Und sind gegen E. Kais. Maj., unserm allergnädigsten Herrn, wir in aller Unterthänigkeit erböthig, so die andern Churfürsten, Fürsten und Stände dergleichen gezwiefachte, schriftliche Uebergebung ihrer Meinung oder Opinion in Latein und Deudsch jetzt auch thun werden, daß wir uns mit ihren [17]) Liebden und ihnen gern von bequemen gleichmäßigen Wegen unterreden, und dieselbigen [18]), so viel der Gleichheit nach immer müglich, vereinigen wollen, damit unser beiderseits, als Parten, schriftlich fürbringen, und Gebrechen zwischen uns selbs in Lieb und Gütigkeit gehandelt, und dieselben Zwiespalten zu einer einigen wahren Reli-

---

16) Loco eorum, quae hactenus habet epilogus, in Corpore Philippico tantum haec leguntur: „Complexi sumus summam doctrinae Evangelicae necessariam Ecclesiis, nec dubitamus, has ipsas sententias nostras vere esse doctrinam in scriptis propheticis et apostolicis traditam, et consensum catholicae Ecclesiae Christi, cui etiam eruditiores scriptores Ecclesiastici testimonium saepe perhibent. Oramus autem Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut ipse Ecclesiam suam, sanguine filii redemtam, gubernet, servet, purget et augeat. Amen."

17) Lib. II. Ernestus a Luneburg.

18) Lib. II. Dux Cattorum.

1) kurz non habet lib. 2.

2) Lib. 2. allher.

3) Lib. 2. gnädiglich.

4) Lib. 2. Anzeigung und ernstlichem.

5) Lib. 2. halber.

6) Lib. 2. christlichen, et sic etiam in sequentibus.

7) Lib. 2. jedlichen, et sic etiam in sqq.

8) Lib. 2. verston (verstehen).

9) Lib. 2. mit Recht aufgelegt.

10) Lib. 2. Churfürsten.

11) Lib. 2. Vertrauten.

12) Lib. 2. dann, et sic etiam in sqq.

13) Lib. 2. addit: zu unterthänigster Wollthuung.

14) Lib. 2. unterthänigster Gehorsame.

15) Lib. 2. Geschrift, et sic etiam in seqq.

16) Lib. 2. addit: und Unterrichtung thun.

17) Lib. 2. ihnen.

18) Lib. 2. derselbigen.

tua sim sollicitus, teque per Christum rogo, ne Doctoris ad te literas otiosas esse putes. Non possum [4]) satis mirari singularem hominis in his acerbissimis temporibus constantiam, hilaritatem, fidem, spem; assidue autem illa diligentiore verbi Dei tractatione alit. Nullus abit dies, quin ut minimum tres horas, easque studiis aptissimas in orationibus [5]) ponat. Semel mihi contigit, ut orantem eum audirem. Bone Deus, quantus spiritus, quanta fides in ipsis verbis inerat [6]). Tanta reverentia petit aliquid ut cum Deo, tanta spe et fide ut cum patre et amico colloqui [7]) sentiat. Scio, aiebat, te patrem et Deum nostrum esse. Certus igitur sum, quod filiorum tuorum persecutores sis perditurus. Quod si non facies, tum periculum cum nostro est coniunctum. Tuum est negotium hoc totum; nos ad id coacti accessimus; tu igitur defendas etc. In haec fere verba tum [8]) orantem clara voce procul stans audivi [9]). Ardebat mihi quoque animus singulari quodam impetu, cum sic amice, sic graviter, sic reverenter cum Deo loqueretur, et inter orandum promissiones ex Psalmis sic urgeret, ut qui certus esset, omnia eventura esse, quae peteret [10]). Non igitur dubito, quin preces eius [11]) magnum momentum ad desperatam hanc comitiorum causam sint allaturae, et tu [12]), mi praeceptor, longe rectius faceres, si hac etiam in parte patrem nostrum Doctorem imitarere. Neque enim miseris illis curis et inertibus lacrymis quicquam aliud efficies [13]), quam ut tibi et nobis omnibus, quibus salute tua nihil est nec iucundius nec utilius, tristissimum exitum pares. Ego diligenter pro te, omnibusque vobis quantum possum oro. Deus igitur [14]), cuius causa ab improbis hominibus damnatur, perdat gentes, quae bella volunt et eripiat nos miserum suum agmen [15]) ex crudeli manu caedem et sanguinem nostrum quaerente [16]). Amen, Amen. De valetudine Doctoris nihil scribo. Apparet enim ex eius literis, quod rectissime et animo et corpore valeat [17]). Ego multa mala Salzburgo [18]) illi Doeg Edomitae imprecor, qui sic te cruciat [19]). Doctor aiebat, se si tuo loco [20]) fuisset, sic responsurum esse: wird euer Kaiser turbationem reipublicae [21]) nicht leiden [22]), so wird unser Kaiser auch illam blasphemiam nicht leiden [23]); trotzt nur getrost auf euern Kaiser, so wollen wir auf unsern auch trotzen, und sehen, wer das Feld behält. Hoc quoque scribendum tibi duxi [24]). Iam, mi praeceptor, vale in Christo Iesu felicissime, et ignosce huic epistolae; scis enim meum in te animum. Vale rursum cum caeteris [25]). Postridie Petri et Paul [26]).

Vitus tuus discipulus.

4) Coelest. *non possum non.*
5) Coel. et c. Bav. *orationem.*
6) Coel. et c. B. *inest.*
7) Coel. et c. B. *se loqui.*
8) Coel. *dum.*
9) Coel. *audirem.*
10) *ut qui — peteret*, non leguntur in cod. Ob.
11) *eius* abest a cod. Ob.; cod. Bav. *illius.*
12) Inserit hic Coelest. verba infra sequentia: *Ego multa mala Salzb.* — — — Feld behält.
13) Coel. *effeceris.*
14) Coel. et c. B. *noster.*
15) *gregem suum*, Coel. et c. B.
16) *ex crudeli — quaerentem* mendose in cod. scripta sunt sic: *crudelis, ex de et sanguinorum q. verenter.* C. Bav. *a manu crudelis et caedem et sanguinem nostrum quaerentis.*
17) *De valetudine — valeat* non habet Coel., et cod. Bav. haec et seqq. praetermisit.
18) *multum mali Salzburgensi*, Coel.
19) *cruciavit*, Coel.
20) *loco* abest a cod.
21) Cod. *publicam.*
22) nicht wollen, Coel.
23) wollen leiden, Coel.
24) *Hoc — duxi*, non habet Coel.
25) *cum caeteris* non habet Coel.
26) Coel. habet: ex Eremo nostra 30. Iulii 1530., idemque c. Bav.

No. 756. 8. Iul.

Legati Norinberg. ad Senatum.

† Ex Actis Norinberg. p. 108. — Argumentum huius ep. est in Strob. Miscell. II. p. 39.

An Herrn Burgermeister und Rathe zu Nurmberg.

Graf Albrecht von Mansfeld und Herr Wilhelm von Willenfels haben mich, Kressen, beschickt, und mir im Vertrauen mit langen Worten, daß sie, und die von denen sie Befehl hätten, stattlich angelangt, daß wir hie Kaiserlicher Maj. von E. W. wegen zugesagt und bewilligt, was Kais. Maj. für Ordnung und Ceremonien in der Religion unsers Glaubens auflegten, darin wollten sich E. W. ganz gehorsam und demselben der Kais. Maj. Befehl gemäß halten und erzeigen, mit mehr Reden und Anhang ꝛc.

Als ich ihnen aber dasselbe mit Wahrheit abgeleinet, und das Widerspiel angezeigt, mit Bitt, E. W. und unsere Person, als der Gesandten, darin zu verantworten, deß sie sich gutwillig erbothen. Dabei ich gebethen, wo es ihnen nicht beschwerlich und thunlich seyn möchte, daß sie mir wollten anzeigen, von wem doch solche Nicht [Gerüchte] und böse Practik herkommen, davor sie mich aber zum höchsten gebethen, und meinten je, es wäre dem Handel nicht dienstlich oder noth. Dabei mögen E. W. abnehmen, mit was Practik und Griffen diese Leut umgehen. — — —

So hat Kais. Maj. die drei Städte, Cöln, Metz und Ach, in geheimbd beschickt, und wiewohl Ach nicht hie ist, die andern Gesandten der zweien Städte in ein sonder Gemach in Kais. Maj. Herbrig genommen, und — — ihnen durch Herzog Friedrich vorhalten lassen: sie wüßten, was Ihre Maj. vor etlichen Tagen mit den Städten gehandelt; nun lange aber J. M. an, daß über dasselbe etliche Practik, Bündniß und Vertrag, daraus allerlei Abfall und Nachtheil erfolgen möcht, von etlichen gemacht werden wollten, mit Bitt, wo sie dazu auch angesucht, sich nicht einzulassen, oder derselben Bündniß theilhaftig zu machen, und dabei begehrt, die neue Lehre des Glaubens bei ihnen in ihren Städten nicht einbrechen zu lassen. Dagegen die Gesandten der zweier Städt ihre Antwort geben, daß ihnen nicht allein ihrer Herrn, sondern auch der andern Städte halben von solcher Bündniß nichts wissend, wäre auch in solchem gar nichts an sie gesonnen oder begehrt worden. So hätten sie auch noch bisher von der neuen Lehre in ihren Städten nichts sonderlichs gespürt, wollten sich halten, als getreuen Unterthanen zuständе; mit mehr Worten, die sich verloffen. Darauf sich Kais. Maj. gegen ihnen fast gnädig erbothen.

Zum Andern so ist der Churfürst von Sachsen und Landgraf von Hessen zu Kais. Maj. etlich Mal gefordert, und ihnen allerlei Practik und Partita vorgehalten, sie abwendig zu machen, aber (man hat) bei ihnen nichts erlangen mögen. — — — — —

Dat. 3. Julii früh zum Aufsperren 1530.

Kreß und
Volkamer.

No. 757. (fere 8. Iul.)

Vito Theodoro.

Epist. lib. III. p. 229. (edit. Lond. III. ep. 177.) — Autographon Melanth. est in cod. Monac. I. p. 408. Est pagella sine inscriptione et videtur inclusa fuisse epistolae, quae periit.

Vito Theodoro.

Significa mihi, mi *Vite*, utrum Doctor acceperit depictam *Viennae* obsidionem, quam ei misi. Quod si nuncius noster non reddidit, manifesta est perfidia. Misi enim belle[1]) adornatam et pictam imaginem, ac suspicor nuncium vendidisse. Aliquoties conduximus nuncios, ac deprehendi in hac *Suevica* natione non solum insignem esse stoliditatem, sed etiam perfidiam, hominibus *Germanis* indignissimam. Vale.

Φίλιππος.

No. 758. (fere 3. Iul.)

Melanthon ad Duc. Sax. Elect.

† Ex autographo Mel. in tabular. Vinar. Reg. H. fol. 169. no. 16. transscripta in cod. Goth. 452. p. 189. — Scripta est haud dubie in conventu Augustano, fere 8. Iulii, eo tempore, quo Caesar tentabat Ducem Sax. Elect. ad suas partes trahere privatis sermonibus.

(*Melanth. ad Ducem Saxon. Elector.*)

Mein gnädigster Herr. Bitte auf diese zween Articul zu arbeiten, utramque speciem und coniugium sacerdotum et religiosarum personarum uns nicht zu verbiethen, oder zu dominiren. Denn sollte utraque species verbothen werden bei uns, würden viel schrecklicher Offensiones folgen, daß viele Leute sich vom Sacrament ziehen würden, und auch sine sacramento sterben. Item, durch solche mutationes würde das Sacrament noch in weitere Verachtung kommen, das zu verhüten ist, sonderlich in dieser Zeit, da so große Verachtung der Sacramente durch Zwinglium entstanden ist.

Item, wir können auch nicht willigen eine solche Prohibition contra Ordinationem Christi.

De *coniugio clericorum*. Sollten wir die jetzigen Pfarrer und Prediger vom Ministerio absetzen, würde nicht möglich seyn, andere tüchtige Priester zu finden, wie man weiß, welch Mangel ist jetzund an ziemlichen Priestern, sonderlich an denen Orten, da das coniugium nicht gestattet wird.

Nun ist je beschwerlich, daß man lieber dulden will, daß die religio bei so vielen Leuten untergehe, denn daß solche Constitutiones gelindert werden, so doch diese Linderung nicht ist contra fidem oder bonos mores. Viel beschwerlicher wäre es, daß man die

1) Pez. *bello*, ex mendo.

Sachen zu Krieg sollte lassen kommen, so man durch solche leichte Mittel Frieden machen kann, dazu sonst viel Gutes weiter anrichten. Denn zu hoffen, daß in allen andern Stücken Wege, zu Frieden dienlich, zu finden sind.

No. 759. **4. Iul.**

Osiander ad Linckium et Schleupn.

Edita a Strobelio in Camerarii Vita Melanth. p. 407.

Andreas Osiander ad Wenc. Linck et Dom. Schleupnerum.

Gratiam et pacem a Deo patre nostro et domino I. Christo. Quis finis horum comitiorum sit futurus, nulli adhuc coniecturis consequi possunt, quanquam bona spes est, Christum gloriose acturum, et sunt inter Papistas multi, qui nobis favent. Sunt et in Italia docti viri, quos Pontificiae tyrannidis pertaeduit. Pervenerunt enim ad nos propositiones quaedam Italicae satis Lutheranae, quas *Philippus* vidit et probat; praeterea monachus a confessionibus Caesaris *Philippo* familiariter utitur, et probat aperte nostram de iustificatione et bonis operibus doctrinam, maledicitque istis Germanis asinis nobis in hac parte obgannientibus et sine causa discordiam moventibus. Caesaris autem concionator multo aequior est, probatque universam nostram doctrinam, et iubet magno esse animo. Denique nemo est, qui non cupiat hanc causam aequis et christianis conditionibus componi, praeter quosdam Germanos Episcopulos, Tyranniculos et Pseudotheologastros, qui revera furiis obsessi nihil nisi sanguinem sitiunt. Deus reddat illis, si non resipuerint, secundum opera ipsorum.

Philippus multis laboribus, vigiliis, curis maceratus et exhaustus nonnunquam melancholica quadam tristitia et quasi desperatione vexatur, nulla extante causa, quae nostros plerosque valde deiecit. Ego autem statim deprehendi, ac ab aliis didici, naturalem illud esse sanguinis melancholici motum: in eiusmodi tamen passione cogitat, dicit, scribit et facit, quae causam nostram non meliorem reddunt, estque observandus et obiurgandus, ne admittat cuius nos omnes poenitere possit. Id *Luthero* quoque notum causam dedit acrius ad eum scribendi, et reliquos, ut eum increpatent, hortandi. Hinc epistolas aliquot, quia iam nihil melius possum, vobis mitto, libentius scripturus posthac iucundiora, si potero.

Est in Hispania mulier quaedam Evangelii studiosa, quae libellum edidit dignum qui publicaretur. Itaque ab Episcopo quodam versus in latinam linguam excusus est. *Philippo* promisit quidam, eum se ei exhibiturum; quod si fiet, vel descriptum ad vos mittam.

Augustenses ad eo pusillanimes immo frigidi sunt, ut *Urbanum Regium* a se vocatum esse profiteri nolint. Cum hoc an facturi essent, a Consule, Senatu et a plerisque privatim requisierit (mera stultitia sapientum istorum mercatorum), hac insigni ingratitudine motus promisit Duci a Luneburg, se cum eo abiturum; et faciet. Finitis autem comitiis quid putatis miseram plebeculam facturam (nam reliqui quoque Evangelici discedent ob eandem causam), cum se destitutam esse videbit? Argentinenses scripserunt confessionem suae fidei exhibendam, sed quia miscuerunt articulum de coena, nulla urbium regni adhuc subscribere voluit. Adeo eorum doctrina fugit lucem. Et credo, Argentinenses quoque cessuros, praesertim si Caesar institerit. Caeterum vos pro nobis ac tota causa orate, sicut et nos oramus, et, si vacat, nonnihil scribite, praesertim ad Vitebergenses, et hasce literas *Ebnero* et *Spenglero* item Praeposito meo impertiminor. Gratia Dei vobiscum. Datum Augustae feria tertia post Visitationis Mariae 1530.

No. 760. **6. Iul.**

Legati Norinberg. ad Senatum.

† Ex Actis Norinberg. p. 115. — Partem edidit Strob. in Miscell. P. II. p. 40.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — — — Zum Dritten Herrn Endressen Osiander belangend, haben wir beede, Kreß und Volkamer, E. W. Gemüth durch beede uns zugeordnete Herrn, den Coler und Paumgartner verstanden, und haben sämtlich bedacht, daß man ihn noch etliche Tag hie lasse, bis andre von hinnen heim reiten, mit denen er hinach kommen möge; denn wir nicht vermerken, daß er ungern hie sey, wiewohl man sein nicht nothdürftig ist. — — —

So ist auch gestert vor dem Morgenessen Kaiserlicher Maj. auf derselben Erfordern die Antwort der protestirenden Städte, davon wir hievor E. W. Copie zugeschickt, in Teutsch und Französisch übergeben. Und sind neben den andern Städten Windsheim und Weissenburg, auf ihrer Gesandten Ansagen und Bewilligen, auch unterschrieben. Solche Antwort hat Kais. Maj. — — gnädiglich angenommen, die alsbald in unserm Beiseyn in dem Unterschreiben und sonst zum Theil selbst gelesen, und diesen Abschied geben lassen: Ihre Maj. wolle die übersehen, bedenken und dann bemeldten Städten darauf ihr Gemüth ferner zu erkennen geben; das man also erwarten muß. Und ist vom Artikel des Glaubens seither weiteres nichts gehandelt. Wir können auch noch nicht wissen, worauf der Gegentheil darin sein Gemüth entlich stellen will; denn es redet einer auf, der andere nieder, also, daß wir E. W. nichts davon schreiben können. — — — — —

Wir schicken E. W. hiemit *) des Churfürsten von Sachsen und der andern Fürsten auch E. W. Unterricht und Bekenntnuß des Glaubens, wie dieß K. Maj. im Latein übergeben ist, die wir durch Herr Jeronimus Ebners Sohn also haben abschreiben lassen, und haben E. W. diese Unterricht im Teutschen vorhin auch von uns empfangen.

— — — — — Der Landgraf hat mich, Kressen, im Vertrauen und Geheimbd bericht, sein F. G. hätte vor etlichen Tagen angelangt, wie Kais. Maj. des Willens seyn sollte, sein G. etlicher Artikel und Beschwernuß halben zu Rede zu halten. Als sich aber dasselbige etwas verzogen, seyn sein F. G. von ihr selbst gen Hof geritten, hab zu Kais. Maj. begehrt, und, als Ihr Maj. sein Gn. vor sich gelassen, und niemand weder den Bischof von Costnitz und Alexander Schweiß bei sich gehabt, hab sein F. G. also Ihrer Kais. M. zu erkennen geben, was sein Gnaden angelangt hätte, mit unterthänigster Bitt, in was Artikeln Ihr K. M. Beschwerung oder Mangel bei seinen F. G. trüge, solches gnädiglich anzuzeigen; wollte sich sein F. G. darin unverweislich und wie sich gebürt erzeigen. Auf solch Anbringen hab Kais. Maj. mit dem von Costnitz und Schweiß eine lange Unterrede und Bedacht gehabt, doch zuletzt ihn, den Landgrafen, wieder gefordert, und auf sein Ansuchen durch den Bischoff von Costnitz sagen lassen: Ihr Kais. M. hätte vier Artikel halben Beschwerung von seinen Gnaden. Nämlich zum ersten von wegen Ihrer Maj. Edicts zu Worms ausgangen, darwider sein F. G. vor andern Fürsten und Ständen freventlich gehandelt; zum andern von wegen des Artikels vom Sacrament, da wär Ihr K. M. bericht, daß sein F. G. nichts davon halten sollte; zum dritten, so wär J. Maj. bericht, daß sein F. G. in Ihrer K. M. Abwesen aus dem Reich allerlei Empörung angefangen, auch mit etlichen Potentaten von Bündnissen, die Ihrer Maj. und dem Reich zuwider, practicirt und gehandelt haben sollte; und zum vierten, so hätte sein F. G. ein Büchlein zugeschickt, darin Ihre Maj. in ihrer Hoheit angegriffen wäre, ꝛc. alles mit mehrern Worten *).

Darauf hab sein F. G. mit der Kürze ihre Antwort und Entschuldigung dargethan. Und erstlich, daß sein Gn., zur Zeit als das Edict ausgangen, noch ganz jung gewesen. Ob aber gleich sein F. G. darwider gehandelt, so sey es S. F. G. nicht allein, sonder der mehrer Theil aller Stände haben desselben Edicts nicht gehalten. Was auch S. F. G. darin gehandelt oder geduldet, sey Ihrer K. M. eigentlich gar nicht zu wider oder Verachtung geschehen. Vom Andern von wegen des Sacraments, davon halte S. F. G.: welcher dasselbe recht empfahe, und den Glauben habe, derselbe empfahe den Leib und das Blut Christi. Zum Dritten der Empörung halben habe S. F. G. auch verantwort, und nämlich erzählet erstlich den Handel mit Franz von Sickingen, darnach die Empörung der Unterthanen und derselben Niederlag und Schlacht bei Frankenhausen, in welchen beeden Händen S. F. G. zur Nothwehr gedrangt. Nicht weniger sey auch S. F. G. zu der dritten ihrer nächsten Rüstung **) aus dem, so etliche Bischoff und andere wider S. F. G. in Vorhaben gewest, merklich verursacht, und sich doch allein zu Schutz und Aufenthaltung gefaßt gemacht; wie denn in der That erschienen, daß S. F. G. mit solcher ihrer Rüstung nicht vorgefahren, sondern wieder zurück und abgezogen, und niemand kein Schad zugefügt worden. Und wiewohl nicht ohne, daß auch sonsten allerlei Practik von etlichen Potentaten an S. F. G. gelangt, so hab doch S. F. G. die Pflicht, so er Ihrer Maj. gethan, bedacht, und sich deßhalb mit niemand eingelassen. Anders möge keiner mit Wahrheit von S. F. G. sagen. So sey zum vierten das angezogene Büchlein in Französisch gestellt, deß sein F. G. nicht verstehe ***). Sein F. G. hab sich aber je keines andern

*) Hic incipit pars a Strobelio edita, sed is argumentum potius quam verba ipsa dedit.

*) Iisdem fere verbis idem narratur in Cypriani Histor. der Augsb. Confess. p. 262.

**) Strobel. pro Rüstung habet Unfug. — Spectant haec ad motus ab Ottone Pack excitatos.

***) Cf. quae contra monuit nuper Cl. Rommelius in vita Philippi Landgr. Hass. Vol. II. p. 215. sqq.

versehen, denn daß es aufs Beste gemacht seyn sollt, damit Ihr K. M. der Artikel des Glaubens und desselben Zwiespalts Unterricht empfahen möchte, welches auch die einige Ursach gewest, derhalben S. F. G. solch Büchlein für Ihr Maj. zu machen befohlen *). Alles mit unterthänigem Erbiethen, sein F. G. wäre geneigt, Ihrer Maj. alle schuldige Gehorsam zu erzeigen.

Auf diese Antwort und Entschuldigung, sagt der Landgraf, hab Kais. Maj. S. F. G. durch den Bischoff von Costnitz wieder Antwort geben lassen, und in summa der dreier Artikel halben ganz lind gangen; und zuvörderst hab Ihre Maj. ihr die Antwort des Sacraments halben lassen gefallen, welcher Antwort, als es der Landgraf dafür halten will, vielleicht weder K. Maj., der von Costnitz noch Schweiß recht verstanden, also daß S. F. G. meint, es würde dieser dreier Artikel halben nicht Noth haben. Allein auf den vierten, nämlich den Artikel des Glaubens, habe I. M. nochmals hart gedrungen, mit dem Anhang, I. M. wollt sich versehen, S. F. G. und andre würden sich darin Ihrer K. M. zu unterthänigen Gehorsam erzeigen. Wo das aber nicht geschehe, so würde sich Ihr Maj. dagegen auch beweisen und halten, wie Ihrer Maj. als einem römischen Kaiser zu thun gebühre.

Auch hat uns der Landgraf durch zween seiner Fürstl. Gn. Räthe, die er deßhalb zu uns geschickt, lassen anzeigen, wie ihn anlang, daß die Pfaffen bei Kais. Maj. heimlich allerlei wider Micheln von Kadan **) practiciren, und damit umgehen, einen Arrest auf seine Güter auszubringen. Doch wüßt S. F. G. noch nicht, ob es also gewißlich vor sich gehen würde, und (hat) gebethen, solches E. W. zu wissen zu thun, damit dannoch ob Micheln von Kadan, als einem Bürger, gehalten würde, deß sich dann S. F. G. ohnzweifenlich versähen. Darauf wir S. F. G. diese Antwort gegeben, daß wir von solchem kein Wissen hätten, wollten aber das E. W. zu erkennen geben, ohngezweifelt, E. W. würden Micheln von Kadan nicht verlassen, sondern ihn als einen Bürger halten, und sich aller Gebühr erzeigen. — Dat. Mitwoch 6. Julii frühe zum Aufsperren, 1530.

Kreß.
Volkamer.
Koler.
(Bernh.) Paumgartner.

*) Vid. epist. legatorum d. d. 12. Iulii. Monet hic Strobel. l. l.: „Eine Untersuchung dieses Büchleins befindet sich in dem 1. B. des zu Nürnberg herausgekommenen literär. Morgenblatts 20. St. S. 297., welche den Doct. Riederer zum Verfasser hat. Ohne Zweifel war dasselbe bloß geschrieben und nicht gedruckt, daher alle Untersuchungen, was es für eins gewesen, bisher fruchtlos ausgefallen sind."

**) Tradidit Imperatori librum, qui huic iram moverat. De eo scribit Strobelius in Miscell. l. l.: „Dieser war einer mit „von den Gesandten, welche die Protestanten 1529. an den Kai„ser nach Italien absendeten, und der dem Kaiser selbst das vom „Landgrafen ihm zugestellte Büchlein einhändigte. Er gerieth „dadurch in Lebensgefahr, welcher er aber durch die Flucht ent„ging. Er war Syndicus zu Nürnberg, und wurde in ver„schiedenen Verschickungen gebraucht. — Man sehe Prof. „Wills memoriam Michaelis de Caden. Altd. 1778. 4." — (Michaelem a K. aufugisse, non legitur in epistolis legatorum Norinbergensium. Vide eorum literas dat. d. 12. Iul.) — Vid. etiam Rommelii vita Philippi Landgr. Vol. II. l. l.

No. 761. 6. Iul.

Laur. Campegio.

Edita in Manlii farrag. p. 59. et in Coelestini hist. Comit. P. III. p. 18 b. — Apographa in cod. Bav. Vol. II. p. 478. Cod. Goth. 28. p. 125 b. Cod. Goth. 168. p. 466. C. Goth. 190. p. 161. Cod. Mehn. III. p. 95. — Contulimus etiam apographon in Bibl. Reg. Hannov. — In inscriptione variant editores et codices. Quidam *Theophilo oratori*, ut Manl. cod. Bav. (ubi inscribitur: Theophilo Oratori, 6. Iul. 1530. Phil. Mel.) Cod. Mehn. et cod. Goth. 28.; alii *Oratori Thepulo*, ut cod. 168. et apogr. Hannov. Utrumque nomen est mendose scriptum pro *Teupulo*, legato et oratori Veneti Senatus, misso Augustam ad Comitia. Vid. epist. Melanth. ad Flacium d. 4. Spt. 1556. — Huic autem ex errore inscribitur haec epistola, et rectius alii *Campegio* inscribunt, Cardinali et Legato Pontificio, ut Coelestinus, et cod. 190., ubi sic inscribitur: „*Campeg. L*(egatus) *P*(ontificius) *saepe ad colloquium admisit Phil. Mel., adeo, ut hoc scriptum extorserit, sed fefellit nos.*" — Dubitatum est, num haec epistola sit genuina, an Melanthoni afficta? — Fictam illam habuit *Chytraeus*, qui epistolam ad *Teupulum* historiae Aug. non intexuit, quia meminisset, Melanthonem negasse, eiusmodi epistolam a se auctore profectam esse. Et profecto Melanthon ipse in epistola ad Flacium Illyricum d. 4. Septb. 1556. scribit, se nunquam verbum ad *Teupulum* legatum Venet. Augustae scripsisse, sed tantum cum eo Augustae colloquutum esse, et quidem praesente Greg. *Pontano*, sua vero verba (fortasse a Teupulo ipso) postea quoquo modo literis mandata, et inde natam esse epistolam. Eam vero, cuius exemplum sibi missum esset a Marchione Iohanne, utique *commentitiam* esse. Sic videtur res confecta esse, potissimum quum, ut ex *Manlii* farragine intelligitur, iam eo tempore haec epistola, ut *Teupulo* scripta, circumlata sit, neque igitur de alia, nisi hac, Melanthon loquutus esse putandus sit. Accedit, quod etiam Peucerus eam in epistolis Melanthonis non edidit. — At in contrariam partem haec dici possunt: 1) Peucerum eas epistolas, quae honori Melanthonis officere posse putabat, non edidisse, et multas alias epistolas a Manlio editas, ut ad Georg. Buchholzerum aliosque, suae collectioni non inseruisse. 2) scribendi rationem Melanthonem auctorem prodere. 3) illum eo tempore ita perterritum fuisse metu belli, quod minabantur Pontificii, ut vere quovis pretio pacem redimendam esse putaret. 4) epistolam ad *Teupulum* non esse scriptam, huicque a describentibus ex errore esse inscriptam, sed ad *Campegium*; Melanthonem igitur recte potuisse negare in ep. ad Flacium d. 4. Spt. 1556., se *ad Teupulum* scripsisse; 5) incertum esse, an ea epistola ad Teupolum, quae Melanthoni a Iohanne Marchione missa fuerat, cum hac convenerit, nec ne. 6) dubio carere, Melanthonem hoc tempore cum Campegio de reconciliatione partium

egisse. 7) Denique ex epistolis *Rosellini* ad Melanthonem (quas infra d. 26. Iulii et d. 1. Aug. habes) satis perspici, iam in ipsis comitiis epistolam Melanthonis ad Campegium, fere d. 6. Iul. scriptam adfuisse, quae Evangelicos offenderet, cuius apographon Tempolus Venetias miserat. — Quod ad me attinet, puto epistolam genuinam esse. Ex altera ad Campegium eodem die scripta epistola intelligitur, Principes Evangelicos ipsos voluisse, ut theologi evangelici cum Campegio agerent. Melanthon igitur mihi videtur, praeter illam quam cum reliquis theologis Campegio scripsit epistolam, et hanc ad illum misisse, in qua ei privatim exponeret suam sententiam eiusque animum ad aequitatem flectere studeret. Non enim dubitabat illo tempore quin concordia fieri posset cum ecclesia romana, et impedimenta concordiae non tam in dogmatibus quam in ritibus (in missa, utraque specie, coniugio sacerdotum, votis monasticis) quaerebat, putabatque utile esse, iurisdictionem Episcoporum, adeoque Romani Episcopi in Evangelicos iterum restitui. Similem fere epistolam Melanthonis ad Secretarium Campegii habes infra d. 4. Augusti scriptam.

Reverendissimo Cardinali Campegio, Legato Pontificio,

S. D. Reverendissime Domine. Cum praedicatione multorum bonorum[1]) virorum cognoverim, R. D. T. [Reverendissimam Dominationem Tuam] in amplissimis honoribus, et in hoc[2]) rerum fastigio summa uti[3]) moderatione, adductus sum in spem, fore, ut R. D. T. aequo animo literas nostras legeret.

Verissimum est, quod Plato scribit: nihil optabilius, nihil melius, nihil divinius accidere hominibus posse, quam si sit in imperio cum potentia coniuncta sapientia. Quare initio, cum huc[4]) afferetur[5]), R. D. T. missam esse ad hunc conventum, ut arbiter et disceptator esset controversiarum religionis[6]), multi boni[7]) viri gratulati sunt hanc felicitatem Germaniae, quod tali viro cognitio maximarum rerum commendata[8]) esset, qui non solum dignitate, sed etiam[9]) sapientia alios homines antecelleret. Iam olim enim fama sapientiae tuae universam Germaniam pervagata est. Ego igitur cum existimarem, R. D. T. in ista sapientia quam maxime a violentis consiliis abhorrere, duxi ad R. D. T. scribendum esse, ut et nos intelligeret unice cupidos esse pacis atque concordiae, nec detrectare ullam tolerabilem[10]) faciundae[11]) pacis conditionem. Dogma nullum habemus diversum ab Ecclesia Romana. Multos etiam repressimus, quod perniciosa dogmata serere conati sunt, cuius rei extant publica testimonia. Parati sumus obedire Ecclesiae Romanae, modo ut illa pro sua clementia, qua semper erga omnes gentes usa est, pauca quaedam vel dissimulet, vel relaxet, quae iam mutare[12]) ne quidem si velimus queamus.

Neque fidem habeat R. D. T. malevolis nostris, qui nostrorum[13]) scripta scelerate depravant et affingunt[14]), quidquid videtur ad inflammanda publica odia quoquo modo facere[15]). Ad haec Romani Pontificis auctoritatem et universam politiam ecclesiasticam reverenter colimus, modo nos non abiiciat Romanus Pontifex.

Cum autem concordia facile possit constitui, si aequitas vestra paucis in rebus conniveat, et nos bona fide obedientiam reddamus, quorsum opus est, supplices abiicere? quorsum opus est supplices ferro et igne persequi?[16]) Mihi non dubium est, quin R. D. T. nullo modo probatura sit illa violenta consilia, si causam nostram et voluntates nostras[17]) penitus norit[18]). Nullam etiam ob rem aliam plus odii sustinemus in Germania, quam quia Ecclesiae Romanae *) dogmata summa constantia defendimus. Hanc fidem Christo et Romanae Ecclesiae ad extremum spiritum, Deo volente, praestabimus, (vel si recusabitis nos in gratiam recipere)[19]). Levis quaedam dissimilitudo rituum est, quae videtur obsistere concordiae[20]). Sed ipsi Canones fatentur[21]), concor-

1) *bonorum* non habet Manl.
2) *et in hoc* in Manl. non leguntur.
3) Pro *uti*, c. 190. *animi*.
4) *huc* non habet Coel.
5) Cod. 190. addit: *fama*.
6) Coel. et cod. 168. non habent: *controversiarum*; Manl. non habet *religionis*.
7) *boni* non habet Manl.
8) Coel. et c. 168.: *commissa*.
9) Pro *etiam*, Coel. et c. 168. *multo magis*.

10) *tolerab.* non habent Coel. et c. 28.
11) Manl. *servandae*.
12) Cod. 168. *immutare*.
13) Manl. *nostra*.
14) Cod. Bav. et c. 190. *effingunt*.
15) Manl. c. 28. c. 168. cod. Mehn. et apogr. Hann. *conducere*. In cod. Bav. verbum desideratur.
16) Cod. 190. pro *supplices* his habet: *nos*. Manlius tantum: *quorsum opus est supplices ferro persequi*. Coelest. pro *persequi* habet *prosequi*.
17) *nostras* non habet Manl. et c. Bav.
18) Cod. 190. *perspexerit*.
*) Aliis in locis scribit Mel. eccles. *catholicae*; hic in gratiam Campegii substituit *Romanae*, ponens, ecclesiam Romanam ipsam nolle recedere ab ecclesia *catholica*.
19) Haec uncis inclusa addit cod. 190. et videntur consulto ab aliis praetermissa. Cogitat hic non de ecclesia Pontificia, sed de *catholica*, quam, ut satis constat, inde ab initio rerum adfuisse et veram semper doctrinam servasse putabat.
20) C. 190. *impedire concordiam*.
21) Cod. 190. *saepe fat.*

diam ecclesiae in huiusmodi rituum dissimilitudine retineri posse, qua de re non decet me plura disputare apud virum doctissimum, tot iam annis in summo consilio orbis terrarum versatum. Haec tantum scripsi, ut intelligeret R. D. T., nos petere pacem, et rogare R. D. T., ut sapientiam atque auctoritatem suam conferat magis ad nos servandos *). Verebar etiam, ne prolixitas offenderet R. D. T., ideo scripsi brevius, et oro propter Deum, ne hanc nostram deprecationem R. D. T. aspernetur. Bene valeat R. D. T. Die VI. Iulii 1530 [22]).

No. 762. **6. Iul.**

Eidem.

† Ex apographo in cod. Goth. 190. p. 163. ubi inscripta est: „*P. L. C. hunc e. n. disceptantibus super ea C. M. etc.*" quae non satis intelligo. Primae autem literae sine dubio sibi volunt: Pontificio Legato Campegio. — Videtur haec epistola non solum Melanthonis, sed simul aliorum theologorum nomine scripta fuisse.

(*Campegio Cardinali*)

S. D. Principes nostri miserunt nos [1]) ad R. D. V. cum his mandatis, qui rogemus, ut R. D. V. pro sua humanitate non gravetur audire. Principes nostri intellexerunt, R. D. V. summa aequitate atque moderatione violenta consilia improbare et auctorem esse retinendae pacis. Quae res, ut est dignissima sapientia et dignitate R. D. V., ita nostris principibus magnopere grata est, qui non solum propter sua, sed multo magis propter publica pericula pacis valde cupidi sunt. Vident enim, si quis motus exoriretur, periculum esse, ne maior confusio religionum et ecclesiae accidat. Itaque petunt [2]), ut R. D. V. non patiatur, se deduci ab hac moderatione summa, sed operam det, ut pax retineatur, quae tali tempore videtur utilis universae reipublicae, praesertim cum nullos articulos doceri (patiantur) [3]) discedentes a scripturis et ecclesia catholica. Ipsi vicissim suum officium privatim R. D. V. deferunt, et publice pollicentur, se, quantum sine offensione conscientiae fieri possit, eas conditiones accepturos esse, quas ad pacem et concordiam, et ad ecclesiastici ordinis auctoritatem retinendam, confirmandam et stabiliendam, iudicabitur pertinere. Et hoc confirmant, se nihil minus velle, quam ut ecclesiasticus ordo et legitima auctoritas episcoporum labefactetur.

No. 763. **(7. Iul.)**

Eidem? (Secretario Campegii.)

Manlii farrag. p. 146. Coelestin. P. III. p 137. — Apographon in cod. Goth. 190. p. 167. — Inscripta quidem est: „*ad Campegium Cardinalem*", sed res ipsa docet, Melanthonem hoc modo ad Cardinalem non scripturum fuisse. Videtur potius scripta Campegii Secretario, sed eo consilio, ut ab hoc traderetur legenda Campegio ipsi. Puto, Melanthonem ad epist. d. d. 6. Iulii responsum accepisse per Secretarium Campegii, ideoque huic rescripsisse ad malam opinionem refutandam. Quum colloquii cum Campegio, d. 8. Iul. habiti, nulla fiat mentio, ante colloquium, ergo d. 7. Iul., scriptam esse hanc epistolam arbitror.

Ad Campegium Cardinalem.

Ego non recuso periculum iudicii apud quoslibet viros subire, si quod dogma in nostra confessione reperitur, dissentiens vel a Scriptura, vel † a catholica ecclesia [1]) ab ipsa etiam Ecclesia Romana. Non deprecor, quin atrocissimae poenae in me

---

*) Quam longe abfuerit a consiliis pacis Campegius intelligitur ex eius „Instructione data Caesari a Rev. Campegio in dieta Augustana 1530.", cuius argumentum habes in libro: die römischen Päpste, ihre Kirche und ihr Staat im 16ten und 17ten Jahrh. von Leopold Ranke. Vol. I. (Berl. 1834.) p. 111. Scribit Rankius: „Cardinal Campeggi begnügte sich „nicht, die religiösen Verwirrungen zu beklagen; er bemerkte „besonders die politischen Folgen: wie in den Reichsstädten der „Adel durch die Reformation herabgekommen, wie weder ein „geistlicher, noch selbst ein weltlicher Fürst rechten Gehorsam „mehr finde, sogar auf die Majestät des Kaisers nehme man „keine Rücksicht mehr. Er gibt dann an, wie man dem Uebel „begegnen könne. Es bedarf nichts, meint er, als daß ein „Bund zwischen dem Kaiser und den wohlgesinnten Fürsten ge„schlossen werde; hierauf versucht man, die Abgeneigten umzu„stimmen mit Versprechungen oder mit Drohungen: was thut „man aber wenn sie hartnäckig bleiben? Man hat das Recht, „diese giftigen Pflanzen mit Feuer und Schwert zu vertilgen „(S. M. potrà mettere la mano al ferro et al foco, et radi„citus extirpare questa mala venenosa pianta). Die Haupt„sache ist, daß man ihre Güter einzieht, weltliche und geist„liche, in Deutschland so gut wie in Ungarn und Böhmen. „Denn gegen Ketzer ist dieß Rechtens. Ist man ihrer nur erst „Herr geworden, so setzt man heilige Inquisitoren ein, die „ihren Ueberresten nachspüren, die wider sie verfahren, wie „man in Spanien wider die Maranen verfährt. Ueberdieß wird „man die Universität Wittenberg in den Bann thun, und die, „welche daselbst studirt, kaiserlicher und päpstlicher Gnaden für „unwürdig erklären, die Bücher der Ketzer wird man verbren„nen, die ausgetretenen Mönche in ihre Klöster zurückschicken, „an keinem Hofe einen Irrgläubigen dulden Zuerst aber ist „eine muthige Execution nothwendig. Auch wenn Ew. Maje„stät, sagt der Legat, sich nur an die Oberhäupter hält, kann „sie denselben eine große Summe Geldes entreißen, die ohnehin „wider die Türken unentbehrlich ist."

22) Diem et annum non habet Manl., sed Coelest. et codd.

1) Vid. de ea re Brentii epist. d. d. 14. Aug.

2) Mst. *petivit*; mendose.

3) *patiantur* vel simile quid excidisse videtur.

1) Addit Mst.

constituantur: tantum vociferantur adversus me † Theologi [2]) quidam illiterati et improbi. Si res iudicetur a bonis et eruditis viris et saltem communi sensu praeditis, multo minus fuerit turbarum, et facile convenire possemus. Quod vero accidit in ritibus quibusdam [3]) mutatio, si consideretur quae fuerit corrupta disciplina, qualia vitia in monasteriis, quales fuerunt mores sacerdotum, non omnino indigni venia iudicabuntur, si qui ista reprehenderunt: neque fuit ulla [4]) respublica, in qua non aliquando existerent a corrupta disciplina aliquae commotiones, quae plerumque melius sedatae sunt aequitate principum ac sapientum, quam cum violentis consiliis res agi coepit. Itaque te oro propter Deum, ut des operam [5]), ne per saevitiam hae dissensiones ecclesiasticae magis acerbentur. Non dubium est, quin maior confusio rerum futura sit, si res ad arma deducatur. Ibi erumpent † nova dogmata [6]), novae pestes: plurimum enim tunc licet improbis.

Haec non scribo temere, magnas et graves causas habeo cur ista metuam: et has exposui quibusdam bonis viris. Paucis rebus vel condonatis, vel dissimulatis, posset constitui concordia, videlicet si nostris utraque species Coenae Domini permitteretur, si coniugia sacerdotum et monachorum tolerarentur. Hoc si aperte concedi non videretur utile, tamen praetextu aliquo dissimulari possent, videlicet quo res extrahatur, donec Synodus convocetur.

De missa etiam ratio iniri posset a bonis et doctis viris, ne quid dissidii pareretur amplius. Nostris vicissim conveniet, obedientiam reddere et iurisdictionem Episcopis. Ita etiam si levis dissimilitudo esset in una atque altera re: tamen quia iisdem Episcopis parerent Ecclesiae, nulla videri discordia posset, praesertim cum de dogmatibus [7]) conveniret. Et Episcopi auctoritate sua pleraque incommoda tempore sanare possent, cum iam iterum haberent obedientes pastores: si tamen vellent [8]) restituere disciplinam ecclesiasticam, iam [9]) diu neglectam. Profecto haec virtus Deo grata erit, et digna magnis viris: haec malim ratione potius sanare, quam horribiles tumultus excitare, quos postea non sit facile iisdem etiam, qui plurimum poterunt, compescere. Optime vale.

2) Addit Mst.
3) *quaedam in ritibus*, Mst.
4) Mst. *aliqua.*
5) Mst. *detur opera.*
6) Addit Mst.
7) Mst. *dogmat. religionis, seu articulis fidei.*
8) Mst. *volent.*
9) Mst. *tam.*

No. 764. 8. Iul.

Vito Theodoro.

Epistol. lib. III. p. 261. (edit. Lond. III. ep. 180.) Nunc ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 450. edita.

Vito Theodoro apud Lutherum.

S. D. Habeo tibi gratiam, mi *Vite*, tam officiose curanti nostra mandata. Si Deus reddet nobis tranquillitatem, dabimus operam, ut intelligas te haec officia apud gratum hominem posuisse.

Iam mihi eundum est ad *Campegium* Cardinalem. Sum enim accersitus. Is mihi egregie verba dat, cum quidem suavissime disputet: tamen alibi nos impugnat. Ait se posse concedere usum utriusque speciei, et coniugium sacerdotum. De Monachis ait [1]) clave non errante dispensari non posse.

Audis novam religionem Pontificum. Nunc primum quaerunt ubi erret clavis, cum hac omissa quaestione antea nihil non potuerit [2]) solvere et ligare. Vale. † Augustae 8. Iulii. Propero enim ad Campegium."

Philippus.

No. 765. 8. Iul.

Vito Theodoro.

Epist. III. p. 261. (edit. Lond. III. ep. 181. Nunc ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 401. descripta.

Vito Theodoro apud Lutherum.

S. D. Ante prandium significavi tibi, me ad legatum *Campegium* ire; a quo cum rediissem, intellexi, nuncium, qui † vestras" literas attulerat, ad vos rediturum esse. Duxi igitur tibi perscribendum esse quid cum illo egerim. Summa fuit orationis illius, se nihil posse decernere, nisi de voluntate Principum *Germaniae*: tametsi qua-

1) Pez. *autem.*
2) Pez. mendose: *potuerint.*

quandam rerum relaxandarum potestatem habeat, qua invitis Principibus uti non sit utile.

Porro voluntas Principum est, ut dum cogatur Synodus, omnia restituamus in veterem statum. Forte ad legatum veniebant *Eccius* et *Cochlaeus*, ex quibus satis videor intellexisse nihil cogitare adversarios, nisi ut vi opprimant nos. Nondum haec promulgata sunt: sed tamen non multo arbitror mitiora nobis decreta proponentur. Vale foeliciter. Die 8. Iulii.

Φίλιππος.

No. 766. 8. Iul.

Mart. Luthero.

Epist. lib. I. p. 12. (edit. Lond. I. ep. 9.)

D. *Martino Luthero.*

S. D. Habemus tibi maximas gratias, quod non gravatus es respondere. Ac de aliis quidem rebus coram. Brevi nunc perscribam, quid hic fiat. Exhibita nostra confessione triplices sententiae iactatae sunt in senatu Principum. Prima erat atrocissima, ut simpliciter cogeret Imperator omnes Principes ac populos, edicto *Wormaciensi* parere. Altera fuit mitior, ut nostra confessio committeretur viris bonis et eruditis ac neutri parti addictis iudicanda, postea Caesar pronunciaret. Haec etiam inducta est a Rege *Ferdinando.* Tertia nunc videtur valitura, ut nobis recitetur confutatio nostrae confessionis. Deinde petit Caesar, ut ipsius iudicio rem committamus, quod si nolumus facere, Caesar mandat nos omnia in integrum restituere, donec Synodus cogatur. Haec sententia nondum promulgata est, nondum enim nobis responsum est, sed existimo futurum, ut proximo die Lunae promulgetur. Nihil expecto mitius. Cognovi enim sensum legati *Campegii. Moguntinus* ubi vidit, se diu pugnando nihil perficere, postridie non venit in Senatum. Cum in hanc sententiam irent Principes, exclusi sunt et Principum consiliarii, si qui visi sunt dicere sententias aequiores. In his etiam fuit *ἀρχιγραμματεὺς Dresensis.* Narravi tibi non modo historiam rerum hactenus gestarum, sed etiam earum, quae sunt in expectatione, nihil exaggerans. Sentio enim quos motus, quam miserabilem tragoediam paritura sit sententia adversariorum. Omnes unus meo iudicio gubernat rusticus, quem nosti, et subdunt ei faces quidam hypocritae Theologi. Nihil possum scribere amplius. Vale, et pro nobis ora. Octavo Iulii.

No. 767. (8. Iul.)

(*Scheda Melanthonis.*)

† Ex autographo Melanthonis in Actis Comit. Aug. in Tabul. Vimar. Registr. E. fol. 37. n. 2. — Est folium, cui Mel. inscripsit quid respondendum sit Imperatori, si ille, ut expectabatur, mandaturus fuerit, praelecta confutatione pontificia, ut Evangelici suam confessionem desererent.

De Generalitate.

Des Kaisers Begehr ist sehr general, so mans gegen der Confession hält. In der Confession sind viel Artikel, die ohn Zweifel von dem Gegentheil nicht verworfen werden; Derhalben zu melden, von welchen Artikeln man begehrt abzustehen, ut moveretur disputatio.

Item, es ist ohnmöglich etlich zu ändern, hoffen auch, daß Kais. Maj. Gelegenheit der selbigen bedenken werde.

Daß man offerirt, abzustehen in Artikeln, so Handlung leiden möchten, oder da man mit Gewissen möcht etwas nachgeben, wie man sich allzeit erbothen.

Quare sit facta mutatio sine consensu aliorum statuum.

De conscientia non est dubium.

1) Sed si civiles rationes quaerendae sunt, transferri posset res in hos qui docuerunt, ne princeps gravaretur.
2) Et doctrinam approbaverunt initio omnes docti.
3) Item Episcopi connivebant
4) Item in culpa sunt illi, qui irritaverunt procacibus scriptis Lutherum.
5) Item principes in re manifesta non volebant saevire in innocentes.

Pro conscientia satis multae rationes possunt adduci.

De consuetudine. Quod consuetudo contra ius divinum non valet, quare non oportuit docentes consuetudini servire, et expectare aliorum iudicia.

1. Huc pertinent sententiae infinitae: Recte facitis attendentes verbo, 2. Petr. 1.
2. Galat. 1. Si angelus de coelo aliud Evangelium evangelizaverit.

3. Actor. 5. oportet deo magis obedire quam hominibus.
4. Exempla etiam prophetarum et Apostolorum huc pertinent, qui non expectato consensu populi damnaverunt impios cultus.

Haec valent pro conscientia; apud adversarios nihil valent.

No. 768. **8. Iul.**

(*Scheda Melanthonis.*)

† Ex autographo Melanth. quod est in Actis Comit. Aug. in Tabular. Vinar. Registr. E. fol. 37. no. 2. Est prima scriptura, et videtur pars scripti ad Caesarem a Melanthone concepti in usum Electoris, postquam cognita erat voluntas Caesaris, ut Protestantes, ubi praelecta fuerit confutatio pontificia, a sua doctrina recederent.

(*Melanth. de eo, quod Caesari, postulaturo ut Lutherani doctrinam suam desererent, respondendum sit.*)

Nachdem K. M. begehrt, daß man von dieser Lahr wolle abstehen, soll Ihr Maj. nicht zweifeln, daß der Churfürst geneigt ist, Ihr Maj. in allen ziemlichen Sachen, so mit Gott und Gewissen geschehen mögen, Gehorsam zu erzeigen, haben sich auch in Sachen das Reich belangend allezeit, wie einem Fürsten gebührt, gehalten 2c. Derhalben auch seine Chf. G. in dieser Sachen K. M. zu unterthänigem Gefallen und sunst zu Einigkeit sich allzeit erbothen, sich mit andern zu vergleichen, so viel immer mit Gott und Gewissen geschehen möcht.

Es sind aber laut der übergeben Bekanntniß in dieser Lahr der mehrer Theil Artikel, welche ohne Zweifel auch der Gegentheil für christlich und recht hält, und zu hoffen, daß K. M. Begehr nicht sey, daß jemand von öffentlicher Wahrheit abstehen soll.

Dweil nun K. M. im Ausschreiben gnädiglich vertröst, diese Sach in Lieb und Gütikeit zu handeln, wo K. M. in diesen Sachen gnädiglich würde Handlung vornehmen, wollten sich Ihr Chf. G. nochmals erbothen haben, sich mit andern zu vergleichen, so viel mit Gott und Gewissen möglich seyn wird.

No. 769. **9. Iul.**

Legati Norinberg. ad Senatum.

‡ Ex Actis Norimberg. p. 121. — Quae ex hac epistola excerpsimus dederat etiam Strob. in Miscell. II. p. 44. sed brevius.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — Herr Endres Osiander wird sich E. W. Schreiben gemäß wohl wissen zu halten. Wir wollen auch den Churfürsten und die andern Fürsten zuvor ansprechen, und E. W. Erbiethen sein halb anzeigen, des unzweifenlichen Versehens, es werde gar keine Widerrede oder Beschwerung walten.

— — — Michel von Kadan ist jetzo hie zu Augsburg, wird vielleicht wieder bald heim gen Nurmberg; wir können aber auch nicht bedenken, daß die Pfaffen oder Andere, so seine Güter ausbiethen wollen, über sein Weib und Kinder viel finden würden.

— — — Auf der protestirenden Städte Antwort, Kaiserlicher Maj. am jüngsten in Teutsch und Französisch übergeben, ist es seit her berührt, daß Kais. Maj. solchen Städten deßhalb noch weiter nichts anzeigen lassen hat. Deßgleichen steht es um die Artikel des Glaubens auch noch innen, also, daß wir E. W. darin weder wenig noch viel können schreiben, allein daß wir uns aller Gelegenheit nach wenig guter Antwort oder Abschieds mögen vertrösten. Doch stehet es zu Gott. — — Sambstag 9. Julii zum Aufsperren 1530.

Kreß.
Volkamer.
Koler.
(Bernhardt) Paumgartner.

No. 770. **(10. Iul.)**

Mart. Luthero.

Epist. lib. I. ep. 8. (edit. Lond. I. ep. 5.)

D. *Martino Luthero.*

S. D. Ante biduum dedimus *Coburgensi* nuncio literas, quem quia heri hic vidi, facile anteverti. *Arnoldus* noster ex aula *Megelburgensi* domum redit. *Spalatinus* perscripsit tibi *Hispanorum* procerum consilium de nostra causa, quod meo iudicio est honestissimum. ἡ ἀδελφὴ αὐτοκράτορος, mulier vere heroico ingenio, praecipua pietate et modestia, studet nobis placare fratrem, sed cogitur id timide et verecunde facere. Unus rusticus mirum in modum furit, et incitat Imperatorem, ne quid nobis permittatur, id quod ex ipso intellexi legato *Campegio*: et mali solum valent, et in pessima causa fortiores sunt, quam boni in

optima. Videtur futurum, ut imperet Caesar, ut omnia restituantur in integrum, donec synodus has controversias iudicaverit. Nondum adversarii responderunt, quare certi nihil habemus. Haec tantum consusurrant inter se inimici. Vale, et ora pro nobis. nihil opus est te singulis scribere, una enim epistola omnibus satisfeceris. 10. Iulii.

No. 771. (10. Iul.)

Frid. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 11.

D. *Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothensis,*

S. D. Nihil adhuc in his Comitiis actum est, praeterquam quod *Confessio nostra* exhibita est, quae publice in consessu Principum lecta dicitur tamen aliquos dimisisse placatiores. Variae sententiae de nobis a Principibus dictae sunt: sed nulla adhuc promulgata, quia *Eccius* et *Faber* et alii istorum complices, priusquam pronuntietur, exhibebunt Imperatori *Confutationem* nostrae Confessionis. Accipio tamen, parum clementem sententiam nobis expectandam esse. Caesar postulabit, ut sibi iudicium totius rei permittamus. Id si facere gravabimur, mandabit omnes veteres ritus ac mores restitui et, ut restituamus, armis coacturum se esse, minabitur. Quodsi non mitigabit hanc sententiam Caesar, magno in periculo versatur tota Germania. *Hispanici Proceres* praeclare et sapienter responderunt Caesari, consulti de nostra caussa: videlicet, si quae nostrae opiniones pugnent cum Articulis fidei, hortentur Imperatorem, ut universam suam potentiam conferat ad delendam hanc factionem: sin autem solum externae humanae ordinationes mutatae sint, nihil faciat violenter. Verum ut certo scire possit, utrum nostra doctrina pugnet cum articulis fidei, an vero tantum humanas ordinationes aliquas labefaciat, committendam esse rem bonorum et doctorum et neutri parti addictorum iudicio, sed paucorum. Mire mihi placet haec sententia. Vale. Ora Χριστὸν pro nobis. 10 die Iulii. Salutat te *Islebius.*

Φίλιππος.

No. 772. 10. Iul.

Brentius ad Myconium.

Pars epistolae ex autographo Brentii edita in Cypriani Hist. Aug. confess. in append. p. 186.

Io. Brentius ad Fridericum Myconium.

Ego nunc Augustae in Comitiis ago, illuc a D. *Georgio* Marchione Brandenburgensi vocatus, spectator potius causae nostrae, quae in istis comitiis tractatur, quam adiutor, nisi si quid apud dominum peccatoris oratio valeat. Et quo in statu res sit, paucis accipe.

Principes nostri obtulerunt Caesari confessionem doctrinae suorum concionatorum et suae fidei, quae Germanice coram Imperatore et proceribus Imperii lecta est. Nunc quotidie expectamus, quid adversarii sint responsuri. Aiunt eos plaustra commentariorum in nostram confessionem parare. Est autem illorum antesignanus *Eccius*, bonus ille vir. Aliorum sunt 23; diceres Sophistarum Iliada esse. Exitum rei nemo adhuc novit, nisi solus Dominus Deus noster, quem scio ardenter invocas pro universa Christi ecclesia, ut suo favore adsit, et pacem ecclesiae suae reddat; id quod procul dubio tuis et aliorum precibus invitatus faciet, pacemque largietur, si non in felicitate huius mundi, certe in cruce et afflictionibus. Vale in Christo, amicissime mi frater, et ora pro me. Ex Augusta 10. die Iulii anno XXX.

No. 773. 10. Iul.

Iudicium (Agricolae?)

Editum in Coelestini hist. Comitior. August. P. II. p. 219—224. ubi inscriptum est: „*deliberatio brevis, quae pyctatio inscripta, et praecedentibus literis* (principum ad Fridericum Palatinum et Comites a Mansfeld et Helfenstein) *inclusa, simul fuit exhibita.*" — Constat autem duabus partibus, primum iudicium de non proferendis pluribus articulis de abusibus, quam in Aug. conf. enumerati sunt, et deinde scriptum: „*abusus potestatis pontificiae, conversae in Regiam dominationem.* Sed utrumque scriptum prorsus diversum esse, quisque facile videt. Altera enim pars de abusu potestatis Pontificiae Ratisbonae in conventu 1541 scripta est, quum in ea legantur haec: „*constat et in hac urbe Ratispona multos accurrisse*" etc. — Prior autem pars utique Augustae in Comitiis scripta est, non quidem, ut *Saligius* putat, propter verba „*huc Augustam vocati*", quum etiam cogitari possit *Augusta Tiberina*, i. e. Ratisbona, neque ut idem Saligius (Historie der Augsb. Conf. Vol. 1. p. 257.) arbitratus est propter verba: „*literas paulo antepositas*";

Denn mir ist so viel großer und manchfaltiger Gnade, Güte und Milde von dem fürstlichen Haus zu Sachsen, und sonderlich von hochlöblicher selig Gedächtniß Herzogen Friedrich, Churfürsten, auch diesem jetzigen Churfürsten von Sachsen, Herzog Johansen, beiden meinen gnädigsten Herrn; deßgleichen von meines gnädigen Herrn Herzogen Johansen Fridrichen zu Sachsen, etwa viel Jahre her begegnet, und noch täglich, daß mir je herzlich leid seyn sollt, daß um meiner willen dem allergeringsten in Ihrer Chf. und F. G. Landen ein Härlein gekrümmet, will schweigen sein Weib oder Kind, Leib oder Leben, Ehre oder Gut sollt genommen werden.

In allweg aber halt ichs nicht allein für gut, sondern auch für nöthig, daß man heutiges Kais. Maj. Antragen auch, wärs weiter vonnöthen, Doctor Martinus Luthers Rath fürderlich gesucht hätt, sich in dem allen dester christlicher und unverweislicher gegen Gott und der Welt zu erzeigen.

Der ewig barmherzig Gott gebe uns allen sein göttlich Gnad und Geist, Christum und sein werthes Gnadenwort, wenn das Stündlein kömmt, mit Freudigkeit zu bekennen. Denn es ist doch nur ein Modern*) und darunter ein ewig Freud, wie's Christus selbs sagt, ungezweifelt, mein lieber Gott würde meines armen frommen Weibs und anderer mehr, denen Gott bisher durch ein gefällig Mittel gütlich gethan, nach diesem meinem elenden Leben, getreuerer Vater, Vormund, Richter und Erhalter zeitlich und ewig seyn. Das glaub ich fürwahr. Datum Augsburg Sonnabend der Apostel Theilung**) anno domini XV^C^XXX.

Georgius Spalatinus.

No. 787. (16. Iul.)

Iudicium Anonymi.

† Ex autographo in Actis Comitior. August. in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 37. no. 2. — Caret inscriptione et subscriptione. Quisnam sit auctor scripti definire non audeo. Scriptura similis est scripturae Lutheri, sed nec Melanthonis, nec Brentii, nec Schnepfii, nec Ionae, nec alius, quem cognoverim, manus est. — Fortasse est *Io. Agricolae* iudicium.

*) Incertus sum, an recte sic legerim. Potest etiam esse *Modicum*, ut legit etiam Coelestin.

**) Dies div. apost. anno 1530. fuit dies Veneris.

(Iudicium de conditionibus pacis faciendae.)

Dieweil diese Sachen Gott und Gewissen angehen und seyn, wie man aus allen Handlungen und der gegenwärtigen Läuft halben bekennen muß, aus aller menschlicher Vernunft Urtheil nach göttlichem Gefallen genommen, also daß hie niemand weder rathen noch helfen kann denn Gott alleine: so muß man hierinne meines Achtens, drei Ding vornehmlich vor Augen haben.

Das erste, sintemal Gott, wie unläugbar, durch etliche seiner Diener diese Lehre und das reine Evangelion eröffnet hat: so ist die Frage, wie sich dieselbigen göttlichs Worts dienen in diesen Sachen, auf daß dem Reich Gottes und ihren Seelen Recht geschehe, halten sollen.

Das andre, weß sich die Landschaft und die Zuhörer, so das Evangelion und die Lehre angenommen und bekennen, vor Gott und gegen ihren Herrn schuldig erkennen sollen.

Zum Dritten, was unser gnäd. Herr hierinne zu thun und zu lassen habe, damit s. Chf. G. vor Gott entschuldiget weder zu viel noch zu wenig thue, nachlasse, oder zu thun und zu lassen schuldig sey.

Die Lehrer, durch welche solche nöthige Neuerung entstanden, sollen und müßen, wie man derselbigen Lehre und Neuerung halben, durch sie aufkommen, das Land und die Leut, ihnen anhängig, mit Brand, Krieg und Gewalt beschädigen wollt, dem Exempel Christi nicht alleine mit Worten, sondern mit der That folgen. Christus, unser lieber Herr, hatte zusammengelesen etliche Jünger, die ihm nachfolgeten. So aber zu denen, die ihn suchten, sprach er: ich bins; dieweil ihr aber mich sucht, so lasset die gehen ꝛc. also müßen die Lehrer das Land und die Leut schadlos halten, so viel an ihnen ist, den Feinden in die Hände gehen, und sie bitten, sie wollen ihnen an ihrem Blute genügen lassen, des Lands verschonen, und andre Leute nicht beschädigen.

Die Zuhörer sollen auch ein jeder für sich, wo er will, auf sein eigen Fahr, das Wort bekennen. Denn es wär unbillig, daß jemand, es sey Lehrer oder Zuhörer, auf des Lands oder Landsfürsten Fahr das Evangelion bekennen wollte; sonder es ist besser, etlich wenig Leut verderben, denn daß der große Hauf sollt Schaden nehmen.

Wenn man hie sagen wollt, wenn man der Oberhand Hülfe hierinne suchte, zusammen treten, und die Lehre, Lehrer und Zuhörer mit Gewalt gegen den Fein-

den schützen, so möchte vieler Leut Gewissen und Seelen gerathen werden: so muß man doch in dieser Sachen des Gewißten spielen. Das Gewißte ist, für sich bekennen, und darüber gewarten, was ihm Gott zuschickt. Gott bedarf keiner Gegenwehr, sein Evangelium zu schützen. So hat auch niemand Befehl von Gott, solche Gewalt wider seinen Oberherrn zu unterstehen und zu gebrauchen. So ist es auch nicht recht, sondern aufrührisch, und wider das andre Geboth, das da verbeut, unter einem Schein göttlichs Namens zum Unglück und zu Krieg mißbrauchen. Und wenns schon nicht wäre, und ist doch kein Gottes Befehl da, so ist es nicht zu rathen. Hat aber jemand Befehl von Gott, der beweise es und zeige ihn an, so wollen wir ihm folgen; sonst nicht.

Mit dem Landsfürsten, unserm gnädigsten Herrn hat es aber ein ander Gestalt. Sein Chf. G. ist auf diesen Reichstag um dieser Sachen willen sonderlich von Kais. Maj. erfoddert, zu bekennen und Ursach anzuzeigen, warum ihr Chf. G. solche Lehre hab aufkommen lassen und solche Neuerung gestatte. Hie ist sein Chf. G. schuldig, desselbigen Ursach zu geben, wie denn geschehen.

Und dieweil der Beruf auf diesen Reichstag mit bringt viel guter Mittel, die man wider allen Gewalt anziehen und brauchen mag, als da seyn: man wolle alle Irrsal Christo unserm Heiland ergeben rc., man wolle die Sache in Lieb und Gütigkeit hören rc., mit andern mehr Worten: so soll man der Mittel, als die Gott geben hat, stets brauchen. Denn wo man die Mittel verachten würde, oder darin laß seyn, und die Mittel nicht frisch treiben würde mit Danksagung als Gottes Gaben: so wäre es Gott versucht. So soll man Kais. Maj. ohn Unterlaß, und so oft sie dräuet dieß und das zu thun, darfür bitten, diese Wort des Ausschreibens unterthäniglich vorzuhalten und wohl ausstreichen, wie unrühmlich Kais. Maj. das nachzusagen seyn würde, wenn man sagt, Ihre Maj. hätte deß Ausschreibens, ihrer Zusagen und Briefe vergessen rc. Vielleicht möchte Gott hiedurch Gnade geben zum Frieden, als zu hoffen. Wollt aber solchs alles nicht helfen, so muß unser gnäd. Herr den Kaiser machen lassen, und ihm nicht wehren, auch im Fall der äußersten Noth, so es je nicht anderst seyn wollte, vernehmen lassen, dem Kaiser zu gestatten, Execution zu thun. Denn wer das Schwert nimmt, soll mit dem Schwert umkommen. [illegible]

[illegible] D. Martin Luther [illegible]

No. 788. 11. Iul.

Legati Norinb. ad Senatum.

† Ex Actis Norinberg. p. 140.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — So viel die Handlung dieses Reichstags betrifft, zeigen wir E. W. an, daß Marggraf Görg gestert bei dem Churfürsten v. Sachsen gewest, daselbst hin uns S. F. G. auch gefordert, und dem Churfürsten, auch Landgrafen von Hessen und uns angezeigt, Kais. Maj. habe nächsts Freitags die bede Churfürsten von Mentz und Brandenburg, auch die zween seiner Gnaden Brüder Marggraf Friedrich Thumbprobst, und Marggraf Johanns Albrechten zu S. F. G. beschieden, und in summa begehren lassen, sein Gnad wollt von diesem Glauben abstehen, und sich des Glaubens halten, wie vor 100 Jahren gewest sey. Wo sein Gnad solches thue, wolle sich Ihr Maj. gnädiglich gegen seinen Gnaden erzeigen; wo nicht, (so) soll sein Gnaden sich zu Ihrer Maj. keiner Gnaden versehen, mit mehr bedrohlichen Worten, und hat darauf gebethen, seinen F. G. in solchem gerathen zu seyn.

Dagegen hat der Churfürst anzeigen lassen, Kais. Maj. hab Herzog Friedrichen von Bayrn, Graf Heinrichen von Nassau, Herr Wilhelmen von Rogendorf, und Herr Jorg Truchsessen zu S. Chf. G. beschieden, mög vielleicht auch dergleichen Handlung halb seyn werden. Darum wolle S. Chf. G. die Sach bedenken, biß S. Chf. G. zuvor der Kais. Maj. Verordneten Anbringen vernommen hab. Bald darnach sind gemeldte Kais. Maj. vier Verordente zum Churfürsten kommen, und wie Herr Hans von Minquitz mir, Kreffen, Nächten in Vertrauen gesagt: nachdem der Churfürst Kais. Maj. hievor in Italien und zu Insbruck durch seiner Chf. G. Schreiben und Bothschaft dreier Stück halben ersucht hab, nämlich um Bestätigung der Jülichschen Heirath mit S. Chf. G. Sohne, zum andern um Belehnung der Chur, und zum dritten eines Hochgerichts halben, daran gleichwohl nicht viel gelegen sey, in welchen dreien Stücken Kais. Maj. S. Chf. G. zu willfahren zugesagt und zugeschrieben: so haben bemeldte Kais. M. Verordente solche drei Stück an die Hand genommen, und dem Churfürsten aus Kais. Maj. Befehl entdeckt, wo S. Chf. G. des Lutherischen Glaubens und Wesens, deß S. Chf. G. die meiste Ursach sey, nicht abstehen wolle, so werde auch Ihre Maj. S. Chf. G. in den angezeig-

ten dreien Stücken nicht können willfahren, mit Begehr, daß S. Chf. G. von solchem Glauben abtrete, für eins, und zum andern, dieweil S. Chf. G. die übergebene Unterricht und Bekenntniß für sich und seiner Gnaden Mitverwandte unterschrieben hätte, daß dann S. Chf. G. Kaiserlicher Maj. dieselben, ihre Mitverwandten, benennen wolle; denn Kais. Maj. sey bericht, als sollte S. Chf. G. mit den Schweizern ein Bündniß haben, dem aber gleich wohl Ihre Maj. keinen Glauben gebe.

Auf solches der Kais. Maj. Verordneten Anbringen, darin sich sonderlich Herzog Friedrich mit Reden und Gebehrden prächtig erzeiget, hat der Churfürst Bedacht genommen. — Es hat gleichwohl der Churfürst von Sachsen allbereit einen Begriff einer Antwort stellen lassen, den S. Chf. G. den Marggrafen, auch Landgrafen und uns, die Gesandten der sechs Städt, hören lassen, in dem aber Marggraf und Landgraf etlich Besserung gemeldet, also, daß der Churfürst und Fürsten Ihre Räthe solches weiter zu rathschlagen geordent, dabei wir, die Städte Nurmberg, Reutlingen, Haylpronn, Kempten, Windsheim und Weisenburg, auch zween aus uns haben werden.

Aus dem allen vernehmen nun E. W., wie geschwind sich dieser Handel unsers Bedenkens anläßt, und was die von Städten, dieweil es bei den Churfürsten und Fürsten dermaßen vorgenommen wird, sich wohl zu versehen haben, welche Handlung ohne Zweifel nun bei den Städten auch nicht minder, und etwas rauher folgen wird, so wir auf das Vorhalten und Fragen, weß Glaubens unser jede seyn wolle, Antwort geben haben, wie denn auf heut, laut inliegend Abschrift, geschehen soll.

So vermuthet sich der Landgraf, es werde in Kurz dergleichen Handlung bei S. F. G. von Kaiserlicher Maj. wegen auch beschehen. Sein F. G. vermeint aber, je auf ihrer Seiten vest zu halten. — — —
Dat. Sonntag 17. Julii 1530. 2 Stund nach Mittag.

Kreß.
Volkamer.
Koler.
(Bernhardt) Paumgartner.

(fere 19. Iul.)

(*De Missa.*)

Brentii iudicium de Missa legitur apud Coelestin. P. II. p. 277., qui illud tribuit Brentio, et apud Chytraeum p. 284 qui illud tribuit *Melanthoni*. Legitur etiam germanice apud Chytraeum p. 276 b., sed sine indice auctoris. Quum vero Melanthonis iudicium eadem de re satis longum habeamus, neque dicendi genus Melanthoni conveniat, praetereaque Coelestinus, se Brentii autographon habuisse affirmet, Brentium habui auctorem, ideoque illud scriptum hic praetermisi. — Monendum vero est, hoc iudicium ex Coelestini sententia mense Iulio, ex Chytraei autem opinione mense Augusto scriptum esse. Praefero prius. Vid. ep. Lutheri ad Spal. d. 27. Iul. et ep. Mel. ad Luth. d. 20. Iul.

No. 789. (fere 19. Iul.)

Iudicium de Missa.

E Coelestini hist. Comitior. August. II. p. 278. Ex eo germanice dedit idem scriptum Walchius in opp. Luth. T. XVI. p. 1182. Hoc certum videtur, aut Melanthonem non esse auctorem huius scripti, aut illum non latina, sed lingua vernacula usum esse. Nec definiri certo potest, an hoc, quo voluit Coelestinus, tempore scriptum sit.

Philippi Melanthonis de Missa iudicium Augustae mense Iulio Anno 1530. *conscriptum.*

Quinque omnino possunt exsistere de *Missa* opiniones, quarum duae priores profanae sunt, et facillime cum intelligi, tum iudicari possunt, quia transferunt Sacramentum tantum ad usus hominum, contra quam ratio Sacramentorum patitur. Nam per Sacramenta cum Deo agimus. Posteriores tres opiniones habent magnas et obscuras controversias, et disputant de usu erga Deum, non tantum erga homines.

Prima opinio est: quod coena Domini sit Symposium, institutum inter Christianos, ad significandam benevolentiam. Quia Symposia videntur maxime conciliare amicitias. Sic sentiunt homines belli et literati, qui hanc ceremoniam cum gentilibus ritibus conferunt. Hi non putant pertinere ad conscientiam, et ad apprehendendam voluntatem Dei; sed ad societatem hominum devinciendam hoc symbolo vel exemplo utuntur.

Secunda opinio non multum distat a superiore, quod coena sit instituta, ut sit nota professionis, qua Christiani discernantur a reliquis gentibus, sicut toga discernebat Romanos a caeteris, aut cucullus distinguit monachos. Sic de usu Sacramenti ubique loquitur Cinglianae factio. Docet, esse institutum, ut coram hominibus ostendamus fidem, id est, testemur nos esse Christianos. Hi quoque valde extenuant dignitatem Sacramentorum. Et quia hae opiniones civiliter loquuntur de Sacramentis, et facile possunt intelligi, videntur mire concinnae. Ita blandiuntur

iudicio homines profani, qui religionem tantum ad civilia officia et civilem vitae consuetudinem transfert; non ad conscientias et animi motus erga Deum, ut nullum praeterea usum requirat.

Sequuntur reliquae opiniones, quae transferunt Sacramentum ad usum erga Deum, et videntur esse religiosiores.

Prima est *Thomae* et similium; quae hactenus in Ecclesia et auxit numerum privatarum Missarum in infinitum, et disputat, Missam esse sacrificium pro vivis et mortuis. Nos propter ambiguitatem non utemur vocabulo, sed rem exponemus.

Thomas sic scribit: Christi passionem satisfecisse pro originali peccato, et coenam Domini seu Missam institutam esse, ut id opus satisfaciat pro quotidianis delictis nostris, et mereatur gratiam non modo facienti, sed toti Ecclesiae, et praesertim his, pro quibus factum fuerit. Haec opinio collocat meritum in ipso opere, et sic definit Sacramentum opus esse, quod meretur gratiam, seu placat Deum facienti et aliis, ex opere operato, hoc est, etiam si non sint in gratia, modo propositum peccandi non habeant.

Postea coepit disputari, utrum una Missa facta pro pluribus tantundem valeret, quantum singulae pro singulis? Hic enumerant meritorum gradus. Merito generali dicunt Missam valere pariter pro omnibus. Dicunt item valere pro tota Ecclesia, etiamsi celebrans non sit in gratia, ut loquuntur. Merito specialissimo dicunt Missas singulas pro singulis factas plus valere. Haec disputatio extat apud Scotum, ex quibus somniis crevit numerus Missarum, creverunt fundationes, iusta funebria, et alia multa genera venalium Missarum. Nihil auspicato fieri putabatur, nisi per Missam placaretur Deus. Haec opinio a *Luthero* reprehensa est, de merito Missae. Hoc modo negat esse sacrificium, non disputat de nomine, utrum Missa alio modo possit appellari sacrificium. Voluit enim publicum errorem, qui tunc pervaserat in Ecclesiam, reprehendere, noluit de nomine rixari. Sed haec opinio facillime potest everti cognita iustitia fidei. Primum, Christus semel satisfecit pro omnibus peccatis, ut testatur scriptura: *una oblatione consummavit sanctos.* Nec ferenda blasphemia est in Ecclesia, quod Christi passio pro sola culpa originis satisfecerit.

Secundo, *unusquisque sua fide iustificatur*, Rom. 3. Ergo non iustificatur opere Missae suo vel alieno. At isti, qui meritum Missae tribuunt, sentiunt, homines iustificari opere Missae, tum suo, tum alieno, et propter illud opus remitti peccata, ac per illud opus impetrari a Deo omnis generis bona. Hinc enim sunt Missae contra pestem, contra bella, pro felici proventu frugum, quae omnia ruunt, considerata doctrina de iustitia fidei, cum fides iustificet, impossibile est opere Missae homines vel vivos vel mortuos iustificari. Et tantam vim habet haec ratio explicata, ut planissime convincat, hanc opinionem de placando Deo per opus Missae impiam et intolerabilem esse.

Neque arbitror multos esse, qui nunc ausint eam defendere, postquam patefacta est doctrina de iustitia fidei. Et si quis tueri velit, facillime redargui poterit.

Quare de hac opinione inter homines sanos non erit longa disputatio, praesertim cum nulla habeat ex veteribus auctoribus testimonia. Tota res nova et commentitia est, et ignota veteri Ecclesiae, ante Gregorium. Fortasse sunt aliqui inprobi et stolidi, qui sibi non patiuntur satisfieri. Horum iudicia non valde moror. Nam hanc totam causam ad iudicium prudentum et bonorum virorum referri oportet.

Secunda opinio est quorundam recentium, qui, ut defendant privatas Missas et vulgarem Ecclesiae consuetudinem, etiam contendunt, Missam esse *sacrificium.* Et tamen alio quodam modo definiunt sacrificium. Detrahunt laudem meriti, quia vident hanc pugnare cum iustitia fidei. Hi sic sentiunt: Missam esse opus bonum, quod nos Deo exhibemus, ad ostendendam gratiarum actionem. Iudicant hanc ceremoniam institutam esse a Christo, ut assiduo fieret in Ecclesia propter duas causas: primum, ut retineatur memoria passionis Christi et historiae; deinde, ut illud opus declaret gratitudinem nostram, sicut Romae et alibi ludi instituti sunt ad retinendam memoriam fortium virorum, qui de republica bene meriti erant, simul etiam, ut civitas ostenderet de illo opere suam gratitudinem. Tale opus dicunt esse Missam, et hoc modo defendunt, eam esse sacrificium, tametsi non sit opus iustificans facientem aut alios. Sed sicut bonum opus est, saepe verbis agere gratias, saepe eleemosynas dare vel universas vel singulos. Ita censent Missam bonum opus esse, saepe exhibendum Deo ad

ostendendam gratitudinem. Hinc ratiocinantur, quod privatae Missae retinendae sint, quod conducat, certum ordinem sacerdotum esse, qui hoc spectaculum celebrent, sicut in lege certus numerus sacrificantium institutus est. Si hoc modo sensisset mundus ante Lutherum de Missa, nec contulisset eam ad quaestum et praetextum meriti, fortasse nunquam attigisset Lutherus hanc disputationem.

Nunc adversarii astute dissimulant priorum temporum vitia, et quaerunt praetextum ad opprimendum Lutherum, ut, hoc oppresso, paulatim illa restituantur in Ecclesia, quae faciunt ad quaestum. Nam privatas Missas non aliam ob causam defendunt huius secundae opinionis praetextu, nisi, ut iure videantur, retinere Ecclesiasticos census, quos putant tantum ideo constitutos esse, ut conducerentur Missae, ac non potius suppeditarentur discentibus, qui aliti beneficio Ecclesiae, cum opus est, adhibeantur ad docendas ac gubernandas Ecclesias.

Item, conservatis quocunque praetextu privatis Missis, paulatim opinio de merito Missae, quae est quaestuosissima, iterum subibit animos hominum.

Ego non nego hanc secundam opinionem celebriorem esse priore, et magnos auctores habere. Fere sic videntur veteres de Missa sensisse, sed qui nondum haberent privatas Missas. Nam has peperit opinio de merito. Sed ut maxime secundam opinionem sequi velint Episcopi, tamen plurimum Missarum debebunt abolere, videlicet iusta funebria et alias venales Missas. Illa gratiarum actio tantum agenti prodest, nihil meretur aliis, ideo non poterunt fieri Missae pro aliis. Sicut enim verbis agere gratias opus est, nihil pertinens ad alterum: ita Missa unius non pertinebit ad alterum, etiamsi hoc modo fuerit sacrificium.

Sed contra privatas Missas in hac opinione primum opponi potest *εἰκαῖον* illud: Si coena est sacrificium, quod a certo ordine hominum fieri debet, ergo Laici non debebunt participare. Nunc Laici participant, non secus atque sacerdotes: igitur non est institutum, ut tantum a certo ordine hominum fiat. Non est igitur sacrificium institutum, quod oporteat in Ecclesia a certis personis propter populum et pro populo fieri, sicut in lege sacrificia fiebant a certis personis.

Quod si nihil interest inter Laicorum et Presbyterorum communionem, quorsum opus est privatis Missis? Satis enim erit, unumquemque de populo accipere Sacramentum in communi coena, cum unus aliquis Presbyter porrigit sacramentum. Nam quisque pro se agit gratias, quare nihil opus est privatas Missas facere, et discernere gratiarum actionem populi a gratiarum actione presbyterorum. Haec sunt *εἰκαῖα*, quae verbis exaggerata non parum tamen faciunt contra privatas Missas. Sed quaerenda sunt alia firmiora, et ostendendum, quod coena non sit instituta tantum, ut sit opus exhibendum Deo, ad declarandam gratitudinem. Ceremonia facta sine fide non est gratiarum actio. Igitur Missa non est sacrificium pro Ecclesia, sive a bono, sive a malo facta, ut solent dicere. Sola enim fides et confessio est gratiarum actio, sicut scriptum est. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Multa de sacrificiis veteris testamenti hic dici poterant, quorum collatione haec tota res fieret illustrior. Canones enim ex Mose male intellecto scripserunt, oblationem aliquam oportere in Ecclesia sacrificium esse. Putaverunt enim cultum legis iustificasse. Ita nunc somniant opus Missae seu coenae valere per sese, sive accedat fides, sive non accedat. Secundo, omne sacrificium est res nostra, quam nos exhibemus Deo. In coena Domini exhibetur nobis corpus Domini, et praeterea offertur gratia, igitur coena non est sacrificium. Nam ipsa verba coenae testantur, hic non offerri corpus Deo, sed nobis exhiberi: Accipite, comedite etc. sed haec opinio clarius refutabitur, collata cum tertia opinione, quae sequitur.

Tertia opinio est Lutheri, quam et ipse iudico maxime consentaneam esse scripturae, quod coena sit instituta, non ut nos offeramus ibi corpus Christi, sed quod per eam aliquid offeratur nobis, videlicet ut sit sacramentum, quo nobis offeratur gratia, et quo moveamur ad credendum, et quo pavidas conscientias consolemur.

Haec sententia ostendi potest primum ex appellatione sacramenti. Quia sacramentum est signum gratiae nobis promissae. Cum autem communi Ecclesiae consuetudine coena appelletur sacramentum, sequitur in ea nobis aliquid exhiberi, ad erigendam fidem et confirmandas conscientias.

In coena constat nobis exhiberi corpus Domini et gratiam cum corpore, ergo coena non est

res, quam nos offerimus Deo, seu instituta principaliter ad offerendum Deo, sed ad consolandas mentes et accipiendam gratiam.

Christus coenam vocat testamentum, porro testamentum significat promissionem, in qua nobis aliquid offertur, quod fide accipiendum est. Igitur coena non est res, quam nos offerimus Deo, sed potius in qua accipiunt gratiam et consolationem isti, qui habent conscientias perterrefactas. Item Christus inquit: facite in mei memoriam. Iam recordari beneficii Christi est credere, quod per Christum accipimus gratiam et remissionem peccatorum. Nam recordatio sine fide est inutilis, quemadmodum et Iudaei et impii recordari possunt historiam. Ideo cum recordatio sit fides, quae sentit se accipere gratiam, sequitur, coenam proprie institutam esse, ut nobis aliquid exhibeat, quod fide accipitur.

Haec tertia opinio maxime adversatur privatis Missis, quia non potest constitui certus ordo hominum, qui certo tempore utantur coena. Sic tum demum recte utuntur ea homines, cum volunt erigere conscientiam. Nam isti motus animi non sunt certi alicuius temporis, nec ordines discernendi sunt, quia nihil interest inter Laici sumtionem et Presbyteri sumtionem. Quorsum igitur opus est, tanquam plurimum intersit, certum ordinem instituere ad coenam sumendam propter Laicos? Quid aliud est hoc, quam ministerii confusio, quod privatus sibi porrigit corpus Domini? Et accedit scandalum, quod ex hoc spectaculo concipit vulgus opinionem, quod illud opus sit certus cultus, quo oporteat Deum placari.

Fortasse miretur aliquis, tantam esse varietatem opinionum de unius ceremoniae usu. Sed necesse fuit in Ecclesia existere varias opiniones, amissa iustitia fidei, quam, cum ignorarent Theologi, somniarunt Missam esse opus iustificationis, iuxta primam opinionem, sed illa opinio iam est explosa.

Secundam adhuc multi amant, et est obscurum et exile discrimen inter secundam et tertiam. Ceterum hoc interest: Iuxta tertiam coena consolatur conscientias, et nos a Deo certa beneficia accipimus; iuxta secundam redditur Deo opus, velut opus legis, in quo reddendo conscientia magis terretur, cum disputat, an satis pure obtulerit, etc.

Iuxta tertiam idonei sunt ad coenam, qui habent conscientias perterrefactas, ut eas erigant, sicut et Ambrosius iudicavit: Quia quotidie pecco, quotidie accipio medicinam. Iuxta secundam, opus Missae quocunque tempore exhiberi potest, sicut quocunque tempore potest aliquis verbis agere gratias. Itaque iuxta hanc opinionem facilius defenduntur Missae privatae, quia existimantur esse opera, in quibus declaretur gratitudo, ut si quis verbis ageret gratias. Ut autem aliquis saepe potest gratias agere privatim, ita videtur privatim aliquis hoc opus coenae posse exhibere.

Verum hic iterum opponi potest exemplum Ecclesiae apud Paulum, quod sine mandato Dei talis cultus sit institutus.

Item cum nihil intersit inter Eucharistiam Laici et inter Eucharistiam Presbyteri, res est plena scandali, quod certus numerus conducitur ad sacrificandum, quasi aliud quiddam faciant isti, quam Laici. Tutissimum esset, omissis his rixis, unam communem coenam habere, ubi praeberetur corpus Domini petentibus, et docere, quod instituta sit coena, primum ad consolandas conscientias, deinde ad gratiarum actionem. Nam illa gratiarum actio, quam somniant adversarii, quae non sentit se simul aliquid accipere a Christo, hypocrisis est. Tunc est vera gratiarum actio, quando conscientiae sibi contingere beneficia Christi sentiunt et eriguntur. Itaque in tertia opinione verior est gratiarum actio, quam in secunda.

Postremo quia tota doctrina Christiana continet fidem et charitatem, Symbolum ad utrumque referri debet. Ideo, ut dixi, fidem confirmat iuxta tertiam opinionem. Sed deinde transferatur etiam ad significandam charitatem et mutuam benevolentiam Christianorum, ita hae opiniones aliquo modo in concordiam redigi possunt. Si quis vero secundam opinionem pertinaciter velit defendere, ut facilius tueatur privatas Missas, tamen multas Missas cogetur abnegare, videlicet omnes, quae institutae sunt, ut fiant pro mortuis. Item alias multas, quia vulgus putavit omnia impetrari a Deo per Missas. Hae Missae, si fuerint correctae, de reliquis Missis privatis, vere factis ad gratiarum actionem, fortasse pauciores litigabunt. Multi enim cupiunt retinere ceremoniam quotidianam in Ecclesia ad exercendam et excitandum populum ad pietatem, quam ad rem valere inprimis existimatur haec ceremonia Missae.

No. 790. (fere 20. Iul.)

(*De vocabulo Liturgias.*)

Editum in Coelestini hist. P. II. p. 237 b. et in Mel. Consil. lat. P. I. p. 114. sq. — Alterum huius scripti partem germanice dedit Chytraeus p. 278. et ex eo Walchius in opp. Luth. XVI. p. 1200. An vere sit Melanthonis scriptum definire nolo, quanquam ei tribuitur. Certe autem hoc tempore scriptum videtur.

Responsio Philippi Mel. ad Obiectionem de voce λειτουργίας, anno 1530. (inscriptio apud Pez.)

Vocabuli λειτουργίας quoque brevem explicationem subiiciemus, per quod nonnulli crassa inscitia obruti Missam sacrificium esse obtinere conantur. Nos vero dicimus, hoc vocabulum nequaquam sacrificium, sed cuiuscunque officii seu muneris, sive politicum, sive Ecclesiasticum illud sit, administrationem significare. Igitur pro civilibus oneribus, puta, tributis, vectigalibus et aliis saepissime accipitur, et in hac significatione de subministratione, quae in sanctos fiebat, Paulus 2 Corinth. 9. usus est, et ad Philippenses secundo capite Epaphroditum dicit eum esse, qui sibi in necessitate sua subministret, ubi certe vocabulum λειτουργία nequaquam sacrificium significat.

Igitur licet hoc vocabulum in Actis extet, tamen ex eo Missam sacrificium esse nullo modo sequitur. Textus enim non Missae solummodo mentionem facit: sed Apostolos suo officio functos esse dicit, quo certe non tantum Coenae Dominicae administratio, sed alia quoque ipsorum officia, utpote conciones, precationes, et alia bona opera comprehenduntur et significantur, quibus Christianae societati inservierunt, et bene de Ecclesia meriti fuerunt.

Altera responsio de re ipsa, quam pontificii per vocem λειτουργίας obtinere conantur.

I. *Coena est exhibitio corporis.*
Ergo non est oblatio.
Quia nobis aliquid exhibetur: Oblatione autem nos exhibemus.

II. *Est testamentum, in quo nobis promittitur.*

III. *Si est sacrificium, fides non iustificat.*

IV. *Utrum oblatio fit in manducatione vel elevatione?*

V. *Item debet esse σύναξις, quia Paulus dicit,* Convenientibus vobis, alii alios expectent.

VI. *Item non est discrimen inter laicos communicantes et sacerdotes. Igitur non sunt ordinandi sacerdotes ad singularem communionem.*

VII. *Sacerdotum est status singulariter institutus, ad communionem, cum nullum sit discrimen.*
Ergo scandalum est, sacerdotem singulariter celebrare, cum is sit peculiaris cultus.

VIII. *Est confusio ministerii, si quis seipsum communicat, ut si seipsum baptizet. Nam pastor communicat se, tanquam membrum Ecclesiae, et gerit duplicem personam privatam et publicam.*

No. 791. 20. Iul.

Legati Norinberg. ad Senatum.

† Ex Actis Norinberg. p. 147.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nürmberg.

So viel den Handel des Glaubens betrifft, gehen die geistlichen Churfürsten und Fürsten, samt den weltlichen, die ihres Theils sind, täglich zusammen, haben auch etliche Ausschuß gemacht und berathen sich. Was sie aber im Ende sich vereinigen und Kais. Maj. für Anzeigen thun werden, ist noch unbewußt.

Wir und andre der protestirenden Städte Gesandte warten, wenn man uns auf nächst unsre übergebene Antwort und Anzeigung, was Glaubens ein jede solche Stadt seyn will, weiter von Kais. Maj. wegen beschicken wird. So hat sich der Churfürst von Sachsen auf jüngst Herzog Friedrichs, und der andern Kaiserlicher Maj. Verordenten Anbringen, bei S. F. G. geschehen, einer Antwort entschlossen laut inliegender Abschrift, welche Antwort S. Chf. G. heut den Kaiserlichen Verordenten also übergeben, und ohne Zweifel Markgraf Georgen Antwort auf das Vorhalten, seinen F. G. beschehen, dieser des Churfürsten Antwort auch fast gemäß seyn wird. Aber mit dem Landgrafen von Hessen ist in diesem Fall noch bisher nichts gehandelt. — — — — —

Wir warten alle Tag, wenn man uns beschicke, und des Glaubens halben einen bösen Abschied gebe. Dann, wie alle Sachen hie stehen, ist sich nicht wohl eines guten Abschieds zu versehen, es wolle denn Gott sonderlich Gnad geben. Wir werden auch bericht, daß

die Botschaften der Welschen Potentaten (sonderlich Venedig, auch des Königs von Frankreich, Kaiserlicher Maj. stattlich anhalten, wider den Luther zu handeln, dazu sie sich auch Ihrer Maj. Hülf zu thun erbiethen sollen. Dat. Mitwoch 20. Julii frühe zum Augspurgk. 1530.

Kreß.
Volkamer.
Coler.
(Bernhardt) Baumgartner.

No. 792. 20. Iul.

Mart. Luthero.

Edita primum a Pezelio in libro III. epistolar. p. 141. (edit. Lond. III, ep. 68.). Iterum, et ex autographo, quod est in cod. Monac. I. p. 275., accuratius edita in libro VI. epistol. p. 309. Nos autographon denuo contulimus.

D. *Martino Luthero, Patri carissimo,*

S. D. Scio te accepisse fasciculum nostrarum literarum, in quibus scripsimus, quid hic geratur. Novi nihil interim accidit, quod relatu dignum sit. De causa nostra nihil adhuc decretum est, et mire [1]) mihi videntur variare sententiae. Interdum aliqui ad aequitatem delabuntur, quos tamen subito depravant rursus [2]) improborum calumniae.

Postulatum est privatim a principibus, ut deserant hanc causam. Nostri hodie respondent, et exponunt Caesari, prohiberi se religione, quo minus prodant hanc causam. Adversariorum confutatio nondum est exhibita nobis.

Περὶ ζητήσεων amabo te respondeas mihi. Nam et votorum causa in ea disputatione periclitatur. Quod si *εὐχαριστικὸν* [3]) opus instituere licet [4]), licet eadem opinione [5]) vovere. Itaque consequitur [6]), vota esse cultus seu *λατρείας* [7]), ut vocant in scholis, et observari necesse esse. De his rebus rixor interdum cum meis sodalibus, quare gratum facies nobis omnibus, si responderis. *Oecolampadius* scripsit contra me dialogum, ut mihi videtur accuratius, quam solet alioqui scribere [8]), quem afferam, si quando deus nos [9]) reduxerit istuc. Amabo te rescribe de traditionibus. Re ipsa experior, eas habere, ut Paulus ait, speciem sapientiae; et tamen introspectae sunt inanes; atque interim ista specie cruciant conscientias. Vale feliciter. Augustae 20. Iulii [10]).

Φίλιππος.

1) Pez. mendose: *fere.*
2) *rursus* excidit e textu libri VI.
3) Pez. [illegible]
4) Libri editi: *dicat.*
5) Pez. *ratione.*
6) Lib. VI. *consequitur.*
7) Pez. [illegible]

8) *scribere* abest a textu Pez.
9) Pez. *me,*
10) *Ann.* 1530. addit lib. VI. sed haec aliena manu autographo adscripta sunt.

No. 793. 20. Iul.

N. N.

† Ex apogr. cod. Goth. 190. p. 6.

N. N. Phil. Mel. 20. Iulii.

De nostra causa nihil adhuc decretum accepimus. Et adversarii tametsi Caesari exhibuerunt nostrae confessionis confutationem, tamen nondum publicarunt. Tantum hoc scimus, magnum volumen esse. Nihil hic dicitur memoratu dignius, quam *Hispanorum* procerum consilium de nostra causa. Hi, interrogati a Caesare, sic responderunt: si qui sunt articuli in nostra doctrina pugnantes articulis fidei, Caesarem debere summa vi opprimere factionem nostram; sed si tantum repugnarent articuli nostri traditionibus humanis et Pontificiis, Caesarem moderatius agere debere. Verum nostra doctrina an cum articulis fidei an cum traditionibus humanis pugnet, committendam esse cognitionem doctis et bonis, neutri parti addictis, iisque paucis. Hoc postremum magnam admirationem habet apud nos. Recte enim sentiunt paucos esse, qui de religione iudicare queant.

No. 794. (fere h. t.)

Scheda Melanthonis.

Ex autographo Mel. in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 37. no. 2. editum in Cypriani Historie der Augsb. Confess. In den „nützlichen Beilagen zur Hist. der Augsb. Conf." p. 194. — Non est *Bedenken*, ut inscripsit Cyprianus, sed pagella epistolae cuidam Melanth. adiecta, in qua quae nova habebat, more suo cuidam significavit. — Nos Cypriani textum ex autographo emendavimus.

5) Bucerus nunquam audet dicere, si velit sententiam Cinglii aut Oecolampadii sequi, corpus Christi realiter esse[5]) cum pane, sine distantia geometrica.

6) Nos possumus has sententias allegare de praesentia corporis, ego sum in medio eorum. Quia non alligamus corpus Christi simpliciter, ita ut necesse sit in uno loco tantum esse circumscriptum.

7) Haec verba, contemplatione fidei, nihil significant ipsis, nisi absentis Christi recordationem.

8) Et Bucerus ipse offundit nebulas, cum dicit de his verbis, contemplatione fidei[6]): Id a nonnullis non maiorem emphasin habere dicitur, quam si quis absentis recordetur amici; sed nostri praesentiae illi multo plus tribuunt, ut quae per certissimum Dei verbum et potentem Spiritus sancti cooperationem consistat.

9) Hic praesentiam tantum intelligi volunt de efficacia et Spiritu Sancto.

10) Nos autem requirimus non solum praesentiam potentiae, sed corporis. Hoc de industria dissimulat Bucerus.

11) Ipsi simpliciter sic sentiunt, quod corpus Christi sit in coelo, et non sit vel cum pane, vel in pane realiter.

12) Et tamen dicunt, corpus Christi vere adesse, sed contemplatione fidei; hoc est, imaginatione.

13) Haec simpliciter est sententia istorum. Fucum faciunt hominibus per hoc, quod dicunt, vere adesse corpus, et tamen postea addunt, contemplatione fidei, id est, imaginatione. Sic iterum negant praesentiam realem.

14) Nos docemus, quod corpus Christi vere et realiter adsit cum pane, vel in pane.

15) Videtur autem mihi Bucerus insidias struere, cum dicit, nos nunc convenire:

I. Quia negamus transsubstantiationem, et dicimus manere panem.

II. Quanquam dicimus, quod corpus Christi realiter adsit, tamen non dicit Lutherus adesse localiter, scilicet in aliqua mole, circumscriptione; sed illo modo, quo Christi persona seu totus Christus praesens est omnibus creaturis.

III. Hinc argumentatur Bucerus: Si Christi corpus adest illo modo, quo totus Christus praesens est omnibus rebus, sequitur, quod corpus Christi in aliquo loco positum sit localiter, et quod aliae res, quia habent loca dissita, tamen praesentes sint corpori, non realiter, sed adiective. Ita disputat tantum imaginariam esse praesentiam.

Sed Bucerus decipitur hac imaginatione, quia nunquam concedit realem et veram praesentiam.

Item nobis est dicendum, quod dicimus veram et realem praesentiam esse, et non disputandum, utrum sit realis, vel qualis sit?

Transsubstantiationem et corpus localiter in pane esse negamus. Illorum etiam opinionem reiicimus, qui corpus in pane, ut vinum in cantharo, vel ignis in candenti ferro continetur, esse dicunt. Sed tamen Christi corpus in coena vere adesse fatemur, ac Christum praesentem corpus et sanguinem suum nobis manducandum et bibendum distribuere certo statuimus, eumque ad haec perficienda verbi Ministerio ac corporis et sanguinis sui sacramento uti adserimus. Ut enim per baptismum nos regenerari fatemur: ita per sacramentum εὐχαριστίας nobis corpus et sanguinem Christi porrigi et exhiberi credimus. Corpus vero et sanguinem Christi sola et inscrutabili fide percipi dicimus, ut Cyrillus inquit, licet nec verba Chrysostomi reformidemus dicentis: O miraculum, o Dei misericordiam, qui cum patre sursum sedet, hora illa omnium tenetur manibus, et dat se volentibus accipere et amplexari, et alia plura huius et aliorum Patrum dicta, quamvis iis rarius utamur, ut Chrysostomus ipse praecipit, inquiens: An non potius mox in coelum transis, et abiiciens omnem carnalem animae cogitationem, nuda anima et pura mente, ea, quae in coelis sunt, circumspicis. Cum Augustino etiam fatemur, Christum, propter veri corporis modum, in uno quodam coeli loco esse; non quidem localiter, sed eo modo, qui huic sacramento proprie convenit. Nam utrinque fatemur, sacramenta tantum in vero usu sacramentorum rationem ha-

5) Coel. *est.*

6) Quae sequuntur, non leguntur in autographo (usque ad finem), sed Philippus ita pergit: „Das will nu von ettlichen dahin gedeutet werden, als ob es nicht mehr wer, denn wie eyner seyn abwesenden Fründ im gemüt zu gegen hatt. Die unsern aber strecken solch gegenwartigkeit garviel weiter, als die durch das unfelend wort gottes, und gewaltig wirkung des heilgen geists bestehet. *Bucer hic significat praesentiam tantum intelligit de efficacia, et spiritu sancto. Nos autem requirimus non solum praesentiam potentiae, sed corporis. Hoc callide dissimulat Bucerus.*" Unde Coelestinus sua hauserit, nescimus; sed hoc dubitatione caret, eum reliqua non finxisse. Videtur Melanthon ipse in describenda sua sententia haec addidisse, et autographon Guelphb. fortasse est prima scriptura.

hanc et sacramenta esse. Factum etiam, per quod in pane et vino corpus et sanguis Christi nobis exhibentur, ibi adesse et cum illis nobis confirmari credimus, pro quibus corpus illud traditum et sanguis pretiosus effusus fuit, uti Evangelistae ipsi testantur. Sed nihilominus fatemur, etiam credentes non ita sese erga hoc sacramentum gerere posse, ut corporis et sanguinis Christi, quae vere praesentia sunt et non absentia, non fiant rei. Nam Christianorum sacramenta simpliciter praesentis et non absentis Christi signa sunt atque testimonia.

No. 799. (h. t.)

Iudicium de eadem re.

† Ex autographo Melanth., quod habetur in Tabul. Vin. in Actis ad Comitia August. 1530. spectantibus Reg. E. fol. 87. no. 2. In Comitiis Aug. Mel. scripsisse docet scriptura autographi, cum scriptura aliorum, quae Mel. ibi literis mandavit, apprime conveniens. Inscripsit Pontanus sua manu tergo autographi: *die von Strasburg sind kommen.* Est igitur scheda, quam Mel. fortasse Pontano misit, eo tempore, quo Bucerus per Pontanum agebat de concordia cum Vitebergensibus in doctrina de coena sacra. — Apographon satis mendosum inveni in cod. Goth. 212. p. 73.

(Mel. de praesentia corporis Chr. in sacra coena.)

Marci, 13. Von diesem Tag oder Stund weiß niemand, weder die Engel im Himmel, noch der Sohn, sonder der Vater.

Ich weiß nicht, wie man diesen Spruch wollte auf das Sacrament deuten, es wäre denn, daß sie wollten dadurch anzeigen, daß jede Natur ihre Eigenschaften behalte, und derhalb müßte des Leibs Natur auch an einen Ort gebunden seyn, wie es natürlich mit einem Leib zugehet.

Nu kann man durch diesen Spruch nicht mehr probiren, denn durch den Todt Christi; denn menschlich Natur ist je sterblich gewesen. Daraus folgt nicht, daß sie darum nicht sollt erhöhet seyn, oder daß die Person Christus nicht wahrer Gott sey.

Also hat Christus auch zugenommen an Weisheit, wie Lucas spricht. Denn er ist wahrhaft ein Kind gewesen, und ist nicht Heucheley gewesen. Er hat gelernet reden, und hat zugenommen an Vernunft, wie sonst ein Mensch. Also hat er darnach in Leiden, Schrecken und Angst wahrhaftiglich gelitten, da er geschrieen hat: Herr Gott, warum hast du mich verlassen. Solches alles ist Ernst gewesen, und hat seine Kraft sollen schwach seyn; denn es ist sehr eine hohe Rede: das Wort ist Fleisch worden.

Also hat er auch Unwissenheit bei der Weil gehabt, und hat sich die göttlich Kraft nicht allezeit erzeigt, und doch, bei der Weil herfür brochen, daß man wahrlich wisse, daß Christus natürlicher Gott sey.

Aus diesem kann nicht folgen, daß Christus darum nicht sollt vermögen hie und dort zu seyn. Denn Paulus spricht, er sey erhöhet über alle Creaturen, und sitze zur Gerechten Gottes, das ist, in göttlicher Kraft; und schafft die Person Christus, und wirkt an allen Orten.

Ich höre aber, daß etlich unser Widerpart die Gottheit Christi anfechten. Da behüt uns Gott vor. Es sehen auch die zu, die sich an sie hängen, daß sie Gott nit strafe. Denn der Satan hat gewißlich ein greulichen bösen Lermen im Sinn. Unser Herr Christus wolle wehren, und uns Arme erretten und behüten. Amen.

No. 800. (h. temp.)

(Scheda Melanthonis.)

† Ex autographo Melanth. in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 87. no. 2. — Est scheda Mel. Augustae scripta, eo tempore, ut videtur, quo Bucerus cum Pontano agebat.

Nestorius duas personas posuit in Christo, et posse naturam humanam in Christo sine divina esse.

Ita si nos poneremus tantum Christi corpus in sacramento, et divinitatem non poneremus ibi esse, sequeretur, quod divideremus Christum exemplo Nestorii. Ideo respondimus, quod totus Christus sit in sacramento, ne quis suspicetur nos divellere naturas, aut duas personas ponere.

No. 801. 26. Iul.

Rosellius ad Melanthonem.

Edita primum, ut videtur, in Coelestini hist. Comitior. Aug. P. II. p. 274. Contulimus apogr. in Goth. 28. p. 125 d. cod. 168. p. 469. et apogr. in Bibl. Regia Hannover.

Eximio viro Philippo Melanthoni.

Talis et tanta est † virtutis et nominis tui apud nos celebritas, tantaque doctrinae et humanitatis

fama, ut multi, velint, nolint [1]), te amare tibique favere cogantur, praesertim hi, qui veritatem evangelicam, cuius tu acerrimus defensor existis, amplectuntur. Inter caeteros autem tuarum virtutum tuaeque gloriae admiratores ego unus non te potui non observare, non colere, non suspicere, et maximis cum viris ad astra non tollere, cumque ob locorum intercapedinem, quae nos disiunctos facit, tua non potuerim frui consuetudine, tuorum tamen libellorum lectione animum meum saepenumero oblectavi, quibus profecto adeo oblector, ut nullus cuiusvis auctoris liber adeo meo arrideat animo, ac tui isti libelli, qui hactenus in lucem prodiere. Caeterum cum nuper a *Georgio Curione*, tibi summa caritate et coniunctione devincto, acceperim, te Augustae esse, honoris Christi veritatisque evangelicae defendendae et tutandae adversus impios quosdam lupos et christianarum animarum devoratores gratia, visum est mihi, has meas ad te dare, teque hortari, ut provinciam hanc evangelicae veritatis defendendae praesenti quidem animo susciperes, neque imperatoris aut pontificis vel alius cuiusdam mortalis, sed solius immortalis Dei rationem habeas. Et licet compertum habeam, te satis tua sponte ad huiusmodi obeundam provinciam incitatum esse, nullaque alterius egere hortatione, tamen cum hic varii de te rumores circumferantur, ab his praesertim, qui pontificio idolo favent, affirmantibus scilicet, te ἱκέτην factum Cardinali *Campegio*, Legato pontificio, teque tuaque omnia iudicio et sapientiae pontificis maximi subiecisse, non potui te de huiusmodi re non monere. Nam, si vera essent quae de te in vulgus proferunt papistae, pessime profecto cum Evangelio et cum his, qui tui [2]) Lutherique causa evangelio adhaeserunt, ageretur. Scias igitur, Italos omnes expectare Augustensis huius vestri [3]) conventus decreta. Quicquid enim in eo determinatum fuerit, id caeterae omnes christianae provinciae approbabunt ob imperatoris praecipue [4]) auctoritatem [5]). Tua igitur caeterorumque, qui isthic adestis Evangelii tutandi causa, maxime refert, id strenue facere, neque minis aut metu loco discedere, neque prece aut pretio Christi vexillum deserere. Te igitur tanquam omnium Evangelicorum caput exercitusque evangelici praefectum rogo atque obsecro, ut nihil omittas, quod ad salutem cuiusque pertinere videatur. Etiam si mors subeunda tibi foret ob Christi gloriam, eam ne expavescas quaeso, quandoquidem satius sit mori cum laude, quam vitam cum ignominia ducere. Maximum enim tibi apud dominum Iesum Chr. comparabis triumphum, si causam eius iustissimam [6]) tutatus fueris, ad quem quidem adipiscendum te non parum adiuvabunt multorum orationes et preces, qui die nocteque Deum opt. max. rogant, ut rem evangelicam bene vertat, et per sanctum suum sanguinem te caeterosque evangelicos viros servet. Vale et Christi causam ne deseras. Venetiis, 5. Calend. [7]) Augusti anno 1530. [*])

T. *Lucius Paulus Rosellius.*

1) *Pro velint, nolint, Coelest. volut,* mendose.
2) Apogr. Hann. et c. G. 168. *tum.*
3) Cod. G. 28. *nostri*
4) C. Goth. 28. *et imp. praecipue*
5) Coelest. addit *magnificant.*

No. 802. — **26. Iul.**

Vito Theodoro.

Epistol. lib. VI. p. 434. Nunc ex autographo in cod. Monac. I. p. 387. descripta.

Vito Theodoro apud Lutherum.

S. D. De nostris rebus omnibus per *Wellerum* scripsimus, qui heri hinc abiit. Nunc tametsi nihil habebam quod scriberem, tamen nolui vacuum dimittere nuncium, ut vobis probemus nostram assiduitatem. Hodie rescivi ex Othone *Bekman*, qui in dicenda sententia in senatu Imperii summo studio adhortari solet Principes ad pacem, *Campanum* illum nostrum, qui nova dogmata Torgam ante nostrum discessum attulerat, captum esse a Leodiensi Fiscali, putant et ultimo supplicio affectum esse: sed hoc postremum nondum certo scitur. Hoc dicas Doctori. Tumultus Urbis *Lubecensis* praebet hic sermones adversariis. Περὶ ζητήσεων cura ut mihi respondeatur. Ἔρρωσο. Augustae, 26. Iulii.

Φίλιππος.

No. 803. — **26. Iul.**

I. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 139.

6) Codd. excepto c. 168. *tutissimam.*
7) Codd. Goth. *7. Calend.*
*) Cod. Hannov. 1550, mendose.

Ioachimo Camerario Norribergae.

S. D. Adversarii nondum responderunt, sed intelligo confutationem iam esse absolutam, et intra biduum aut triduum proditurum. Aiunt Caesarem imperaturum, ut omnia in pristinum restituantur, donec has controversias iudicaverit Synodus. Haec dicitur esse consilii summa. Quod nisi mitigabitur haec sententia, quos motus excitatura sit, facile potes existimare. ὁ πηὸς ἡμετέρου ἡγεμόνος huius atrocis sententiae auctor esse fertur, qui si paululum remitteret de sua pertinacia, quam scis eum habere plane ferream, omnia hic essent faciliora. Habes πάντα περὶ πάντων. *Capito* ex Argentina adest, sed latet, ac nuper petivit a *Moguntino* se admitti in colloquium. *Moguntinus*, cum diceretur contra nos sententia, quam supra perscripsi, noluit interesse, quia pridie acerrime pugnans, non poterat placare illum πηὸν τοῦ ἡμετέρου *). Ac doctores Theologi, qui sunt in aula Moguntina, ab Eccio exclusi sunt ex illo conciliabulo, quod contra nos habent. Sic agitur res factiose. Vale feliciter.

Arnoldus narrabit tibi Hispanicorum procerum optimum consilium de nostra causa. Arnoldum tibi commendo.

Φίλιππος.

No. 804. 27. Iul.

M. Luthero.

Epist. lib. I, ep. 13. (edit. Lond. I. ep. 10.) — Contuli apographon in Mst. Manliano p. 31. — Respondet Melanthon ad epist. Lutheri d. d. 21. Iul., apud de Wett. T. IV. p. 104.

D. Martino Luthero.

S. D. Nondum exhibita est nobis adversariorum confutatio, et audio eius morae causam esse, quia eam de Caesaris consilio [1] emendant, et demum convicia. Sed hodie accepi ex *Campegio* intra paucos dies proditurum. Ubi prodierit, coniecturam capiemus de [2] discessu. Nos enim petemus, ut permittant nobis ἀνταπολογεῖσθαι, quod si concesserint, non diu manebimus. *Erasmus* rescripsit Caesari, aperte probans causam nostram, *de coniugio sacerdotum, de Votis, de utraque specie.* Hos enim Articulos nominatim attigit. Tu videris in responsionibus de *Traditionibus* nonnihil stomachari *). Sed rogo te, ut mihi sic disputanti ignoscas. Magnae res sunt, et qui adsunt, non multum adiuvant me. Satis certus sum, quod non liceat Episcopis onerare ecclesiam, et ita scripsi in confessione, neque id muto. Sed de aliis rebus tecum συζητῶ. Obsecro te, ut mihi non de efficiente causa Traditionum, sed illa finali respondeas, quam ego posui quintam, scilicet, Utrum observationes electae a piis possint esse λατρεῖαι, ut si *Bernardus* iam recte sentiens Iustificatione eligat certam observationem, an illa observatio possit esse cultus, seu opus, quo proprie aguntur gratiae, et laudetur Deus. Id est enim quod vocat *Thomas* λατρείαν. Ego sentio tale opus tantum esse corporale exercitium, non cultum, ut, si certis diebus ieiunet, finem operis esse proprium corporis castigationem, non cultum, sed laudem Dei. Loquor enim de fine immediato, et iudico *Bernardum* falli, quod id opus interpretatur esse cultum. Ita si *Petrus* constituat observationem diei Dominici, id opus iudico non cultum esse: sed habere utilitatem corporalem, ut certo die conveniat populus. Sed *Thomas* reclamat, facit cultus ex his ἐθελοθρησκείαις, idem de Votis scribit. Obsecro te ne gravere mecum de his rebus confabulari per literas. Non enim nihil adfert utilitatis haec commemoratio. Vale feliciter. 27. Iulii. *Augustae.* 1530.

*) Ducem Georgium C. W.

1) Pro *eam de Caes. cons.* Mst.: *quia Caesaris consilium.*

2) Mst. *ex.*

*) Vid. ep. Lutheri d. d. 21. Iul. apud de Wett. IV. p. 105. sq.

No. 805. 27. Iul.

Vito Theodoro.

Edita a Pezelio lib. III. epist. p. 259. (edit. Lond. III. ep. 176.) — Nunc ex autographo ipso in cod. Monac. I. p. 403. accurate descripta.

Vito Theodoro apud Lutherum. [1])

S. D. Medicus rescribit Doctori, ac videtur requirere, ut Doctor remittat acerrimum studium, unde hic morbus oritur. Scis Doctorem mecum expostulare [2]) solere, quod suorum praeceptorum de curanda valetudine obliviscar. Idem de ipso

1) Sic autographon est inscriptum.

2) Pez. *expostulare mecum.*

iam [3]) amici iudicant. Quare te rogo, ut admoneas eum [4]), ut sibi quoque sapiat. *Μισῶ σοφιστήν, ὅς οὐχ αὑτῷ σοφός.* [5]) Verum meo iudicio † ἡ" *καταστροφὴ* conventus, quam aliqui mitiorem fore promittunt, opinione nostra. Verum mihi non persuadent. *Kolterus* nuncius habet literas ad quendam quaestorem de stipendio Doctoris, quas iussi ad ipsam Dominam perferri. Hoc quoque indicabis Doctori. Visus est mihi stomachari propter meas disputationes. Ego tamen non dimitto eum. Instauro enim certamen, neque id facio aliam ob causam, nisi ut collatis ipsius cogitationibus cum nostris, si quando opus sit, commodius ista explicare queam. † Scis Hesiodi versum: *"πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήμη."* [6]) Tu igitur placabis mihi eum, et rogabis, ne gravetur respondere. Vale † feliciter, 27. Iuln. Mitto tibi quosdam versus ad *Bernardum Pontani* scriptos. [7])

Φίλιππος.

No. 806. **27. Iul.**

Phil. Gundelio.

† Ex autographo Mel., quod est in bibliotheca *Nagleri*, Regis Boruss. a consiliis, Berolini, descripta ab Olshausen.

Viro doctissimo Domino Philippo Gundelio iurisconsulto amico suo.

Τῷ Γυνδελίῳ εὖ πράττειν.

Ἐπειδὴ νῦν πολλαὶ γίνονται μεταβολαί, ἐμοὶ δοκεῖν, ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, οὐ μόνον ἄλλων πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν φίλων, πολλάκις ἠπόρουν, εἰ τὴν πάλαι εὔνοιαν πρὸς ἡμᾶς ἔχειν διατελεῖς, διὰ πολλοῦ γὰρ οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ἔγραψας. Ἄρτι δὲ ἀπολαβὼν τὰ σὰ γράμματα, θαυμαστῶς ὑπερήσθην, πεῖραν λαβὼν τῆς τε εὐνοίας σου καὶ εὐσταθείας καὶ θεοσεβείας τῆς μάλιστα φιλοσόφῳ ἀνδρὶ πρεπούσης. Ἐγὼ μὲν οὖν πάνυ μακαρίζω σε τοιαύτης φύσεώς τε καὶ προαιρέσεως, οὕτως πῶς διακείμενον παρ' ἡμεδαπὴν φιλοσοφίαν. Περὶ δὲ [illegible] ἀξιόλογον [illegible] πολλά, περὶ [illegible] [illegible] καὶ [illegible] περὶ τῶν [illegible] δογμάτων [illegible]. Οἱ δὲ τὰ ἡμέτερα [illegible] τες παρέσχον τῷ αὐτοκράτορι ἐξομολόγησιν τῆς πίστεως αὐτῶν [illegible] συντεθεῖσαν, ὡς [illegible] ἀκριβῶς [illegible] ἐπαγγελλομένοις τὴν κρείττω διδαχὴν καὶ ἔτι μάλιστα [illegible] [illegible] οὐδέν, οὔτε [illegible] οὔτε [illegible] ἔρεσκέ μοι. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ οὔπω [illegible] ἡμῖν. Οὐδὲν οὖν περὶ μελλούσης ἡμετέρων τῶν πραγμάτων καταστροφῆς ἔχω γράφειν. Ἔσται δὲ τὸ ἐκβὰν ἐν γούνασι θεοῦ. Ἔρρωσο.

Ἐν τῇ σεβάστῃ τῶν Οὐινδελικίων.

Τῇ ἑνδεκάτῃ μεταγειτνιῶνος.

Φίλιππος.

No. 807. **27. Iul.**

Erasmo Roterod.

Epist. lib. I. p. 898. (edit. Lond. I. ep. 114.) — Etiam apud Coelestin. T. III. p. 19.

Erasmo Roterodamo

S. D. Nunquam eram crediturus, tantam ferociam, tantam saevitiam in hominem cadere posse, quantam in *Eccio* et quibusdam eius gregalibus deprehendo. Nam Principes ipsi satis clementes et moderatas sententias dicunt, a quibus tamen isti miris artibus conantur eos abducere. Accipio te per literas Imperatorem a violentis consiliis dehortari, qui ut mihi videtur, genuina quadam bonitate etiam ad moderationem et pacem ducitur. Quare spero tuas literas plurimum ponderis apud ipsum habituras esse, teque rogo, ut maximum Reipubl. beneficium perficias, et pergas eum iterum atque iterum dehortari [*]). Nil hac tua sapientia atque auctoritate dignius facere potes, nil ad omnem posteritatem gloriosius, quam si tua diligentia hos motus sedaveris. Nos causam nostram simpliciter et sine conviciis proposuimus, quanquam cavillari aliquis posset seram esse moderationem; tamen volumus ostendere, nos non

---

3) Pez. *Eadem iam de ipso.*

4) Pez. *eum admoneas.*

5) Pez. ὅς αὐτῷ οὐ.

6) Haec Pez. praetermisit.

7) Pez. tantum: *Vale*, et caetera omnia praetermisit. Versus ad Bernh. Baumgartnerum vid. infra [illegible]

*) Literae quibus Erasmus Melanthoni respondit, infra d. 2. Aug.

abhorrere a consilio pacis, si conditiones aequae proponantur. Res ipsa ostendit impendere mutationem publicam, quam utinam ita gubernent illi, qui rerum potiuntur, ne subito impetu prosternatur Ecclesia. Oro igitur te quantum possum per *Christum*, ut non desinas Imperatorem adhortari, ne bellum adversus cives suscipiat, qui non recusant aequas conditiones accipere. Non enim hoc agunt nostri, ut πολίτευμα Ecclesiasticum dissolvant: *Danielem Stiburum* valde amo, quem tametsi scio tibi iucundissimum esse, tamen oro, ut mea causa aliquid addas ad tuam erga ipsum benevolentiam. Vale. *Augustae*, Calend. Augusti **). Anno 1530.

No. 808. 28. Iul.

Mart. Luthero.

Manlii farrag. p. 118. — Iterum Epistol. lib. III. p. 141. (edit. Lond. III. ep. 67.) — Apographon in cod. Bav. I, p. 968.

Martino Luthero Doctori Theologo

S. D. Heri dimisimus *Wellerum* satis bene oneratum literis: qui tamen, si recte ratiocinor, non antevertet hunc nuncium. Scripsi tibi quaestionem non de efficiente causa traditionum, sed de finali: utrum possint eiusmodi observationes vel opera a sanctis electa sine certo mandato Dei, cultus esse, sive ut Scholae loquuntur λατρεία. Ut si *Bernhardus* iam recte sentiens eligat certum ieiunium vel ordinem hac opinione, ut per hoc opus agat Deo gratias: an recte iudicet. Ego sentio eum falli. Itaque quinta causa traditionum, quam ego posui [1]) in charta ad te scripta, non valet.

Mitto tibi quaestiones, quas proposuit hodie nobis τῆς τοῦ αὐτοκράτορος ἀδελφῆς κατηχήτης, ita ut ad te perferrentur: de quibus expectatur [2]) tuum iudicium. Summo candore praeditus nobis visus est, καὶ ἡ δέσποινα δοκεῖ πᾶσιν εἶναι εὐσεβεστάτη. Respondebis igitur, ac te oro, ut boni consulas literas, in quibus subinde sunt ζητήσεις. De quibus enim rebus aliis potius ad te scribam? Novi nihil habemus. Vale. 5. Calend. August.

**) Haud dubie scribendum: VI. vel V. Calend. Aug., nam responsum Erasmi datum est d. 2. Augusti. Vid. etiam ep. ad Luther. d. 27. Iul. — Coelestinus diem non addit.

1) Sic Manl. et cod. pro *quae posita est*, ut Pezel. edidit.

2) Cod. B. *expectamus*.

No. 809. 28. Iul.

Bernh. Baumgartnero.

Epistola poëtica primum edita in Epigrammat. Phil. Mel. libr. VI. (Witteb. 1579. 8.) fol. 229. ubi inscribitur: *de comitiis Augustanis ad Bernhardum.* Iterum edita (ex manuscr. ut videtur) in *I. A. Wimmeri* vita Georg. Pontani (1730. 8.) p. 188. ubi inscribitur: *Bernhardo erudienti filios Georgii Pontani Elect. Sax. Cancellarii.* Contulimus cod. Bav. Vol. II. p. 387. et apographon in Coll. Ballenstedii Vol. I. p. 13. e Msto factum, ubi inscribitur: *„Bernhardo Baumgartnero ex Ulsen, Doctoris Bruecken Cancellarii Principis Saxoniae Electoris Paedagogo."* — Dedimus textum ex epigrammat. Melanth., qui accurate convenit cum autographo Melanthonis quod extat in cod. Monac. I. p. 394. et quod contulimus.

Bernhardo Baumgartnero, erudienti filios Georgii Pontani.

Dicere quam mallem tibi litera nostra salutem,
Hinc a Videlica quae venit urbe, feret,
Caesar ubi leges cunctis fert gentibus [1]) aequas
Carolus, haud illo quem regit orbe [2]) minor.
Quod toties Domino [3]) scribis, *Bernharde*, mihique
Nec sinis ex animo nos [4]) cecidisse tuo,
Moribus ista tuis pietas est digna fideque [5]),
Cognita quae [6]) multis casibus ante fuit.
Hoc [7]) tamen officio coepit iam notior esse,
Quo nobis possit [8]) gratius esse nihil.
Si quaeris rerum quae sit fortuna mearum
Accipe; de multis pauca referre volo.
Nondum damnata est docti pia causa Lutheri,
Caesaris et nondum voce notata boni est.
Nos tamen iniustis odiis crudeliter urgent [9])
Eccius, atque isto saevior hoste *Faber*.
Caesaris hi [10]) pectus, quo nihil est mitius usquam [11]),
Irritant [12]) miris artibus atque dolis.
Ipse tamen Caesar cunctatur [13]), tardus ad iram,
Nec subito in cives tristia bella movet.

1) Cod. Bav. *regibus*.
2) Mst. Ball. *urbe*.
3) Georgio Pontano.
4) C. Bav. *me*.
5) C. Bav. *fidesque*.
6) Wimm. *Cognita. Qui*.
7) C. Bav. *Haec*.
8) C. Bav. et Ball. *posset*.
9) Wimm. *urgens*.
10) Cod. B. *his*.
11) Wimm. et Ball. *unquam*.
12) Cod. B. *irritat*.
13) Wimm. *cunctatur*.

Atque in difficili causa, quod Principe dignum est,
Iudicium sapiens praecipitare cavet.
Interea curis ego paene absumor acerbis,
Namque animum patriae saeva pericla movent,
Nullaque sunt tantas inter solatia curas,
Has [14]) nisi *Pontanus* quod [15]) revelare studet [16]),
Quo nemo in tanto numero praestantior uno est
Eloquio et veris perpetuisque bonis.
Pulchrius haud videas inter spectacula quidquam
Quae domino facit urbs officiosa suo,
Quam cum dicturus *Pontanus* solverit ora,
Et regum attendit curia magna virum.
Ipse suos oculos Caesar defigit in unum,
Et Deus [17]) unius pendet ab ore viri.
Sic Ithaci eloquium mirata est Graecia quondam,
Quod velut hibernas fudit ab ore nives.
Haec, *Bernharde*, patris debes praeconia vera
Pontanis etiam commemorare tuis,
Ut patrias laudes [18]) primis mirentur ab annis,
Et virtute velint posse referre patrem.
Totius expectas conventus forsitan acta,
Sed mens aegra vetat scribere plura. Vale.

Datae in urbe Augustana [19]) V. Calend. Aug. 1530. [20])

Phil. Mel.

No. 810. **28. Iul.**

Capito et Bucerus ad Melanthonem.

Edita a Coelestino in hist. Comit. P. II. p. 297b. — Est responsum ad Melanthonis epistolam supra d. 25. Iul. datam, no. 797.

Capito et Bucerus Philippo Melanthoni.

Quod colloqui tecum optamus, vir doctissime, non inde est, Deum testamur, ut in vos, qua apud mundum flagramus, invidiae partem derivemus. Satis namque novimus, mundum nihil prorsus Christi ferre, quacunque illud ratione administres, id quod non tu solum sed etiam *Erasmus*, quo nemo veritatem profitetur civilius, abunde experitur. Stat dictum Christi, animam ei perdendam esse, qui apud ipsum invenire illam cupit, unicum profecto animae servatorem. Et nos alioqui a publica rerum perturbatione, ut quiquam alii, abhorremus. Sed cum Dei amor et studium omnibus anteferri debeat, si etiam extrema rebus humanis immineant, non licebit tamen prodere veritatem Evangelicam, tacere quae loqui iubet Deus, relinquere lupis, pro quo grege sanguinem Christus fudit. Vides modo id, quod, qua es innocentia et bonitate, haudquaquam suspicabaris, nempe veritati adeo nihil uspiam loci esse reliquum. Haud enim multi sunt, quibus datum est, sese penitus abnegare et devovere cruci.

Haec cum pridem nobis persuaserimus, non possumus a mundo aliud quam exitum expectare, etiamsi illum per Eucharistiam nihil offendissemus, et arctissime quoque inter nos coniuncti essemus, quotquot Christi esse volumus. Quantula enim nostrorum omnium ad eos, qui Romanum pontificem agnoscunt, portio? Ab uno Christo et fide omnem petendam iustitiam et salutem, caetera fuctum esse, id vero est, quod in nos, ut mundi Principem, ita et mundum commovet. Quid enim illos conturbet, quadam ratione negare Christum in pane, qui ne in coelo quidem esse ipsum credunt? Nulla igitur nobis causa est, cur quenquam, nedum vestros Principes tam pios, tam sanctos, nostri dogmatis invidia onerare cupiamus. At haec tantum abest, ut petamus, aliquem profiteri, de quo non sit per verbum Dei certo persuasus, ut vehementer etiam, si quis id ausit, detestemur. Nusquam enim magis abesse temeritatem convenit, quam in negotio Dei.

Porro quantum ad *Zwinglii* apologiam vel confessionem attinet, putamus, te posse securum esse. Praeter enim id, quod nemo ignorat, quam nihil nobis cum illo commune sit, vides ipse iam, unum hoc esse, quod Caesarem nobis omnibus irritet, quod Christum posthabere Pontifici nequimus. Caeterum quo hic vir spiritu scripserit, iudicabit [1]) spirituum Ponderator. Nos nemini, aut certe perpaucis datum arbitramur, dum hac carne gravantur, aliquid ita ex Dei spiritu gerere, ut ei caro nihil suae pruriginis adfricet. Non desunt etiam, optime Philippe, quod tua pace scribere

---

14) Wimm. *Haec.*
15) Wimm. *quae.*
16) Balienst. *solet.*
17) Ball. *decus.*
18) Cod. B. *artes.*
19) Sic Wimm., c. B. simpliciter: *Augustae.*
20) Locum, diem et annum desideramus in textu epigr. in autogr. Monacensi et in apogr. Balleust., sed habent Wimm. et c. Bav.

1) Chytr. *indicabit*; mendose.

liceat, qui putent, et *Lutherum* aliter fuisse admoniturum Ecclesiasticos nupero illo libello, si scribenti caro nihil sui adflasset, ut multa alia taceamus, quae in eo et aliis suis scriptis in nos, sub nomine fanaticorum et haereticorum, praeter verum torquere videtur. Atqui de quibus aliis articulis praeter rem *Zwinglius* hoc suo scripto tumultuetur, non videmus. Nam nihil attigit, quod non antea editis libris orbis iudicio obtulerit. Ea modo, cum tanto Monarchae in praesenti theatro fidei reddenda ratio fuit, dissimulasse, quid quaeso aliud quam malae se ipsum conscientiae insimulasset, et hostes ad persequendum ultro fugientem animasset? Nobis profecto videtur, si unquam fortiter et ingenue veritatem adseruimus, hoc in praesentiarum, cum iudicare illam mundus instituit, praecipue faciendum esse. Ita sane solebant Martyres prisci. Utinam vero quam paulo ante coepimus meditari modestiam, initio et progressu huius negotii praestitissemus, nec adeo tumultuari paradoxis, si non contra, certe praeter nostram professionem libuisset. At vero quod scribis, *Zwinglium* nolle videri verbis tantum dissidere, fatemur, sed cum iis, qui crassius quam tu facere nobis videris, Christi corpus vel pani uniunt, vel in panem collocant. Ipsum autem servatorem nostrum testamur, nos inter eius in coena praesentiam, quam ille constare scribit contemplatione fidei, et vos realem quidem sed non localem statuitis, aut nullum aut certe pertenue, quodque dum quaeritur evanescat, discrimen cernere. Longius abesse a nobis, de veritate humanitatis in Christo, videri possitis cum ex proximo illo *Brentii* colloquio, tum ex quibusdam eiusdem et aliorum scriptis. Verum si quis et his remotis affectibus veroque pacis studio utrorumque sententiam excutiat, dispereamus, si aliam deprehensurus sit controversiam, quam quod conveniri nondum potuit de verbis, quibus hoc mysterium exponendum sit.

Qui namque fieret, ut tantis in rebus non idem sentirent, quos idem docet agitque Spiritus? De te nullum nobis dubium est, cum tanti Patrum auctoritatem, et quidem merito, facias, ad horum loquendi formam, si de isto tibi mysterio disserendum sit, propius accedere. Nec *Lutherus*, sane Marpurgi, ita considerate, ut quidem [2]), loqui videbatur. Haec omnia videt tua prudentia, vir doctissime, quam late pateant. Ad hoc abunde expertus es, quam parum scriptis hactenus ad restituendam inter nos concordiam profecerimus, cum *colloquio* illo *Marpurgico* quamlibet tumultuario et longe, quam oportebat in tanto negotio, breviori, aliquid tamen dissensionis positum sit, et reliquum, ut nostra fert sententia, positum indubie fuisset, si licuisset alteros alteris suam sententiam certius et dilucidius exponere. Perturbatis sic animis raro id legitur quod scribitur, et, si legi contingat, fere alio quam est interpretatione incommoda rapitur. De fide alioquin tua in asservandis literis nihil dubitamus, quamquam eo quoque periculorum nos ipsos pridem ob Christi nomen, ut nos quidem nobis conscii sumus, adduximus, ut haud videamus, quid illis queat adiici. Ne dubites autem, et tibi nos praestituros, ut colloquium non minus absque fraude tua habeas, quam queat absque nostra agi literis. Stultorum siquidem hominum rumusculos contemnere decet, cum effugere non liceat, quacunque demum ratione res instituatur. Vix nuper ad alteram horam cum *Brentio* de concordia collocuti sumus, et eo statim die magnus quidam gloriatus est, nos huc venisse, ut recantemus. Christo vivimus; cui nemo verba dabit; tuis bonis duntaxat probari cupimus. Iam hoc vel nugae istae nihil movent, vel si praestringi illis oculos ad tempus contingat, veritas brevi istiusmodi fumos dispellens rursum ad se revocat. Insolentem Christianum esse oportet, quem ista ab inquirenda pace saluteque fratrum remorentur. Proinde te per Christum oramus, nisi omnem de nobis spem desponderis, tui ad colloquium copiam nobis facere digneris. Veniemus quo et quando tu voles, ac eos nos praestabimus, de quibus nihil dubitaturus sis, Christi gloriam ex animo quaerere, abesseque longe ab omni hac in causa fuco fraudeve proderit. In reliqua vita, quamlibet veri esse studeamus, id nobis usu venit, quod hominibus solet, ut etiam nos ipsos saepe fallamus. Hac in re autem, et in omni negotio doctrinae christianae sic nos excussimus, ut deierare liceat, nihil aliud nos quam Christi placita quaerere. Scribis, te sine ulla acerbitate animi dissentire; credo, hic nihil tibi cedimus. Addis, te nihil hic contra nos egisse; nos et hic et alibi vos et vestra etiam defendimus, quaeque defendere non licet vel tacemus, vel lenimus omnia, quae in vos dira admo-

2) Excidit hic verbum, aut pro *quidem* est legendum *pridem*, quod verisimillimum est.

dum et dicunt et scribunt alii, procul vero, zelo tamen Dei, sed intempestivo, adscribimus, nec ulli nostram sic causam commendamus, ut non simul commendemus et vestram. Publicam pacem et nos nostro sanguine redimere optamus, sed quae solida sit, quamque nemo dederit nisi Christus, cui pater dedit omnem potestatem in coelo et in terra, quique veris tantum, candidis et minimorum etiam rationem habentibus delectatur.

Vide vero, in quam longos logos responsio ad unicum epistolium deduxerit. Quid futurum putas, si res tantas per epistolas tractare velimus? Sunt enim et alia, ut aiunt, de quibus tibi encare videmur. Et hodie narravit quidam, dixisse te primario cuidam partis adversae Theologo, Zwinglium et me, Bucerum, recantasse in quae Marpurgi consensimus omnia; id quod absque causa dixisti, si modo dixisti. Nam omnibus illis adhuc adhaereo, et quidem ad sensum *Lutheri*. Nec discessit ab eis *Zwinglius*, quod tibi et omni, qui iudicio aliquo praeditus fuerit, facile comprobabo, si ad colloquium admittere nos videbitur. Oro paucis arbitris velis esse contentus, quia familiare colloquium ambimus. *Brentium* et similes adesse etiam optamus. Nos praeter *Sturmium* neminem adhibebimus, et, si libet, etiam hunc mittemus. Dilectio namque vetat aliud a vobis, quam quod viros candidos decet, expectare, utcunque iactent nonnulli voces quasdam et dici et scribi parum securas, quaeque non queant nisi ex sinistro et praepostero nostri iudicio nasci. Bene vale, et quod te dignum hac in re arbitratus fueris, significa. Intervenit negotium nobis, alioquin quarto abhinc die ista scripsissemus, ne putes volentes responsum hactenus distulisse. Ex diversorio Legatorum urbis Argent. Anno 30. 26. Iulii.

No. 811. **28. Iul.**

Legati Norinb. ad Senatum.

† In Actis Norinberg. p. 160.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — Der Artikel des Glaubens hangt noch für und für in einem Bedenken, und wie mir berichtet, könnten sich die Bischöff und die Weltlichen, mit ihnen anhangen, derhalb unter einander selbs nicht vertragen. So sagt man auch, es werde alle solche Handlung dem Papst täglich zugeschickt, ohne deß Vorwissen und Bewilligung, als etliche sagen, wolle Kais. Maj., und die Ihrer Maj. rathen in diesem Fall nichts handeln, also, daß wir nicht vermuthen können, wenn oder wie gemeldter Artikel seine Endschaft nehmen wird.

Ich, Koler, will mich auf E. W. Erlaubniß samt dem Osiander, Doctor Hepstein und Hopel in kurzen Tagen anheim fügen. — — Dat. Donnerstag 28. Julii frühe zum Aufsperren 1530.

Kreß.
Volkamer.
Coler.
(Bernhardt) Paumgartner.

No. 812. **30. Iul.**

M. Luthero.

Select. Epist. p. 15. Iterum Epistol. lib. I. p. 15. (edit. Lond. I. ep. 11.) a Peucero edita. Nunc autem ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 130 accurate descripta.

D. *Martino Luthero, Patri carissimo,*

S. D. Hodie putaverunt confutationem τῆς ὁμολογήσεως ἡμετέρας [1]) publicandam esse, sed rumor falsus fuit. Non existimant tamen diutius dilaturos esse eam publicationem. Postea [2]) aiunt secutura esse horribilia edicta. Quamquam autem certi nihil habeamus [3]), tamen multae sunt coniecturae, propter quas facile persuadeor [4]) nihil aequi nos impetraturos esse [5]). Tu tamen orare Christum pergito, ut flectat animum Caesaris ad pacem. Quidam significant appellationem ad Synodum non obfuturam nobis: sed post paucos dies omnia sciemus. Ego tussi odiosissima laboro, quam ex paucarum noctium insomniis contraxi. Caetera narrabit *Caspar Aquila*, qui redit honorifice hic tractatus [6]) et ab amicis et ab ipso Episcopo Augustano. Hodie in senatu Principum nihil dissimulans legit † Augustanus † etiam † ad

1) Peuc. *ἡμετέρης.*
2) Haec Peucerus sic edidit: *dilaturos esse. Eam publicationem postea.*
3) Peuc. *habemus.*
4) Peuc. *persuadeor facile.*
5) *esse* Peuc. praetermisit.
6) Haec Peucerus sic: *qui redit. Honorifice hic tractatus est.*

liceat, qui putent, et *Lutherum* aliter fuisse admonitorum Ecclesiasticos nupero illo libello, si scribenti caro nihil sui adflasset, ut multa alia taceamus, quae in eo et aliis suis scriptis in nos, sub nomine fanaticorum et haereticorum, praeter verum torquere videtur. Atqui de quibus aliis articulis praeter rem *Zwinglius* hoc suo scripto tumultuetur, non videmus. Nam nihil attigit, quod non antea editis libris orbis iudicio obtulerit. Ea modo, cum tanto Monarchae in praesenti theatro fidei reddenda ratio fuit, dissimulasse, quid quaeso aliud quam malae se ipsum conscientiae insimulasset, et hostes ad persequendum ultro fugientem animasset? Nobis profecto videtur, si unquam fortiter et ingenue veritatem adseruimus, hoc in praesentiarum, cum iudicare illam mundus instituit, praecipue faciendum esse. Ita sane solebant Martyres prisci. Utinam vero quam paulo ante coepimus meditari modestiam, initio et progressu huius negotii praestitissemus, nec adeo tumultuari paradoxis, si non contra, certe praeter nostram professionem libuisset. At vero quod scribis, *Zwinglium* nolle videri verbis tantum dissidere, fatemur, sed cum iis, qui crassius quam tu facere nobis videris, Christi corpus vel pani uniunt, vel in panem collocant. Ipsum autem servatorem nostrum testamur, nos inter eius in coena praesentiam, quam ille constare scribit contemplatione fidei, et vos realem quidem sed non localem statuitis, aut nullum aut certe pertenue, quodque dum quaeritur evanescat, discrimen cernere. Longius abesse a nobis, de veritate humanitatis in Christo, videri possitis cum ex proximo illo *Brentii* colloquio, tum ex quibusdam eiusdem et aliorum scriptis. Verum si quis et his remotis affectibus veroque pacis studio utrorumque sententiam excutiat, dispereamus, si aliam deprehensurus sit controversiam, quam quod conveniri nondum potuit de verbis, quibus hoc mysterium exponendum sit.

Qui namque fieret, ut tantis in rebus non idem sentirent, quos idem docet agitque Spiritus? De te nullum nobis dubium est, cum tanti Patrum auctoritatem, et quidem merito, facias, ad horum loquendi formam, si de isto tibi mysterio disserendum sit, propius accedere. Nec *Lutherus*, sane Marpurgi, ita considerate, ut quidem [2]), loqui videbatur. Haec omnia videt tua prudentia, vir doctissime, quam late pateant. Ad hoc abunde expertus es, quam parum scriptis hactenus ad restituendam inter nos concordiam profecerimus, cum *colloquio* illo *Marpurgico* quamlibet tumultuario et longe, quam oportebat in tanto negotio, breviori, aliquid tamen dissensionis positum sit; et reliquum, ut nostra fert sententia, positum indubie fuisset, si licuisset alteros alteris suam sententiam certius et dilucidius exponere. Perturbatis sic animis raro id legitur quod scribitur, et, si legi contingat, fere alio quam est interpretatione incommoda rapitur. De fide alioquin tua in asservandis literis nihil dubitamus, quanquam eo quoque periculorum nos ipsos pridem ob Christi nomen, ut nos quidem nobis conscii sumus, adduximus, ut haud videamus, quid illis queat adiici. Ne dubites autem, et tibi nos praestituros, ut colloquium non minus absque fraude tua habeas, quam queat absque nostra agi literis. Stultorum siquidem hominum rumusculos contemnere decet, cum effugere non liceat, quacunque demum ratione res instituatur. Vix nuper ad alteram horam cum *Brentio* de concordia collocuti sumus, et eo statim die magnus quidam gloriatus est, nos huc venisse, ut recantemus. Christo vivimus; cui nemo verba dabit; tum bonis duntaxat probari cupimus. Iam hoc vel nugae istae nihil movent, vel si praestringi illis oculos ad tempus contingat, veritas brevi istiusmodi fumos dispellens rursum ad se revocat. Insolentem Christianum esse oportet, quem ista ab inquirenda pace saluteque fratrum remorentur. Proinde te per Christum oramus, nisi omnem de nobis spem despondêris, tui ad colloquium copiam nobis facere digneris. Veniemus quo et quando tu voles, ac eos nos praestabimus, de quibus nihil dubitaturus sis, Christi gloriam ex animo quaerere, abesseque longe ab omni hac in causa fuco fraudeve proderit. In reliqua vita, quamlibet veri esse studeamus, id nobis usu venit, quod hominibus solet, ut etiam nos ipsos saepe fallamus. Hac in re autem, et in omni negotio doctrinae christianae sic nos excussimus, ut deierare liceat, nihil aliud nos quam Christi placita quaerere. Scribis, te sine ulla acerbitate animi dissentire; credo, hic nihil tibi cedimus. Addis, te nihil hic contra nos egisse; nos et hic et alibi vos et vestra etiam defendimus, quaeque defendere non licet vel tacemus, vel lenimus omnia, quae in vos dira admo-

2) Excidit hic verbum, aut pro *quidem* est legendum *pridem*, quod verisimillimum est.

No. 816. 1. Aug.

Rosellius ad Melanthonem.

Edita in Coelestin. hist. Comit. Aug. P. III. p. 18. — Apographa in cod. Goth. 28. p. 125. Cod. Goth. 168. p. 169. et Apogr. in bibl. regia Hannov.

Eruditissimo Viro, Veritatis evangelicae patrono, egregio Domino Philippo Melanthoni.

Meas ad te nudius tertius dedi literas, quibus ut strenuam *) pro Christo veritateque evangelica, omni prorsus humano abiecto timore, navares operam, te vehementer hortatus fui [1]). Ad id autem faciendum me varii, qui de te hic [2]) circumferebantur rumores, impulere, quos equidem **) vehementer auxit et ampliavit cuiusdam epistolae exemplum, Senatui hic Veneto ab oratore eius, qui isthinc [3]) apud imperatorem oratoris fungitur munere, missum, a quo etiam affirmatum fuit suis in literis, te epistolam ipsam Cardinali *Campegio* legato pontificio misisse. Et licet nonnulli sint, qui negent eam abs te compositam, quippe quae diversum habeat stylum ab eo, quo tu uteris, maior tamen hominum pars meliorem [4]) vincit, creduntque multi, te illius auctorem esse. Oratorem etiam [5]) Venetum non adeo insulsum arbitrantur, ut, quae tua non sit, pro tua miserit. Ego igitur, qui nomen tuum semper observavi, colui et suspexi, quique cupio Christi causam per te maxime defensum iri, tibi has meas iterum scribere volui, in quibus etiam illius epistolae, quae tua esse dicitur, ad te exemplum mitto, ut facturam [6]) tuam, (si tamen tua est) agnoscas; si vero, ut plerique tui amantes credunt, aliena est, hominum istorum [7]) malignitatem expendas, qui tibi ea adscribunt, quae Christo verisque Christi defensoribus dedecori sunt. Te igitur oro et obsecro, ut cum istorum insulsam diligentiam eorumque improbae animae [8]) malitiam cognoveris, velis ardentius eorum iniquitatibus resistere, ipsorumque negotiis respondere, et Serenissimo imperatori caeterisque praesentibus Christianis principibus eorum improba studia detegere. Nihil enim virtute duce, sed fraudibus ac dolis consequi student. Quod si feceris, virtutis tuae lumen ubique gentium elucescet. Vale in Christo. Venetiis Cal. Augusti anno 1530 *).

T. Quantuluscunque *Lucius Paulus Rosellius.*

*) C. 168. *firmam.*

1) Apogr. Hann. et c. 168. *sum.*

**) C. 168. *quidem.*

2) *hic* non habet c. G. 28.

3) Apogr. Hann. *istuc*, c. 168. *isthic*, praetermisso *missum.*

4) Apogr. Hann. *minorem.*

5) Apogr. Hann. et c. 168. *enim.*

6) *facturam* non habet apogr. Hann., cod. 168. *foeturam.*

7) C. G. 28. *rumorum.*

8) Apogr. Hannov. et c. 168. *improbam animi.*

No. 817. 12. Aug.

Erasmus ad Melanthonem.

Edita in Coelest. hist. Comit. P. III. p. 19 b.

Erasmus Roterodamus Philippo Melanthoni.

Lusitano iuveni feci mei copiam εὐτόνως **). Nec epistola tua, nec *Stibari* usquam comparuit. Quod ad Caesarem scripserim, perperam relatum est. In hoc concilio verbum ad illum non scripsi. Scripsi tantum *Campegio*, summo studio hoc agens, ne bello de dogmatibus transigeretur. Consimilia scripsi Episcopo Augustensi aliisque nonnullis amicis. Meque rogas, ne id facere desinam: quin potius reges istos, ut desinant pertinacia sua conviciisque Principum animos ad bellum irritare. Ego non nunc tantum, sed perpetuo et Theologorum saevitiam pro viribus retudi, et Principum animos a saeviendo deterrui. Vides, quam mihi referant gratiam. Commigravit Argentoratum ebriolus quidam *Gerardus Noviomagus*, quem in epistola, civilitatis gratia, Vulturium Neocomonum nominavi, antehac supra modum amans mei; nunc furit non aliter ac si patrem et matrem, avum et aviam utramque ferro necassem. Suo nomine quatuor iam libellos emisit. Quintus, plenus conviciis et hypocrisi, prodiit nomine ministrorum V Argentoratensium. Nihil seditiosius. Itaque posthac non est animus agere de componendo negotio, cum ipsi non solum nihil remittant, verum etiam ad tumultum cruentum gestire videantur. Dominus exitum

*) Apogr. Hann. et c. 168. *Calend. Aug. IX.*

**) Coel. habet αὐτόνως, quod profecto mendosum est. Haud dubie scribendum εὐτόνως, vel [illegible]

commodet, qui te sospitem nobis conservet incolumemque. Friburgi, postridie Calend. Augusti anno 1530.

Erasmus Roterodamus.

No. 818. 4. Aug.

Brentius ad Isenmannum.

† E codice Suevo-Halensi ep. 11.

Iohanni Isenmano Iohannes Brentius.

S. in Christo. Heri, amicissime mi frater, lecta est Caesare et statibus imperii praesentibus responsio adversariorum nostrorum ad nostrae confessionis articulos. Est autem responsio sic disposita, ut non adversariorum, sed Caesaris nomine exhibeatur, qui primum per *Fridericum* comitem Palatinum, qui plerumque solet esse os Caesaris, significavit, se ab articulis responsionis et a christiana romana ecclesia, sic enim vocant, non discessurum, sed in ea fide mansurum; *Seine Majestät wolle darauf beruhen.* Postea secuti sunt responsionum articuli, in quibus plane nihil impietatum veterum remissum est. Sed omnia conscripta erant Cochleice et Fabriliter et Eccianice. Commentum sane stupidissimum, ut pudeat me romani nominis, quod in sua religione non conquirant viros, qui saltem prudenter et ornate nobis haereticis responderent. Tametsi imperator neutralem, quod dicunt, sese gerit, (nam cum nostra confessio legeretur obdormivit, rursus cum adversariorum responsio legeretur, iterum obdormivit in media negotii actione) tamen vigilanter affectus est erga religionis nostrae controversiam. Et certe vir bonus est imperator, qui nihil agit, sed duntaxat agitur. Sed haec tibi scribo, non vulgo, sed nostris tantum fratribus evulganda, ne videamur Caesaream maiestatem irridere. Ad finem lectionis articulorum responsionis petiit Caesar, ut omnes in illos articulos consentiant. Quod si non fecerint, se functurum officio suo Caesareo prout deceat *den Voigt der christlichen römischen Kirche* etc. et christianae religioni non defuturum. Posthaec nostri copiam articulorum illorum petierunt, ut respondeant. Caesar dixit, se deliberaturum, num ipsis velit offerre in scriptis articulos. Sed nos de illa oblatione desperamus. Videmus autem, quam ridicule res agatur. Caesar cogit nos in fidem suam, et tamen adhuc deliberat, an velit nobis eam scriptis offerre. Breviter, spiritus vertiginis papistas totus obsidet. Multa congesserant et mare ἀιρέσεων Lutheranarum conscripserant. Sed haec omnia per suos reiecta et deleta sunt. Tantum praelecta est responsio ad nostram confessionem. Expectamus nunc, num Caesar daturus sit nobis fidem suam in scriptis. Quod si denegaverit, habemus iustissimam causam non accipiendi. Sin dederit, respondebimus, Christo dante, abunde et copiose. Tu interim cum ecclesia ora, et nostros confirma, ut non audiamus, quod praeterito anno audivimus. Porcos non reducam mecum, nisi vos porcos nobis ab Hala miseritis. Habebitis oves, si oves ad nos mittatis. Intelligis quae volo. Vale una cum omnibus fratribus, quos nominatim saluta cum uxore tua. Ex Augusta 4. die Augusti anno XXX.

Mitto tibi responsionem *Lutheri* ad *Philippum* de traditionibus humanis. Tu omnia in meum adventum conserves.

No. 819. (4. Aug.)

Scriptum Melanth. ad Campegium missum.

Melanthon ad concordiam inter Protestantes et Romanos promovendam scripsit propositiones quasdam a Catholicis concordiae in gratiam concedendas, easque Legato Pontificio, *Campegio*, (per eiusdem secretarium, ut videtur), misit. Campegius hoc scriptum pontificiis tradidit theologis, a quibus refutatio huius scripti per Cochleum tradita est, quam legere potes apud Coelestin. T. III. p. 20. — Editum est hoc Mel. scriptum et Cochlei responsum anno 1531: Petitio M. Philippi Melanchthonis ad R. D. Card. Campegium Augustae scripta; cum responsione D. *I. Cochlei* ad eandem. M.D.XXXI. 8. Utrumque scriptum, et Melanth. et Cochl., etiam habet Coelestin. in hist. Comit. p. 19b.

Conditiones Philippi Augustae ad R. D. Cardinalem Campegium missae.

1) Romana ecclesia nihil faceret alienum sua clementia, si permitteret nobis uti utraque specie sacramenti, praesertim cum non damnemus alios, et fateamur, in specie panis verum corpus Christi contineri aut per concomitantiam sanguinem adeoque integrum Christum; in specie vini itidem integrum Christum.

2) Ac videtur haec res augere reverentiam erga sacramentum ac religionem populi, qui libentius utitur integro sacramento.

3) Cum presbyteri plerumque cum offensione populi et contra canones habeant male moratas concubinas, dignum et hoc esset clementia pontificia, concedere eis legitimas et honestas coniuges.

4) Si quis hic disputet, quid de digamis faciendum sit, id potest iuxta canones constitui, postquam Episcopi recuperaverint obedientiam.

5) Quod de Monachorum et Monialium connubio disputatur, videtur id quoque in potestate Pontificis esse, qui saepe dispensavit. Utinam hoc tempore non sit durior, neque dissuat praesentia connubia Monachorum et Monialium. Constat enim, quomodo plerique adolescentes et puellae in hoc genus vitae, antequam iudicare possent, inciderint, et in posterum caveri poterit, ne quid tale accidat.

6) Si videtur difficile tam multa permittere, cogitet R. D. V. pro sua sapientia, saepe extitisse aliquos temerarios motus in rebus publicis, quos duxerint sapientes viri magis aequitate superiorum sanandos esse, quam irritandos acerbe et summo iure agendo. Et praesertim decet haec clementia sedem Apostolicam, infirmos recipere. Et scriptum est: misericordia vincat iudicium. Si monasteria hactenus fuissent gubernata iuxta canones, non extitissent inde tumultus. Antea oportuit conservare rigorem canonum et disciplinam; nunc serum est remedium. Facilius sanari haec mala possunt dissimulando, quam acerbe canonum rigorem exasperando.

7) De missa retinemus publicas ceremonias; tantum numerus non est par. Si caetera impetrari poterunt, non diffido, quin etiam controversiae de missa componi possint. Certe prodest Ecclesiae, ut haec ceremonia religiose fiat, et fit apud nos religiosissime. Semper enim aliqui antea confessi et absoluti sumunt ibi corpus domini.

8) De cibis et similibus rebus leves sunt controversiae. Cum contigerint rursus Episcopis obedientia et iurisdictio ecclesiastica, plurima alia constitui poterunt. Nec gravantur nostri parere Episcopis, modo recipiant eos. Hactenus misere excruciati sunt sacerdotes propter ductas uxores et similia. Nunc libenter parebunt sublato illo periculo.

9) Reverenda D. V. sine magno negotio poterit constituere concordiam et pacem his tam paucis rebus vel dissimulatis vel relaxatis. Christus pacificos dicit beatos esse, et vocat filios Dei. Hunc titulum, hanc laudem vere dignam ista vestra et auctoritate et virtute consequi in hac causa facillime potest R. D. V. Ideo oro eam propter Deum, ut in his rebus aliquid de summo iure remittat, et mitiget canones, qui et ipsi saepe fatentur, se temporibus cedere. Profecto maior confusio ecclesiae metuenda est, si res vi tantum agetur, tam multis apud nos sacerdotibus et aliis bonis viris interfectis, qui fideliter docent religionem christianam, et hactenus plerasque haereses represserunt.

No. 820. **4. Aug.**

Secretario Campegii.

Edita in Coelestini hist. Comit. Aug. T. III. p. [illegible] — Nunc accuratius ex apographo in cod. Goth. 190. p. 164.

Ad Secretarium Campeg. Cardinal.

Nullius congressus in hac urbe maiorem mihi voluptatem attulit, quam tuus. Cognovi enim, te mirifica quadam suavitate ingenii atque humanitate, digna erudito viro et sapiente, praeditum esse. Quare libenter tecum et de meis privatis rebus, et de publicis negotiis colloquutus sum, † et propter has tuas virtutes magnam in spem adductus sum" [a]), te quoque pacis auctorem in deliberationibus vestris futurum esse [b]). Hanc ob causam aliquoties exposui, quibus rebus dissimulatis haec dissidia sanari [c]) possint. At, mea quidem sententia, plurimum prodesset et ad ecclesiae tranquillitatem † et ad Romanae sedis dignitatem [d]), illis conditionibus, quas commemoravi, pacem constituere. Nam et nostri sacerdotes si cessim redderent obedientiam episcopis. Ita coiret iterum in unum corpus ecclesia [e]), et Romanae sedi suus haberetur honos, ut, si quid haereret in ecclesiis incommodi, paulatim episcoporum diligentia corrigi posset. Et nos, quod maxime cupimus, ex his rixis liberati conferre studium omne possemus ad doctrinam religionis diligenter muniendam; quod nisi fiet, quid in tot sectis ad posteros futurum sit periti homines facile

---

a) Haec non leguntur apud Coelest.

b) † *statuens*, Coelest.

c) Coelest. *componi.*

d) desiderantur in Coel.

e) Cod. *in unam ecclesiam.*

[illegible] potuerunt [illegible] ve, quam [illegible] [illegible] nobis opposita, non est [illegible] [illegible] confutatio [illegible] con[illegible] [illegible] [illegible] prodesse [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] admirationem et [illegible] ingenio. Ita periculum est, ne haec tota tragoedia [illegible] motus, quam antea unquam[h]) [illegible] *Καλὸν εὖ κείμενον χρασὶ μὴ κινεῖν*. Quare optarim, [illegible] ex[illegible] ecclesiae mala. Quaeso igitur, ut mihi paucis [illegible] significetis, [illegible] R. D. vestra de illis conditionibus [illegible] sitis, et quam spem ostenderit[i]). Si quid aequi possum impetrare, profecto dabimus operam, ne poeniteat huius Benificii Romanam sedem. Multorum bonorum virorum sensus ac studia in hac re congruunt, qui omnem operam conferent, ad amplificandam auctoritatem episcoporum et stabiliendam ecclesiae tranquillitatem. Videtis nos non posse dissuere[k]) praesentia coniugia, nec habere[l]) alios sacerdotes. Nec abimet mutatio utriusque speciei sine contumelia sacramenti. Non est clementiae pontificiae, rem ad arma deducere propter tales causas, nihil habentes, quod bonis moribus officiat aut pietati. Est et prudentiae vestrae expendere, si plura nova dogmata erumpant, quanto maior ecclesiae perturbatio existere possit. Haec scripsi ad te, virum optimum, bono consilio, teque rogo, ut ad aequitatem vestros adhorteris, et mihi per hunc meum amicum significes, quam spem R. D. T. ostendat. Ego dolore artuum impeditus, non potui ad vos egredi. d. 5. Aug.[*]) 1530.

No. [illegible] 4. Aug.

Legati Norinb. ad Senatum.

[illegible] Actis Norinberg. p. 166.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

Ihre Maj. haben auf gestern zwei Stund nach Mittags allen Churfürsten und Fürsten und den [illegible] so der [illegible] und Appellation verwandt, auf die Pfalz ansagen, und, als jedermann erschienen, hat Kais. Maj. durch Herzog Friedrich von Bayrn reden und anzeigen lassen: Ihre Maj. hätte die übergebenen Artikel von den Churfürsten und Fürsten auch den zweien Städten, die sich damit unterschrieben, vergangner Zeit gehört, und als dieselben Ihrer Maj. auf Ihr Begehren behandet und zugestellt, hätte Ihre Maj. dieselben selbs mit Fleiß gehört und verlesen lassen, und dazu durch etliche treffentlich tapfer und gelehrte Person teutscher und andrer Nation, dieweil dieselben hochwichtig, berathschlagen, bedenken, und Antwort darauf stellen, und folgends, wie dieselben gestellt, den Churfürsten und Fürsten des Reichs auch vortragen und bedenken, und nach ihrem gehabten Rathe, dieweil viel am Handel gelegen, wiederum höchlich bedacht und ermessen lassen, und wie die nach höchsten Bedenken und Ermessen in Schrift gestellt, das wollt Ihre Maj. verlesen lassen.

Darauf ist dieselbe Schrift, die über 50 Blätter lang, verlesen. Also haben wir, so viel wir dieß Mal deß behalten mögen, den Effect davon Joachim Cammermeister, so wir auch zu uns hinein genommen, verzeichnen lassen, der es also mit Fleiß auf alle Artikel mit kurz in sein Täfelein aufgezeichnet so viel ihm möglich, und mehr denn wir alle verstehen und behalten können, wie E. W. aus beiliegender Copey vernehmen.

Und stehet die Antwort in summa also, daß die vor eingelegten Artikel alle repetirt, derselben etliche, die vor im Papstthum nicht [illegible] [streitig] gewest, als für christlich angenommen, und die Fürsten deshalb gelobt worden, daß sie dieselben für christenlich halten, aber die andern fast alle, die wider das Papstthum seyn, gar verworfen, und etliche aus ihnen mit einem Anhang und Limitation, wo man sie dermaßen verstehen wolle wie sie es erklärt, auch bleiben lassen, aber im Ende die großen Hauptartikel, die Priesterehe, das Sacrament unter beider Gestalt zu nehmen, und daß die Meß kein Opfer sey, deßgleichen daß die Klostergelübde nicht zu halten seyn, gänzlich verworfen und für unchristlich geachtet worden, und mit seltsamen Argumenten beschützt und verantwortet.

Und im Ende hat Kais. Maj. damit beschlossen, dieweil sich Churfürsten, Fürsten und dieselben Städt mit etlichen Artikeln verglichten, auch etliche andere neue eingeführte Mißbräuch und Artikel widerfechten, und dann etliche Artikel unsers heiligen Glaubens, wie die vor Alter herbracht, entgegen wären, (so) verhofften Ihr K. M. daß sie durch diese Antwort und Erinnerung sich nochmals mit andern christlichen Ständen

f) Cod. meae.
g) Cod. nostra.
h) Cod. nunquam.
i) Coel. ostendat.
k) Coel. Videtis non posse dissolvi.
l) Coel. haberi.
*) d. 4. Aug. scripta esse debet, cum confutatio lecta sit d. 3. Aug.

werden vergleichen und sich von gemeiner christenlicher Kirchen nicht absondern, wie sich Ihre Maj. versehen wollt; das auch in sondern Gnaden gegen ihnen gnädiglich erkennen und zu Gutem nimmer vergessen. Denn sollt das nicht geschehen, deß sich doch K. M. keineswegs versehe, (so) würden Ihre Maj. verursacht hierin als ein Vogt und Beschirmer der heiligen christenlichen Kirchen und als ein rechter christenlicher Kaiser zu halten, wie ihm wohl zugebühret.

Darauf als nun solche Schrift verlesen, haben sich der Churfürst von Sachsen samt seiner Churf. Gnaden Verwandte unterredt und durch Doctor Prucken Kaiserlicher Maj. ohngefährlich diese Meinung anzeigen lassen.

Der Churfürst zu Sachsen und die andere S. Chf. G. verwandte Fürsten und Städte hätten der Kais. Maj. Verzeichniß unterthäniglich hören lesen. Nun hätt aber Ihre K. M. sich gnädiglich zu erinnern des Ausschreibens dieses Reichstags halben, darin Ihre Maj. unter andern gemeldet, beide Theile gütiglich und in Einigkeit zu hören. Daneben wäre auch in dem übergebenen Bekenntniß des Glaubens Ihrer K. M. angezeigt worden, daß gedachte Fürsten und Städte sich in allem, so zu Fried und Einigkeit dienstlich, auch so viel Gewissens halb immer geschehen möchte, weisen zu lassen. Dieweil dann in dieser Verzeichniß etliche Ihr Artikel angenommen, etliche aber ganz verworfen, und dann andere zum Theil zugelassen, zum Theil abgeleinet, und diese Schrift etwas lang: so erfordert ihrer, der Churfürsten, Fürsten und Städte Nothdurft, dieselben Artikel baß zu übersehen, sonderlich aber darum, dieweil viel Schriften eingeführt, dagegen darzuthun vonnöthen, welcher Maß, und ob sie billig daher gezogen würden. Darauf Ihr K. M. gebethen ganz unterthäniglich als einen gütigen christenlichen Kaiser ihnen dieselben gnädiglich zuzustellen, sich darin zu ersehen. Dagegen wollten sie sich mit christenlicher Antwort, und dergestalt vernehmen lassen, daß Kais. Maj. und männiglich deß kein Mißfallen haben sollten.

Wiewohl nun auf solchen Vortrag Kais. Maj. und der König sich mit Churfürsten und Fürsten eine gute Zeit unterredt, so hat doch Herzog Friedrich von Ihrer Maj. wegen auf gehabte Unterrede keine andere Antwort geben, denn: dieweil es spat, wie es denn ganz Abend was, und die Sachen groß, so wolle K. M. den Handel bedenken und weiter Antwort geben. Darauf bath der Canzlar nochmals und zum höchsten, Kais. M. wollte diesen wichtigen und großen Handel als ein gütiger und christenlicher Kaiser bedenken, und ihnen ihr Bitt und Begehren nicht abschlagen, sondern ihnen die verlesene Schrift zustellen lassen. Dabei ist es diesmal geblieben. Haben außerhalb des Joachim Cammermeisters Verzeichniß nicht mehr merken mögen. — — Dat. 4. Augusti zum Aufsperren 1530.

Kreß.
Volkamer.
(Bernhardt) Paumgartner.

No. 822. (6. Aug.)

M. Luthero (?)

Edita in Coelestini hist. Comit. Aug. p. 281 ubi *Luthero* inscripta dicitur. — Fere convenit cum epistola sequente ad Vitum Theodorum, et haud dubie eodem scripta est die. Quum vero epistolam ad Lutherum eodem die habeamus longe prolixiorem, videtur non Luthero, sed alii cuidam inscripta fuisse. Sed saepe etiam accidit, ut Melanthon, si tabellarios haberet non satis fideles, per alium tabellarium ad eundem alteras eodem die literas scriberet.

(*Mart. Luthero*)?

Tandem audivimus confutationem nostrae confessionis; sed audivimus tantum. Nam ut nobis exhibeatur impetrare non possumus. Sed meo iudicio fit certo consilio sapientum, qui vident eam non satis accurate scriptam esse, et offecturam existimationi Caesaris si prodeat, cui persuaserant, ut eam suo nomine nobis proponeret. Voluerunt Sycophantae theologi λεοντῆν *) illam sibi circumdare, ut essent nobis formidabiliores. Omnes boni viri videntur mihi, audita illa, in nostris partibus facti firmiores, et adversarii, si qui sunt saniores, dicuntur stomachari, quod has ineptias obtruserint optimo Principi Caesari. Nunc expectamus, quid de nobis futurum sit. Caesar quid sentiat ostendit, sed tamen adhuc de pace facienda saniores principes habent consilia. Christus det pacem. Mense Augusto, anno 1530.

No. 823. 6. Aug.

Vito Theodoro.

Epistol. lib. III. p. 263. (edit. Londin. III. ep. 183.) — Nunc ex autographo Melanth. in codice Monac. II p. 605.

Vito Theodoro apud Lutherum.

S. D. Tandem audivimus Confutationem nostrae Confessionis; sed audivimus tantum. Nam ut

*) Coelest. λεονθηκὴν, quod mendosum est.

nobis exhibeatur, impetrare non possumus. Id meo iudicio fit certo consilio[1]) prudentum, qui vident fabriliter scriptam, si prodeat, magis offecturam[2]) causae, et irritaturam ingenia nostrorum.

Ad haec Sycophantae Theologi obtruserunt eam optimo Caesari[3]), ut suo nomine praelegi curaverit. Hanc λεοντῆν suae factioni circumdare voluerunt, ut nobis terribiliores essent. Nunc si prodiret, parum responderet dignitati † nominis" Caesaris.

Boni viri omnes in nostris partibus visi sunt mihi tranquilliore ac firmiore animo esse facti, auditis illis ineptiis. Intelligunt enim nullam apud adversarios religionis scientiam esse.

Quanquam autem qua † in" sententia sit, Caesar ostenderit: tamen adhuc de eo mitigando habentur consilia. *Christus* largiatur nobis pacem. Tota res ab adversariis agitur miris technis ac dolis. Iidem sunt et adversarii et iudices. † Verum τοὺς τῶν κρατούντων φέρειν χρεών." Vale. Die 6. Augusti.

Φίλιππος.

No. 824. 6. Aug.

M. Luthero.

Epist. lib. I. ep. 15. (edit. Londin. I. ep. 12.) Coelestin. T. III. p. 27. — Apographon in Msto Manl. p. 84.

D. Martino Luthero,

S. D. Rariores habemus tabellarios, quam utrique vellemus hoc praesertim tempore, cum est ἐπίτασις nostri negotii. Tandem audivimus confutationem tertia Augusti, et sententiam Caesaris, quae satis aspera est. Nam priusquam legeretur confutatio, Caesar inquit, se in ea sententia, quam ibi perscribi curasset, mansurum esse, et petere, ut idem faciant Principes nostri, quod si nolint facere, se, cum sit defensor ecclesiae, nolle schisma in *Germania* tolerare. Haec fuit orationis summa, quae quanquam esset atrox, tamen cum confutatio esset valde pueriliter scripta, mira gratulatio secuta est lectionem. Nullus *Fabri* liber extat tam ineptus, quo non sit ineptior haec confutatio. *De utraque specie* allegavit historiam de filiis *Heli* manducaturis panem, hinc argumentatus est solo pane decere[1]) Laicos contentos esse. *De Missa* mirabiliter frigida fuit defensio. . . *Ioachimus* rediens ab ea lectione, nam ego non interfui, mihi dixit, valde me errare, qui me usque adeo variis disputationibus cruciarem de causis traditionum. Nihil tale † illis"[2]) in mentem venire posse. Nostri petiverunt exemplum confutationis, sed Caesar respondit, se deliberaturum, utrum esset exhibiturus. Postridie accersit Principes, iterum hortatur, ut in sententiam eant, quae scripta est in confutatione. De exemplo inquit, se ea lege exhibere, ne edatur vel transcribatur. De hac re diu tenuit contentio, tandem dirimunt eam *Moguntinus*, et frater, et *Brunsvigius*. Hi accedunt ad nostros Principes, et iubent omittere hoc certamen, se, ne Caesar vehementius commoveatur, de transigendo toto negotio consilia habituros esse. Itaque confutationem illam nondum videre licuit, et expectamus hodie quas conditiones Principes illi nobis propositturi sint. Habes nostra omnia. Viri boni et sapientes omnes visi sunt mihi erectiore animo esse, audita illa pueriliter scripta confutatione. Nostri ἄρχοντες facilius possent impetrare pacem, si ambirent ipsum Caesarem et saniores Principes, sed mira est negligentia, et, ut mihi videtur, tacita quaedam indignatio, quae ab istis officiis eos abducit. Res tota est ἐν γούνασι θεοῦ, nec regitur ulla humana diligentia. Id interdum stomachor, interdum reputo Deum haec praesidia nobis adimere, ne confidamus nobis. Tu igitur diligenter orabis, ut Deus servet nos, et det pacem reipubl. *Landgravius* valde moderate se gerit, mihi etiam aperte dixit, se pacis retinendae causa etiam duriores conditiones accepturum esse, quascunque sine contumelia Evangelii accipere possit. Vale. 6. Augusti.

No. 825. 6. Aug.

Laur. Campegio.

Coelestin. hist. Comit. III. p. 25. et apograph. in cod. Goth. 190. p. 168.

Ad Campegium Cardinalem excusatio.

Admonitus sum a quodam amico *), ut me R. D. T. purgem, quia sparsus sit rumor, qui ad R. D. T.

---

1) Pez. *iudicio.*
2) Pez. mendose: *obfuturam.*
3) Pez. *Imperatori.*

1) Mst. *deberis.*
2) *illis* recte addit Mst.
*) Fortasse Secretario Campegii, ad quem scripserat Mel. d. 4. Aug.

permanserit, me dixisse, quod R. D. T. dixerit, mirari se stultitiam Germanorum, qui de eucaristia dubitent. Ego vero constanter profiteor, illam vocem aut similem me neque ex [1]) R. D. T. audivisse, neque dixisse unquam [2]). Ac vellem hos, qui de ea apud R. D. T. questi sunt, prius mecum expostulasse; profecto auctorem huius calumniae mihi indicari petivissem. Non opinor mihi longa apologia apud virum sapientissimum [3]) opus esse, qui non ignorat, in absentem impune quidlibet [4]) dici posse. Ego optimo consilio accessi ad R. D. T. implorans ab ea opem atque auxilium periculosissimo tempore, non meae personae sed reipublicae. Et oro, R. D. T. meum hoc consilium in bonam partem interpretetur, nec sinat se adversus nos irritari [5]) cuiusquam calumniis, sed pro sua sapientia pergat consulere paci publicae et multarum gentium saluti. Ego efficiam, ut intelligat R. D. T., me omne studium, omnem industriam, si qua est, ad defensionem ecclesiasticorum dogmatum conferre. Id hactenus me conatum esse, extant testimonia quaedam, quae, si opus sit, facile possim ostendere. (A. 1530, d. 6. Aug. [6]))

No. 826. 6. Aug.

Legati Norinb. ad Senatum.

* Ex Actis Norinberg. p. 149.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — Nachdem wir E. W. geschrieben, was Kais. Maj. den Churfürsten, Fürsten und uns auf die eingegebenen Artikel und Confession des Glaubens halb zu Antwort verlesen hat lassen, dieweil denn gemeldte Churfürsten, Fürsten und wir desselben Abschrift gebethen, — deß Ihre Maj. dazumal in Bedacht genommen und sich darauf zween Tag mit Churfürsten, Fürsten und den Ständen deßhalb beredt und berathschlagt; (so) ist gestern vor dato nach Mittags denselben Churfürsten und Fürsten und uns auf die Pfalz bei Kais. Maj. zu erscheinen angesagt, und als wir erschienen, ist Kais. Maj. zugegen gewest, und hat durch Pfalzgraf Friedrich reden und anzeigen lassen:

Auf der Chur- und Fürsten Begehren wollt Kais. M. Ihren Liebden nächst verlesene Schrift zustellen, und versehe sich Kais. Maj., sie würden sich darauf gutwillig einlassen, und mit den andern Churfürsten, Fürsten und Ständen vergleichen. Doch daß sie mit ihren Gegenschriften Kais. M. verschonen, und sich weiter in Antwort nicht begeben, auch solche und andre Schrift bei ihnen behalten, und außer ihren Handen durch den Druck oder andere Weise nicht kommen lassen wollten, bei der Verwandtniß, damit sie Kaiserlicher Maj. zugethan.

Hat Doctor Pruck von wegen der Churfürsten, Fürsten und verwandter Städt ein Gespräch begehrt, und nach erlangten und gehaltenen demselben Kaiserlicher M. unterthäniglich Dank gesagt, daß J. K. Maj., ihren Churf. und F. Gnaden Begehren nach, Ihren Churf. und F. G., auch den verwandten Städten nächst verlesene Schrift zuzustellen bewilligt. Es wollten auch Ihr Chur- und Fürstl. G., derselben vorigen Erbiethen nach, so viel sie Gott und ihres Gewissens halben könnten und möchten, sich gern vergleichen, mit unterthäniger Bitt, Kais. M. wollt in Ermessung ihrer hohen Nothdurft Ihren Chur und F. G. Antwort zu thun zu und frei lassen. Sie wollten sich auch mit Behaltung der Schrift unverweislich halten.

Da hat Herzog Friedrich abermals geredt: Kais. M. wäre Ihren Liebden die Antwort auch zuzulassen geneigt, mit Begehr, daß dieselbe aufs fürderlichste und mit dem Kurzen geschehe, denn Ihre K. M. zu andern Sachen eileten. Es wäre auch K. M. nochmals der gnädigen und tröstlichen Zuversicht, Ihre Liebden würden sich Ihrer K. M. gethanen gnädigen Ersuchen und Begehren nach hierinnen mit K. M., Churfürsten, Fürsten und Ständen vergleichen. Und wollt J. K. M. demnach ihnen die verlesene Schrift zustellen, doch sofern sie bei ihren Pflichten, damit sie K. M. verwandt, zusagten, dieselbe und andre Schrift bei ihnen zu behalten, und aus ihren Handen nicht kommen zu lassen.

Auf das abermals gegen K. Maj. von wegen seiner gnädigsten und gnädigen Herren auch derselben verwandter Städte sich Doctor Pruck aufs höchste bedankt um Bewilligung der Zustellung verlesener Schrift, auch Zulassung der Antwort; mit Anzeigen, sein gnädigster und gnädiger Herr, auch die verwandten Städte wollten, so viel ihnen mit Gott und ihrem Gewissen

---

1) Cod. *ex.*
2) Cod. *usque.*
3) Cod. *vestram sapientiam.*
4) Cod. *quodlibet.*
5) Cod. *concitari.*
6) Annus et dies a manu recentiore in cod. adscripti sunt. Coelestinus hanc epistolam retulit ad d. 8. Aug.

thunlich, sich gern darin vergleichen, und mit der Antwort, auch Behaltung der Schrift in allweg zu K. Maj. Gefallen, und dermaßen erzeigen, daß es Ihnen Chur- und F. G. unverweislich seyn solle.

Hat Herzog Friederich geredt: Kais. Maj. wäre noch erbüthig, Ihnen Beyden nächst verlesene Schrift zuzustellen und auf dieselbe Antwort zu thun zu lassen; und sollt ihnen also die Schrift übergeben werden, sofern sie zusagten, dieselbe bei ihren Handen zu behalten, und nicht auskommen zu lassen; wo aber nicht, (so) gedächt sich Ihr Kais. Maj. mit ihnen weiter nicht einzulassen.

Drauf Doctor Pruck begehrt, dieweil es nun eben spat, und sein gnädigster und gnädige Herrn je nicht gern Kais. Maj., Königliche Würd, Chur und Fürsten über die Zeit aufhalten wollten, daß Kais. Maj. Ihren Chur- und F. G. bis auf morgen ein gnädig Bedenken zuließen.

Darzu Herzog Friedrich geredt: Kais. Maj. schlüge auch gebethnen Bedacht nicht ab, und damit man von der Sachen käme, wäre Ihrer Kais. Maj. solcher Bedacht auf diesen Abend auch nit zugegen, und sollten denselben jetzo nehmen und beschließlich Antwort geben.

Auf solches sind die Churfürsten, Fürsten und Städte ausgetreten, und hat nachfolgend von der wegen Doct. Pruck geredt: dieweil so hart auf die Zusage die Schrift zu behalten gedrungen, wäre seinen gnädigsten und gnädigen Herrn zu besorgen, so solche Schrift ohne Ihrer Chur- und F. G. Willen oder Wissen auskäme, daß Ihren Chur- und F. G. dasselbe zum ärgsten ausgelegt werden möchte. So hätte man nächst durch etliche Aufzeichniß die vornehmsten Artikel der verlesenen Schrift ungefährlich vermerkt; wären Ihr Chur- und F. G. erbötig Antwort darauf zu geben, daß ihnen doch unnachtheilig, ob sie in etwas irgend vermißten; und bäthen Kais. Maj. unterthäniglich, dasselbe nicht ungnädig oder anderer Meinung zu verstehen, der hohen ihrer Nothdurft halben.

Und als die Kais. Maj. und die Churfürsten und Fürsten wiederum zusammengetreten, (und) sich unterredet, haben der Bischof von Mainz, Churfürst von Brandenburg, Herzog Heinrich von Braunschweig, Herzog Georg von Pommern und Herzog Albrecht von Mecklenburg zu den Churfürsten, Fürsten und ihren Verwandten geredet, sich angeboten, dieweil aus diesem Handel zwischen ihnen und der Kais. Maj. allerlei Irrung entstehen möchte, das ihnen gar nicht lieb, (so) wollten sie gern zwischen Kais. Maj. und ihnen darin gütliche Handlung vornehmen.

Auf welches der Churfürst samt seinem Anhang zu Antwort geben: sie hätten mit der Kais. Maj. keine Irrung, gedächten sich auch mit der K. Maj. keineswegs zu irren, gütlicher Handlung aber in dem Zwiespalt, unsern heiligen Glauben und Religion belangend, wollten sie nicht abschlagen.

Darauf die Churfürsten und Fürsten solches Kais. M. wiederum angezeigt, dabei es auch dießmal blieben, und durch Marggraf Joachim dem Herzog von Sachsen samt seinem Anhang wiederum angezeigt: sie, die Churfürsten und Fürsten wollten auf heut zu 7 Uhren zusammen kommen, vom Handel reden, derhalben einen Ausschuß machen, und alsdann ihn, den Churfürsten und seine Verwandten, gütlich in der Sache zu handeln, auch darzu fordern.

Wiewohl nun dieses allein von wegen K. M. Ausschreibens gemäß zu leben, unsers Erachtens, und darum vorgenommen wird, daß man nicht sagen möge, Kais. M. hätte ihrem Ausschreiben nach zuvor mit diesem Theil nicht gütlich gehandelt: so bedenken wir doch, wie wir aller Gelegenheit nach für unzweifenlich halten, K. M. werde auf vorigen, der Päpstischen Rathschlag und Meinung entlich beharren, und den Gegentheil keineswegs weiter hören, noch mit ihnen (sich) einlassen; darnach sich E. W. dennoch auch mit der Zeit richten möge. Dat. Sambstag 6. Augusti zu Mittag anno XXX.

Kreß.
Volkamer.
(Bernhardt) Paumgartner.

No. 827. (eodem fere temp.)

(Scheda Melanthonis.)

Ex autographo Mel. in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 37. no. 2.

(Fragmentum scripti Melanthonis.)

Von der Lahr, in genere, das ist gewiß, daß unsre Artikel in effectu die fürnehmen approbirt sind. Ob schon etlich Zusätz daran gehängt sind, so sind doch die unsern nicht verworfen. Doch mag man sich erbiethen, man wolle mit unpartheiischen, verständigen Leuten davon reden lassen. So sie dasselbig auch wollten thun, möcht man sich vergleichen.

Interrogentur et alii.

No. 828. 8. Aug.

Vito Theodoro.

Epistol. lib. III. p. 264. (edit. Lond. III. ep. 184.) Nunc ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 406.

Vito Theodoro apud Lutherum.

S. D. *Islebius* scribit *Luthero* miram quandam historiam de quodam *Spirensi* spectro *). Res et diligenter inquisita et explorata, maximeque ἀξιόπιστος. Nec est difficilis interpretatio prodigii, praesertim si verum est, quod aiunt[1]), respondisse illos impostores Spiritus, se *Augustam* ad Conventum proficisci. Nam hic[2]) consilia pacis turbare conabuntur. Sed *Christus* respiciat et defendat nos adversus Diaboli crudelitatem.

Nihil adhuc certi de exitu Conventus polliceri possum. Nam res trahitur utrinque disputationibus parum facientibus πρὸς ἔπος. Talis est aulae philosophia, longe dissidens a nostris opinionibus.

Valde peccamus, mi *Vite*, quod in aulam importamus θεολογίαν· quare nihil in vita unquam ardentius optavi, quam ut me quamprimum ex his[3]) aulicis deliberationibus prorsus vel cum magno meo incommodo expediam. Vale. Die 8. Augusti.

Φίλιππος.

No. 829. 8. Aug.

M. Luthero.

Epist. lib. I. p. 17. (edit. Lond. I. ep. 13.)

D. *Martino Luthero.*

S. D. Postquam non destitit Caesar petere, ut nostri irent in sententiam scriptam in *Fabrili* confutatione, et nostri contra contenderunt, ut exhiberetur nobis exemplum confutationis, neque finis apparuit eius certaminis: quidam Principes hortati sunt, ut omitteremus illud certamen, et polliciti sunt, se inituros rationem pacis faciendae. Haec significavi proximis literis. Ecce postridie *Landgravius* abit clam omnibus, reliquit tamen hic mandata. Caesar statim accersit nostros, et petit ne discedant, praesertim postquam Principibus permiserit, ut de componendo negotio nobiscum agant. Visus est aequum postulare Caesar. Quare nostri respondent, se inconsulto Caesare nunquam abituros esse. Ego de *Landgravii* consilio nihil affirmare possum, sed videtur commotus indignitate actionum spem pacis abiecisse. Quanquam, ut dicam, quod sentio, suspecta mihi in eo simulatio moderationis in talibus negotiis hic fuit. Nunc Principes illi nihil adhuc egerunt, quod magnopere ad pacem facturum videatur. προοίμια fuerunt de Caesaris voluntate petente serio auxilia. *Marchio* omnia ῥητορικῶς exaggeravit, ad absterrendos nostros ab hoc doctrinae genere. An praeterea ad aequas conditiones descensuri sint, nondum scimus. Monachorum *Spirensium φάσμα*, de quo scribit *Islebius* *), plane significat horribilem tumultum. Vale felicissime. 8. Augusti.

*) Rem prolixe carmine descripsit *Sabinus*, cuius carmen dedit etiam Coelestin. in hist. Com. P. III. p. 50.

1) Pez. *diceunt*.

2) Pez. *hinc*.

3) Pez. *istis*.

No. 830. 8. Aug.

Frid. Myconio.

Edita in Coelest. Hist. Comit. Aug. III. p. 27. Apograph. in cod. Mehn. I. ep. 198.

D. *Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae,*

S. D. Sex totis septimanis *Eccius* et *Faber* elaboraverunt in *Confutatione nostrae Confessionis* adornanda. Postquam fuit absoluta, Caesar eam suo nomine proposuit, et hortatus est Principes nostros, ut eam adprobarent, abiecta doctrina nostra. Neque tamen impetrare potuimus, ut nobis exhiberetur exemplum: ac videtur nostris scriptum illud certo consilio + prudentum" premi, ne emanet, quia vident, *Fabriles* ineptias esse obtrusas optimo Imperatori. Mihi crede, lecta Confutatione multi boni viri facti sunt erectiore animo, posteaquam audiverunt, adversarios adeo prorsus nullam habere Christi notitiam. Et dubitari non debet, ecclesiam ibi non esse, ubi ignoratur Christus. Ita res adhuc pendet. Cae-

*) Vid. Coelestini hist. Comit. August. T. III. p. 80.

sibi petit, ut ritus Romanos recipiamus. Nos offerimus nos, si quae conditiones aequae proponantur, in aliis rebus libenter obsecuturos voluntati imperatoris. Principes igitur nonnulli spem transactionis ostendunt. Vos orate, ut fortunet nostra negotia. Christus donet nobis pacem. Vale feliciter. 8. Augusti 1530.

Philippus Melanthon.

No. 831. 8. Aug.

Brentius ad Myconium.

† Ex apogr. in cod. Mehn. I. p. 75.

Io. Brentius Friderico Myconio.

Salutem in Christo. Fuerunt mihi, amicissime mi Friderice, etiam tuae literae gratissimae, quae videbantur candidum tuum animum in me declarare. Constet igitur inter nos mutua benivolentia nunquam finienda.

De rebus comitiorum nihil certi tibi scribere licet, nisi quod omnia videantur exitium Germaniae minari. Respondit Imperator suo nomine nostrae confessioni, et tamen responsionem nostris principibus in scriptis libere dare recusat. Id quod non mirandum est. Mediocriter Caesar cogere conatur principes ad subscribendum suae fidei; quam tamen non audet ipsis communicare. O mirabilis fides, adeoque talis est, ut, si eam reciperemus, supplici (duplici?) papatu obrueremur. *Landgravius* Hessiae clam discessit, et post eius abitum portae urbis militibus ad aliquot horas per Caesarem munitae sunt. Existimabat enim Caesar, *Landgravium* adhuc praesto adesse. Sed abierat ille ignotus. Quid ea res nobis boni vel mali allatura sit, Deus novit. Tu cum ecclesia interim orabis, ut Deus derideat tumultum gentium et principum huius mundi adversus Christum. Amen. Vale, ex Augusta, 8. die Augusti, anno XXX. Salutat te Erhardus *Snepfius*, qui scribenti mihi has literas assidebat.

Tuus *Brentius*.

No. 832. 8. Aug.

Legati Norinb. ad Senatum.

† Ex Actis Norimbergi p. 174.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — Wiewohl es an unserm Fleiß nicht mangeln soll, der Päpstischen Antwort auf die Apologia gegeben eine lautere vollkommene Abschrift zuwegezubringen: besorgen wir doch, die werde weder dem Churfürsten v. Sachsen noch uns, aus Ursachen in der vorigen Post angezeigt, zu Handen kommen, außer deß, so Joachim Camermeister und andre gemerkt und begriffen haben und noch erfahren mögen.

Gestern Sonntags frühe zu acht Hora seyn der Churfürst v. Sachsen, seine mitverwandte Fürsten, deßgleichen Reutlingen und wir in die Capitelstuben erfordert worden. Allda ist der verordent Außschuß von gemeinen Reichsständen gewesen, nämlich der Bischoff von Mentz, der Churfürst von Brandenburg persönlich, und der andern Churfürsten und Fürsten Bothschaften und Räthe, auch von der andern Fürsten von wegen Österreich Herr Georg Truchseß, der Bischoff von Salzburg, Herzog Georg von Sachsen, der Bischoff von Speyer, Herzog Heinrich von Braunschweig, Bischoff von Straßburg, Herzog Albrecht von Mechelburg, des Marggrafen von Baden Bothschaft, Graf Martin von Oetting, der Abt von Weingarten, und der Thumbpropst von Bamberg. Und hat Marggraf Joachim, Churfürst, von wegen gemeiner Reichsstände eine lange zierliche Rede gethan, ungefährlich der Meinung: sie, die Chur und Fürsten und von Städten, müßten sich ohne Zweifel noch wohl zu erinnern, was Begehren sie vergangener Tag vor der Kais. Maj. gethan hätten, die verlesene Schrift, unsern heiligen christlichen Glauben und Religion belangend, ihnen zuzustellen; was auch darauf von K. M. für Antwort gefolgt und nachmals daraus erwachsen wäre, daß Ihre Liebden und die Städte in der Sach sich freundlich und gnädiglich zu unterreden und darin zu handeln bewilligt hatten, aber auf Ihr Erfordern jetzo erschienen wären; deß sie sich Ihrer Lieb halben ganz freundlich und gnädiglich bedanken. Dieweil denn K. M. gemeldte Schriften und Vorhalt für gegründet und dem heiligen Evangelio gemäß gestellt achtet: so wäre Ihr, als Ihrer der Churfürsten und Fürsten gütlich und freundlich Gesinnen und der Städte halben gnädigs Begehren, sie wollten in Ansehung des hochwichtigen Handels sich dermaßen erzeigen und finden lassen, damit solcher Zwiespalt im heiligen Reich teutscher Nation zu Einträchtigkeit eines christlichen Glaubens möcht gebracht werden, und dabei erwägen, wo solcher Handel in Weitläufigkeit kommen, und sie sich mit der K. M. und den Reichsstän-

den nicht vergleichen sollten, was Unraths, christlichs Blutvergießens, Verderbung Land und Leut, Beschwerden ihrer Unterthanen, Gefährlichkeit und Nachtheil ihrer selbs Personen und zu ganzem Abfall gemeines teutschen Lands daraus erfolgen möcht, was auch die unteutschen und frembden Nationen, mit ihrer Hülf gegen Kais. M., darzu reizen würden. Sollichs alles zu verkommen, wollten sie Ihre Liebden und die Städt gütlich erinnert und gnädiglich gebethen haben, sich dergestalt, wie vor gemeldt, zu erweisen, mit ihnen einzulassen, dadurch man zu Friede und einträchtigem Wesen kommen möcht, darin sie ihren möglichen Fleiß nicht sparen wollen. So sie aber dafür wollten achten, daß solche Irrthumen im Glauben aus etlichen Mißgebräuchen und Uebertretungen der Geistlichen herfließen sollten, (so) wären die Geistlichen erbötig, und sie samt mit ihnen, davon reden zu lassen, dieselben zu bessern und abzustellen, also, daß an ihnen nicht Mangel erscheinen sollt, alles mit längern und mehr Worten, wie dieß von ihm geredt worden.

Auf solche Rede ist der Churfürst von Sachsen samt den Fürsten and uns Städten ausgetreten, sich unterredt, und gemeldten vom Ausschuß wiederum anzeigen lassen, mit Danksagung ihres freundlichen Erbietens; weil es aber spat auf den Abend, und diese Sach nicht geringschätzig wären, so erforderte Ihrer Chur und F. G., auch der Städte Nothdurft, sich darauf zu bedenken und zu berathschlagen, damit sie dester stattlicher möchten Antwort geben, welches sie aufs fürderlichste thun wollten, und, so sie damit fertig wären, solchs wiederum wißlich machen. Und stehet nun darauf, daß wir von den Städten zu den Churfürsten und Fürsten sollen gefordert werden, die Antwort, wie man sich mit den Verordenten vom Ausschuß woll einlassen, zu bedenken und zu beschließen.

Und nachdem der Landgraf Philipps zu Hessen am nächsten Sambstag zu Abends vergangen, unwissend aller Stände des Reichs, des Churfürsten von Sachsen, und unserer, auch ohne Erlaubniß Kais. Maj., sich ungefährlich mit fünf oder sechs Pferden von Augspurg gethan, und nachfolgends in derselben Nacht etlicher Maß ein Gelauf und Unruhe in der Stadt worden, also, daß die Thore bewahrt, und mit gewappneten Leuten besetzt gewesen: hat Kais. Maj. die Churfürsten, Fürsten und Städte, so dem Evangelio anhängen, an gestern Sonntags nach Mittag auf die Pfalz erfordert, und als wir erschienen nach lang gehaltenen Rath zu Ihrer Maj. eintreten, und durch Pfalzgraf Friedrichen anzeigen lassen: wie Kaiserlicher Maj. Achtens uns unverborgen wäre, daß Landgraf Philips von Hessen sich [illegible] gethan hätte. [illegible] der Landgraf [illegible] jüngst [illegible] Freitag [illegible], Herzog [illegible] [illegible] sollt ihm bei K. M. [illegible] Sachen halben, [illegible] er, Herzog [illegible] bei K. M. [illegible], so wäre ihm doch zu Antwort worden, wie daß K. M. mit andern merklichen Geschäften beladen, und könnt ihm ehe nicht (als) bis auf jetzigen Sonntag Audienz geben. Darauf hätte der Landgraf gesagt, seine Sach litt so lang nicht Verzug, darum wollt er ihn, Pfalzgraf Friedrichen, [illegible] gebethen haben, Kais. Maj. weiter anzuzeigen, daß die [illegible], (des) Landgrafen, Gemahl tödtlich krank wäre; die hätt ihn zu ihr zu kommen eilends erfordert, und wollt ihm nicht gebühren, außen zu bleiben, und bäth K. M. unterthäniglich, ihm zu dieser Heimreise gnädige Erlaubniß zu geben. Aber K. M. hätt ihme, Landgrafen, aus merklichen beweglichen Ursachen sollichs abgeschlagen, mit Anzeig, wie ander Churfürsten, Fürsten und Stände auch dergleichen an K. M. gesonnen, und ungezweifelich auch Anliegens hätten. Es wär aber sollichs Abreisen durch seine Maj. niemands erlaubt worden in Betracht der vor Augen wesenden wichtigen Sachen dieses Reichstags. Ueber sollichs und wider Kais. Maj. Willen, Wissen und Erlaubniß hätt sich (der) Landgraf ganz unbillig und zu Unzeiten von dannen gethan, und Kais. M. müsse es dafür halten, daß (der) Landgraf durch sein Abreisen geneigt und Willens wäre, Zertrennung dieses Reichstags zu verursachen. Wäre doch seiner Maj. gnädigs Begehren und Bitt, die Churfürsten, Fürsten und Städte, wollten sich des Landgrafen Vondannenthums nicht irren lassen, und nichts desto minder treue Förderer seyn und helfen, damit zu einem fruchtbaren Abschied dieses Reichstags gehandelt würde. Das wollten K. M. in Gnaden erkennen.

Darauf haben unser Theil durch Doct. Brucken nach gehabtem kurzen Bedacht wiederum Kais. Maj. vortragen lassen, daß Churfürsten, Fürsten und die Städt des Landgrafen Abreisen nicht gern gehört, trügen auch deß kein Gefallens, und wär ihrenthalben ganz unwissend beschehen; und so sie es gewußt, wollten sie ihm es treulich widerrathen haben. Doch achteten sie es dafür, (der) Landgraf würde ohne merkliche Ursache nicht abgeritten seyn, ungezweifelt er würd sich deßhalb verantworten. Dieweil er dann seine Räthe hie gelassen, die Macht hätten, an seiner Statt zu handeln und zu beschließen, so versähen sie sich, es sollt K. M. sollich sein Abreiten zu desto kleinern Mißfallen reichen. So wollten sie, die Churfürsten, Fürsten und Städte, unan-

geschehen des Landgrafen Abreisen, legt Kais. Maj. den Seinen aufs treulichste und so viel ihnen immer möglich, zu einem richtigen, nützlichen und guten Abschied dieses Reichstags helfen fürdern. Denn so sie deß nicht gesinnet gewesen, wollten sie sich nicht so zeitlich darzu geschickt und so viel Unkosten erlitten haben mit Erbietung aller gebührlichen Unterthänigkeit.

Es haben auch unsre Parthei alsbald darauf K. M. anzeigen lassen, wie sie stattlich angelangt hab, daß das Thorsperren und die Unruhe, davon obgemeldt, ihrethalben soll beschehen seyn. Dieweil denn sollich Vornehmen zu anderm Unrath Ursach geben möcht, so bäthen sie, Kais. Maj. wolle dies und dergleichen hinfüro gnädiglich verhüten. Denn sie wären hie als gehorsame Stände des Reichs Kaiserlicher Maj. zu Ehren und dem gemeinen Reich zu Gutem, und wäre ihnen ganz beschwerlich, ichts sollichs zu gewarten.

Darauf hat K. M. wiederum reden lassen: diese Ordnung mit Bestellung der Thore sey ihrer, der Churfürsten, Fürsten und Städt halben gar nicht beschehen; sollen auch denen, so ihnen sollichs angetragen kein Glauben geben, sondern sie, wie sie wären, bleiben lassen. Es habe aber gestern Samstags ein Trabant mit einem andern ein Unwill gehabt, und einander beschädigt; deßgleichen etliche desselben Tags zu Abend etliche unbekannte und verdächtige Personen unter ein Thor zum Auslaß kommen, und mit Gewalt heraus gewollt. Das hat Kais. Maj. zu der Verwahrung der Thor geursacht, und anders nichts, und wo es die Nothdurft erheischen wird, gedächt Ihr Maj. mit Wissen Ihrer und anderer Stände dergleichen Ordnung um Frieds willen mehr vorzunehmen, und sie sollten sich des je nicht irren noch anfechten lassen.

Daß dann die Churfürsten, Fürsten und Städte, des Landgrafen Wegreitens ungeachtet, weiter mit treulicher Handlung zu verfahren erböthig wären, und hätten seines Abreitens kein Wissen gehabt, das höre K. M. gern; und käme Ihr zu sonderm gnädigen Gefallen, wolle sich auch solches zu ihnen als getreuen Reichsständen getrösten und mit Gnaden bedenken.

Es ist auch weiter durch Churfürsten, Fürsten und Städte gebethen worden, daß K. M. wolle gnädiglich ansehen den langwierigen schweren Kosten, den sie litten, und derhalb die Sachen zum Ende und Beschluß zu handeln; deß sich auch Kais. Maj., so viel sich immer leiden möcht, gnädiglich zu thun erbothen.

Item, was obgehörter Ursachen des Thorverwahrens halben durch Kais. Maj. anzeigt worden seyn, achten wir allein für Scheinursachen, und vermuthen uns, daß K. M. und die andre Widerparthei allein Sorg gehabt, die Evangelischen Stände möchten alle verrucken. — — — —

Dat. Montag den achten Augusti, 3 Stunden nach Mittag anno XXX.

Kreß und
(Bernhardt) Baumgartner.

No. 833. 11. Aug.

Iidem ad eundem.

† Ex Actis Norinberg. p. 181.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

Günstig lieb Herrn. Wie wir E. W. bei nächster Post des Ausschusses der von Churfürsten, Fürsten rc. gethane Werbung, Ermahnung und Erinnerung, daß sich unser Theil noch auf ziemliche Mittel und Wege in des heiligen Evangelions Sache lenken und weisen lassen wollten, Unrath zuvorzukommen, darauf unser Theil, als in einen wichtigen Sachen, was dem Ausschuß zu antworten wäre in Bedacht genommen, in Schriften zu erkennen geben haben: seyn demnach der Churfürst von Sachsen und desselben anhängige am nächsten Montag vergangen wieder zusammenkommen, zu berathschlagen, was dem Ausschuß für Antwort gegeben werden solle. Also hat Doct. Pruck einen Begriff in des Churfürsten Namen verfaßt, welcher Maßen S. Chf. G. die Antwort zu stellen vermeinet verlesen, und nach Verhörung derselben haben die andern Fürsten, Grafen und wir, die Städte, jeder insonderheit, davon geredt, und ist im besten bedacht, daß die gestellte des Churfürsten Antwort etlicher Maßen geändert und gebessert werden sollt; wie denn solche Aenderung und Besserung durch einen sondern Ausschuß, darein ich, Kreß, geordnet gewesen, auch beschehen und die Antwort verfertigt worden ist, wie wir E. W. hie neben liegend beschrieben zu vernehmen übersenden. Sollich unser Antwort hat Doct. Pruck von unser, der Evangelischen aller wegen, und in unser aller Beiseyn, außer des Churfürsten von Sachsen, am vergangenen Dienstag*) aufm Haus vor obgemeldtem Ausschuß, die eigner Person zugegen gewesen, mit einer vorgehenden mündlichen Entschuldigung, warum wir unsre Antwort schriftlich und nicht mündlich thäten, verlesen. Darauf sich die Churfür-

*) d. 9. Augusti. Habes hoc scriptum apud Chytraeum p. 224., Muellerum p. 716. et Walchium in opp. Luth. XVI. p. 1652.

sten, Fürsten ꝛc. vom Ausschuß unterredt, und uns durch den Churfürsten von Brandenburg wieder sagen lassen, wie ihre jüngst beschehene Handlung und Ermahnung ganz freundlicher treuer und gnädiger Meinung gegen unsern Theil beschehen wäre; ermahnten und erinnerten uns noch, uns derselben ihrer Bitt und Gesinnung nach freundlich und gutwillig zu erzeigen. Daß wir uns aber beschwerten, wie sie jüngst unter andern gemeldt, wo wir uns mit Kais. Maj. und andern Ständen nicht verglichen, was Unraths, christlichs Blutvergießens daraus folgen möcht, das sollten wir für einige Bedrohung oder Nachtheil, die uns von K. M. und den Reichsständen zu gewarten seyn möcht, gar nicht verstehen. Denn K. M. und die Stände sämtlich wären ungezweifelt nicht darzu, sondern zu Frieden und Einigkeit geneigt. Daß sie aber jüngst von Unrath und Blutvergießen, wo sich die Sach im heiligen Glauben zerstoßen sollte, geredt hätten, das wäre durch sie nicht anders geredt noch gemeinet, denn daß der gemeine Mann wiederum, wie vormaln, unruhig und zu Empörung bewegt werden möcht. Also sollten wir es auch noch, und andrer Gestalt nicht vermerken. Und wie wir in unsrer Schrift bäthen und begehrten, daß sie als Unterhändler sollten Mittel und Wege vorschlagen, dadurch der Handel zur Ruhe und Einigkeit gelangte, wüßten sie kein ander Mittel denn wie sie jüngst gemeldt, daß K. M. und sie, die Stände, ihre Antwort und Wiederlegung, auf ihre übergebene Schrift gethan, für christenlich und im heil. Evangelio gegründet achteten und hielten. Wo wir uns nun derselben gemäß erzeigen wollten, wären leichtlich fruchtbare Mittel zu finden. Doch wollten sie von uns von Mitteln und Wegen hören reden, und die, so wir ungefährlich vorschlägen, Kaiserlicher Maj. anbringen, und wo die auf leidlich Maß gestellt, bei K. M. zu erheben allen möglichen Fleiß fürwenden, und an ihnen nichts erwinden lassen.

Auf sollichs haben Churfürsten, Fürsten und wir nach gehabtem Gespräch dem Ausschuß durch Doct. Brucken wiederum vortragen lassen: daß wir auch gesinnt und geneigt wären, so viel uns unsrer Gewissen halben immer verantwortlich, und dem Worte und Ehre Gottes unverletzlich wäre, willig und gern zu weichen, und uns zu Fried und Einigkeit zu lenken. Doch so gebühret ihnen, als Unterhändlern, auf Mittel und Wege zu gedenken, und vorzuschlagen. Die wollten wir von ihnen vernehmen, und uns aller Gebühr weisen lassen.

Hierauf hat ihm der Ausschuß wiedermals ein Bedacht genommen, bis auf Mitwoch 10. Augusti, und seyn wieder zusammen kommen. Was sie aber berathschlagt, und uns wieder vorhalten, werden wir erst von ihnen noch hören. — — — Dat. Donnerstag den XI. Augusti des Morgens am Thoraufsperren 1530.

Kreß und
(Bernh.) Baumgartner.

No. 884. 12. Aug.

Erasmus ad Melanthonem.

Edita in Strobelii Beyträgen zur Literatur, Vol. II. p. 471.

(*Erasmus Roterodamus ad Phil. Melan.*)

Eodem die, quo miseram conductum γραμματοφόρον, a prandio venit *Stibarus*, iuvenis totus aureus. Video rem plane tendere ad bellum, adeo minaces libellos mittunt Ecclesiastae, nec satis tamen inter se concordes. Suspicor Caesarem non abiturum nisi confectis rerum prooemiis. Constans rumor est, Hessorum Principem sese clanculum —. Basileenses edixerunt, ut Canonici, si quid rerum habent intra aedes suas, auferant intra dies octo. Haec quid aliud sunt quam belli praeludia. Nobis, mi Philippe, tantum licet optare optima. Pontifici spectaculum non ingratum exhibebunt Germani sese mutua laniena conficientes. Bene vale. Die 12. Aug. 1530.

No. 885. (eod. temp.)

Consilium Mel. de concordia facienda.

† Ex autographo Melanth. in Actis Comit. Aug. in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 37. no. 2. ubi tamen folia disiecta sunt (fol. 116. et 170.). — Scripsit Melanthon, quid sibi videretur agendum cum adversariis, concordia frustra quaesita. Ergo fere d. 11. vel 12. Aug. haec scripta sunt. Sequuti sunt Evangelici eius consilia; et docet eorum responsum d. 13. Aug. datum.

(*Consilium Mel., quid respondendum sit Catholicis de concordia facienda.*)

So die Widerpart nicht andre Mittel weiter wollt vorschlagen, würde kein Handel so wir auch nicht wollten Mittel vorschlagen, und doch nicht gut ist, daß wirs an uns fehlen lassen. Darum wäre gut, daß wir Weg anzeigten.

1. daß man von beider Part etlich, zu Frieden geneigt, setze, die von der Lahr und Ceremonien sich vergli-

chen. Sed quid prodest ista via, cum adversarii tamen nunquam volent accipere nostras caeremonias.

2. Diweil nicht zu hoffen, daß die Widerpart halte, wie wir, und wir doch keinen unrechten Artikel im Glauben halten, daß sie dem Frieden zu gut diese Aenderung, so bei uns vorgefallen, bis auf ein Concilium tolerirten, diweil doch solche Aenderung iuri divino nicht entgegen ist, sonder allein wider etlich beschwerlich Satzung des Papsts. Denn ob man schon wollte gern folgen, wäre nicht möglich, alles in alten Stand zu bringen.

3. Ich halte aber, daß förderlich und gut seyn sollt, wenn man klar ausdruckt: diese Stück bitten wir uns nachzulassen: utramque speciem, coniugium sacerdotum et religiosarum personarum, unsre Meß. In andern Stücken ungefährlich wollten wir uns gern halten wie sie, wollten auch den Bischoffen ihre Jurisdiction nicht hindern zc. Davon kann man in Handeln reden. De missa werden sie auch eine disputatio einführen; da müssen wir uns nicht wegern von zu disputiren. So man*) erhalten möcht, daß man uns utramque speciem und coniugium sacerdotum nicht verbiethe, so blieb unsre forma ecclesiae.

Darum acht ich sey zu arbeiten auf diese zwei Stück. Denn sollte man utramque speciem wieder verbiethen, so werden große mächtige offensiones vorfallen, daß viel Leut nicht wollten communiciren, wie denn bis anher an etlichen Orten geschehen. So können wir auch nicht willigen in solch Verboth.

Auch sollten wir willigen, die ehelichen Priester a ministerio abzusetzen, wo wollten wir Priester nehmen, und sollt billig der K. (Kaiser) bedenken, daß leidlicher wäre, diese Pfaffen bleiben lassen, denn die religio bei uns gar vertilgen.

Von der Lehr acht ich werde der Kaiser nicht disputiren. So sind unsre Artikel an ihnen selb alle concedirt in der Confutatio, allein sind etliche viele calumniae daran gehängt.

Von der Meß merk ich ist nicht möglich etwas zu erheben. Darum laß man den Kaiser davon mandiren. Es werden sich doch wenig bei uns unterstehen privatas missas zu halten.

Von Klöstern acht ich auch werden wir nicht erheben. Was nu der Kaiser damit machen wollt, müssen wir geschehen lassen.

*) His verbis incipit alterum folium p. 270.

Ich wollt, daß die Fürsten willigten, was der K. vorhält, oder doch sich vernehmen ließen, dem K. nicht zu wehren, Execution zu thun. Denn was wollen doch die Fürsten mit diesen Sachen zu thun haben, deren sie sich gar nicht annehmen, und gilt ihnen eins so viel als das andre. Auch gedenken sie nichts drob zu leiden, sonder sich mit Gewalt aufzuhalten, das doch viel ärger ist, denn dem K. zu weichen.

No. 836. (h. temp.)

Pagella Melanth.

† Pagella Melanthonis in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 37. no. 2. — Pertinet ut videtur ad actiones de concordia facienda mense Aug.

Die unverglichen Artikel, so in der Confessio ausdruckt sind, müssen namhaftig gemacht werden, und derselbigen werden etwas viel, und muß diese Clausel dazu gesetzt werden, daß dieser Theil dieselbigen für recht und christlich halte.

Aber die andern, so nicht namhaftig gemacht und doch streitig sind, und doch die Händler*) bedächten, daß die selbigen nicht namhaftig sollten gemacht werden, muß dennoch ein gemeine Clausul angehängt werden also, daß hiemit nicht sollen für verglichene Artikel angezogen werden, ob etlich mehr Artikel streitig sind, die aus diesen oberzählten in rechter Consequenz folgen. Item andere mehr so auch streitig sind und doch der überantworten confessio nicht entgegen sind.

No. 837. (fortasse h. temp.)

Iudicium de monasteriis.

† Ex apographo in Tabul. Vinar. Reg. N. fol. 452. ubi in scriptio in tergo declarat Melanthonis iudicium esse. — Quo tempore scriptum sit certo definiri non potest. Fortasse in Comitiis Augustanis, ubi de restituendis monasteriis multum disputabatur.

(*Mel. de monasteriis restaurandis.*)

1. Utrum princeps debuerit monasteria restaurare, et curare ut iterum ibi Monachi servarent suos ritus et cultus?

Et Iura concedunt patrono ut malos cultus prohibeat.

*) Unterhändler.

2. Wer hat sich zum Gütern sollen halten und sich derselbigen annehmen?

Patronus. Etiam de iure.

Solutio et obiectio: quod illa bona fuerint relinquenda aliis monachis, quia divini sint ordinis.

Respondetur: Illi voluerunt instituere cultus impios. Item practitassent contra patronum et turbassent pacem. Propterea nullo modo fuerunt recipiendi alii Monachi, nec fuit permittendum, quod ordo occuparet. Item, etiam si illa bona sint ordinis, tamen de iure ordo debet eis uti ad ecclesiarum utilitatem in loco fundationis. Nec sunt ita ordinis, quod ordo possit transferre.

3. Was sollt man mit thun?

Respondetur: Debent ad ecclesias et scholas conferri, sicut opus est. Hoc est de iure. Et est de mente fundatorum et voluntates testamentariorum.

Ista mediocriter amplificentur.

4. An licuerit Principi, inde aliquid sumere, et aliis donare?

Respondendum: Quod si maior pars conferatur ad ecclesias et scholas, princeps excusatur auferens aliquid ad alios usus. Quia etiam iura concedunt patrono in his bonis aliquid, si propter rem publicam habet opus. Dat egentibus monachis, sustinet pericula propter coniugia Monachorum, facit sumptus propter eos. Ambrosius vendidit calices ad redimendos captivos etc.

Et mirum esset, quod solus noster princeps nihil posset recipere ex istius (istis?) bonis, qui propter Monachos sustinet pericula, et vere defendit miseros sacerdotes et ecclesias, cum alii omnes rapiant inde quantum libet, et alii non defendunt ecclesias, nihil volunt pati propter necessitatem coniugatorum etc.

Sed non vellem de scandalo in fine concludi.

No. 887 b. 18. Aug.

(Fragmentum Mel.)

Responsum Principum Protestantium ad ea, quae Catholici d. 11. Augusti proposuerant, satis prolixum habes in opp. Lutheri Germ. Witeb. IX. p. 447. Ien. V. p. 277. Altenb. V. p. 230. Lips. XX. p. 213. Halens. XVI. p. 1639. apud Chytraeum p. 229. (apud Coelestin. III. p. 30. latine) et multo accuratius apud Muellerum p. 727. qui illud hausit ex Tabular. Vinar. — Melanthonem non esse auctorem huius scripti, ut nunc legitur, persuasum mihi est, nam forma eius prodit hominem aulicum, neque a vero aberrare mihi posse, si statuo, Gregorium Pontanum, Cancellarium, hoc scriptum composuisse. Sed illum usum esse Melanthonis opera, docet folium autographon Melanthonis, quod est in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 87. no. 2., et continet partem aliquam huius scripti. Si Melanthon totum conscripsisset, eius scriptio haud dubie in actis servata fuisset. Putavimus igitur hic nihil operibus Mel. inserendum esse nisi quae illud folium autographon habet.

Fragmentum Melanthonis.

Wollten wir in Sachen Gottes Ehre und den heiligen christlichen Glauben belangend nicht gern wissentlich wider Gottes Wort handeln, und unser Gewissen mit Verfolgung der Wahrheit beschweren. Zweifeln derhalben nicht, wir haben hierin durch Gottes Gnad ruhiger Gewissen denn etliche, so diese Lahr verfolget, und die Prediger verjaget, so doch [1]) diese Sach nie dermaßen, wie sich gebühret, verhöret oder gehandelt worden ist. So lassen wir auch [2]) unsre Gewissen nicht auf unserer Prediger Person, sondern nachdem wir befunden [3]), daß ihre Lahr in Gottes Wort gegründet, haben wir uns gescheuet, darwider zu fechten, und thun das noch, dieweil wir uns schuldig erkennen, Gottes Wort zum höchsten zu ehren und zu fördern. Zudem haben wir in unser Bekanntniß angezeigt, daß wir keinen Artikel des Glaubens halten, oder zu lehren gestattet haben, der heiliger Schrift oder den Concilien und Vätern entgegen seyn sollt. So haben wir uns nicht [4]) von des Reichs und der heiligen Christenheit Einigkeit gewendet, dieweil wir treulich und vest ob allen Artikeln des heiligen christlichen Glaubens halten, und die zum rechten Verstand der Apostel und Väter wiederum bringen [5]), und ist öffentlich, daß sie dermaßen bei uns gelehret werden, daß auch die Widerpart nunmals sich in viel Sachen derselben Lehre vergleichet, und schicklicher lehret [6]).

1) verjaget, so doch] libri: verjaget, und der Wahrheit nicht statt geben wollen, indem daß

2) So lassen wir auch] libri: Lassen aber dieselben

3) befunden] libri: befinden.

4) Zu dem haben wir in unserer Bekanntnis etc.] Pro his libri post „zu fördern" ita pergunt: Und alles das dem zuwider, oder nicht gleichförmig gepredigt oder gehandelt wird, darüber machen wir uns Gewissen, allermeist, so das durch uns sollte bestätiget, gevolbordet oder zugelassen werden. Und wäre zum höchsten wider unser Gewissen, daß wir einigen Artikel des Glaubens, der heiligen Schrift oder den Concilien der Väter zu entgegen halten oder predigen lassen sollten. Und haben uns also nicht etc.

5) bringen] libri addunt: und also rechte und wahrhaftige Einigkeit der Kirchen zu erhalten durch Zulassung des Worts Gottes fleißig gefördert haben.

6) lehret] libri mendose: gelehret.

dann zuvor je. Daß wir aber nicht alle Mißbräuch billigen, werden wir durch Gottes Wort gezwungen, und sind allzeit erböthig gewesen, davon Ursach anzuzeigen [7]).

No. 838. **13. Aug.**

Christ. a Stadion.

Select. epist. p. 517. Epistol. lib. I. p. 168. (Edit. Lond. I. p. 64.) Coelestin. T. III. p. 27. — Contuli apographa in cod. Goth. 190. p. 8. cod. Goth. 28. p. 179. et cod. Basil. 39. p. 22.

Episcopo Augustano, Christophoro a Stadion

S. D. Multo ante intellexi te [1]) in deliberationibus de Ecclesiasticis controversiis moderatissime loqui. Quanquam autem cupiebam tibi causam nostram commendare, et meam de tota re sententiam exponere, ut melius intelligi possit, me inprimis cupidum esse pacis, tamen habui certas causas, quare non ambiverim colloquium tuum, quod fama nostri congressus videbatur aliquid incommodi habitura, et sic statuebam magnos et sapientes viros, inter quos [2]) merito te numeramus, sua sponte ad bene faciendum esse accensos. Nunc tamen duxi ad te scribendum esse, primum, ut intelligeres beneficium tuum apud gratos homines collocari; deinde, ut cognitis nostris voluntatibus negotium fiat facilius, praesertim cum iam in extremo quasi agone [3]) maxime sit laborandum bonis viris, ut exitum habeat tranquillum. Principio autem habeo tibi gratiam, quantam animo concipere possum, maximam, quod hactenus in dicenda sententia violenta consilia repudiasti, et hac voce mea existimabis tibi gratias agere omnes bonos viros in his partibus. Non enim sunt omnes perditi aut improbi iudicandi, qui amplexi sunt hoc doctrinae genus, in quo nos versamur. Deinde, velim hoc tibi persuadeas de me deque multis aliis, nos † maxime [4]) optare, ut pace constituta Episcoporum potestas sit incolumis, et hanc plurimum prodesse † posse [5]) Ecclesiis iudicamus. Erit igitur clementiae Episcopalis, † dare operam [6]), ut nos, qui parere non recusamus, servemur; atque paucis [6]) rebus relaxatis, quae neque fidem laedunt neque bonos mores, et quas iam natura rerum non patitur mutari, nostri non gravatim parebunt, ac providendum est, ne hi, qui iam sunt sanabiles, coniungantur cum deterioribus, si res ad arma deducatur. Quod si accidet, non solum infinitum bellum erit, sed etiam orientur † novae [7]) haereses, quae si excitatae fuerint, nunquam ad omnem posteritatem coire Ecclesiae concordia poterit. † Ego [8]) scio quas opiniones, quam perniciosa dogmata nonnulli intra parietes suos contineant, ut per occasionem proferant. Et multum licet [7]) improbis tempore belli, praesertim si dux contingat audax, et furioso ingenio praeditus. Meministi scriptum esse, *Obdurans aures suas* [9]) *a clamore pauperum, et ipse clamabit, et non exaudietur.* Haec res merito commovere debet bonos viros ne hominum miserorum preces in tali causa aspernentur. Vobis vero *Christus* „pro vestra pietate et clementia † haud dubie [9]) praemia reddet amplissima: quemadmodum pollicitus est, *Qui dederit potum aquae etc.* [10]) Haec mala tranquillis temporibus caveri possunt, praesertim si Episcoporum auctoritas valeat, et ecclesiasticarum [11]) rerum curam susceperit. Quod si pacem impetrabimus, ego de me deque multis aliis bonis viris polliceor, nos omne studium nostrum ad illustrandam † et nunciandam [?] doctrinam *Christianam* collaturos esse. Tale seculum impendet, ut nisi transmittatur doctrina religionis diligenter et prudenter collecta et munita ad posteros, maior confusio religionum secutura videatur; neque leves habeo causas, cur hoc metuam. Et haec cura decet Episcopos, puram doctrinam propagandi ad posteros. Oro igitur propter Deum, qui vobis

---

7) Verba: Daß wir aber nicht alle Mißbräuch rc., hic non leguntur in libris editis, sed Pontanus, permultis interpositis fere in fine scripti iis usus est hoc modo: „daß wir aber nicht alle Mißbräuche billigen, werden wir durch Gottes Wort gezwungen," welches wir müssen höher setzen denn Menschen Gehorsam.

1) Pro *te* et *tibi* in hac epist. codd. habent semper R. P. V. et pro *tuum* exhibent *suum* etc.

2) Codd. praeter Basil. *in quibus.*

3) Codd. praeter Basil. *actu.*

4) Addunt codd.

5) Additur in codd. Gothanis.

6) *paucis* ex codd. edidi pro *iis.*

7) *multa licent* c. 28.

8) Peuc. et c. Bas. *nunquam autem.*

9) Peuc.: *Christus vestrae pietatis et clementiae praemia* etc. itemque c. Bas.

10) *meministi scriptum — — aquae* in cod. 28. leguntur in fine epistolae.

11) Peuc. *ecclesiae suarum*; sed codd. *ecclesiasticarum.*

commisit hoc officium † omnium maxime venerandum" in terris erudiendi alios, ut, quod facitis, a violentis consiliis dehortemini Principes. Bene vale. (Cod. addit: d. 13. Aug. 1530.)

No. 839. 13. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 144.

Ioachimo Camerario Noribergae amico summo,

S. D. Spero te iam feliciter rediisse domum. Christus faciat, ut feliciter valeatis tuque et uxor et filiae. Hodie primum spes est ostensa institutae pacificationis, de qua habebantur deliberationes, cum adhuc adesses. Adversariis placet, ut diligantur utrinque bini principes, bini consiliarii, et terni *θεόλογοι*, qui conferant de controversiis Ecclesiasticis. Res est ut vides periculi plena. Christus gubernet exitum. Nihil praeterea interim accidit. Postea scribam, si quid acciderit dignum memoratu.

Georgii carmen mitto tibi et *Eobano*, ut emendetis et mox edatis. Non enim diu mansuri videmur. Et ego non minus quam tu cupio videre *οἶκον ἐμὸν* et meos liberos. Nunc sum vocatus *πρὸς τὸν ἀρχιερέα τῆς σεβαστῆς πόλεως**). De Quadripartito *Πτολεμαίου* latino et graeco, etiam atque etiam oro te, ut mittas. *ἔῤῥωσο.* Id. Augusti. Salutat te *Iustus Ionas* amantiss. D. *Ioannes Buelius* et ego *Islebius* salutamus te et iubemus *μεμνῆσθαι, ὅτι τὰ πεπληρωμένων σιτωμάτων γυμνάσματα βλάπτουσι τὰ σώματα.* Salutat te *Brentius* in Domino, brevi futurus astrologus.

Φίλιππος.

No. 840. 14. Aug.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 147.

Ioachimo Camerario Noribergae,

S. D. *Luthero* mitto litteras, quas cupio mox ad eum perferri. Ages igitur cum *Spenglero*, ut statim ad eum mittat. Ego cogor hanc curam suscipere, quia nostri plane cessant. De magnis rebus *) illum consulo. Nostra negotia omnia pendent adhuc incerta, cum adversariis disputamus; quantum profecturi simus, nescio. Vale feliciter. Postridie. Id. Sextil.

Φίλιππος.

*) Episcop. Aug. C. W.

No. 841. 14. Aug.

Brentius ad Isenmannum.

† E codice Suevo-Halensi epist. 12.

Iohanni Isenmanno Iohannes Brentius

der Reichsstände Meinung wäre eines Conciliums halben. Darauf sie ihnen im Ende gesagt, daß Churfürsten, Fürsten und Stände geneigt wären, zu einem Concilio zu fördern, doch daß an den Orten, da Aenderung in der Lehre und Ceremonien gehalten und gepredigt würde, solchs alles wieder in alten Stand gestellt würde, das sie ihnen lieber unangezeigt wollten lassen, wo sie sich in andre Wege geschickt hätten.

Auf solches die Unsern heut ein Bedenken genommen und darauf gerathschlagt, und daß Churfürsten, Fürsten und alle andere Räthe nicht für gut angesehen, sich in einig weiter Mittel, außerhalb der vorigen und sonderlich des Philippus jüngstem Verzeichniß nach *), mit ihnen zu begeben. Aber des Conciliums halben, und warum man nicht schuldig wäre, ihrer Meinung nach, Restitution zu thun, desselben Ursachen und Gründe in Schriften zu verfassen, und denen vom Ausschuß zu übergeben. Daneben ist auch bedacht, dieweil man sich jüngst vor Kais. Maj. hat vernehmen lassen: so ihre Maj. die Confutation unsrer Bekenntniß ohne ein sonder Maß uns je nicht übergeben wollt, so würde man dennoch nicht unterlassen können, so viel die Articul im Lesen vermerkt, zu verantworten und Ihrer Kais. Maj. zu übergeben: daß man sich hierin auch geschickt machen sollt, wo es vonnöthen seyn sollt, zu gebrauchen. Welches wir uns von Städten auch also haben gefallen lassen, sonderlich die letzten zween Articul, aber in dem ersten, ob man sich sollte weiter einlassen oder nicht, angezeigt: wir könnten ohne unsrer Herren Wiederschrift, denen wir den Handel zugeschickt hätten, ohne Vorwissen derselben mit Ja oder Nein nicht einlassen. Ich, Paumgartner, habe auch dabei angezeigt: wo man eine Schrift, wie davon geredt, verfassen wollt, hätten wir etliche Rathschläge, die hierin möchten gebraucht werden, die wollten wir gern darlegen. Ist darauf Doctor Prucken und andern Sächsischen die Schrift anzustellen befohlen worden.

Demnach schicken wir E. W. dieselb gestellten Schrift, wie die gestern, Sonntags **), von unsern Verordenten dem Widertheil überantwortet worden; darauf sie solche heut wieder an Churfürsten, Fürsten und Stände langen zu lassen in Bedenken genommen. —

Die Verzeichniß der Mittel, so Philippus gestellt, was dem Widertheil weiter sollt nachgegeben werden, die wir E. W. bei jüngster Post zugeschickt, ist noch nicht überantwortet, wird auch unsers Versehens hinfüro nicht überantwortet werden. Denn, wie wir vom Philippo vermerken, wo die andern Mittel nicht heraus, würd man vielleicht etwas gemachet damit thun, wiewohl wir unsern Theil und besonderlich die Marggrafischen, etwas mehr weich als vergangener Zeit befinden. — — — — — —

Als wir aber heut vor Essens beim Churfürsten von Sachsen unsre Werbung und E. W. Befehl anheut ausgerichtet, sonderlich aber zum höflichsten geandet, daß die übergebenen Mittel zuvor, ehe die dem Ausschuß des Widertheils zugestellt, durch Doct. Martinum nicht berathschlagt, noch E. W. zu sehen worden wären: hat uns S. Chf. G. in Beiseyn Doct. Prucken und Riedesels nachfolgende Antwort geben lassen.

Sein Chf. G. hätten eines ehrbaren Raths Anzeigen, und weß sie sich dieser übergebnen Mittel halben beschwerden, gnädiglich verstanden. Nun wüßten wir ungezweifelt, wie dieser Ausschuß erstlich bewilligt, und daß dennoch S. Chf. G. und der andern Mitverwandten dem heiligen Evangelio anhängig Erbiethen für und für dahin gestanden, daß in allem, das ohne Beschwerung der Gewissen möcht zugelassen oder bewilligt werden, bei ihnen, den christenlichen Ständen, um Erhaltung Frieds und Einikeit wegen kein Mangel erscheinen sollt, darum auch keineswegs sich gebühren wollen, gar kein Mittel vorzuschlagen, oder sich so rauh vernehmen zu lassen, dieweil S. Chf. G. Achtens diese Mittel ohne Beschwerung der Gewissen wohl zugelassen werden möchten, sich auch eigentlich zu vermuthen, daß der Widertheil dieselbigen, sonderlich wo man auf den Hauptpunkten beruhet, nicht annehmen würde: so hätte S. Chf. G. für desto weniger beschwerlich geacht, dieselbigen zu übergeben, damit man je nicht sagen dürfte, daß dieser Theil sogar ungeschickt gewesen, und von einigen gütlichen Mitteln keine Handlung leiten wollen. Zum Andern, so stünden und wären diese Mittel frei und unverbindlich, und wären allein auf hinter sich bringen eingeben worden, wie auch S. Chf. G., obgleich der Widertheil die annehmen würde, ohne vorgehende stattliche Berathschlagung und Bewilligung der Stände, so die Sach berührt, keinesweges einzugehen und anzunehmen vorhätt. Darum auch S. Chf. G. dieselben von Stund an auf eilends Doct. Luthern zugeschickt, und sich nunmehr Antwort versehe; aus was Ursachen sich aber dieselbe verzogen, hätten Ihr Chf. G. kein Wissen. Zum Dritten wäre dennoch, wie S. Chf. G. berichtet, dieser Handel zuvor aufs äußerste durch Doct. Luthern und andere zu Wittemberg ungefährlich die-

*) Vid. scriptum Mel. d. 21. Aug.

**) d. 28. Aug. Legitur hoc scriptum apud Chytraeum p. 273., Coelestinum T. III. p. 59 b., Muellerum p. 821. et Walchium in opp. Luth. T. XVI. p. 1749.

sen Mitteln gemäß berathschlagt, derwegen S. Chf. G. mit wenigem Beschwerden diese Artical zu übergeben bewilligt hätten. — — — — — —

Nachmaln haben wir gleiche Werbung bei unserm gnädigen Herrn von Brandenburg gethan, — — der sich mit etlichen Räthen besprecht, und uns durch Herrn Hansen von Seckendorf diese Antwort geben.

Seine F. G. hätt unsre Werbung gnädiglich vernommen. Nun wäre aber durch den Churfürsten von Sachsen, als dem Vordersten, in dieser Sache allwege gehandelt worden rc. — — — — Dieweil dann dieß ein großwichtiger Handel, der nicht allein zeitlich Ehre und Gut, (sondern) auch der Seele Heil und Gewissen antreff: so wollten sich S. F. G. hierin stattlich und tapfer halten, damit weitere Mittel, ohne vorhergehende Berathschlagung dieser Sachen Erfahrner, nicht übergeben würden.

Auf solches (hat) uns der Fürst selbst geantwortet: er versehe sich gewißlich aus allerlei Anzeigung, daß diese Mittel vom Widertheil nicht angenommen, sonder (daß sie) vielleicht in Kürz haben wollten, alle Sach in alten und vorigen Stand zu stellen, oder gegen den christlichen Ständen in andere Wege ernstlich zu handeln, darin sich doch S. F. G. ganz keckmüthig gedächt zu halten. — — — Dat. Montag 29. Augusti 1530. um drei Stund nach Mittag.

Volkhaimer, Bernhardt *)
und Hieronimus Baumgartner.

No. 870. **29. Aug.**

Philippus Landgr. ad Consiliarios.

Edita ex apographo, quod legati Norimbergenses miserunt ad Senatum Noriberg. in Strobelii Miscellan. P. III. p. 195.

(*Epistola Philippi, Landgravii Hassiae, ad Consiliarios suos in Comitiis Augustanis.*)

Lieben Räthe und Getreuen. Wir haben euer Schreiben am Datum zu Augsburg Vigiliae Bartholomaei haltend, zusampt den Copien, was sich von unserm Abreiten bis dahin in der evangelischen Sache verlaufen, empfangen, (und) alles Inhalts nach der Länge verlesen. Und als wir der Sachen Gestalt daraus befunden, sehen wir es bei uns gänzlich dafür an, daß von jenem Theil in der Sache anders nicht denn Arglistigkeit und Betrug gesucht werde. Und daß von etlichen unsers Theils so viel darinnen nachgelassen werde, und ihr Gemüth so ungewiß und ungericht stehen, hören wir nicht gern; zweifeln nit, weil der Gegentheil die Leute so weich findet, und sie sich lenken lassen, sie werden weiter mit Ernst nachsuchen und anhalten, und sie in weiter ihre Meinungen zu führen unterstehen. Denn wenn man ins Weichen kommt, kann man nit genug weichen. Und ist darauf unsre Meinung und Befehl, daß ihr dem Churfürsten zu Sachsen und den andern unsern Mitverwandten der Sachen solch unser Gemüth auf die vorgeschlagenen Mittel anzeiget, daß wir unsers Theils in die vorgeschlagenen Mittel zu verfolgen nit gemeinet sind. Denn obschon wir durch Nachlassung und Verwilligung derselben Artikel uns in unsern Landen Friede schaffen, so müssen wir doch, wo wir Christen seyn wollen, nit allein unsern Nutz und Vortheil, sondern auch vielmehr aller armen betrübten und beschwerten Gewissen Heil und Trost suchen, die ohne Zweifel, wo wir ihnen solche gestellte Mittel bewilligten, aus solcher Beschwerde, weil ihnen das Wort Gottes entzogen und nit verkündigt würde, nimmermehr erlöset, sondern vielmehr beschwert und an uns geärgert würden.

Wo aber beim Gegentheil zu erhalten wäre, daß sie das heilige Evangelion und ewige Wort Gottes nach der biblischen Schrift lauter und rein ihren Unterthanen in ihren Landen und Gebieth predigen und verkündigen, auch uns das Sacrament beider Gestalt zu empfahen, darzu die Klöster daraus und darein zu gehen frei, und den Priestern die Ehe zuließen, dadurch wir und männiglich spüren möchten, daß sie die wahre rechte Gottesehre suchten, und wir dann aus Liebe und Mitleiden etwas, das hiernächst durch fleißige Verkündigung des Worts Gottes bei ihnen sich selbst ändern möcht, als mit dem Fleischessen, Feyertagen und dergleichen ihnen verfolgten [nachließen], und sie damit zum Evangelio führten: ließen wir uns nit mißfallen.

Aber daß sie sagen und haben wollen, sie wollten uns in Sachen zweierlei Gestalt des Sacraments zu nehmen, die Coniugatos und Klostergelübd etc. belanlangende, bis auf ein gemein künftig Concilium toleriren, dann sollt es zu Erkenntniß stehen, gleich als (ob) sie sagen wollten, wir hätten das Unfuge, und wir sollten sie in allen andern toleriren gleich als (ob) sie Recht hätten, auch ihr Fasten und Feyern wiederum annehmen, aufrichten, und also uns in ihr Geboth verstricken, und wir dasselbe als recht dadurch approbiren, und sie wollten uns in keinem Artikel weder das Sacrament in beider Gestalt zu empfahen, der Ordenspersonen und

*) In pagella inclusa, manu Bernhardi Baumgart. scripta, hic *Bernhardus* roget, ut, postquam frater suus advenerit, sibi qui tam diu iam Augustae versatus fuerit, venia domum redeundi detur.

Priester-Ehe, noch das Wort Gottes in ihren Landen verkünden zu lassen, verfolgen, obschon dazu gesetzt sey: aus christlicher Lieb: so ist doch solches keineswegs anzunehmen noch zu bewilligen. Denn was christliche Liebe soll man denen erzeigen, oder was Besserung ist sich bei ihnen zu vermuthen, weil sie das Wort Gottes, das sie zur Besserung bringen, und um deßwillen wir ihnen Lieb erzeigen sollten, nit annehmen wollten.

Darzu weil sie keine rechte Bischoffen seyn, viel weniger nach dem Wort Gottes, das doch ihr Richtscheit seyn sollt, richten, nie kann oder mag man denn ihnen ohne treffentliche und merkliche Beschwerde die Jurisdiction über unsere Geistlichen lassen? Denn ohne allen Zweifel verhassen sie das Wort Gottes, und weil sie uns erzählter Artikel nit verfolgen wollen, die doch in Gotts Wort klärlich ergründet und mit Wahrheit und gutem Gewissen nimmermehr zu widerlegen seyn: und so würde geschehen, das der Allmächtige verhüte, daß die Prediger von uns genommen würden, und wir ihnen dieser vorgeschlagenen Mittel verfolgten, daß das Evangelium niedergedrückt, die alten Mißbräuche wiederum aufgerichtet, und die letzte Sache ärger denn die erste würde. Aber wir haben euch mit unsrer Hand ein Verzeichniß darin, was ihr des Evangelii halber handeln sollt, genugsam vermeldt ist, gelassen. Demselben sollt ihr also nachkommen, und euch daraus oder wider [dawider] nicht lassen dringen, sondern darauf bestehen, und kein anderes, es wäre denn ganz und gar gleich, annehmen oder bewilligen.

Wo aber der Churfürst oder die andern hierinnen etwas mehr oder weiter sich begeben würden, darauf sollt ihr anzeigen, daß ihr darein zu willigen von uns keinen Befehl habt, anders dann an uns zu bringen, und weiter euch deßhalb nit verstricken. Das ist also unser Befehl, und wir wollen uns deß zu euch gänzlich verstehen. Datum Friedewalten, Mondtag nach Bartholomäi 1530.

No. 871. **29. Aug.**

Idem ad eosdem.

Edita a Strobelio in Camerarii vita Melanthonis p. 411.

Philipps Landgrafens zu Hessen Schreiben an seine zu Augsburg hinterlassene Räthe und Gesandten.

Friedrichen Drotten zu Sulz, Niclasen Meyer, Licentiaten, Erhard Schnepffen, Prädicanten, Jorgen Nußbickern, jetzo zu Augsburg auf dem Reichstag verordneten Räthen.

Philipps von Gottes Gnaden Landgrafe zu Hessen etc. Lieben Räthe und Getreuen. Ich hab Euer Schreiben mit samt dem Nebenbericht und Mitteln genugsam gelesen. Ich kann aber bei mir nit befinden, daß solche Mittel, sie seyen auch von Papisten oder Evangelischen vorgeschlagen, anzunehmen seyn. Denn es seyn Mittel eines Betrugs zu befahren, und seyn allein Mittel für die Papisten, denn sie wissens nit mit Gewalt zu dämpfen, nehmen sie nun List dazu. Und darum Summa Summarum ist meine Meinung, bleibt bei meiner Verzeichniß, die ich euch mit meiner Hand geben hab. So aber die Papisten in ihren Landen wollten die Prediger des lautern reinen Evangelii zulassen, und der Pfaffen Ehe (und) Klosterpersonen Ehe nit verbiethen, auch die Todtenbitt und Heiligen Anrufen sampt dem Canon fallen lassen: so wär ihnen in andern Dingen viel um Liebe willen nachzulassen. Die Predig des Evangelii würde wohl mit der Zeit ausreuten. Und im Fall obschon die Meß in der Papisten Land sampt der Todtenbitt noch eine Weile sollt währen, wäre (dieses) auch zuzulassen, so fern daß die Predig des Evangelions und Ehe der Geistlichen und Reichung des Sacraments in beider Gestalt nit gewehrt oder verhindert würde. etc. Doch vor allen Dingen daß wir andern in dem, wie gemeldt, in unsern Landen solche Meß und Todtenbitt nit leiden dürfen. Und so die Predig und Ehe etc. sampt Reichung der Sacrament *) in der Papisten Land (in) Schwank kämen, würde ohne Zweifel das Uebrige bald vergehen, und die Wahrheit überhand nehmen. So aber die Papisten in ihren Teufels-Rosen sitzen wollen bleiben, und in ihren Landen nicht gestatten, die Wahrheit des Evangelii lauter zu predigen, noch die Ehe frei lassen und die Sacrament nach Christi Einsetzung zu reichen wer's begehrt: so sollt ihr nit um ein Haar weichen, und ist alsdann keine Lieb anzusehen. Denn es dienet nit zu Förderung des Evangelii, sondern gar zur Ausrottung. Paulus beschnitt den Timotheum, da er meinte, es diene zur Förderung des Evangelii; da sie es aber mit Gewalt haben wollten, daß er Titum beschneiden sollt, wollte ers nit thun. Denn was ist sich Gutes zu vermuthen, dieweil sie des Teufels Regiment nit verlassen, und doch die Wahrheit erkennen, und uns gern unsre Freiheit und Lehre in Christo binden wollten. Da ist nit Zeit Weichens, sondern stehen bis in den Tod bei der Wahrheit. Viel weniger ist

*) i. e. die Predigt des Evangeliums, die Priesterehe und die Reichung des Kelchs.

der Bischöff Jurisdiction zuzulassen, dieweil sie das Evangelium in ihren Landen nit zu predigen noch zu treiben gestatten wollen. Denn da würde ein fein Narrenspiel aus werden, so die sollten Examinatores über christliche Prediger seyn, die selbs in der Lehre und Leben Caiphas, Annas und Pilatus wären.

Aus diesem und meinem Nebenschreiben werdet ihr euch wohl zu halten wissen; darzu so habt ihr meine Handschrift auf alle Fälle, der wisset ihr euch zu gebrauchen. Kanns nit gut werden, muß mans Gott befehlen. Williget aber der Churfürst in etwas, so möcht ihrs an mich bringen. Zeigt den Städten diese meine Handschrift, und sagt ihnen, daß sie nicht Weiber sehen, sondern Männer. Es hat keine Noth. Gott ist auf unsrer Seiten. Wer sich gern fürchten will, der fürchte sich.

In keinem Wege verwilligt, daß man die Zwinglischen mit Gewalt dämpfe, noch verjage und überziehe. Denn Christus hat uns nicht berufen zu vertreiben, sondern zu heilen.

Greift dem vernünftigen, weltweisen, verjagten (ich darf nit wohl mehr sagen) Philippo in die Würfel. Datum Friedewald, Montag nach Bartholomäi, anno 1530.

No. 872. **29. Aug.**

Martino Luthero.

Epist. lib. I. p. 23. (Edit. Lond. I. ep. 17.) Contuli autographon Mel. in cod. Monac. I. p. 278.

D. Martino Luthero, Patri carissimo.

S. D. Tuum iudicium de postulatis adversariorum nondum accepimus, cum quidem maxime intersit, nos id habere. Adhuc tota res posita est in his negotiis. Volunt ut fateamur, neque sumentes, neque porrigentes alteram Sacramenti partem [1]) peccare. Nos excusavimus sumentes, de porrigentibus haeret res. Synodus *Basileensis* hac conditione concessit *Bohemis* integrum Sacramentum, si faterentur, recte posse unam sumi ac dari. Hanc confessionem et a nobis cupiunt extorquere. *Eccius* inquit, se ideo laborare, quia non possint [2]) vulgus retinere in officio, nisi et nos liberemus vulgi conscientias de Sacramento. Tuam igitur sententiam audire cupimus.

Causam applicationis Missarum suspendunt ad Synodum, qua in re significant, se non imponere nobis hoc onus, ut impiam de Missa opinionem recipiamus, et tamen Canonem recipere nos iubent, sed cum commoda et pia interpretatione. Video nobis insidias strui, et quid mihi in privata confessione faciendum esset, facile iudicare possum [3]). Sed haec res est communis omnium, ideo aliorum sententias requirendas [4]) esse, censeo. Valde reprehendimur a nostris, quod iurisdictionem reddimus Episcopis. Nam vulgus assuefactum libertati, et semel excusso iugo Episcoporum, aegre patitur sibi rursus imponi illa vetera onera; et maxime oderunt illam dominationem civitates imperii. De doctrina religionis nihil laborant; tantum de regno et libertate sunt solliciti. Mitto tibi exemplum novissimorum postulatorum, ut facilius respondere possis. Vale. Postridie Augustini *).

Φίλιππος.

1) Peuc. *speciem.*
2) Peuc. *possit*, et postea *retineri*, utrumque mendosum.
3) Peuc. *possem.*
4) Pro *requirendas* Peuc. edidit: *non reprehendendas.*
*) Peuc. mendose: *Augusti.*

No. 873. **29. Aug.**

Vito Theodoro.

Edita a Pezelio in libro III. epist. p. 260. (edit. Lond. III. ep. 178.) — Nunc ex autographo Melanthonis in cod. Monac. I. p. 407. accurate descripta.

Vito Theodoro apud Lutherum

S. D. Non potui impetrare, ut ex aula certus nuncius ad vos mitteretur. Nostri enim videntur [1]) de industria τὰς ἀφορμὰς εἰρήνης negligere. Itaque varie afficior, cum reputo, quales exitus habeant violenta consilia.

Cives tui ex Norico valde succensent nobis **), quod reddimus iurisdictionem Episcopis. Fremunt et alii socii, ac [2]) indignantur regnum Episcoporum [3]) restitui. Ego tamen etiam duriores conditiones arbitror nobis accipiendas esse propter publicam Ecclesiae tranquillitatem et concordiam. Sed, ut video [4]), fatalis aliqua necessitas urget Germanos.

1) Pezel. ita: *Videntur enim aliqui.* Mitigare voluit sententiam.
**) Vid. epist. Baumgartneri d. d. 13. Spt. h. a.
2) *ac*] Pez. *et.*
3) Pez. *Episcopis*, ex emendatione, scilicet.
4) *ut video* Pez. praetermisit.

Hae literae vero ad vos pervenient: tu tamen operam dabis, ut rescribat *Lutherus*. Nondum enim ab illo accepimus responsum istis de rebus, de quibus maxime cupiebamus eius audire sententiam. † Ἔῤῥωσο. Postridie Augustini."[5]).

Φίλιππος.

No. 874. 29. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 143.

Ioachimo Camerario Noribergae

S. D. Non possum in aula impetrare, ut certus hinc ad *Lutherum* tabellarius mittatur. Ideo iam alterum ad te fasciculum mitto, neque tamen ille respondet. Id etiam fato aliquo accidit opinor, ut effugiant e manibus *αἱ ἀφορμαὶ τῆς εἰρήνης*. Mihi non perinde cupidi videntur pacis nonnulli *), ut oportuit viros bonos et amantes religionis. Quidam legati **) mirifice mihi succensent, quod videor restituere Episcoporum regnum. *Sacranus* neutiquam amanter ea de re expostulavit mecum, nova quadam et inusitata usus verborum acerbitate, sic est ut scribit Thucydides, *τὰ ἐν μέσῳ ἀμφοτέρωθεν κτείνονται.* Utinam id mihi accidisset iam olim, ne nunc videre haec vitia partium cogerer. Non enim libet superesse Reipublicae. Nihil hic adhuc decretum est, sed res extracta est *ἐμοῦ πραγματεύοντος*. Nunc ut video sinenda res est, ut *κατὰ ῥοῦν* feratur. Vale feliciter. III. Cal. Septembris.

Φίλιππος.

No. 875. (hoc temp.)

Schnepfius de Episcopis.

† Ex autographo Schnepfii in Actis Comit. August. in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 37. no. 2. — Tergo Spalatinus sua manu inscripsit: des Schnepfen Bedenken 15.30.

(*An Iurisdictio Episcoporum cathol. ab Evangelicis agnosci possit?* — contra Melanthonis sententiam)

Sententia Schnepfii.

Wo die Bischoffe in der Lästerung und Schmähung Christi und seines heiligen Worts verharren (ob sie es schon im Abschied verstreichen wollten) die Ihren darum fangen und würgen, den Ihren in der Weihung auf das Höchste solche Lehre verbieten, wie sie bisher gethan, (ob sie gleichwohl den Unsern solches nachließen), seyn sie gleichwohl als Wölf zu vermeiden, soll auch ihnen der Gehorsam nit geleistet werden. Denn obgleich einer mich nicht würget, würget aber meinen Bruder, ist er nichts dester minder ein Mörder. Ob einer mir nit verbeut die Lehr des Glaubens, verbeut sie aber meinem Bruder, ist er gleichwohl ein Antichrist, deß Character und Zeichen ich nit annehmen soll, apocal. 19.

1. Paulus beschnitte Timotheum um der Schwachen willen, wollte aber um der Halsstarrigen willen Titum nit beschneiden.

2. Christus sagt: wer nit mit mir ist, ist wider mich. Die Schmäher des Evangelii sind nit mit uns, darum seyn sie wider uns.

3. Wo sie sich nit bessern, sonder in ihrer Impietät verharren, müßen wir sie für die Leute achten, vor denen uns St. Paulus 1 Timo. 4. und andern Orten warnet, als vor denen, die in Gleisnerey, Lugen predigen, und den Teufels Lehren anhangen 2c. Wie können wir denn solche für Hirten und nit für Wölfe erkennen?

4. In der andern Epistel Johannis: so jemand zu euch kommt, und bringt die Lehre nit, den sollt ihr nit in euer Hause nehmen, ihn auch nit grüßen (nec ave dixeris ei). Denn welcher zu ihnen ave sagt, macht sich theilhaftig ihrer boshaftigen Werke. Soll ich ihme nit ave sagen, wie kann ich denn so viel mit ihme zu thun haben, daß ich mich ihnen lasse schicken und ordenen, das Evangelium zu verkündigen, das er mir zu predigen um Scheins willen vielleicht zulässet, und Andern neben mir verbeut, oder auf das höhest und strengest ex eodem ore frigidum et calidum efflat, ex eodem fonte dulcem et amaram aquam profert, sicuti Iacobus inquit?

5. 2 Paralip. 19. Jehu, der Prophet, sagt zu dem König Josaphat: du hilfest dem Gottlosen, und hast Freundschaft mit denen, die den Herrn hassen; um deß willens hättest du wohl verdienet den Zorn des Herrn 2c. Gott mochte nit wollen leiden, daß Josaphat eine bürgerliche Bündniß mit dem Gottlosen hätte, wie viel weniger möcht dieser Kirchenbund mit Gott gestattet werden?

---

5) Post *sententiam* Pez. nihil habet nisi: *Vale*.

*) Landgravius et princeps Iunior. C. W.

**) Norinbergenses. Camerarius videtur hic mutasse verba Melanthonis.

6. Man wisse genugsam, wie sich Helias mit den Priestern Baal verglichen hat, Hieremias und andre Propheten mit den falschen Propheten, St. Paulus, St. Johannes und andere Apostel mit den falschen Aposteln.

7. Solche Leut, die in ihrer Impietät halsstarrig seyn, sollen billig bannisch gehalten werden, und mit ihnen geübet werden, was vom Bann Paulus schreibet, nämlich auferte malum ex vobis ipsis; tollatur de medio vestro, qui fecit huiusmodi. An nescitis, quod modicum fermentum totam massam corrumpat?

8. Uns mag auch nit helfen das Exemplum Zachariae, des Vaters Johannis, der Annae und Caiphae gehorsam gewesen. Denn Anná und Caiphae Bosheit wär noch verborgen dazumal, und nit also am Licht, als sie hernach ausbrach. Der unsern Bischoffen Bosheit ist überaus berühmet bis auf diesen Tag, wo sie anders in solchem gedenken zu verharren.

Derhalben soll man dahin arbeiten auf das fleißigste, daß man ein äußerlichen Frieden und Anstand mit ihren machen und erlangen möge, daß wir friedlich mit ihnen, wie auch mit Juden wohnen mögen. Denn der Kirchenfriede, wo sie sich, wie vorgemeldt, erzeigen würden, mag mit ihnen nit angenommen werden.

In andern Sachen die Lehre betreffend, laß ich mir den Vorschlag Philippi sehr wohl gefallen. Denn wir je schuldig seyn aller Welt unsern Glauben anzuzeigen, wie fern wir mit andern des Glaubens halben eins oder uneins seyen. Doch daß es geschehe mit eigentlicher Meldung der andern Artikel, welcher mit ausgedruckten Worten in der Confession nit gedacht ist worden, dieweil sich die Papisten lassen bedunken, wir seyen solcher Artikel mit ihnen eins.

No. 876. **30. Aug.**

Camerarius ad Agricolam.

Edita a Coelestino in hist. Comitior. Aug. T. III. p. 65. itemque a Chytraeo in hist. Aug. lat. p. 307.

Iohanni Agricolae Islebio Ioachimus Camerarius.

Cum perspexerim amorem erga me tuum, simque mihi conscius, quanti te faciam, et quantum de te mihi pollicear, de re maxima ad te scribere volui, partim ut querelas tibi nostras exponerem, partim ut tua responsione ad aliquam certitudinem rerum vestrarum pervenirem. Ut autem de iis, quae me excarnificant, melius cognosceres, inclusi meis literis exemplum epistolae, mihi, ut vides, inscriptae, ex qua intelliges, qui rumores de vestris consultationibus venerint [1]), et quid de vobis non vulgus, sed illius doctores loquantur, maximeque quae opinio sit hominum de *Philippo* nostro, quem ego cum aeque ac me ipsum diligam, doleo nunc manifestis, nunc tacitis conviciis conscindi, si immerito, valde, si merito, quod Deus prohibeat, plurimum ac supra quam dici potest. Te igitur, mi *Agricola*, per quicquid possum et debeo, obtestor, ut nobis de vestris rebus omnem veritatem perscribas. Nemo potest melius hoc omnium, qui istic sunt, facere quam tu, qua te novi diligentia, studio, fide in annotandis omnibus. Nemo autem, ut mihi persuadeo, promptius volet propter eius, quae inter nos est, amicitiae magnitudinem.

Omnium me maxime paene vexat, quod *Philippus* de Missa dicitur suasisse, etsi quod sceleste dictum sit in illo non invenio, sed simplicitatem requiro, qua amissa [2]) coniicimur, crede mihi, in maximas turbas, quas etiam debet praevidere homo studiosissimus pacis. Sed remitto haec ad exemplum, ubi hoc unum addidero: si tu in respondendo mihi benevolentiam sedulitatemque navaveris, existimaturum me, tantum beneficii in me collatum esse abs te, quantum hoc tempore potuerit. Incredibile est, quantum quorundam iniquissimi sermones me verberent. Vale. 3. Calend. Septb. [3])

(*Exemplum epistolae inclusae*; apud Chytraeum p. 308. Habet eandem et Coelestinus l. l. Tom. III. p. 68., qui in eo errat, quod putat, Camerarium hanc epist. scripsisse ad Agricolam.)

Ioachimo Camerario Vincentius Obsopaeus.

Spero quod boni consules meam sollicitudinem et interrogationem, et illam allevabis, hanc dissolves responsione tua. Miri fuerunt sermones his diebus et adhuc sunt hominum non vulgarium, sed qui populo praesunt, de rebus Augustensibus et tractatione religionis, omnesque accusant propugnatores Evangelii et inprimis *Philippum*, quem scio te amare, et illi [tibi?] carum

---

1) Coel. *fuerint.*
2) *qua amissa* non habet Chytraeus.
3) Coel. 3. *Septb.*

esse. Aiunt omnino, si conductus quanta ipse voluisset pecunia a Papa esset, nunquam illius dominationem melius potuisse asserere. Vocant quidam Achitophelica consilia; alii, qui modestiores sunt, Erasmica; ut ego puto propria illius. Nemo enim aliter sentit, quam illum contra omnium voluntatem, reclamantibus etiam aperte quibusdam fortioribus, tamen obtinere, quod voluerit, et conditiones perferre. Addunt, proponi omnia subdole; pauca esse, ubi non manifesta peccata insint; non fuisse causam ullam, cur in has angustias declinaretur. Recitantur capita conditionum, exasperantur verbis. Ego opto ardentissimis votis, ut ita de religione merito *Philippo* fiat iniuria, quam si fieri illi sciam, maximopere indignor. Cupio igitur abs te cognoscere, si quid habeas compertum de illis rebus. De missis privatis audivi omnium maxima cum perturbatione animi mei. Ait reponendas. Ubi? nempe unde amotae sunt. Addit interpretatiunculam de applicatione; recte sane, doctrina non violatur, sed qualis ille usus erit? et quid erit? Si Ecclesiasticus, non disputemus de exitu; sin contrarius est institutioni Christi, cur toleretur? Haec non explico, et alia paucula quaedam, quae mihi videntur callidiora, quam veritatis oratio patiatur, et tenuiora, quam quae debuerint in tali tractatione proponi. Audio etiam, segregare eum principes a religionis protectione; quod satis mirari nequeo, quo audeat ore facere, si modo facit. Ergo illi ferent, quod dixerunt impie fieri, et ferendo probabunt. Hoc ipse erit illis auctor? Adiuva me, si potes, optime amice, ferentem intolerabile pondus solicitudinum de publica salute. Puto illinc te habere aliquid, de quo ne graveris mecum communicare, sive per literas, sive coram malueris. Vale *).

No. 877. 31. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar., p. 147.

Ioachimo Camerario Noribergae,

S. D. Quod de meis actionibus atque consiliis tantopere solicitus es, facis officium et viri optimi et hominis amicissimi. Ego autem spero fore, ut mores me tibi mei, quos habes satis notos, purgent. Quicquid egimus, egimus communicato consilio cum his, qui simul adhibiti sunt ad haec negotia. Sicubi privatim collocutus sum cum privatis, id ad alios nihil pertinet *). Et ab eo tempore, ex quo abes, tantum otii non fuit nobis, ut privatim cum ullo possem ulla de re commentari. Nulli autem tunc erant hac de re sermones, nunc nati sunt, postquam patefactum est, quid nos concedamus Episcopis. Hoc male habet scilicet quosdam immoderatiores, reddi iurisdictionem, restitui πολιτείαν Ecclesiasticam, hoc interpretantur restitutionem dominationis Pontificiae. Neque ignoro, cur tantum abhorreant ab hoc consilio. Aegre patiuntur civitates reduci in urbes illam Episcoporum dominationem. Et sapiunt, sed quo ore eripiemus eis, si nobis permiserint doctrinam? Quid? quod omnia quae largiti sumus, habent eiusmodi exceptiones, ut hoc metuam, ne Episcopi existiment offerri ῥήματα ἀντὶ ἀλφίτων. sed quid potuimus aliud? Quanquam ut ego quod sentio dicam, Utinam utinam possim non quidem dominationem confirmare, sed administrationem restituere Episcoporum. Video enim, qualem simus habituri Ecclesiam, dissoluta πολιτεία ecclesiastica. Video postea multo intolerabiliorem futuram tyrannidem, quam antea unquam fuit. Ad haec, nihil adhuc concessimus adversariis, praeter ea, quae *Lutherus* censuit esse reddenda, re bene ac diligenter deliberata ante conventum. Neque ego non additurus eram aliquid quasi auctarium, publicae pacis causa. Cuius fortasse aliqui nunc rationem non habent, qui, si quis exorietur motus, utinam non abiicerent non modo has nostrorum disputationes, sed universam religionem.

Heri dictae sunt sententiae a nostris de restituenda potestate ecclesiastica. Et convenit inter Saxonem, Marchionem, et Luneburgensem. *Hessi* cunctantur, et dissimulant sententiam vestri legati. Quidam animis intuentur τὸν ἀπελθόντα **). Huius consiliis applaudent, si videbuntur ipsis profutura. Plane nihil fieri ab illis nostris accusatoribus candide suspicor. Itaque non valde doleo meas actiones ab illis reprehendi. Ego nullius in hoc negotio gratiam aucupatus sum,

*) Coelest. addit: *Datae* 6. *Septbr.*

*) Haud dubie haec spectant ad clamores Norinbergensium, Melanthonem rem Evangelicorum prodere, quod velit Episcopis restitui iurisdictionem.

**) Landgravium W.

pacis cupidum me et fuisse et esse non obscure confiteor. Neque adhuc intelligo, quid habeant consilii isti, qui malunt omnia funditus perire, quam in rebus non maximi momenti alicubi adversariis morem gerere. Quem ego locum, quem articulum necessarium deserui? Immo effeci etiam, ut fateri cogeretur Eccius, iustitiam contingere per fidem. Sed facio finem huius apologiae. Brevi coram hac de re copiosius confabulabimur, modo Christus fortunet exitum negotii. Nunc enim deliberat Caesar, quid de nobis statuere velit, postquam non omnia convenerunt. Pridie Cal. Septemb.

Φίλιππος.

No. 878. **31. Aug.**

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 149.

Ioachimo Camerario Noribergae

S. D. Iam obsignaveram priores literas, cum inter colloquendum cum nostris amicis venit in mentem Ecciani ioci, quem putavi dignum esse, qui ad te perscriberetur. Heri inquit, Caesarem imprudenter fecisse, quod non statim ingrediens in Germaniam, in singulis urbibus inquisiverit in Lutheranos. Id si fecisset, audisset ferocissime respondentes, et praeterea multa monstra haeresium. Haec inflammassent Imperatorem ad totam hanc factionem delendam. Nunc factum esse mitiorem, postquam distulit inquisitionem, ac primum in conventu coepit audire hanc causam, ubi Pontani *χρηστολογία*, et meis *ἐπιεικείαις* effectum esset, ut non perinde caleret, quemadmodum causa postularet. Haec ille dixit heri in nostro colloquio ludens. Sed vides non deesse iudicium aut prudentiam inimicis nostris. Quanquam ego quidem Eccio satis amice utor. Audio brevi nos abituros esse. Vale feliciter.

Φίλιππος.

No. 879. **1. Sept.**

Mart. Luthero.

Epist. lib. I. p. 26. (Edit. Lond. I. ep. 20.) Nunc edita ex autographo Mel. in cod. Monac. T. p. 299.

D. Martino Luthero Patri cariss.

S. D. Ante triduum finitum est colloquium nostrum. Noluimus enim conditiones de altera Sacramenti parte, de Canone, de privatis missis[1]), item de Coelibatu accipere. Nunc res iterum ad Imperatorem relata est, ubi[2]), quid futurum sit, divinare non possum. Tantum oremus Christum[3]), ut mentem Imperatoris flectat ad pacem retinendam, qua nunc maxime opus est, non tantum nobis, sed universae *Germaniae.* Non credas[4]) quanto in odio sim *Noricis*, et nescio quibus aliis, propter restitutam Episcopis iurisdictionem. Ita de suo regno, non de Evangelio dimicant socii nostri. Bomgartnerus[5]) scripsit me, si quanta maxima pecunia voluissem a Romano Pontifice conductus essem, non potuisse meliorem rationem suscipere restituendae dominationis Pontificiae, quam hanc esse indicent homines, quam instituimus. Ego nullum adhuc articulum deserui, aut abieci; qui ad doctrinam pertineat; tantum stomachantur[6]) de politicis rebus, quas non est nostrum eripere Episcopis. Brevi, ut spero, sciemus, quid decernet Imperator. Vale feliciter. Die *Egidii.*

Φίλιππος.

No. 880. **1. Sept.**

Vito Theodoro.

Epistol. lib. VI. p. 435. — Nunc ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 339. descripta.

Vito Theodoro, apud Lutherum.

S. D. Dedi nuncio Witebergensi literas ad Doctorem, maxime, ut occasionem vobis offerrem scribendi Witenbergam. Iussi enim ut expectet vestras literas nuncius. Quid hic fiat, significavi Doctori. *ἐπίτασις* videtur praeteriisse. Nunc expectamus *καταστροφήν*, quam faciat Christus tranquillam et pacatam. Res pendet in arbitrio Caesaris, qui propediem decernet. Nam in Colloquio nostro non potuit ita convenire, ut conditiones omnes acciperemus. Et tamen arbitror

---

1) Peuc. *missa privata.*
2) Peuc. mendose: *ut.*
3) Peuc. *Deum.*
4) Peuc. *credis.*
5) Peuc. *amicus quidam*, pro *Bomg.*
6) Peuc. *stomachabantur.*

tantundem fuisse periculi apud Caesarem, etiamsi conditiones illas accepissemus. De *Bucero* idem mihi videtur, simulari ad tempus studium concordiae. Et suspicor subornatum esse ab his qui nos cum illa factione semper coniungere conati sunt. Tui cives mirifice criminantur me propter restitutam Episcopis iurisdictionem. Interim dissimulant quid doleat ipsis, et cavillantur in nostris actionibus quaedam alia de sanctis, etc. *Κώμαο*, die Egidii.

Φίλιππος.

No. 881. **1. Sept.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 143.

Ioachimo Camerario Noribergae

S. D. Mitto tibi literas meorum liberorum ad te scriptas, in quibus commendant tibi meam salutem. Ac mihi quidem gratissimum est, liberos meos iam intelligere amicitiam nostram. Neque tibi opinor inhonestum, talem de te opinionem habere hanc aetatem, quae alienissima est ab omni suspicione assentationis Amabo te, mittas mihi exemplum Graecarum epistolarum, quas Secerius excudit. Cupio enim habere integrum locum de Synodis, quem hic vidisti annotatum in meo Paulo, ex quadam epistola Nazianzeni. Non admodum me movent vulgi clamores de meis consiliis atque actionibus. Ideo iubeo te bono animo esse. Vale feliciter. Calend. Septemb. *Georgii* carmen tibi mittimus hic excusum.

Φίλιππος.

No. 882. **3. Sept.**

Brentius ad Isenmannum.

† E codice Suevo-Halensi ep. 17.

Iohanni Isenmanno Ioh. Brentius.

Credo, te nunc, mi Isenmanne, legisse nostra media quae adversariis proposuimus, et quanquam prima fronte dura tibi videantur, tamen aliter iudicabis, si olim me referente causas intellexeris, quas nunc enumerare non est opportunum. Vulgus traducit nos corruptos pecunia a papistis, eo quod vulgi libidini non servimus. Qui sibi meliores videntur, impia vocant, et nos defectionis accusant propterea quod iurisdictionem episcopis obtulerimus. Habemus quosvis fere obvios praeceptores, et nemo est, qui non sua opinione meliores conditiones proposuisset. Tale praemium ferimus nostrae solicitudinis et laboris. Mitto tibi de ea re iudicium *Lutheri* nostri. Literas autem illas *Lutheri* manu scriptas, quibus me *Philippus* donavit, diligenter adserves, ne describantur et evulgentur. Eas etiam literas, quas nuper ad te de Hessi clanculario discessu dedi, fideliter custodi aut combure, ne in alienas manus perveniant. Est enim hic captus quidam ecclesiastes Zwinglianae factionis, non eo nomine (ita enim imperator excusavit) quod sit sacramentarius, sed quod palam dixit, Caesarem voluisse capere Hessorum Principem. Vides, quid praetexatur, ut opprimamur. Caeterum media nostra, a quibus nec latum unguem hactenus discedere voluimus, Caesari oblata sunt, non ut iudicet, sed ut per ipsum liceat in ea professione quiete vivere. Quid Caesar pronuntiaturus sit ex sententia Papae (dicitur enim papae, ad quem media nostra misit, nuncium expectare) omnes, quotquot hi sumus, ardenter expectamus. Vale ex Augusta, Sabbati post Egidii, anno 30.

No. 883. **4. Sept.**

Legati Norinb. ad Senatum.

† Ex Actis Norimberg. p. 233.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — — Mittler Zeit nächst unsers Schreibens *) ist an uns anderst nichts gelangt, denn daß die verordenten drei des kleinern Ausschusses, nämlich des Bischoffs von Colln, und dann des Marggrafen zu Baden Canzler, samt Doct. Ecken, Theologen, in des Churfürsten von Sachsen Herberg gewesen, und als S. Chf. G. sie selbs nicht, sondern durch Doct. Prucken und Philippum Melanchton verhören las-

---

*) i. e. epistola Legatorum d. 31. Aug. ad Senatum scripta, ubi autem de iis, quae in causa religionis acta fuerint nihil narrant sed Senatum ad narrationem, epistolae adiectam, ablegant, quae narratio nunc non est in actis.

sen, ist ihre Werbung ungefährlich dahin gestanden, daß Churfürsten, Fürsten und Stände ihre letzte übergebene Verzeichniß mit Fleiß erwogen, und sich darauf entschlossen (hätten), alle gethane Handlung des größern und kleinern Ausschusses der Kais. Maj. unterthäniglich anzuzeigen. Deß hätten sie Befehl, dem Churfürsten von wegen der Reichsstände guter Meinung wißlich zu machen. Seyn also wiederum abgeschieden.

Und als Churfürsten, Fürsten und Stände der mehrere Theil alle nachfolgend vor Kais. Maj. erschienen, ist durch Marggraf Joachim, Churfürsten, wie wir berichtet, Ihr Majestät alle Handlung und worauf die Sach in den vorgeschlagenen Mitteln beder Theil beruht, angezeigt worden. Deß hat sich Ihre Kais. Maj. weiter zu bedenken und nachmals ihr Gemüth hierin zu eröffnen vernehmen lassen. — — — — — — —

Der Churfürst von Sachsen hat vor zweien Tagen Graf Albrechten von Mansfeld und Herrn Hansen v. Minkwitz zu Kais. Maj. geordent, und ihn anheim zu erlauben bitten lassen. Wiewohl den beiden Gesandten erstlich rauhe Antwort begegnet, so hat doch die Kais. M. den Churfürsten im Ende gnädiglich ersuchen und bitten lassen, noch der Zeit nicht abzuschreiben. So woll Ihre Maj. zum förderlichsten und so viel möglich in den Sachen handeln und fürfahren *).

Auf gestern haben uns des Landgrafen zu Hessen Räthe samt andrer Städte Bothschaften erfordern lassen, und angezeigt, was ihr gnädiger Herr auf die übergebenen Mittel zu bewilligen entschlossen sey. Haben uns einen fast christlichen und trostlichen Brief, den S. F. G. mit eigner Hand geschrieben vorgelesen, der allein dahin gerichtet, daß diese Mittel anzunehmen aus viel Ursachen beschwerdlich. Derhalb auch sie, seine Räthe, denselben Brief hören lassen sollen, und vermahnen, sich hiern nicht lassen zu erschrecken, und in Gottes Wort, als einer tapfern Handlung, nicht mit dergleichen Glossen umzugehen **). — — —

Sonst kommen der Churf. von Sachsen, auch sonderlich Marggraf Georg oft und viel zu Kais. Maj., was aber des Orts practicirt und gehandelt wird, können wir nicht wissen. — — — Sonntags 4. September des Morgens am Thorsperren, anno 1530.

Wölkaimer, Bernhardt
und Jeronymus Baumgartner.

*) Scribunt legati ad Senatum d. 7. Septb.: „Der Churfürst v. Sachsen, deßgleichen Marggraf Joachim Churfürst zu Brandenburg, halten stattlich an um Erlaubniß anheim zu reisen; aber, wie wir befinden, wird ihnen Kais. Maj. vor Ergebung des Abschieds in Glaubens Sachen, deß man sich in Kurz versiehet, zu verrücken nicht erlauben."

**) Intelligitur ex epist. d. 7. Sptb. scripta, legatos apographa duarum epistolarum Landgravii ad Senatum misisse.

No. 884. 4. Sptb.

M. Luthero

Epist. lib. I. p. 25. (Edit. Lond. I. ep. 19.)

D. *Martino Luthero*,

S. D. Scio tibi diuturnum hoc silentium molestissimum esse, praesertim hoc tempore quo maxime nos oportuit colloqui: verum ita mihi credas, nulla res aeque me offendit in aula, atque ista negligentia, quod non mittunt ad te crebriores tabellarios. Nos quidem impetrare non possumus ut mittant. Has literas misi ad *Ioachimum*. Non recepimus conditiones ab adversariis propositas, de utraque specie, de Coniugio, de Missa. Itaque rursus reiecta est res ad Caesaris deliberationes. Is petivit ante triduum, ut omnia in pristinum statum restituantur; quod si tamen gravari videamur hac sententia sua, operam pollicetur ad transactionem. Nostri respondent, se nihil scire, quod largiri adversariis possent, praeter ea, quae iam largiti sunt. Ita haeret res, et tamen hodie de quibusdam pacis conditionibus deliberavimus, quas si urgebunt adversarii, Princeps prius ad te mittet, quam aliquid constituat. Nostri socii plane videntur ἐλβετίζειν, hoc magis nobis puto pacem faciendam esse. Nihil moderati respondent Legati *Norici* et *Hessi*, et assentantur his *Luneburgici*. Nostri iudicant non esse amittendam occasionem faciendae pacis, si qua fieri honeste possit. Impendet enim horribilis mutatio universi imperii, ac omnium rerum, si res ad arma deducetur. Hodie intellexi ex quodam Principe viro, et amico Caesaris, *Helvetios* mira consilia habere de perturbanda publica pace, et *Turcas* certam et horribilem expeditionem parare. Vale feliciter. 4. Septembris 1530.

No. 885. 4. Sptb.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 150.

Ioachimo Camerario Noribergae

S. D. Stibarus misit huc fasciculum literarum, in quo erat epistola ad te scripta, quam vides. Inerat et brevissimum epistolium *Erasmi* ad me *), quod

*) d. d. 18. Aug. h. a.

nihil continebat, nisi querelam quandam de Basiliensibus, qui proposuerint edictum, ut Sacerdotes asportent res suas ex urbe, argumentatur haec belli προοίμια esse. Nec dubitat, quin a Rom. Pontifice incitetur ad bellum suscipiendum Imperator. *Caspar Mullerus* praeripuit tibi epistolam, sed ea lege, ut tibi ostendat rediens isthac. Non valde pugnavi cum homine amico utrique, cum esset adeo brevis epistola. Accepi et libellum *Oecolampadii*, in quo mecum litigat, missum a *Stibaro*.

De nobis hic nondum decretum est, neque accipiunt adversarii conditiones, quas proposuimus. Tanto plus vident, quam quidam, qui se nobis amicos esse dictitarent, qui ea concessione vociferabantur solidam τυραννίδα Episcoporum restitutam esse. Intelligunt enim, quid habeat illa concessio incommodi, quanquam ego optimo animo semper putavi ista concedenda esse. Quo iure enim licebit nobis dissolvere πολιτείαν ecclesiasticam, si Episcopi nobis concedant illa, quae aequum est eos concedere. Et ut liceat, certe non expedit. Semper ita sensit ipse Lutherus, quem nulla de caussa quidam, ut video, amant, nisi quia beneficio eius sentiunt se Episcopos excussisse, et adeptos libertatem minime utilem ad posteritatem. Qualis enim cedo futurus est status ad posteros in Ecclesiis, si omnes veteres mores sint aboliti, si nulli certi sint praesides? Rescribe, utrum has litteras, item priores longiusculas acceperis. Vale feliciter. Prid. Non. Septemb.

Φίλιππος.

No. 886. 4. Sptb.

N. N. ad Melanthonem.

Coelestini hist. Comit. P. III. p. 66. — Praefatur Coelestinus haec: „per ἀρχιγραμματέα Cardinalis (Episcopi) Leodiensis nova pacificatio tentata est, cui occasionem sermones Philippi cum quodam eius Cancellarii amico, qui paulo ante Vitebergae studiis operam navarat, praebuisse apparet. Is ad Philippum sequentes literas scripsit. — Quisnam fuerit certo sciri non potest."

Philippo Melanthoni S. D.

Iterum atque iterum, mi Philippe, per iocum atque etiam serio cum Archigrammateo Leodiense de re nostra diligentissime sum commentatus, qui dixit, se domino suo consultationem tuam super articulis usque ad futuram Synodum dissimulandis exhibuisse; diligentissimeque admonuisse constituendae pacis. Sed nescit quomodo per doctos innocentesque viros non suspectos sine offendiculo articuli isti admitti aut dissimulari, ut scribis, facile possint, potissimum de monachorum coniugio, de Missa apud nos fieri solita, quae si, ut vis, amitteretur, ut ipsorum utar verbis, iuge illud sacrificium et sacerdotium quoque omne tolleretur. Cupit igitur per modum affectionum paucis a te scire in his fidem tuam veram, et tuorum puram confessionem, ut ex animo paucissimis dicatis, quid credatis. Timet, ut suspicor, vos aliquid monstri alere, et aliter ore dicere quam corde creditis. Nec desunt, qui ista in aurem candidi Principis inculcant, qui apud Caesarem nollet levitatis accusari, ac minus aliquid attentare quod non videretur ad publicam pacem Ecclesiaeque unitatem facere. Utrunque Principem, ut audio, ex animo amat. Nolle itaque, ut et ipsi et Principatus eorum discrimini exponerentur, sed ut his comitiis cum Caesare in gratiam redirent, si tantum et tui darent modum, quo id sine offendiculo orbis et Caesaris contemtu fieri possit, qui qualis et quantus sit religionis et caeremoniarum observator, vides, et nullis mediis, meo iudicio, a veteri missandi ritu avocabitur, nec persuasionibus ullis mutabit animum, nec sinet privatas missas omnino aboleri, ne quidem apud vestros.

Proinde, mi *Philippe*, qui iam hic princeps sectae tuae crederis, cupit Leodiensis paucis absolvi, quod nuper multis verbis egisti, quo pacto missae vestrae publicae, Caesare et Pontificio Legato (cum quo et Leodiensis his diebus causam vestram tractavit) annuentibus, admitti debeant et possint, et privatae interea non abrogentur, et ne sacerdotibus eas dicere volentibus a vulgo vis fiat. Cogita mi Philippe, quod non modo in tuam et tuorum, verum etiam Principum rem, publicam salutem, Ecclesiae unitatem et animorum tranquillitatem esse putaveris. Nescio an ausim dicere, iam ferrum in manu Caesaris esse, quem in dies magis et magis nonnulli exasperant, qui ut non facile irritatur, ita semel irritatus difficilius pacari potest.

Nihil per me, vel apud summos viros omissum est pro pace concilianda et honore vestro servando. Dissimularetur forte in quibusdam, nisi unum aut alterum obstaret. Sunt, qui dicunt, nonnullos ex vobis promittere grandia, quos ta-

men posteaquam ad arma ventum fuerit, arbitramur nihil audere, qui hoc et illud postea causantes ac vos in mediis periculorum fluctibus relinquentes, incipient esse hostes, qui paulo ante sub signis vestris militaturos promittebant, et fidei datae immemores maiorem crudelioremque in vestros, passim omnia diripientes, edent stragem, quos postea iusiurandum Caesari praestitum excusabit, quae necessitatis species multis probabitur. Sed vos interea neglecti laboraretis; et multi innocentes in orcum mitterentur, ut et nostris temporibus iterum atque iterum fieri vidimus. Spero tamen, si causam vestram prudenter egeritis, rem sine sanguine pacari posse. Credo etiam, missam vestram publicam, saltem latinam, usque ad Synodum tolerari posse, modo et privatae interea fierent, et sacerdotibus saltem quibusdam, rem sacram facturis, sacerdotia redderentur.

Fac mi Philippe, ne dicatur: haec consilio Philippi fecimus. Vale, et amicos, saltem *Spalatinum*, qui me hisce diebus per literas salutavit, iterum amanter saluta. 4. Septembr.

No. 887. 5. Sept.

N. N. ad Melanthonem.

Coelestini hist. Comit. P. III. p. 66b. — Est altera eiusdem amici Mel., qui epistolam d. 4. Sept, scripserat epistola.

Ad manus proprias sui amicissimi Philippi Melanthonis.

Mi amicissime Philippe. Heri, ut promisi, in templo D. Georgii una cum Cancellario Leodiensi, viro, ni fallor, undecunque docto iuxta et pio, summo desiderio te expectavi, cui et te dum abiremus multis nominibus commendavi, inducens ipsi in animum, te auctore in tantis rerum discriminibus facile conciliari pacem, et unitatem aut saltem tranquillitatem Ecclesiae reddi posse, admissis aut dissimulatis quibusdam articulis usque ad futurum concilium. Hodie convenit me homo, et dixit, se colloquia nostra retulisse Cardinali suo, huncque perbenigne respondisse, et pacis constituendae, modo enormia non peterentur, cupidissimum fore. Mi Philippe, persuadeas tibi velim, me omnia sincera et recta mente tentasse, ne novus tumultus praetextu Evangelii in Germania oriretur, forte et maiori clade quam prior ille fatalis rusticorum tumultus. Et si omnium perditissimus essem, nullae tamen imposturae tibi a me timendae. Haberem saltem rationem arctissimae nostrae consuetudinis, qua Vitebergae mutuo devincti eramus, nec credo, te unquam aliquid doli aut fraudis in me sensisse. Gaudeo quoque nimia oris libertate, et imprudenter magis quam malitiose per iocum effutio inter convivandum multa, quae forte magis expediret tacuisse. Sycophantam et impostorem nemo unquam me novit. Neque adeo alienus sum a Vitebergensibus, a quibus et beneficia accepi etc., ut non cupiam res eorum esse in statu optimo, a quibus semper cupivi omnia modeste, non seditiose impiis auctoribus agi et *) sincerum absque affectibus, quibus orbis turbatur, Evangelii in eis desideravi **) spiritum. Nihil igitur mali de me quispiam potest nec debet suspicari. Si non possum cum fructu multarum rerum auctor esse, malo interea spectator videri. Non sum is, a quo Philippus falli debeat aut possit, nec candor ille in me tuus sinit, quantum ad me attinet, te perditum iri, aut in discrimine poni. Senties posthac, me nihil monstri aluisse, ut forte aliqui suspicantur. Nec Cancellarius iste, (modo credendum homini) aliud quaerit, quam publicam Ecclesiae pacem vel iniquis conditionibus, ut ipsius utar sententia; dicitque, Cardinalem suum nihil aliud desiderare, quam animos Principum, potissimum in causa fidei, pacatos esse, et Ecclesiae, imo orbi, absque diluvio sanguinis pacem reddi. Rogavi, ut si Cardinalis, quem aiunt hominem ingenii austeri, esset animo asperiori in vestros apud Caesarem, ipse pro sua prudentia propter publicam pacem pacatiorem reddat hominem, temporisque habeat rationem, et cogitet, quod factum est infectum reddi non posse. Et quia te solum cursitare video pro concilianda pace, si placet, praescribe articulos, quos concedendos arbitraris, quos ego homini reddam, rogaboque, ut diligentissime curet omnia et, quo sit animo Cardinalis Leodiensis, postea me reddat certiorem. Vale. 5. Septbr.

*) Pro *et* videtur legendum esse *nec*.

**) *desideravi* mutandum videtur in *desiderari*.

No. 888. (5. Sept.)

Melanthon ad Cancellar. Leodiensem.

Edita a Coelestino in hist. Comit. P. III. p. 67. — Quid per Cancellarium Episcopi Leodiensis actum fuerit, ex scripto d. 4. et 5. Septb. scripto intelligitur. Hic habes Mel. responsum, cui haud dubie etiam epistolam adiunxit, quam vero non habemus. — Brevissime hanc cum Cancell. Leod. responsum commemoravit etiam Spalatinus in annalib. p. 224., ubi ipsum hoc responsum germanice legitur. Sed conscriptum est a Melanthone, et lingua latina in Actis Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 87. no. 2. habetur enim hoc responsum manu Spalatini descriptum, a Melanthone vero sua manu sic inscriptum:

„Responsio exhibita Cancellario Leodiensi de articulis, de quibus non poterat convenire im Ausschuss."

Quicquid in his articulis admissum est, clare apparet in scriptis, quae exhibita sunt.

† *De quarto.* (*De utraque specie.*)[1]

Excusavimus hos, qui sumunt alteram speciem, qui cum non habeant administratorem sacramentorum, debeant uti sacramento, quemadmodum porrigitur. Itaque isti sine peccato sumunt alteram speciem. Et hanc excusationem docere non gravamur. Nam et hactenus sic excusavimus alios, ut haberent conscientiae consolationem. Sed si in genere doceremus, quod una specie uti liceat, videremur prohibitionem alterius speciei probare, quod non possumus facere.

† *De quinto*[2], ostendimus nos non quibuslibet sine discrimine, sed illis alteram speciem daturos esse, quorum conscientias intelligeremus gravatum iri utraque specie.

(*De coniugio.*)[1]

Constat prohibitionem coniugii pure humani iuris esse, sicut testantur etiam infra allegata; † et constat, eam variam fuisse. Quidam canon iubet diaconos manere in ministerio, si duxerint uxores et fuerint protestati, quod non possint continere; sed presbyteri deponebant[3] ministerium ducentes uxores, non excommunicabantur. Duabus synodis facta sunt decreta, ne interdiceretur usus propriae coniugis ante Presbyteratum[4] ductae. Siricius[5] tamen postea interdixit, nihil reveritus auctoritatem conciliorum. Magna varietas fuit huius negotii in Ecclesia. Et decreta saepe mutata sunt, cum apud alias gentes, tum etiam in ipsa Germania, sicut historiae testantur. Quare si nunc pro ratione temporum aliqua aequitas adhiberetur in hoc[6] interdicto, quod praesertim est humani iuris, novitas haberet excusationem tutiorem, quia cum vetera decreta de hac re abolita sunt, quae fuerunt consentanea iuri divino. Neque enim fecerunt nostri contra ius divinum. Et in hoc casu necessitas etiam[7] considerari debebat. Nam[8] multae Ecclesiae nullos poterunt habere pastores, si removeantur ab officio coniugati. Et omnino interitura religio in illis locis videretur, remotis pastoribus. Dirum autem esset, malle religionem totam abolere quam moderari aut certe dissimulare unam constitutionem, alioqui gravem, et vix a paucissimis recte servatam in ecclesia. Ac mirum est, hanc constitutionem tam acerbe defendi, cum aliae infinitae propter causas non maximas saepe relaxentur. Sed haec causa nihil habet opus disputatione; res loquitur ipsa quam dura sit constitutio, et quam pauci recte servent eam; quare conveniebat eam legi divinae cedere.

(*De Missa.*)[9]

De *Missa* responsum est, quod serventur apud nos substantialia, quae ad consecrationem pertinent. De reliquis verbis ostendunt ipsi etiam adversarii, quod habeant aliquid incommodi, quia addunt interpretationem, qua nihil opus esset, si verba Canonis satis plana essent. Quia autem nostri docent applicationem missarum adversari iustitiae fidei, sicut † in Confessione nostra exposuimus, ideo verba illa Canonis non leguntur, ex quibus applicatio Missarum sumta est. Et videremur damnare doctrinam et confessionem nostram, si illa verba applicationis reciperemus. Nos autem consentire in hoc contra confessionem nostram et fundamenta confessionis nostrae non possumus. Ad haec manifestum est, quod nunquam lectus est ubique idem Canon[10] in Ecclesiis, quare dissimilitudo canonis non laedit fidem.

1) *De utr. spec.* non habet Spal.
2) Haec non habet Spal.
3) Coel. *deponant.*
4) Coel. *presbyterium.*
5) Coel. *Syricius Pontifex.*
6) Coel. *huic* pro *in hoc.*
7) Coel. *etiam necessitas.*
8) Mst. Spal. *Tam.*
9) Haec inscriptio non est in mst.
10) Coel. *idem Canon ubique.*

Postremo cum nullum habeamus dogma contra fidem, et proposuerimus conditiones, quantum nos quidem iudicare possumus, aequas, sperabamus[11]) futurum, ut non onerarentur nostri amplius contra conscientiam. Sed si non potest coire concordia his conditionibus, quas proposuimus, petimus, ut reiiciatur res ad Concilium, cuius toties iam huic nationi spes facta est, et nunc suscipiatur deliberatio de retinenda pace usque ad concilium.

No. 889. 6. Sept.

Io. Hesso.

Epist. lib. VI. p. 337. Contulit autographon in cod. Rehdig. Vol. V. S. V. Schulzius.

Iohanni Hesso S. D.

Ex Dn. Doctore legato vestro audies historiam conventus. Ego paucis significabo, quid in colloquio cum *Eccio* egerimus, quod instituerunt Principes ad dirimendas controversias. De Iustitia fidei concedebat nobis, quod fides iustificet, sed cavillabatur vocem, *sola:* neque tamen addi voluit opera: sed gratiam et Sacramenta et verbum tanquam instrumenta: Haec ego concessi posse addi: sed opera tamen exclusi. Postea de satisfactione pro poena remissione; item de meritis, etsi his exiguum quiddam, seu ut ipse loquitur, minus principale tribuit, tamen nihil concessi. Reliquos articulos non improbant adversarii. Ubi ventum est ad utramque speciem, voluerunt ut et nos doceremus, licere uti una specie. Hic excusavimus sumentes, qui quia non habent administrationem Sacramentorum, coguntur uti Sacramentis, quemadmodum porriguntur. Itaque excusat hos necessitas. Sed auctores prohibitionis utriusque speciei non excusavimus. De coniugio iniquissimas conditiones proposuerunt. Itaque non recepimus. Recusavimus etiam privatas Missas restituere. Ceterum Episcopis obtulimus iurisdictionem et palam professi sumus, nos Politiam Ecclesiasticam libenter conservaturos esse, et optare, ut Episcopi praesint Ecclesiis. Polliciti sumus etiam nos servaturos quicquid est ceremoniarum indifferentium, propter concordiam Ecclesiarum alendam. Sed has conditiones nondum acceperunt Episcopi. Nunc igitur expectamus violenta edicta. Nulla enim moderatione satisfieri sibi Pontificiae factionis homines patiuntur. Volunt nos prorsus perditos. Deus igitur orandus est, ut servet nos. Vale 6. Septembris (Anno 1530.)*)

11) Coel. *speramus.*

*) Manu alia adscriptus est annus.

No. 890. 7. Sept.

(Scriptum Melanthonis.)

Ex *Kappii* Nachlese P. II. p. 728.

Notata quaedam a Philippo Melanthone in comitiis Augustanis 1530. ex autographo Georgii Spalatini. (Videntur haec a Mel. literis mandata esse, quum pararet apologiam Aug. Confess. adversus refutationem Pontificiam.)

Vigilia Nativitatis beatiss. virginis Mariae (d. 7. Sptb.) 1530.

Augustae, in comitiis Imperialibus.

1) Mandatum servandi omnia vetera.
2) Si suscipiat C(aesarea) M(aiestas) nostros articulos, petendum relationis exemplum.
3) Si suscipiat C. M. quaedam cum clausulis, non ferendis.
4) Si suscipiat C. M. quaedam et quaedam non. Verbum *Wort* und Druck, Druck.

Si mysterium est ἀπὸ τῶν μυστῶν, ergo licet etiam sacerdotibus ducere uxores.

Vocatur enim etiam matrimonium mysterium.

Meminisse oportet in protestatione omnia consentanea confessioni.

Feria quarta, Vigilia Nativitatis Mariae Virginis beatiss. (d. 14. Sptb.) 1530.

Pro utraque specie.

1) Quia est clarus textus Evangelistarum et Christi institutio: bibite ex hoc omnes.
2) Quod sic servatum est in tota ecclesia, sanctis principibus et episcopis ultra mille annos.
3) Neque liquet, a quibus et quando sit abrogata species altera, ne in canonibus quidem.
4) C. M. cogitet rationibus, ab adversariis productis, et inepte citatis scripturis, ius divinum non tolli.
5) Neque nos posse consentire, ut altera species prohibeatur.

6) Neque enim temere aliquid in ordinationibus divinis esse immutandum, aut mutationibus consentiendum.

7) Multo minus probari posse a nobis, quod dixerunt adversarii, esse abusum dare utramque speciem laicis. Nam institutum Christi non esse vocandum abusum.

8) Esse comminationem Christi, qui solverit unum ex minimis mandatis, futurum in regno coelorum minimum.

Phil. Mel. 1530.

Contra Canonem Missae Pontificiae.

1) Quod sit sacrificium.
2) Quod sit meritorium aliis.
3) Quod Christum Deo commendat etc.

Contra Missam privatam.

1) Quoniam non habet verbum pro se. In rebus autem divinis nihil est tentandum, nullus est cultus Dei sine verbo et mandato Dei.
2) Perversio est officii et ministerii sacerdotalis, tanquam si quis se ipsum baptizet.
3) Non est devotio, sed corruptio et mercatura et aucupium nummorum.
4) Est exemplum malum.
5) Eandem esse communionem sacrorum [lege *sacerdotum*] et laicorum.
6) Ineptum etiam est, unum solum vesci, aliis tantum spectatoribus.
7) Coena est exhibitio corporis, ergo non est oblatio.
8) Est testamentum, quo nobis promittitur.
9) Si est sacrificium, ergo fides non iustificat.
10) Utrum sit sacrificium in edendo et coenando.
11) Debet esse synaxis, quia dicit Paulus: *convenientibus vobis alii alios expectent.*
12) Sacerdotium est singularis iam status, cum nullum sit discrimen.
13) Gratiarum actioni satis est loci in missa publica.
14) Est periculum et scandalum, sicut fuit Ephod Gedeonis.
15) Omnia verba sunt pluralis numeri: edite, bibite etc.
16) Non est satis dicere: habeo bonam intentionem. Oportet dicere: habeo verbum Dei.
17) Deinde est missa privata iam pridem condemnata tot scriptis editis et abrogata.
18) Christus iussit fieri in sui memoriam. Item Paulus: mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Hic autem non praedicatur, sed omnia celantur.
19) Christus iussit in memoriam sui. Meminisse non prodest nisi vivis.
20) Paulus iussit annuntiari mortem domini, donec veniat. Quid autem opus est praedicare mortuis?
21) Quod pro opere applicativo et opere operato habuerint, et contra Paulum sit.
22) Quod est humanum inventum.
23) Quod nemo potest pro altero sacramentum accipere.

Pro coniugio sacerdotali.

1) Haec causa non habet opus longa disputatione. Est enim clara.
2) Contrarium est impia opinio, quia daemonum doctrina.
3) Est contra mandatum Dei.
4) Est contra creationem Dei.
5) Est contra ordinationem Dei.
6) Est impossibile votum.
7) Neque votum potest tollere mandatum, creationem et ordinationem Dei.
8) Tantum consideret C. M., quantum sit scandalum ubique.
9) Quod laudatur castitas, bene fit, sed cur etiam non observatur, quae sic laudatur. Est enim etiam (in) matrimonio castitas, ut *Paphnutius* dixit.
10) Quod praedicant possibile, cur non praestatur? Satis enim est nota vita sacerdotum coelibum.
11) Etiamsi esset possibilis, tum non esset lege prohibendum matrimonium. Iniicit enim laqueum conscientiis, et est doctrina daemoniorum. Et quis dedit potestatem Papae onerandi sacerdotes hoc onere.
12) *Ambrosius* dixit: sola castitas est, quae suaderi potest, imperari non potest; res magis voti quam praecepti est.
13) Praeterea ius divinum est: *unusquisque habeat suam uxorem. Episcopus*, item *diaconus sit unius uxoris vir. Hoc verbum non omnes capiunt. Non est bonum, hominem esse solum.* Ius autem divinum non potest tolli humana prohibitione; obligatio enim contrahentium est iuris divini.

14) Quod rei fiant omnium flagitiorum et fornicationum prohibitores coniugii.
15) Participes etiam fiunt effusionis sanguinis omnium, hoc nomine occisorum.
16) Magna etiam sit crudelitas, ecclesiam privare sacerdotibus piis, coniugibus prohibitis aut submotis. Ubi enim idoneos acceperis.
17) Quod olim multis seculis etiam confessione adversariorum in usu fuerit coniugium sacerdotale.

Quia ipsa leges et ipsi canones veteres habent pro coniugio, et non deponunt a ministerio.

Cardinalis *Cusanus* scribit, olim etiam in sacerdotio sacerdotes duxisse uxores.

18) Imo hodie, ut alibi, ita in tota orientali ecclesia est coniugium sacerdotale in usu.

1530.

Contra Vitam Monasticam.

1) Impiae opiniones: quod iustificent.
2) Quod sint status perfectionis;
3) quod servent praecepta et consilia;
4) quod habeant opera supererogationis;
5) quod habeant votum castitatis impossibile, et contrarium mandato, creationi et ordinationi divinae.
6) Si obligatio votorum nullas haberet causas, et mutari posset, nec Romani Pontifices dispensassent.

Haec omnia cum sint falsa et inania, faciunt vota irrita.

1530.

1) Christus non plus prohibet aut praecepit de politia, quam ut obediatur magistratibus.
2) Modum et formam obedientiae non determinat, sed relinquit eam legibus singularum πολιτειῶν.
3) Alioqui veniret cum nova lege politica, instituens τυραννίδα, auferens omnes gradus libertatis.
4) Modus igitur et gradus libertatis pertinet ad ius civile.
5) Igitur si ius civile permittet defensionem in hac forma imperii, tunc licita est.
6) Sed contra omnia videtur hoc esse, quod subditus non debet eripere gladium domino, hoc est, uti contra dominum.

Ista est quaestio: utrum bona conscientia possit subditus suo magistratui per vim resistere, et sic accipere gladium, quem alioqui non gerit, sive magistratus intra iurisdictionem, sive extra, iniuste faciat, cum gladio uti videatur de iure divino nulli concessum nisi potestati.

Item, an sit differentia inter principem subditum et rusticum subditum. Utrum omnis vindicta inferioris contra superiorem sit iniusta. Distinguunt Iurisconsulti: est illicita contra superiorem iuste agentem, iniuste agentem servata forma, iniuste agentem servatis terminis iurisdictionis, et ferentem sententiam ubi non est notoria iniustitia; hic dicunt oportere parere.

1530.

Phil. Mel.

Dass man nichts habe sollen ohne der Bischöffe Zuthun neuern und ändern.

1) Quod episcopi fuerunt im ordentlichen Regiment.
2) Eas cerimonias, vota, missas tam diu durasse.
3) Vitanda fuisse schismata.
4) Propter caritatem vitanda fuisse.
5) Cum talia schismata, *Spaltung*, sine bellis non possint procedere, fuisse vitanda ad vitanda scandala.

Responsio.

1) Nos coram Deo excusatos esse, quod coacti fuimus ad talem doctrinam suscipiendam. Praedicatores debuisse Christum praedicare. Sic enim ait: *qui me confitetur* etc. Praeterea tota scriptura docet, summum esse cultum, recte praedicare; Credidi propterea quod locuti sunt vocati sacrificium laudis. Fateri etiam necesse habent, verbum non esse vere praedicatum. Item a sacrificulis esse confictum novum cultum. Da sind sie schuldig gewest zu strafen, Ezechiel 30. Haec enim doctrina pertinet ad secundum Dei praeceptum. Ex hoc coacti fuerunt reprehendere talia. Praeterea habent iustam vocationem. Ad hoc praeceptum Dei non patitur expectari, donec mundus conferet. Sic nec Christus et Apostoli expectarunt Annam, Caipham.
2) Se ecclesiam esse, et Evangelium (lege: *ecclesiam*) non posse errare. Est hic facilis responsio. Nos non admittere, papam et episcopos sacrificulos monachos esse ecclesiam, quanquam inter eos sunt, qui ad Evangelium (lege: *eccle-*

siam) pertinent. Paulus enim ad Eph. 5. docet, eos tantum esse ecclesiam, qui verbum Dei habent, et eo purificantur.

Hoc etiam pronuntiat scriptura, eos non esse ecclesiam. Nam Antichristum, ait Paulus, sessurum in templo Dei. Praeterea etiam sub Papa inventi sunt, qui eos oppugnarunt, et tamen mansit ecclesia. Neque diversitas externorum nos abfällig von jenen macht; quoniam talia non sunt de necessitate unitatis ecclesiae.

3) Ad inobedientiam non dedimus causam, sed Papa et Episcopi nostros damnarunt. Obvium est, dass man Gottes Stimme gehorche.

4) Propter caritatem fuisse toleranda. Paulus loquitur de infirmis, sed papistarum errores non sunt eiusmodi, qui cum fide possint stare; propterea ait Paulus: *instituite infirmos.*

Ultimo ad vitanda bella. Hoc pro dolor a condito aevo fuit. Sed Christus contra hoc nos consolatus est: *non veni mittere pacem, sed gladium.* Sed quoniam haec doctrina ad Christi gloriam pertinet, non curandum est, si veniant seditiones, scandala. Cum igitur nostri secuti sint mandatum Christi, non possunt pro schismaticis accusari.

Eadem de causa etiam populus coactus est suscipere hanc doctrinam, et abolere veteres abusus. *Erlofs leben* etc. Hoc enim Dei mandatum de Christo: *hunc audite*, tangit non solum doctores, sed etiam populum.

Principes nostri non possunt accusari ut schismatici ob defensam Evangelii doctrinam. Denn sie sind schuldig gewest darob zu halten, neque debuerunt obtemperare edictis imperatoriis; sicut Ionathan non obedivit Patri Saulo, iubenti Davidem tollere; sicut Abdias abscondit prophetas etc.

Nimirum omnes non possunt ut schismatici accusari, cum haec omnia fecerunt mandato verbi divini. Imo haec omnia auctoritate verbi coacti sunt sic facere; docere, abrogare. Darum haben sie keine freueliche (freiwillige) oder muthwillige Sonderung fürgenommen.

No. 891. **7. Sept.**

Melanthon de Missa.

Editum a Coelestino in hist. Comit. R. II. p. 284 b. — Videtur Melanthon non latine sed germanice haec literis mandasse.

„Censura Theologorum Ducis Electoris Saxoniae, cur Missa privata recipi et approbari non possit, a Dom. Philippo Melanthone comprehensa atque ex autoris autographo descriptae, quod scriptum Theologi Protestantium in vigilia Nativit. Mariae exhibuerunt anno 1530."

Adversariam partem scribere et docere, missam opus esse eiusmodi, quod applicatum vivis et mortuis non tantum remissionem peccatorum et gratiam, verum etiam omnis generis alia bona, utpote bonam valetudinem, victoriam et divitias ex opere operato iis mereatur in confesso est.

Hic error cum sit manifestus, crassus et perniciosus, missas privatas recipere et instituere in templis nostris nequaquam possumus.

Illam autem, quam diximus applicationem Evangelio prorsus adversari et contrariam esse, nulla eget probatione. Nam si opera nobis gratiam mereri et iustos coram Deo pronuntiare possunt ex opere operato, quod vocant, iustitia ex fide non erit. Verum ex Pauli doctrina patet et manifestum evadit, iustitiam absque ullis nostris meritis atque operibus ex fide esse.

Huc adde, quod posito missae merito aliquo nihil aliud sit, ac si dicas; *hic sacrificulus est Christus;* quia si missa satisfactio est pro peccatis, quorsum Christi mors et passio nisi Christi passionem sacrificuli gesticulationibus aequiparare velimus?

Deinde cum Christus semel sufficiens λύτρον pro omnium hominum peccatis persolverit, ut scriptura dicit: *una oblatione consummati sunt sancti*, sequitur, nullo alio sacrificio aut satisfactione opus esse.

Item, cum Christus praecipiat, haec in sui memoriam et recordationem fieri debere, sequitur, sacramentum absentibus nihil prodesse, aut conferre iis, quorum fides harum rerum commemoratione non excitatur. Cum vero mortui absentes sint, nec commonefieri possint, totam hanc doctrinam collabi necesse est.

Item, Missa in hunc praecipue finem instituta est, ut verbum Dei in eiusmodi publicis congregationibus populo proponatur; sicut et Paulus praecipit, inquiens: *mortem domini annunciabitis.* Sed mortuis haec annunciari non possunt.

Item, cum venerandum corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi sacramentum in usum et salutem totius ecclesiae sit institutum, nec ullum sit inter Laicorum et Sacrificulorum communionem discrimen, sequitur, rem esse plenam

scandali et ministerii confusionem, extra generalem communionem et congregationem sacrificare et missas privatas instituere, non secus ac si sacrificulorum communio praestantius opus sit, magisque meritorium Laicorum communione.

Item, quemadmodum Laici cuiusdam communio alteri nihil prodest nec confert quicquam, ita sacrificulorum quoque communionem aliis nihil mereri, dubium esse nemini potest.

Item, cum in Sacramento Christus nobis corpus et sanguinem suum, omniaque alia novi Testamenti bona distribuat et offerat, sequitur, illud nequaquam esse sacrificium, quo nos Deo nihil offerimus, sed oblata tantum recipimus.

De Canone.

Cum applicatio per Canonem praecipue confirmetur, illum etiam Evangelio omni ex parte contrarium approbare et recipere nequaquam possumus. Hoc enim facientes applicationem stabilire et confirmare conaremur.

No. 892. 8. Sept.

Mart. Luthero.

Epist. lib. I. p. 27. (Edit. Londin. I. ep. 21.)

D. *Martino Luthero*

S. D. Heri vesperi Principes fuerunt in Palatio Caesaris usque ad medium nonae, et acceperunt responsum, Caesarem velle curare congregari concilium, sed more antiquo *Romanae* Ecclesiae, et fortasse extra *Germaniam* propter negotia Caesaris. Interim restitui debere omnia Papistis, sed hoc adhuc non est plane decretum. Si quid adhuc velint contendere nostri in illis articulis, de quibus controvertitur, velle Caesarem adhuc per octo dies praesidere. De hoc hodie agent nostri Principes Caesari gratias, et dicent se in nullo posse cedere. In ludis equestribus *Ferdinandi* (cum feudum a Caesare in campo pro portis, iure *Austriaco*, acciperet) sex homines occisi sunt uno die. Duo perierant dissiliente Bombarda, et bene salutante omnes circumstantes. Unus ex militibus a quodam imprudenter dirigente Bombardam ictus, per os et medium cerebri transeunte globulo, subito concidit, et in cespite sepultus est. Quidam alius ab irato *Hispano*, cui e conspectu cedere noluit, confossus est. Sextus per ponticulum incedente turba decidens submersus est. *Marchio a Baden* calce equi percussus ex illo spectaculo abiit. Rex ipse in conflictu ter prostratus est, ut dicitur, tertio non sine laesione alterius lateris. Vale.

No. 893. 8. Sept.

Brentius ad Isenmannum.

† E codice Suevo-Halensi epist. 14.

Iohanni Isenmanno Iohannes Brentius

S. in Christo. Miror nugatoris illius impudentiam, qui apud vos sparsit rumorem de privato meo colloquio cum Caesare et vocatione ad aulam Caesaris. Magis autem admiror hominum nostrorum ineptitudinem, qui aures suas tam incredibilibus mendaciis accommodant. De *Knellero* in fiscalem electo nihil plane scio. Convenit me aliquoties, sed de ea re nec verbum fecit. *Philippo* et nobis cum *Bucero* non convenit. Ego quidem primum vocabar a *Sturmio* ad colloquium cum *Bucero* et *Capitone*. Cum multa contulissemus, tandem discessi ea conditione, ut et *Philippum* in colloquium adducerem. Hoc cum primum *Philippo* ob multas causas non persuaderetur, tandem conventum est. Atque ita *Philippus* quasdam propositiones pro *Buceri* sententia conscripsit, quibus *Bucerus* me praesente et audiente consentiebat. Cum vero domum venisset *Bucerus*, mutavit, et mutatas *Luthero* misit. Ita enim conveniebatur, ut *Luthero* sententiam *Buceri* mitteremus, si quo pacto concordia sarciri posset. *Lutherus* nihil respondit Bucero. Hominis dolos et fraudes agnoscit, qui vobiscum simulat, sese a sententia nostra non abesse, absens sparsit, nos in suam sententiam concedere. Mitto tibi propositiones primum eas, quas *Philippus* consensu Buceri conscripsit, deinde eas etiam, quas mutavit *Bucerus*, e quibus tu ipse dolum deprehendes.

Res comitiorum nostrorum ita se habent. Heri Caesar, nostris convocatis ad palatium, consensit quidem in concilium, sed non addidit liberum, christianum, generale et in Germanica natione. Interim tamen cupit, ut collapsa omnia

restituantur usque ad cognitionem concilii. In fine adiecit, se tamen nihilominus cum nostris in propria persona, si velint, transacturum, ut in ipsius sententiam concedant. Hoc ideo nostris propositum existimant, ut, si transactionem cum Caesare denegemus, causam habeant iustam adversarii, invidiosos nostros apud Caesarem reddere. Nostri hodie respondent civiliter, se a semel propositis conditionibus recedere non posse, proinde non velle gravare Caesarem ulteriori transactione, quaesituros tamen cum aliis principibus conditiones pacis civilis, ut unicuique usque ad concilium liceat pacifice sua fide frui. Expectamus igitur nunc, quid Caesar pronuntiaturus sit. Conditiones et media nostra, quae proposuimus, ecclesiastae fere omnium urbium, quas evangelicas vocant, damnant, et scribunt nobis huc incivilissime et praeter omnem caritatem. Quidam etiam iudicant de ipsis nondum lectis, tanta libido est insectandi. Sedentarii illi Theologi citius orbem turbarent, quam ut vel in casula Missatica vel in iurisdictione civili episcoporum, retenta etiam piae doctrinae libertate, cederent. Nolunt, nos esse ipsorum iudices, et in omnibus suis literis, quas ad nos scribunt, indicant de nobis et nostri sunt iudices, priusquam causas nostras vel audierunt vel legerunt. Scio, tuum iudicium sincerius esse; ideo hanc querelam in tuum sinum deponere volui. Tu in Christo vale, et saluta omnes nostros et nostras nominatim. De nuptiis iocatus es; utinam non liceret aliquando serio tractare. Sed et hoc ego iocor. Iterum vale. Ex Augusta, in die nativitatis Mariae, anno XXX.

No. 894. **10. Sept.**

Legati Norinb. ad Senatum.

† Ex Actis Norinberg. p. 248.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — — So viel aber die Reichshandlung, sonderlich der Articul unsers Glaubens belangt, schicken wir E. W. aller Handlungen Copien zu, daraus E. W. wo es jetzo stehet, zu vernehmen haben *). Bedenken gleichwohl, dieweil der Churfürst sehr wegeilt, Kais. Maj. und die Stände möchten in wenigen Tagen einen Abschied eröffnen. — Sambstags den X. Septbr. um 6 Hora frühe, 1530.

Volkhamer, Bernhardt
und Jeronymus Baumgartner.

*) Haec non habentur in Actis.

No. 895. **10. Sept.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 144.

Ioachimo Camerario Noribergae

S. D. De graecis epistolis habeo tibi gratiam. Et ut referam etiam, duxi tibi significandum, quo loco invenias epistolam, quam requiro de Synodis. Ad Procopium scripta est, et continetur in Pag. X. 2. a tergo, sed ut levarem te labore quaerendi, descripsi graece, et addidi latinam interpretationem, ut mihi corrigeres. Nam in exemplari Seceriano mendosa pluscula sunt. Emendavi quaedam ut vides, et secundum emendationem meam sum interpretatus, sed a te non solum verba meliora requiro, sed etiam sententiam aptiorem. Ubique mira est obscuritas Gregorii. Vides me etiam in conventu, et in miserrimis curis ac doloribus tamen grammaticas quaestiones agitare. Pacem videremur consecuturi, si paulo essent aequiores ac tractabiliores isti, qui meam ἐπιείκειαν reprehendunt. Nunc praeter nostros nemo sustinet audire ullam moderatam vocem.

Quod me rogas, ne quid iratus dicam adversus tuos quosdam amicos, ego, mi Ioachime, vere hoc praedicare possum, me tua causa hactenus dedisse operam, ne qua vox durior erumperet mihi adversus istos quos significas *). *Ebnero* filius scripsit, multo plenius exponens causas meorum consiliorum. Nam ego composui epistolam, et fingo illum recitare sermones non meos tantum, sed nostri Nestoris. Si quis istuc scribit me maledicere tuis amicis, magna me iniuria afficit, prorsus ut a me vestrorum voluntates abalienet, quorum gratiam, etsi non contemno, tamen non faciam tanti, ut praeferam his rationibus, quae me in illam induxerunt sententiam, quam in his dixi negotiis. Sed de his coram. *Luthero* mittes has literas. Vale, IIII. Id. Septemb.

*) Norimbergenses legatos.

Προκοπίῳ τοῦ Θεολόγου.

Ἔχω μὲν οὕτως, εἰ δεῖ τἀληθὲς γράφειν, ὥστε πάντα σύλλογον φεύγειν ἐπισκόπων, ὅτι μηδεμιᾶς συνόδου τέλος εἶδον χρηστὸν, μηδὲ λύσιν κακῶν μᾶλλον ἐσχηκυίας, ἢ προσθήκην. Αἱ γὰρ φιλονεικίαι καὶ φιλαρχίαι, ἀλλ' ὅπως μήτε φορτικὸν ὑπολάβῃς οὕτω γράφοντα, καὶ λόγου κρείττονες, καὶ θᾶσσον ἄν τις ἐγκληθείη κακίαν ἑτέρων δικάζων, ἢ τὴν ἐκείνων λύσειε. διὰ τοῦτο εἰς ἐμαυτὸν συνεστάλην, καὶ μόνην ἀσφάλειαν ψυχῆς, τὴν ἡσυχίαν ἐνόμισα. νῦν δὲ καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν ἔχω προστατοῦσάν μου τῆς κρίσεως, ἀεὶ σχεδὸν τὰ τελευταῖα πνέων, καὶ εἰς οὐδὲν ἐμαυτῷ χρῆσθαι δυνάμενος· διὰ τοῦτο συγγνωσκέτω μὲν ἡ σὴ μεγαλόνοια· πειθέσθω δὲ διὰ σοῦ καὶ ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, μὴ ῥαθυμίαν ἡμῶν καταγινώσκειν τῇ ἀσθενείᾳ, δι' ἣν οἶδε καὶ συγχωρήσας ἡμῖν δεηθεῖσιν ἀντ' ἄλλης εὐεργεσίας τὴν ἀναχώρησιν.

Procopio Gregorius.

Siquidem dicendum est, quod res est; vere hoc scribere possum, omnes Episcoporum synodos fugiendas esse, quia nullius Synodi exitum vidi utilem, aut magis finem malis afferentem, quam incrementum. Contentiones enim et ambitiones ineffabiles sunt, absit ab hoc, quod ita scribo, verbi invidia. Et facilius est aliena vitia reprehendere, quam corrigere. Ideo me contineo, et statuo tantum in precibus habitum me esse certam tranquillitatem. Et quia vix iam extremum spiritum duco, propter imbecillitatem non sum idoneus ad iudicandum. Neque ullam ad rem gerendam suppetunt vires. Ideo velim mihi ignoscas, et pientissimo Imperatori me excuses, ne imbecillitatem meam interpretetur desidiam esse. Neque enim ignorat se mihi petenti propter illam causam prae alio beneficio concessisse, ut in secessum commigrarem. — Expecto et tuam versionem.

Φίλιππος.

No. 896. (10. Sept.)

Ebnerus filius ad patrem.

Edita a Coelestino P. III. p. 65 b. Chytraeo p. 310. — Melanthonem hanc epistolam composuisse, ipse professus est in ep. ad Camer. d. 4. Sept. h. a. — Eam edidit etiam Flacius in scripto: Gründliche Verlegung des langen Comments der Adiaphoristen etc. (Ien. 1560. 4.) eamque sic inscripsit: „Epistola Philippi, quam Augustae anno 1530. Noribergam alterius nomine de suis adiaphoristicis actionibus scripsit, ex eius proprio chirographo descripta."

Hieronymo Ebnero, Consuli Norinbergensi) Erasmus Ebnerus**) filius.*

Scis institutum esse colloquium de dirimendis controversiis religionis. Mitto igitur tibi utriusque partis scripta, ex quibus historiam eius colloquii magna ex parte cognosces. Videbis etiam, quantum adversariis nostri putaverint esse concedendum esse. Et his consiliis scio *Philippum* usum esse non tam metu periculi ac publici motus, quam quod perpetuo ita sensit, prodesse ad posteritatem, ne dissolvatur prorsus ecclesiastica politia¹). Et habet huius opinionis suae, non solum rationes magnas, sed et gravissimos auctores. Scio diligenter hanc rem a Duce Saxoniae deliberatam esse ante conventum, quare quicquid adhuc adversariis hic concessit, arbitror, cum de *Lutheri* et aliorum prudentum sententia concessisse. Certe has conditiones hic non praescripsit solus. Quare miror, tam iniquos de eo sermones spargi apud vos, quod parum constanter defenderit has partes, et quod gratiam apud adversarios inire cupiat. Meo iudicio praeclare nobiscum ageretur, si pacem redimere his conditionibus possemus. Infinitum bellum erit, et huic toti imperio exitiale, si res ad arma deducetur. — Quare ignosci debet his, qui videntur esse cupidiores pacis: et tamen *Philippus* etiam aliis rationibus movetur, quare restitutam Episcoporum auctoritatem velit. Etiamsi omnia tranquilla erunt, tamen mira dissipatio erit ecclesiarum ad posteritatem, nisi iterum iam coniungantur et habeant certos episcopos, qui cogantur diligentius curare ecclesias, quam olim curaverunt. Haec atque alia multa in hanc sententiam audivi nostros saepe disputare, quae duxi tibi perscribenda esse, ut de his²) istic melius deliberare possitis, si has conditiones Episcopi acceperint; quanquam nostri affirmant, Episcopos nullo modo accepturos esse.

*) Strobel in miscell. P. III. p. 213. illum dicit fuisse, Vorderster Losunger und Reichsschultheiss.

**) Erasm. Ebnerus, discipulus Mel., tunc versabatur Augustae in Comitiis.

1) Flac. addit: ac [illegible]

2) Flac. [illegible]

No. 897. 10. Sept.

Vito Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 436. — Contuli autographon in cod. Monac. V. p. 390.

Vito Theodoro, amico suo, apud Lutherum.

S. D. Nondum habemus καταστροφὴν nostrarum rerum, tametsi appropinquare videatur. Nam aut certis conditionibus pacem faciemus, aut si conditiones aequae reperiri non poterunt, habebimus edicta atrocia, ut omnes ritus, omnia instituta vetera restituantur. Ac fortasse pacem facere possemus, si nostri essent paulo tractabiliores. Tui cives valde reprehendunt nostram ἐπιείκειαν. Sed his, ut spero, si modo continget pax, facile satisfaciemus. Mitto tibi exemplum epistolae Nazianzeni, quo evocatus ad Synodum negat se venturum esse, quia nullius Synodi exitum bonum viderit. Hoc nobis de conventibus istis nostris videtur senex ille Gregorius vaticinatus. Leges Doctori. Verti enim. *Ioachimo* scripseram hoc exemplum, sed quia in tergo habebat quasdam literas, aliud illi paravi. ἔῤῥωσο. X. Septembris.

Φίλιππος.

No. 898. 11. Sept.

Brentius ad Isenmannum.

† E codice Suevo-Halensi ep. 15.

Iohanni Isenmanno Iohannes Brentius.

S. in Christo. Accepi literas tuas, e quibus video, etiam te mediocriter nostras propositas propositiones intelligere. De multitudine ieiuniorum quereris, et si probe rem introspicias, videbis nos praeter nudum nomen nihil concessisse. Quid enim sunt, rogo, ieiunia papistica retenta libertatis doctrina? Et oportebat nos viam munire calumniis, ne nostri adversarii coram imperatore, qui certe optimus vir est et princeps clementissimus, quod testimonium ab omnibus bonis viris habet, traducerent nos tanquam carnales voluptatis assertores. De dominatione autem episcoporum in ministros ecclesiae eadem nobiscum sentiunt boni quique. Sed, inquis, pseudoprophetae sunt et homicidae. At, si nostra media et conditiones acceptarent, desinerent esse pseudoprophetae et homicidae. Ubique enim et semper excipimus libertatem et puritatem doctrinae, qua obtenta tunc dominationem episcoporum detrectares? Nescis quantis oneribus premantur viri boni ecclesiastae in ducatibus evangelicis ab officialibus et praefectis principum. Et ut aula ministerium in ecclesia ordinet, bonis non videtur consultum. Expertus ipse quoque es apud nostros, quam prudenter, quam clementer rustici illi, sic enim voco laicos cives, ministrum ecclesiae tractent. Septies fuisti cupis! Audio fortem sententiam, qualibus nostrorum multi nos etiam hic obtundunt. At, non hoc agitur, ut Brentius vel Isenmannus moriatur, illi enim ad mortem parati sunt, nec egebit longa disputatione, si Dominus vocet; hoc autem agitur, ne iniusti et praeter rationem ecclesiam persecutioni et morti obiiciamus. Hoc fugimus, hoc timemus, hoc sollicite cavemus. Nam etiamsi aliqua in propositis conditionibus videntur duriora et iniquiora, certe iniusta et impia nemo accusare potest. Et non continuo est scandalum, quod rusticis non placet. Si scandalum esset, casulam missaticam retenta libertate doctrinae induere, et non esset scandalum ob reiectam casulam, verbo evangelii privari et multa millia hominum occidi. Et si omnino scandalum est, resumere vestem missaticam, nostra culpa scandalum est, qui ecclesiam nostram de libero vestium usu non satis diligenter erudivimus, quo tali vel tali usu non moveatur. Sed quid multa? Non est timendum, ut adversarii nostra media acceptent. Si enim quis diligenter rem consideret, ita proposuimus, ut videamur aliquid concessisse, cum re ipsa nihil plane concesserimus; idque ipsi probe intelligunt. Spero tamen, nos pacem habituros cum non dicam approbatione, sed tolerantia nostrae doctrinae, id quod unice optamus. Vale cum ecclesia, et diligenter orate. Saluta omnes nostros et nostras. Ex Augusta, Dominica post Nativitatis Mariae, quae fuit 11. dies Septembris*) anno XXX.

---

*) Apographon mihi missum habet: 10. dies Decembris, quae emendavi, quia error manifestus est.

No. 899. 13. Sept.

Baumgartner ad Spenglerum.

Ex autographo edita in: Io. Frid. Mayeri de lenitate Philippi Melanchth. dissertat. ... Gryphisw. 1707. 4. p. 17. — Ex ea in opp. Luth. Halens. T. XVI. p. 1791. In literis legatorum Norimbergensium ad Senatum nulla de nimia hac Melanthonis lenitate legitur querela.

Dem Ehrbarn, Weisen Lazaro Spengler, Rathschreiber zu Nürnberg.

Mein freundlichen willigen Dienst zuvor. Lieber Herr Rathschreiber. Ich kann nit unterlassen, euch guter vertrauter Meinung anzuzeigen, wofür ich die Handlung dieses Reichstags, so viel den Glauben berührt, ansehe, Gott geb, daß ich hierin nit ein wahrhaftiger Prophet erfunden werde.

Und erstlich ist euch aus allen vor ergangenen Handlungen unverborgen, was Anhaltens und stetigen Trattens unsern Theil jetzo durch diesen, dann durch einen andern Teufel, die sich in guter Gestalt, ja zu Zeiten in Engel des Lichts verkleiden und verwandeln, bishero geschehen ist. Wiewohl nun der Widertheil seinen Willen gar nie verlangt, auch unsers Theils vorgeschlagne Mittel nie öffentlich angenommen: so finden wir doch so viel, daß noch zur Zeit die Meinung ist, solche Mittel für bewilligt in den Abschied zu bringen. Und obgleich dasselbe nit geschieht, so haben sie doch nie keine Handlung vergebens gethan, sondern allezeit uns etwas abgedrungen, das wir bewilligt haben nachzugeben. Solches Nachgeben behalten sie alles auf den Stich, und werden sich deß einsmals, so es uns am übelsten gelegen ist, gebrauchen. Gott hat uns aber zu sondern Gnaden verordnet, daß die Confession heraus, und einmal übergeben ist, sonst würden unsre Theologi längst ein anderes bekannt haben, wie sie denn, wo ihnen gefolgt würde, gern thäten, wiewohl sie einander ungleich seyn. Philippus ist kindischer denn ein Kind worden. Brentius ist nit allein ungeschickt, sondern auch grob und rauch. Heller ist voll Forchten, und haben diese drei den frommen Marggrafen ganz irr und kleinmüthig gemacht, bereden ihn was sie wollen, wiewohl ich merke, daß er gern recht thät. Der fromme Vogler muß in seinem Abwesen viel von ihm reden lassen, als: wo er noch hier wäre, hätte man bisher so viel Guts und Friedlichs nicht ausgerichtet. Der Churfürst hat in diesem Handel niemand verständiges denn den einigen Doctor Brucken. Den hat man aber dahin gebracht, daß er nun auch mit Sorgen handelt, dieweil er von niemand keinen Beistand hat. Denn die andern Sächsischen Theologi dürfen wider den Philippum nit öffentlich reden, denn er den Kopf dermaßen gestreckt, daß er neulich gegen den Lüneburgischen Canzler gesagt: wer sagen darf, daß die nächst übergebnen Mittel nicht christlich, der lüg's als ein Bösewicht. Darauf ihme geantwortet worden: wer das Widerspiel sag, ec. Und daneben höret man nit auf, die, so sich hierin christlich und tapfer erzeigen, in viel Weg zu verunglimpfen; wie denn den Hessischen, die sich hierin ganz wohl und ehrbarlich gehalten, öffentlich vor uns beschieht; besorg, es werd mit uns auch dermaßen gehalten.

In Summa: wo uns nit bald ein rauher ungnädiger Abschied von Kais. Maj. gefällt, so würde man nit von uns lassen, bis man uns in die Reusen bringt, daß wir Gottes Hulde begeben, und des Kaisers nit erlangen. Denn das Wesen hat bisher stetigs gewährt, als oft die Fürsten bei einander, so kommt einer zu dem Churfürsten geritten, sagt ihm: wie er die Sach treulich und gut meine ec., er habe dieses oder jenes vom Kaiser verstanden, und so man allein in diesem oder jenem Stück entwich ec. möcht der Sachen noch zu helfen seyn. Alsbald ist Philippus da, stellt Artikel, glossirt die ec. Das wird dann mittler Zeit durch Heller und Brentzen auch in den Marggraffen getragen. So man uns denn dazu erfodert, und wir uns also den vorgekochten Brey nit lassen wohl schmecken, so ist es eines Unwillens, und laufen die Theologen um, sagen, wir mögen nit Friede erleiden, (gleich als wäre gewißlich durch unser Nachgeben Frieden zu erhalten) wollen nur mit dem Landgrafen drein hauen; den sie denn hierin warlich jämmerlich verunglimpfen.

Was muß nun im Ende Guts unter uns selbst daraus kommen werden, habt ihr als ein erfahrner wohl abzunehmen. Derhalb ich nochmals nichts nützeres kann bedenken, denn bald abgeschieden. Gehet es nun den rauhen Weg hinaus, wie der Kaiser vor hat, so ist zu besorgen, das Evangelium werd uns, wie wir wohl verdient, mit Gewalt genommen; und wiewohl das hoch beschwerlich, so ist es doch gegen Gott leichter zu verantworten, denn daß wir frei willkührlich in die Weg bewilligen sollten, dadurch es uns mit Listen würde gestohlen. Hierum ist wohl vonnöthen, Gott embsig anzurufen, daß er der Sachen selbst helf, denn sie warlich über Menschenvernunft kommen ist. Periit lex a prophetis et sapientia a sapientibus. Der einig Schnepf hat noch ein Schnabel christenlich und beständig zu singen, darum er doch von den andern oft scurriliter verspottet wurde: außerhalb sein*), wollten

*) i. e. wenn er nicht dabei wäre.

wir allen Ehrwogen halben schon eins mit dem Widertheil seyn.

Solchs alles hab ich euch vertraulicher Weise, als einem, dem die Sachen nicht minder denn ich gern gut sähe, mit mögen unangezeigt lassen. Wollet Herrn Hieronymo Ebner mein willig Dienst sagen. Sonst wißt ihr euch gegen andre, der Personen halben, so hierinn benennet, wohl zu verhalten. Gott gebe uns allen seinen Frieden. Datum Augsburg Dinstag den 13. Septembris anno 1530.

Hieronymus Baumgärtner.

No. 900. **13. Sept.**

Legati Norinb. ad Senatum.

† Ex Actis Norinberg. p. 247. — Argumentum epist. brevissimis commemoravit Strob. Miscell. III. p. 196.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

Mittler Zeit unsers nächsten Schreibens hat der Churfürst v. Sachsen der andern evangelischen Fürsten und Städte Räthe erfordern, und ihnen anzeigen lassen, wie durch eine vertraute Person hohes Standes an ihn, den Churfürsten, gelangt, daß die Kais. M. unser nächstgegeben Antwort etwas mit Beschwerdniß vernommen, und hierin allerlei Unschicklikeit und Zertrennung im Reich zu besorgen wäre; darum derselben Person, so je alle Sachen treulich und gut meinet, Rath und Vorschlag wäre, daß er, der Churfürst, sammt seinen Mitverwandten, sich gegen Kais. M. erbiethen, die eingenommen und veränderten Klöster und derselbigen Einkommens in Ihrer Majestät Schutz, ungefährlich zwei Jahr lang bis zu einem Concilio, zu stellen. Das brächte bei der Kais. M. und männiglich ein solch Ansehen, daraus man spüren möcht, daß die evangelischen Stände nicht ihrem Nutz, sondern die Ehre Gottes darin bedächten.

Darauf gleichwohl der Churfürst v. Sachsen, samt seinen Räthen eine Antwort, die uns vorgelesen worden, in Schriften verfaßt, der wir dann E. W. hiebei Copey zusenden. Dieweil aber diese Antwort durch die Landgräfischen, auch Herzogen von Lunenburgs Räthe für weitläuftig und zu Erhebung dessen, darum unser Theil sucht, für undienstlich angesehen, und die Landgräfischen, in solchs zu bewilligen kein Befehl (haben), haben wir samt der andern Städt Bothschaften dem Unterhändler, den wir Herzog Heinrichen von Braunschweig seyn achten, die ermeldte gestellte Antwort zu übergeben für beschwerdlich angesehen, auch ohne E. W. vorgehende Bewilligung nicht zulassen wollen.

Nachdem aber aus dieser Handlung — — nichts worden, deß wir dann auch wohl zufrieden gewesen, doch die Marggrafischen dasselbe angenommen, und gar nicht widerfochten: so tragen wir Fürsorge, dieser Articul möcht wieder auf die Bahn kommen, — darum wir E. W. fürderlichen Bescheids hierin bitten und gewarten. Denn unsers Bedenkens werden sich alle Sachen nicht auf hinter sich bringen aufziehen und handeln lassen, wie denn den Gesandten des Landgrafen durch des Churfürsten Räthe in dem der Bedacht auf ihr Begehren abgeschlagen ist. — —

Daneben zeigen wir E. W. an, daß Kais. Maj. unser nächst gegebener Antwort, wie wir berichtet, übel zufrieden sey. Und als der Churfürst seinem vorigen Erbiethen nach seine Räthe zu Kais. Maj. geordent, und gleichwohl anderst nichts anzeigen lassen, dann daß er, der Churfürst, vernommen, wie ihm Kais. Maj. etwas ungnädig wäre, deß er aber gegen Ihre Maj. nicht verhofft verschuldt zu haben, — — bitt auch, Ihr Maj. wollt sich von seinen Widerwärtigen wider ihn zu keinen Ungnaden bewegen lassen, ihm auch merklicher seiner obliegenden Geschäft halben heimzureisen gnädiglich erlauben: darauf die Kais. Maj. Herzog Friedrichen von Bayrn, Herrn Georg Druchsessen und Herrn Hans Renner zu dem Churfürsten in seine Herberg beschieden, und diese Meinung anzeigen lassen: — — dieweil er, der Churfürst, dieses Irrthums im Glauben nicht abstünde, hätt er zu erachten, daß ihm Ihre Kais. Maj. nicht fast gnädig seyn könnt. Würd er aber sich deßhalben mit andern christlichen Ständen vergleichen, sollt er bei Ihrer Maj. allergnädigen Willen spüren. Daß ihm dann Ihre Maj. anheim zu reisen erlauben sollt, könnt Ihre Maj. nicht thun, denn sie nicht wissen könnt, was er als der Principal dieses Handels nach seinem Abscheiden in Willen hätt.

Wiewohl wir nun dieß alles von den Sächsischen bisher nicht vernommen, ist es uns doch durch die Hessischen Räthe in großem Vertrauen eröffnet und zu erkennen geben worden. — — —

Und wie wir die Post gestern abfertigen wollen, hat gleich der Churfürst von Sachsen die Evangelischen, seine Mitverwandten Stände, erfordern und ihnen durch Doctor Brucken anzeigen lassen, wie Hr. Georg Druchseß und des Marggrafen zu Baden Canzler bei ihm, D. Brucken, und Philippo Melanthon

in [illegible] Kirchen gewest, und ihnen vielerlei Anzeigung, daß sie die Sachen gern gut sähen, gethan, mit Erbietung, noch das Beste helfen zu fördern, ihnen auch [illegible] etliche verzeichnete Mittel vorgelesen und angezeigt, auf Meinung, wie sie, Pollex und Philippus, die Sach dermaßen ansehe, daß etwas Fruchtbars darin gehandelt möcht werden, (so) wollten sie selbst mit dem Churfürsten und andern unsers Theils auf alle die Mittel, die ihnen möglich wären zu erdenken und zu finden, zum nächsten handeln. Wie sie denn bei Margraf Georg laut S. F. G. Anzeigen dem gemäß ungefährlich auch gehandelt haben.

Darauf der Churfürst von den andern Fürsten, und uns den Städten begehrt, unsern Rath und Gutbedünken auch dazu zu thun, ob und mit was Maß sich gegen Hr. Georgen Druchsessen in Handlung einzulassen wäre oder nicht. Derwegen sich unsers Theils Stände jeder insonderheit unterredt, und aber wir von Städten befunden, daß die verzeichneten Mittel der übergebenen Bekenntniß ganz ungleich, unchristlich, und sonderlich E. W. unleidlich, in dem, daß die Meß mit beeden Canonen in der Evangelischen Stände Gebieth sollt zugelassen und geduldet, auch die Mönch mit ihren Mißbräuchen ungehindert gelitten werden, mit andern viel mehr Unschicklikeiten: haben wir solche Mittel für beschwerlich geachtet, und nicht für gut angesehen, uns darauf mit angeregten Personen in Handlung einzulassen; doch mit dem Anhang: so viel äußerlichen Frieden und der Kloster Güter belangt, darin die Stände als ob sie ihren eigen Nutz suchten berüchtigt würden, (wie denn in den verzeichenten Articuln ein sonder Articul gestanden), möchten wir wohl davon hören reden und handeln, wollten uns auch dermaßen erweisen, daß den ehrbaren Städten einige Suchung eignes Nutz nicht möcht aufgelegt werden.

Darauf wir durch Hrn. Hannsen von der Planitz reden lassen: wiewohl man in der Eil in diesem Handel, der ganz wichtig und groß wäre, so stattlich, wie es wohl die Nothdurft erfordere, nicht Antwort geben könnt, zudem daß es ganz spat; so wäre unsre Bitt, die Sache bis auf morgen in Rathe zu stellen. Wo doch wo sie, die Stände, solche Antwort jetzund je hören, so wollten wir dieselbe, wie die in Eil bedacht, jetzund anzeigen. Auf das der Churfürst geredt, sie hättens lieber heut denn morgen; man müßt doch einmal das Ende daran machen. Also hat der von der Planitz angezeigt: daß wir aus dem verlesenen Abschied etliche viel Beschwerden vernommen; nämlich so wäre derselbige Abschied ganz in gemein gestellt, und würde darin lauter gebothen, daß die Religionordnung, wie die darin begriffen, durch das ganze Römische Reich dermaßen soll gehalten werden. Fürs Andre, daß darin etliche Puncten allen Ständen, was Würden und Standes die seyen, bei Verlierung Leibs, Lebens und Gutes zu halten gebothen. Und dann, daß alle die, so dieselben Artikel nicht annehmen oder dawider handeln, Kais. Maj. und des Reichs Straf gewarten sollen. Dieweil denn der Churfürst und dessen Verwandte diesen Abschied der Religion halben — nicht annehmen könnten, und dann in gemein darin verleibt und davon nicht ausgeschlossen: so hätten die Stände selbs zu erachten, daß wir, oder dieselben unsre Herren und Obere in diesem Frieden nicht begriffen wären; mit unterthäniger Bitt, nochmals Fürsehung zu thun, daß dieser Theil vom Abschied entlich und ganz ausgeschlossen, und der fiscalischen und andrer gerichtlichen Proceß von wegen der Religion entlich entladen seyn möchten, so würden sie sich dieser Sachen weiter nicht beschweren. — — Wo das nicht geschehen sollt, bäthen wir abermals, uns der heutigen Schrift, die an unsre Herren und Verwandte gelangen zu lassen, Copie mitzutheilen.

Nach diesem haben sich die Stände unterredt, und folgends durch den Marggrafen ferner antworten lassen: — — die angezogene heutige Verzeichniß Kais. Maj. wäre dermaßen gestellt, daß wir zur Nothdurft darin versehen, wo wir anderst selbs Fried halten wollten. Dabei und ihrer vor gegebnen Antwort sie es ließen bleiben, wäre auch ihres Amts nicht, Kais. Maj. die Hände oder das Recht zu sperren. Wo wir dann derhalb Mangel hätten, möchten wir darauf bei K. M. selbs ansuchen. Der heutigen Schrift halben, uns die zuzustellen, könnten sie ohne Vorwissen und Bewilligung K. M. nicht thun, wollten aber solchs an I. K. Maj. gelangen lassen. Dabei es dann ungefährlich also beruhet ist. — — — — — — —

So seyn auch desselben Tags zu morgen die vier Städte Räthe, so man Zwinglisch nennt, in die Versammlung gelassen, denen durch Herzog Friedrich, als K. Maj. Commissari, angezeigt, daß K. M.

ihr Begehren, um Abschrift ihrer Maj. Confutation geschehen, bedacht hätt, und wäre Kais. Maj. aus Ursachen, daß dem Churfürsten v. Sachsen und seinen Mitverwandten in gleichem Fall die Confutation zu geben abgeschlagen, zudem, daß in unserm heiligen Glauben gar keine Disputation zugelassen, nicht gelegen, ihnen dieselbe zuzustellen. Es wäre aber I. Maj. Begehr, daß sich die vier Städte im Artikel des Glaubens mit Ihrer Maj. und den Ständen des Reichs vergleichen, auch von ihrem Irrthum und Muthwillen abstehen sollten. Denn wo das nicht geschehe, würde I. K. M. solchs an Ihre Päpstliche Heiligkeit, auch andre christliche Könige und Potentaten gelangen lassen, dazu sich mit Churfürsten, Fürsten und Ständen unterreden und entschließen, weß Ihrer Maj. als einem Vogt und Beschirmer der Christenheit dagegen vorzunehmen gebühren würde. Auf welches Hr. Jacob Sturm Bedacht gebethen, und nachmals den Gesandten der vier Städte diese Antwort geben hat: Sie hätten — — keiner andern Ursach halb um Abschrift gebethen, denn dieweil K. M. Theologen ihre übergebene Bekenntniß nicht zu gleich *) verstanden, ihnen auch allerlei Geschichten und Sachen, deren sie ganz unschuldig, unbilliger Weise zulegten; derhalb ihre Nothdurft höchlich erfordert, ihren Bericht und Antwort darauf zu geben, und gar nicht der Meinung, daß ihre Herren und Freunde, oder sie derwegen mit K. M. in einige fernere Disputation dießfalls sich zu begeben gedächten, wie auch sie, die Gesandten, nicht gewollt hätten sich in dieser großwichtigen Sache weiter einzulassen: so bäthen sie nochmals, — ihnen berührte Confutation zuzustellen, daß auch K. M. und die Stände diesen Handel zu einem christenlichen Concilio, dahin er ordentlich gehöret, kommen lassen, und solch ihr Begehren anderst nicht dann aus unvermeidlicher ihrer Nothdurft verstehen und annehmen wollten. — Darauf ihnen gesagt, daß die Stände solche ihre Antwort an K. M. wollten gelangen lassen; dabei es also blieben.

Neben dem sind beeder Städt, Ulm und Frankfurt, Gesandten gefordert worden, denen man um Antwort des eröffenten Abschieds halben, ob sie den annehmen wollten oder nicht, angehalten hat. Ulm — hat angezeigt, daß sie derwegen von ihren Herrn noch keinen endlichen Befehl empfangen hätten; — — aber Frankfurt haben mit Kürz lautere Antwort geben: — — dieweil dieser Abschied den heiligen Glauben und der Seelen Heil belanget, könnten sie denselben nicht annehmen oder daran bewilligen. — — — Montags den letzten Octobr. zum Aufsperren des Thors 1530.

Volkamer und Paumgartner.

*) i. e. nicht überall richtig gefaßt.

No. 934. (m. Oct.)

Melanthon ad Silberbornerum.

Primum separatim prodiit: „Epistola Phil. Mel. de conventu Augustano. Aliquot Elegiae Sabini. Viteb. apud Ioseph. Clugium." 1530. 8. Iterum in select. epist. p. 363. In Epist. lib. I. p. 410. (edit. Lond. I. ep. 120.), in Mel. Declamationibus T. II. p. 638. et denique in Mel. Consil. lat. P. I. p. 97.

Philippus Melanthon Ioanni Silbernero

S. D. Literas tuas, in quibus praedicas mihi *Gallorum* studia, magna cum voluptate legi. Gratulor autem non minus ipsis literis quam *Gallis*, quod in his miseris tumultibus *Italiae* et *Germaniae* alicubi tranquillum portum, et quasi certum domicilium nactae sunt. Quod autem petis a me, ut aliquid de Conventu *Augustensi* ad te scribam, quanquam minime delectat me illarum rerum recordatio, tamen ne tibi optimo viro parum officiosus videar, mos geretur voluntati tuae. Et quemadmodum Poeta inquit,

— — A Iove principium;

ita nos a Caesare exordiemur: nihil enim in hoc conventu cognovi memorabilius, quam ipsius historiam Caesaris. Magnam haud dubie admirationem apud vos habet eius perpetua felicitas, sed hoc longe admirabilius atque honestius est, quod in tantis successibus et rebus omnibus ad voluntatem fluentibus moderationem animi tantam retinet, ut nullum eius dictum aut factum paulo insolentius notari possit. Quem mihi regum aut imperatorum ex Annalibus proferes, quem secundae res non mutaverint? In hoc uno non potuit indulgentia fortunae animum a suo statu deiicere. Nulla in eo cupiditas, nulla significatio superbiae aut saevitiae animadverti potest. Nam, ut alia omittam, in hac ipsa causa religionis, in qua contra nos ab adversariis miris artibus incenditur, tamen hactenus nostros civiliter audivit. Interior vero eius vita plena est honestissimorum exemplorum continentiae, temperantiae et frugalitatis. Disciplina domestica, quae olim apud Principes

Germaniae severissima fuit, nunc tantum retinetur in familia Caesaris. Itaque nemo improbus in familiaritatem eius insinuare se potest. Amicis utitur tantum Principibus viris, quos suo iudicio propter virtutem delegit. Et quemadmodum fertur *Alexander* Imperator unice delectatus esse consuetudine *Ulpiani* Iurisconsulti, ita accipio familiarissimum Caesari nostro fuisse *Mercurinum* Cancellarium quoad vixit. Hunc praedicant virum optimum et sapientissimum planeque *Ulpianum* alterum fuisse. Hac ex re coniecturam facere potes de voluntate et moribus Caesaris, *ὅτι τοιοῦτος ἐστὶν ἕκαστος, ὥσπερ ἥδεται ξυνών*. Itaque quoties aspexi Caesarem, visus sum mihi aliquem ex illis laudatissimis heroibus ac semideis, quos quondam inter homines versatos esse credimus, videre. Ac multo verius in hunc competere iudicavi, quod de *Augusto* scripsit *Horatius*, quam ad illum ipsum quantumvis bonum et laudatum Principem:

> Hoc nihil maius meliusve terris
> Fata donavere, bonique Divi:
> Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
> Tempora priscum.

Haec habui de Caesare, quae et mihi iucunda erant recordanti, et tibi arbitrabar voluptati futura. Quem enim non delectaret hic concentus pulcherrimarum virtutum, praesertim in tanto Principe? Reliqua historia Conventus longam habet Tragoediam. Nos obtulimus Confessionem fidei, moderatissime scriptam, ut appareret nos non abhorrere a consiliis pacis. Hoc unum petivimus, ne saeviretur in Ecclesias nostras propter id doctrinae genus, quod ibi proposueramus, cum quidem res loquatur ipsa, nos nullum dogma defendere contra Evangelium, aut Catholicam Ecclesiam imo multis locis doctrinae *Christianae*, qui antea profanis opinionibus iacuerant oppressi, lumen attulisse, videlicet, de iustitia fidei, de poenitentia, de usu Sacramentorum, de auctoritate traditionum humanarum. Quod si hoc ab adversariis impetraremus, ostendebamus nos prolixe illis concessuros esse omnia, quae ad dignitatem Episcoporum stabiliendam pertinent. Neque enim id egimus unquam, ut politia Ecclesiastica dissolveretur, modo ut Evangelium non damnarent Pontifices. Ostendimus etiam nos in ritibus Ecclesiasticis omnes, qui viderentur *ἀδιάφορα*, communiter cum ipsis servaturos esse. Nullum detrectavimus onus, quod sine scelere suscipi posset. Verum ne his quidem, quamlibet aequis conditionibus placare adversarios potuimus, qui prorsus suo more agebant, postulabant, ut confessionem nostram abiiceremus. Id nos facere recusavimus.

Gregorius Nazianzenus scribit nullum se vidisse Conventum Episcoporum, qui non magis accenderit discordias quam diremerit. Sic enim inquit, *ἔχω μὲν οὕτως, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς γράφειν, ὥστε πάντα σύλλογον φεύγειν τῶν ἐπισκόπων, ὅτι μηδεμιᾶς συνόδου τέλος εἶδον χρηστὸν, μηδὲ λύσιν κακῶν μᾶλλον ἐσχηκυῖας ἢ προσθήκην· αἱ γὰρ φιλονεικίαι καὶ φιλαρχίαι λόγου κρείττονες* etc. Quod si hoc accidit illis melioribus temporibus, quid nunc expectandum sit iudicari facile potest, cum ut caetera paria sint, certe *φιλαρχίαι* longe vehementiores sunt. Video futurum, ut haec mala violentis remediis magis etiam exulcerentur. Nec obscurum est, per quales Sycophantas incitentur Principes et Episcopi. Ipse coram audivi quorundam adversariorum crudelissimos sermones.

Multa hoc anno prodigia nunciata sunt: nam mulam *Romae* peperisse accepimus, et exundatio *Tybris* nuper mirum in modum deformavit urbem *Romam* *), et in agro *Augustano* vitulus biceps natus est, quae haud dubie mutationem Reipublicae portendunt. Verum haec importunitas adversariorum certius credi prodigium debet, quam ulla alia portenta:

> *Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.*

De nobis extabunt testimonia ad omnem posteritatem, nos pie et religiose sensisse, et studium collocasse in illustranda doctrina Ecclesiae Catholicae et amplificanda gloria Christi. Hic cultus est vere *λογικὴ λατρεία*, quae maxime placet Deo, verbum Dei pure tractare ac docere.

Quod si iniustis armis oppressi fuerimus, tamen praestabimus, ut literae nostrae depingant posteritati adversarios nostros, qui cum praetextu nominis Christi contra nos incitant Principes, non constituunt Ecclesias, non curant Evangelium doceri, et Christi gloriam illustrari. Et in his sunt quidam belli homines, palam Epicurei *καὶ ἄθεοι*, qui secure irrident omnes religiones. Tales ferunt nobis de religione leges: sed reprimo me.

Quoties autem memoria repeto veteres motus Rerumpublicarum et Ecclesiae et exitus colligo, re-

*) Fuit mense Sptb. Vid. Sleidan. Comment. p. 197.

periculo plerumque feliciter ratione sedatos esse et aequitate Principum. Ac vix unquam violenta consilia profuisse animadverto. Cum *Athenis* infinitum bellum inter cives futurum esset propter mutuas iniurias et proscriptiones, *ἀμνηστία* sancita est, quae minime utilis erat Principibus ac victoribus, sed ad publicam tranquillitatem proderat. Longum esset *Romana* exempla recitare.

In Ecclesia vero saepe compertum est, quam sit inutile controversias armis diiudicare, de quibus docendae et sanandae erant conscientiae. Itaque optandum est, ut Caesaris felicitas in hac re etiam saluti sit orbi terrarum, qui quidem hactenus tanta moderatione usus est, ut in magnam spem nos erexerit, talia remedia publicis dissidiis adhibiturum esse, quae non laedant pias conscientias, aut in posterum pariant novos tumultus. Non satis considerant magnitudinem causae et Ecclesiae periculum, qui auctores sunt, ut Ecclesiae nostrae dissipentur armis, et trucidentur sacerdotes. Episcopos praestare convenit, ut propagetur ad posteros pura Evangelii doctrina, hoc praecipue postulatur ab isto ordine.

Non potest autem fieri, quin inter tumultum armorum consilescat Evangelium. Et illi qui iubent arma sumere, non hoc agunt, ut postea constituant Ecclesias. Quando enim ista officia curaverunt *Romani* Pontifices? Ita accidet, ut penitus extinguatur religio, ubi defuerint Ecclesiis idonei doctores Evangelii.

Possem alia multa recensere, nisi dolore impedirer, qui me paene exanimat, versantem in harum rerum cogitatione, et quidem semper sunt ob oculos. In hanc sententiam multa disputavi cum bonis quibusdam viris *Augustae*, exponens, quae mihi viderentur impendere, si nihil remitterent adversarii, videlicet horribilis confusio dogmatum, et infinita Ecclesiarum dissipatio. Commemorabamus etiam his postremis temporibus singulari prudentia opus esse, de quibus praedixit Christus, plus fore periculi quam antea. Sed res est *ἐν γούνασι θεοῦ*· quare orabimus Deum, ut propter gloriam nominis Christi, mitia remedia ostendat his, qui praesunt, et ne patiatur interire puram Evangelii doctrinam. Neque enim hoc negari potest, nos in discrimen vocari hanc unam ob causam, quod sentimus Deum placari, non nostris observationibus, sed propter *Christum*. Huius gloriam cupimus illustrare et amplificare, ut recte intelligant Ecclesiae, quae beneficia Deus per Christum nobis donaverit. Neque ignoramus, quam ridiculae videantur hae disputationes de religione, et de Evangelio Epicureis illis, qui Principes concitant adversus nos. Sed faxit Deus, ne nos Evangelii pudeat.

Haec tibi prolixius scripsi, libenter enim quasi in sinum tuum depono has meas curas. Tu quod facis pergas illa studia colere, in quae ingressus es quadam cum expectatione tuorum, quae ad dignitatem tuam augendam et ad Rempublicam regendam conducunt. Nihil enim opus est pluribus verbis hortari sponte currentem. Illud tamen oro, ut, quantum poteris, adiungas illi doctrinae alias etiam literas, quarum cognitio homine ingenuo digna est, et non minus necessaria Reipublicae quam illae artes, quae celebriores habent titulos. Fratrem tuum meis verbis amanter saluta. Vale.

No. 935. **2. Nov.**

Ioanni Duci Sax. Elect.

† Ex autographo Melanth. in Tabul. Vinar. Regist O. fol. 156. Litt. JJJ. no. 7.

Dem Durchleuchtigsten, hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Johansen, Churfürsten, Herzogen zu Sachsen rc.

Durchleuchtigster, hochgeborner Fürst, gnädigster Herr, E. C. F. G. sind meine arme unterthänige Dienst allzeit zuvoran bereit etc. Gnädigster Churfürst. Ich füge E. C. F. G. unterthäniglich zu erkennen, daß einen Studenten allhie, mit Namen Melchior Kling etwa ein Lehen zu Gotha resignirt worden, wie er aber davon kommen, thut er Bericht in einer supplicatio, Nun bitt er unterthäniglich E. C. F. G. wollen ihm gnädiglich helfen, daß er wiederum zu denselbigen Lehen kommen möge, oder doch ihn gnädiglich vertrösten mit einem andern zu versorgen, damit er bei seinem angefangen Studio bleiben möge, Dweil er aber mich gebethen, ihm ein Zeugniß zu schreiben, wie er sich allhie gehulden [gehalten], habe ich ihm solchs nit gewißt abzuschlagen, angesehen, daß er sich allzeit ehrlich gehalten, und vor andern fleißig studirt hat, Bitt derhalben unterthäniglich, E. C. F. G. wollen ihn gnädiglich bedenken, denn zu hoffen, Gott werde diese und dergleichen Wohlthaten, so E. C. F. G. zu Erhaltung guter Lahr erzeiget, reichlich nach seiner großen Barm-

herzigkeit belohnen. Gott bewahr E. C. F. G. allzeit, Dat. Witeberg Mittwochs nach omnium Sanctorum.

E. C. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthio *).

(Adiacet supplicatio Klingii, d. Torgau Donnerstags nach omnium sanctorum anno XXX. in qua narrat, sibi a comite ab Hanau promissum esse „die Vicarei der Pfarrkirche zu Remstedt bei Gotha seinem vorgenommenen Studio zu gut zu cediren und aufzulassen,“ hoc autem beneficium sibi non traditum esse, quare ut id a Principe Electore efficiatur rogat. — Adiacet etiam responsum Electoris ad Melanthonem, d. Freitags nach omnium sanctorum 1530., in qua scribit Elector, fieri nunc non posse ut Klingio satisfiat, sed se curaturum esse, ut alio modo illi prospiciatur.)

No. 936. **8. Nov.**

Legati Norinb. ad Senatum.

† Ex Actis Norimberg. p. 355.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — — Des Marggrafen Gesandte haben den Sächsischen, Landgrafischen und derselben Verwandten Städte Räthen angezeigt, daß sie von ihrem Herrn lautern schriftlichen Befehl hätten, obgleich der Artikel des Friedens zur Nothdurft nicht gefunden, daß sie dennoch von Sr. G. wegen in die Hülf wider den Türken bewilligen sollten, aus Ursachen, daß S. F. G. Kaiserlicher Maj. zugesagt, alles das, so dem Reich in äußerlichen Sachen zu Gutem dienet, gehorsamlich zu leisten, zum Andern, weil S. F. G. von dem König Ferdinando entlich mündlich und schriftliche Bewilligung und Zusagen hätt, so das Königreich Hungern wieder erobert, ihm seine Flecken wiederum zuzustellen, welches ihm aber schwerlich gehalten, wo er mit seiner Hülfe widerspänstig seyn würde; und — — — wollten sie solchen Befehl, wie ihnen der geschrieben, dem Churfürsten von Brandenburg eröffnen. — — Dieweil aber des Churfürsten, sonderlich aber des Landgrafen Räthe sich dieser Bewilligung zum höchsten beschwert, haben sie sie gleichwohl, unangesehen ihres Herrn Befehls, dahin beredt, daß sie noch zur Zeit denselben ihren Befehl bisher nicht eröffent; aus welchem sonder Zweifels unter den christlichen Ständen, wo es geschehen, nicht eine kleine Zertrennung erfolgt wäre.

Die von Ulm — — — haben uns lauter angezeigt, daß sie gemäß ihres empfangenen Befehls entlich in keine Türkenhülfe bewilligen wollten, es würde denn ein gemeiner beständiger Frieden zugesagt und erlangt. — — —

So seyn vorgestern des Churfürsten von Sachsen und seiner Mitverwandten Räthe bei einander gewest (und haben) daran gerathschlagt, ob Kais. M. nochmals um weitere Erklärung des Friedens sollt angesucht werden oder nicht? und ist derhalb viel disputirt worden, doch im Ende vornämlich aus dieser Ursach beschlossen, damit gegen K. M. Entschuldigung fürgewendet würde, daß in voriger unsrer den Reichsständen übergebenen Verzeichniß unsers Theils Gemüth nicht gewest, oder noch sey, wie das von J. M. und den Reichsständen verstanden und ausgelegt werden wollt, Ihrer Kais. Maj. wiederum diese Antwort zu übergeben, die auch neben dem Teutschen, damit J. M. der abermals nicht ungleich berichtet würde, in Französisch gestellt worden. — — Und als wir gestern mit solcher Schrift gen Hof gangen, der Meinung, dieselbige Kais. M. selbs zu überantworten, haben wir gleichwohl vor J. Maj. eigne Person, andrer Geschäft halben, damit J. K. M. beladen, nicht kommen mögen, darauf wir solche Schrift König Ferdinand, der vorhin zu Hof gewest, zugestellt, — mit Bitt, sein Königl. Maj. wollten solchs aufs förderlichst und mit bester Bescheidenheit an Kais. Maj. gelangen lassen, welches uns sein Kön. Maj. zu thun zugesagt.

Wir seyn berichtet, wie die Gesandten von Hall Befehl haben, K. M. durch eine Schrift zu bitten, daß J. M. sie bei den Ceremonien, wie sie die jetzund halten, bis auf ein christenlich Concilium oder den künftigen Reichstag gnädiglich bleiben lassen, und sie dießmals darüber um Annehmung des jetzigen Abschieds ferner nicht dringen wollte. Wo man aber daran nicht gesättiget seyn würde, so sollen sie alsdann aller Maß, wie die von Augspurg gethan, Antwort geben, und den Abschied frei weigern. — — Am 8ten Tag Novembr. zum Aufsperren des Thors, anno XXX.

Volckamer und Paumgartner.

---

*) Sic literis certis distincte scriptum est. Scripsit etiam sic, sed raro, Melanthon nomen suum, et non nisi eo tempore quo incipiebat Melanthon pro Melanchthon scribere.

No. 937. 12. Nov.

Iidem ad eundem.

† Ex Actis Norinberg. p. 466.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nürmberg.

— — — Die Antwort, darum die Sächsischen und derselben Verwandten Räthe vielmalen nachgeloffen, ist vorgestern mit Mühe bei K. M. beschlossen worden, und auf gestern zu Abends haben uns K. M. Hofräthe gen Hof beschieden, allda des Churfürsten zu Sachsen, Marggrafen, und Landgrafen Räthe, auch ich, Volckamer, von der Städte wegen erschienen, und als wir vor die Räthe erfordert, hat Herzog Friedrich von Bayrn, im Beiseyn des Bischoffs von Costnitz, Herrn Johann Renners und Alex Schwayß, uns ungefährlich diese Meinung angezeigt: die Kais. Maj. hätte unser Begehren durch eine Schrift vernommen, und dasselbige bei sich selbs und J. M. Räthen berathschlagt, auch darauf eine Antwort verfassen lassen, wie wir die würden hören lesen, welche Schrift alsbald durch den Schwayß verlesen worden, deren Copie wir E. W. hiebei zuschicken. — — — Nach diesem wir uns einen kleinen Bedacht zu unterreden begehrt, — — und folgends durch Hr. Hannsen von der Planitz ungefährlich dergestalt reden lassen: — — — — Dieweil diese verlesene Verzeichniß unsrer gnädigsten und gnädigen Herren und der Andern Beschwerung nicht hinwegnehme, bäthen wir, uns derselben Copien zuzustellen, die an unsre Herren zu bringen. — — — Auf welches man uns lassen abtreten, und als man uns wiedergefordert, hat uns Herzog Friedrich diese Meinung angezeigt: — — dieweil K. M. uns diesen Abschied geben lassen, wie denn Ihre K. M. zuvor neben den Ständen ungefährlich auch eine gleichmäßige Meinung angezeigt: so ließ (es) Ihre K. M. nochmaln dabei bleiben, und wollten uns darum dieselben Abschrift bei Handen lassen, guter Hoffnung, unsre Herren würden sich darauf unverweißlich halten. Auf welches wir also abgeschieden.

Wir verstehen von des Churfürsten, der Fürsten und der Städte Räthen anderst nicht, denn, dieweil man nun klar genug siehet, wie es des Friedens halben eine Gestalt hat, denn daß sie neben uns Willen haben, wie auch unsers Achtens nicht zu umgehen ist, solche Antwort bei der Reichsversammlung anzuzeigen, auch zu bitten und zu begehren, daß ihre Herren und dieser Sache Verwandte in den Abschied gesetzt werden, und darauf zum fürderlichsten von hinnen zu verrucken. — — Wir werden zu einigen Reichshandlungen und Sachen gar nicht erfordert, sondern von allen denselben neben andern Städten, so den Abschied nicht angenommen, gänzlich ausgeschlossen, und sind allein die andern, so den Abschied bewilligt, die lieben Kinder; die zeucht man in die Ausschüsse und zu andern Reichshandlungen. — — — — Sambstag den XII. Novembr. am Thor (Auffsperren) anno 1530.

Clement Volckamer und
J. Paumgartner.

No. 938. 12. Nov.

Vito Theodoro.

Epist. lib. III. p. 265. (edit. Lond. III. ep. 185.) Nunc ex autographo in cod. Monac. I. p. 409. edita.

Vito Theodoro Noribergensi, zu suchen bei Hrn. Osiandro.

S. D. *Osiandro* dices me nactum esse duas formas *Graecae* Missae, quarum altera *Chrysostomi*, altera *Basilii* est. Has initio harum turbarum Princeps *Fridericus* curavit sibi e *Venetiis*. Additae sunt quaestiones, ad quas *Ianus Lascaris* rescripsit sua manu.

De privatis Missis respondit[1]), apud *Graecos* in Parochiis tantum fieri missam in[2]) Dominicis et festis, et quidem unam et communem. In Monasteriis fiunt quotidie, sed in singulis una et publica tantum. Haec conveniunt pulchre cum nostris moribus.

Describam *Osiandro*, ubi absolvero *Apologiam*, quam nunc recudo et ornare studeo, et explicabo ibi controversias praecipuas integras; quod erit, ut spero, utile.

Περὶ τῆς ζητήσεως, εἰ[3]) *ἔξεστι ἀντιπολεμεῖν*, nolim te odiose rixari. Melius hoc post victoriam disputabitur. Sed orabimus, ut Deus pacem det, et tueatur nos, qui sane multipliciter sumus aerumnosi; et ipse exaudit humiles et miseros.

Audi miram historiam, quam recitabis *Spenglero*. *Gothae* iuvenis nuper ex peste decubuit. Is anno superiori in *Viennensi* praesidio fuit. Audio pium et modestum ingenium fuisse, et triduo antequam aegrotare coepit, sumpserat corpus

---

1) Pez. *respondet.*
2) *in*] Pez. *diebus.*
3) *εἰ*] Pez. *εἰς*.

Domini, iam tum de morte praesagiens. Hic horis fere quatuor iacuit examinis, ut mortuus crederetur, postea respiravit, ac revixit, et coepit laetus dicere, se iam vidisse *Christum*, et scire aliam vitam post hanc vitam restare, quae contingeret haud dubie credentibus. Hortatus est ad pietatem, et commemoravit mira gaudia alterius vitae. Et ne credi possit[4]) errore mentis haec dicere, addidit se relinquere hoc testimonium, quod de sua morte ipsis praediceret: se moriturum esse, antequam tertia hora praeteriisset. Hoc ita accidit. † Habemus exempla egregia, confirmantia fidem et auctoritatem doctrinae nostrae."

Cultros accepi: sed de his, cum veneris. Vale. Postridie divi *Martini*. Doctor sic satis valet. Admonui ut scriberet, sed nescio an nuncius sit expectaturus illius literas. Mitto tibi meam quandam Epistolam hic impressam una cum *Georgii* poemate. Iterum vale.

Φίλιππος.

No. 939. **13. Nov.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 176.

Ioachimo Camerario, Noribergae, amico summo.

S. D. De Conventu prius omnia resciscitis, quam huc perferantur. Itaque de illis rebus nihil scribo. Dei beneficio adhuc tranquillae sunt hae regiones. Expectatur enim decretum *) Conventus, quod si erit hostile, nostros commovebit. Nam ille, quem *Langus* Augustae tantopere contemsit, ut meminisse potes, putatur copiose etiam a pecunia instructus esse, accipio et naves fabricari, quod quorsum pertineat, facile iudicare potes. Minatur Rheno. De Vaticiniis quod petis, sic ratiocinor. Aliquantisper tantum domesticos tumultus nobis expectandos esse, et καταστροφήν aliquam Ecclesiasticarum turbarum. Interim *Turci* erunt occupati in Pannoniis, deinde irrumpent magna vi in Germaniam.

Quidam *Cracoviensis* misit mihi suum de eclipsi Solis, quae fuit hoc anno, iudicium, praedicit interitum in Pannonia *Ioanni*. Idem affirmabat Augustae *Apianus* noster. Postea scribit *Cracoviensis* ille, Pannonias in Turcarum potestatem venturas esse, τῷ θεῷ [illegible] magnas calamitates praedicit, minatur et Germanis. Turcicum bellum, de sectis affirmat fore ut magis increbrescant, mortem etiam aut Rom. Pontifici aut alicui ex praecipuis regibus minatur.

Περὶ λειτουργίας habeo tibi gratiam. In itinere venerat mihi in mentem orationis πρὸς Λεπτίνην. Itaque reversus inspexi, sed commentarium non videram. Nunc te oro, ut mihi tuam sententiam scribas, quam existimes fuisse verbi significationem. Video tantum in pecuniis usurpari pro collatione tributi. Ego vero cuperem de operis quoque publicis exemplum habere. λῄτον quod scribunt esse δημόσιον aut certe λήϊτον, ego a λεία, hoc est a praeda seu manubiis, quae olim sola fuit publica pecunia, factum puto. Quanquam generaliter etiam λεία κτῆσιν significet, non tantum λαφυραγωγίαν, sed quomodo convenit. *λειτουργέω confero pecuniam*, cum de suo quisque conferat. Itaque de operis seu administratione valde cuperem habere exemplum, si quod esset. Amabo te, si quid repereris, aut excogitaveris, scribe. Totus sum in *Apologia* recudenda, et ornabo eam diligenter, quantum decere videbitur, et complectar nostras controversias, et integras exponam, quod erit utile ut spero. Scripsi *Michaeli* historiam de morte laetissima et felicissima cuiusdam *Gothani*. Tu vale feliciter, Id. Novemb. *) Saluta meis verbis amanter uxorem tuam et filiam.

Φίλιππος.

No. 940. **14. Nov.**

Frid. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 57.

Venerabili viro, D. Friderico Myconio, amico suo summo. Zu Gotha.

S. D. Neque ego tibi, mi Friderice, prolixe respondere potui. De historia mortis adolescentis, quam scripsisti, habeo tibi gratiam.[1]) Sed roga-

---

4) Pez. *posset.*

*) Recitabatur decretum Caesaris in comitiis Augustanis d. 19. Novbr.

*) Non referenda cum editore epistolarum ad Camerar. ad annum 1531., sed ad annum 1530.

1) Vid. de eadem re Epist. Luther. de 15. Nov. 1530. Myconio scripta.

mus nos magnopere, cui Fridericus, et Lutherus, et Pontanus, et ego, ut rem certo exploratam nobis perscribas, et totam illius moritori orationem et testes adscribas. Lutherus enim celebrare detrevit, [illegible] esse certum; Exemplum manifestum est, apud nos Ecclesiam esse. Quaeso te, hanc rem diligenter nobis cures et bona fide perscribi. De *Antiocho* rogemus Deum, ut det pacem. Sed ego omnino in hac sententia sum, ut arbitrer, aliquem tumultum excitaturos esse Papistas, ut ruant. Nam Romae fatum urget nos; Hoc Octobri *Tybris* ita exundavit, ut indicent, maius damnum accepisse *Urbem* ex illa exundatione, quam ante quinquennium *) ex direptione: praeterquam quod tunc quaedam preciosa *κειμήλια* perierunt. Mitto tibi libellum: quem ubi legeris, mitte *Menio*. Non enim habebam plura exempla. Novi adhuc nihil habemus. *Caesar* nondum publicavit edictum aliquod contra nos. Bene vale. Montags post Martini.

Φίλιππος.

No. 941. **16. Nov.**

Legati Norinb. ad Senatum.

† Ex Actis Norinberg. p. 372.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — — — Wir schicken E. W. hiebei die Schriften, so durch unsern Theil den Ständen des Reichs auf K. M. des Friedens halb gegebene Antwort behändigt ist worden, darauf uns durch den Canzler von Mentz und des Churfürsten zu Brandenburg Rath anderst nichts angezeigt, denn daß die Stände dasselbige unser Anbringen an K. M. wollten gelangen, welches wir also beschehen lassen, und seyn den andern Tag darnach des Landgrafen samt der Städte Gesandten dieser Sachen verwandt, und folgends des Churfürsten zu Sachsen Räthe von hinnen verritten. — — — Dat. den XVI. Tag Novembris am Thor (Aufsperren) anno 1530.

Volckamer und
Baumgartner.

*) Accuratius ante triennium et sex menses. Expugnata enim est Roma d. 6. Maii 1527.

No. 942. **19. Nov.**

Iidem ad eundem.

† Ex Actis Norinberg. p. 375.

Herrn Burgermeister und Rath zu Nurmberg.

— — — Die von Augsburg haben auf das *) Ansuchen Kais. Maj. abermals ihren großen Rath zusammen versammelt, und sich entlich entschlossen des Abschieds der Religion halben diese Antwort zu geben: daß sie die vorige ihre gegebene Antwort keineswegs wüßten zu ändern. — — Darauf ihnen gleichwohl durch Herzog Friedrich, wie uns der Burgermeister angezeigt, ein kurzer Bescheid geben worden. — — — Vorgestert haben die Städt, so den Abschied angenommen, die andern Städte alle erfordern, und durch den Stadtschreiber von Wormbs mit viel höflichen Worten anzeigen lassen: nachdem sich zwischen den ehrbaren Städten allerlei Zutrennung, zuvor aber in des Glaubens Sachen, darin sie denn ihrer Herrn Befehl Folge thun müßten, zugetragen, wäre doch ihrer Herrn, auch ihrer Personen, Meinung und Gemuth anderst nicht, denn den andern ehrbaren Städten allen freundlichen, dienstlichen und guten Willen zu erzeigen, wie vor dieser Zeit auch beschehen wäre, mit Bitt, ihnen alle vergangene Handlung nicht anderst zuzumessen, denn daß die aus Befehl ihrer Herrn geschehen wäre, daß sie sich sonst auch nicht gern von den ehrbaren Städten sondern wollten. — — — Sambstag den 19. Novbr. am Thor anno 1530.

Volckamer und Baumgartner.

No. 943. **21. Nov.**

Iidem ad eundem.

† Ex Actis Norinberg. p. 377.

An Herrn Burgermeister und Rath zu Nurnberg.

Vorgestern nach Mittags hat Kais. Maj. alle Fürsten und Stände, so viel noch hie gelegen, gen Hof zu kommen, und mit I. M. nochmals auf das Rathhaus zu gehen, und den Abschied verlesen zu hören, erfordern lassen.

Als nun I. K. M. mit den Fürsten und Ständen auf dem Rathhaus versammelt gewesen, hat Marggraf

*) Iterum postulaverat Imperator a Senatu Augustano, ut edicto Imperatoris pareret.

Joachim zu Brandenburg zu reden angefangen: nachdem sich Churfürsten und Stände mit K. M. — in den Sachen, darum diesen Reichstag ausgeschrieben, eines Abschieds verglicht, worin es denn Ihrer Maj. gelegen, denselben zu hören, so wäre er vorhanden. Darauf Herzog Friedrich geantwortet, daß K. M. solchen Abschied zu hören geneigt wäre. Auf welches der Menzische Secretari den Abschied alsbald zu lesen angehoben, der erstlich auf den Artikel des Glaubens und der Religion, nachmals von wegen des Friedens, des Cammergerichts, der Policey, und dann von wegen der beharrlichen und eilenden Türkenhülf, Monopolien und Münz gestellt gewest, — — allein ist ein Artikel des Glaubens hinzukommen: wo in Städten und Orten, da die neue Lehre eingerissen, Bürger und andre Personen wären, die dem alten rechten christlichen Glauben anhangen wollten oder würden, daß die in Kais. Maj. sonderlichem Schutz und Schirm, wie auch Ihre Maj. die Vertheidingen, und wie andre Ihrer Maj. Schirmsverwandte halten wollt, genommen seyn sollten; daß auch dieselben Personen und Bürger einen freien Abzug unbeschwert einiger Nachsteuer, wo sie nicht länger an denselben Orten seyn wollten, unverhindert haben sollten, unangesehen der Eid und Pflicht, so sie derwegen gethan, auch ungeachtet der Freiheiten, so dieselben Städt und andre Oberkeiten dießfalls hätten, welche alle Kais. Maj. in Kraft ihres Kaiserlichen Gewalts damit derogirt haben wollt.

Und nach Verlesung desselben Abschieds, welches bis zu zwo Stund gewährt, hat Herzog Friedrich ungefährlich diese Meinung geredt: Kais. Maj. hätte den Abschied hören lesen, und wäre Ihre Maj. gegen Churfürsten und Fürsten gnädiglich dankbar, daß sie diesen Reichstag Ihrer K. M. zu unterthänigem Gefallen besucht hätten, welches auch J. M. gegen ihnen gnädiglich erkennen, und denselben Abschied versiegeln lassen wollt.

Darauf der Churfürst von Brandenburg geredt: daß sie diesen Reichstag besucht hätten, sey aus unterthäniger Gehorsam, und daß sie sich solchs gegen J. K. M. schuldig erkennten, gethan, nehmen dieß J. K. M. gnädigs Erbiethen zu unterthänigem Danke an. Nachdem aber J. K. M. den Churfürsten und Fürsten gnädiglich bewilligt, und sie sich hinwiederum, alle ihre Königreiche, Land und Leute zuzusetzen, und aus dem Reich teutscher Nation nicht zu kommen, bis die schweren Irrungen und Zwiespalt, so jetzunder in deutschen Landen schwebten, vertragen wurden; wiewohl sich nun Churfürsten, Fürsten und Stände, daß es beschehen, unterthäniglich versehen wollten, wie sie auch einigen Zweifel daran nicht hätten: so bäthen sie doch J. M. abermaln, aus dem Reich nicht zu verrucken, bis dieser Zwiespalt, vornämlich unsers heiligen Glaubens halb, allenthalben im heiligen Reich zu einem einigen christlichen Wesen und Verstand gebracht würde. Das wollten sie um J. K. M., als ihren allergnädigsten Herrn und Kaiser, ganz unterthäniglich verdienen, auch durch die, denen es gebühret, den Abschied, wie von Alter herkommen, gleicherweise siegeln lassen.

Auf dieß hat sich Kais. Maj. ein Kleines unterredt, und durch Herzog Fridrichen ferner melden lassen: daß Ihre K. M. bei Päpstlicher Heiligkeit und andern christenlichen Potentaten mit allem Fleiß fördern wollt, damit das Generalconcilium erlangt und gehalten würde, dadurch Ihre Maj. verhoffte, alle christenliche Stände in gute Einigkeit zu bringen. Wo dann J. M. schon in ihren niederländischen Landen seyn würde, achtet doch J. M. dafür, daß es nicht zu weit aus dem Reich und teutscher Nation wäre. Zu dem der Marggraf abermals geredt: wo Ihre K. M. in Niederland seyn würde, so wüßten Churfürsten und Fürsten wohl, daß J. M. der Sachen nicht so gar weit oder entfernt wäre; wollten sich auch hierauf Ihrer K. M. abermals unterthäniglich befohlen und also ihren Abschied genommen haben. — — — Am 21. Tag Novembris anno 1530.

Clement Volckamer und
Jeronymus Paumgartner.

(Pagina inclusa.)

Den eröffenten Abschied von der Städte wegen zu siegeln, haben die von Werd ihr Siegel hieher geschickt, solch sigeln in aller Städt Namen, so den Abschied angenommen, zu vollbringen.

No. 944. 23. Nov.

Frid. Myconio.

† Ex autographo Melanth. in Bibl. Guelpherb. descripta ab Olshausen.

Venerabili viro D. Friderico Myconio, amico suo, zu Gotha.

S. D. Memini totum negotium *Nollebense*, et rem expendi. Optimum videtur, ut senex removeatur. Id ita faciendum erit. Tu adhibebis istic aut D. *Oswaldum*, aut alium, qui sit in magi-

[illegible], [illegible] pastorem ad te adeptus. Hic mandabis ei pro auctoritate tanquam visitator, ut [illegible] parochia [illegible]. Id te [illegible] de sententia principis praecipere dicito, si [illegible], ut [illegible] [illegible] tanquam testes aut [illegible] aliquos ex rusticis. Erunt enim allegandae causae, quare amoveatur a parochia, et certa [illegible] delicta recitanda erunt, quae non ignoras. Sed timeo, ne rustici metu periculi non ausint adesse. [illegible] enim solet [illegible] Erfurdiae [illegible]. Alioqui ita instituissem rem, ut ageretur cum rusticis, ut ipsi accusarent istum nebulonem. Si tibi erit opus literis aulicis ad eam rem, curabo, si mihi scripseris, quid fieri velis. Verum ego tua industria te existimo ista perficere posse. Et nosti, quanti ista nebulones faciant aulicas literas; iudicant, esse inanes minas. Ages igitur rem diligenter, et mihi iterum significabis, quid perfeceris. Ex *Augusta* nihil novi adhuc habemus. Nondum tamen violenta edicta proponi audio *). Scripsi tibi per nuncium Isenacensem. Ad eas literas te etiam atque etiam oro ut respondeas. Bene vale. Mitto tibi adhortationem *Lutheri* ad coenam domini. Libellum eius *de clavibus* habere te puto, et Psalmum *confitemini* **). 23. Novembris.

Φίλιππος.

*) d. 19. Nov. edictum Caesaris promulgatum fuerat.

**) Prodierant mense Augusto 1530.

No. 945. (ex. Nov.)

Lectori.

Editionem principem Augustanae confessionis, quae Melanthonis opera prodiit, ad annum 1530 referendam esse non solum docet inscriptio illius editionis, secundum quam Augustana confessio M. D. XXX. iam excusa fuit, sed etiam testimonium *Pistorii*, Theologi Hassiaci, qui profitetur, confessionem Witebergae editam in 4., comitiis nondum dimissis Augustam allatam esse. Vid. *Weberi* Krit. Gesch. der Augsb. Conf. P. II. p. 11 sqq. Quum legati Saxonici et Hassiaci d. 13. Nov. 1530. Augusta discesserint et comitia d. 19. Nov. finita fuerint, necesse est, ut primam editionem iam ineunte Novembr. vel potius exeunte Octbr. in lucem prodiisse statuamus. Quum autem Melanthon demum post d. 11. Octbr. Witebergam redierit, quisque intelligit, confessionem ab ipso ante mensem Nov. edi non potuisse. Haud dubie eam edidit sciente et volente Principe Electore, apud quem fuerat Torgae d. 11. Octb. Praemisit autem Melanthon primae editioni praefationem hanc.

Praefatio Philippi Melanchthonis.

Haec confessio prorsus ignorantibus Principibus, qui eam Caesari exhibuerunt, ab avaro, aliquo typographo ante duos menses [1]) publicata est. Et ita excusa est, ut multis in locis appareat de industria depravatam esse. Cum autem principes, nec si velint, queant eam inter [illegible] [illegible] exterquere, et tamen periculum sit, ne mendae illae primae editionis pariant novas calumnias, necesse fuit, recognitam et emendatam denuo edere, quia non solum ad existimationem Principum, sed etiam ad religionem pertinet, praestare, ne ipsorum titulis spargantur in vulgus huius generis mendosa scripta. Quare nunc emittimus probe et diligenter descriptam Confessionem ex exemplari bonae fidei. Addidimus et *apologiam* [2]), quae etiam Caesar. Maiestati oblata est. Verebamur enim futurum, ut alibi ederetur non felicius, quam edita est confessio.

Quanquam autem adversarii placari nolint, tamen speramus, omnes bonos ac prudentes viros ubique gentium his libellis lectis intellecturos esse, quod nullum dogma contra auctoritatem scripturae sanctae et Catholicae Ecclesiae profiteamur, sed quod nostri optimo iure quosdam abusus reprehenderint, et praecipuis locis doctrinae Christianae, qui ad id tempus perniciosissimis opinionibus obruti fuerant, lumen attulerint. De iustitia fidei omnia templa, monasteria, scholae, denique libri omnes theologorum recentium antea muti erant. In doctrina poenitentiae nusquam tradebatur certa et firma consolatio conscientiarum. Nemo docebat, peccata remitti per fidem in Christum. Doctrina satisfactionum carnificina erat conscientiarum. Sacramenta impie profanata sunt, postquam recepta est opinio, quod ex opere operato iustificent. Et haec opinio doctrinam fidei prorsus oppressit, et multiplicem Idololatriam peperit. Traditiones humanae plus quam labyrinthi erant, quia partim Iudaicis ac superstitiosis, partim tyrannicis interpretationibus in infini-

1) Editio a. 1531 posterior pro *ante duos menses* habet, *ante semestre*.

2) Res videtur sic se habuisse. Confessio ipsa a. 1530. typis est [illegible]; voluitque Melanthon apologiam simul addere. Quum autem [illegible], sed [illegible] exposuit, ut apologia demum fere exeunte Aprili absoluta esset. Nunc igitur, quum uterque liber simul prodiret, debuit verba: *ante duos menses*, iam in prima editione mutare, et eorum loco scribere *ante semestre*; quod vero propterea fieri non potuit, quod iam excusa erat confessio, quare mutationem posteriori editioni inseruit, ut praefatio, quae ad utrumque librum spectat, illi tempori conveniret, videlicet mensi Aprili, quo uterque liber primum prodiit in lucem. Quod si verum est, [illegible] editionem [illegible] typographi fere exeunte Sept. 1530. prodiisse, et Melanthonem hanc mense Nov. 1530. scripsisse.

tum auctae fuerant. Postea relaxatio traditionum collata fuit ad quaestum. Haec vitia nostri reprehenderunt, non ut Ecclesiasticam politiam dissolverent, sed ut gloriam Christi illustrarent, ut Evangelium nativae puritati restituerent, ut piis conscientiis consulerent. Neque nunc possunt deserere patrocinium veritatis, cum Christus dicat: Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui in coelis est; qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram patre meo, qui in coelis est. Nunc igitur rogamus omnes bonos viros, ne de nobis tantum ex adversariorum scriptis aut clamoribus iudicium faciant, qui miris technis et calumniis veritatem obruere conantur, sed, quod aequissimum est, audiant nos quoque et causam totam cognoscant, quae cum ad gloriam Dei, ad religionem et ad salutem animarum pertineat, nemini debet esse ignota.

No. 946. 12. Dec.

Iudicium de Electione Regis Rom.

Editum ab Aurifabro in Opp. Lutheri Islebiae editis, T. II. p. 126 b. et ex eo in Opp. Luth. Halens. T. V. p. 408. Finitis comitiis Augustanis Carolus Imperator cum Ferdinando fratre, rege Hungariae et Bohemiae, mense Nov. Coloniam profectus, iussit ut Dux Saxoniae Elector cum aliis principibus d. 21. Decbr. Coloniam ipse veniret, ut interesset electioni Regis Romani. Hac data occasione Melanthon quaedam in pagella scripsit de Romanorum Regum electione, quae pagella fortasse adjecta fuit epistolae Lutheri ad Principem Electorem, data Montag nach Nicolai 1530.

Von der Wahl eines neuen römischen Königs, daß dieselbe zuvor auch gebräuchlich. Durch Philipp. Mel. gestellet. (inscriptio Aurifabri.)

Vor Carolo Magno, da das Römische Reich Asiam und Europam noch hatte, ist oft geschehen, daß ein Kaiser noch einen zu sich zum Kaiser gemacht hat. Denn so das Kriegsvolk in einem Lande lag ferne vom Kaiser, und etwa ein unruhiger Hauptmann bei ihnen war, der warf sich auf für einen Kaiser. Solche Aufruhr zu verhüten wollten die Kaiser lieber selbs Kaiser wählen, die sie dulden möchten, denn hören, daß sich untreue Tyrannen aufwürfen, und sich wider sie setzten. Also hat Marcus Antonius seinen Bruder Verum zugleich mit sich zum Kaiser gemacht, und mit Diocletiano hat zugleich regirt Constantius im Orient, Constans im Occident, und hernach Arcadius im Orient, Honorius im Occident etc.

Nach Carolo aber, da die alte Monarchia zertrennet, und allein Italia und Deutschland das Römische Reich geheißen, vor der Ordnung der Churfürsten, haben etliche bei ihrem Leben, doch im Alter und kurz vor ihrem Tode, ihre Söhne zu Kaiser gemacht. Solches hat die Noth dazumal erfoddert; als Carolus Magnus Ludovicum Pium; Ludovicus Pius Lotharium, und Lotharius Ludovicum secundum.

Diese sind nicht zu achten als Mitregirende Kaiser, denn die Väter sind bald gestorben nach der Wahl; Allein Ottso der erste hat seinen Sohn Ottso den andern, als einen Mitregirenden Herrn krönen lassen, in Italia zu regiren.

Hernach, als die Ordnung von Churfürsten gemacht, haben viel mehr denn zuvor ihre Söhne zeitlich zu Königen krönen und wählen lassen. Erstlich Conradus hat im andern Jahr seiner Regierung, ehe er die Kaiserliche Krone empfangen, seinen Sohn Henricum Nigrum zum König krönen lassen zu Achen. Dieser Henricus Niger hat kurz vor seinem Tod seinen Sohn Henricum den vierten, da er nicht über fünf Jahr alt war, zum Könige krönen lassen.

Friedericus Barbarossa hat bei seinem Leben seinen Sohn Heinricum zum Römischen Könige gemacht, und haben viel Jahr zugleich regirt. Dieser Heinricus hernach hat mit den deutschen Fürsten practicirt, daß sie sich verschrieben haben, seinen Sohn Friedericum den andern zum Röm. König zu machen, da er noch ein Kind war von dreien Jahren, aber das ist gehalten worden.

Darnach hat Fridericus secundus bei seinem Leben erstlich seinen ältern Sohn Heinricum zum Römischen König lassen krönen, der doch vor dem Vater umkommen; derhalben der Vater auch bei seinem Leben den andern Sohn Conradum hat krönen lassen, welcher auf beiden Reichstagen zu Speier und Augsburg für einen Römischen König angenommen, und nachmals dem Vater im Reich succedirt ist.

Carolus quartus, der doch die Bulla gemacht hat, hat practicirt, daß bei seinem Leben Wenceslaus gewählet ist, und spricht ein Historicus, Egnatius: exemplo maxime improbando, das ist, daß ein bös Exempel gewesen sey, vielleicht sonderlich derhalben, daß er soll etliche des Reichs Regalia und anderes derhalben vergeben haben.

Fridericus tertius hat bei seinem Leben seinen Sohn Maximilianum auch wählen lassen.

No. 947. (d. 20. Dec.)

Frid. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 22.

Ven. viro, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothensis, suo amico.

S. D. Historiam accepimus *Lutherus* et ego*). Nam *Pontanus* erat in itinere cum Principe ad Smalcaldi profecturus. Digna res mihi videtur, quae edatur in publicum. Sic enim interpretor: Deum ostendisse hoc exemplum, ut confirmaret imbecilles. Novi adhuc nihil habemus, etsi plerosque sentio, mira consilia coquere, de quibus non libet scribere. Amabo te, exspatieris huc ad nos post Natalem Domini. Idem scribo *Menio*. Nihil mihi in hac misera valetudine et his animi doloribus, quibus subinde magis crucior, accedere queat iucundius vestro conspectu et colloquio. Tuo πολυπράγμονι nunc non potui scribere. Impediebar enim valetudine et occupationibus. De clade *Flandriae* **) audisti opinor. Circiter tertiam partem, scribunt, aquis periisse. Haec prodigia haud dubie portendunt Imperii mutationem. Ego spem pacis prorsus abiicio, et hoc oro, ut Deus det exitum his motibus mediocrem. *Brentius* scripsit ***) mihi certo, iuxta Thermas Badensis Marchionis in aëre magnum ac longum agmen peditum conspectum esse, iuxta quod incessit quidam augustiore magnitudine quam reliqui, vibrans hastam, et quasi cohortans agmen, huc atque illuc vertens vultum. Bene vale.

Φίλιππος.

No. 948. (hoc temp.)

Mich. Rottingo.

Eandem historiam de iuvene Gothano, quam in epistola ad Vitum Theodorum narrat, scripsit etiam aliis amicis, et *Michaeli Rottingo*. Hanc aliquis Vitebergae vernacula lingua edidit simul cum epistola Io. Bugenhagii de aliquo, quem diabolus corripuisset; quae utraque epistola prodiit Vitebergae (1530.), inscripta sic: „*Zwo wunderbarlich Historien zu Bestettigung der lere des Evangelii. Iohann Pomer. Philippus Melanchthon*", (sine anno et loco), ubi historia a Melanthone narrata in epistola ad Rotting. haec legitur:

Philippus Michaeli Rottingo.

Höre eine Geschicht, die sich zu Gotha zugetragen hat. Es ist allda in neulich vergangenen Tagen ein Jüngling am Brethen oder Pestilenz lagerhaftig worden, und etliche Stunden, gleichsam (als) wäre er verschieden, gelegen, daß auch jederman dafür gehalten, er sey gestorben gewest, darnach ist er wiederum zu sich selber kommen und lebendig worden, und hat mit Freuden ganz fröhlich erzählet, wie er Christum habe gesehen, und solche Freude des Himmels empfunden, die niemand mit Worten aussprechen möge. Er hat ferner gesagt: nun bin ich ganz gewiß und weiß fürwahr, daß nach diesem Leben ein ander Leben vorhanden künftig ist; hat die Leute vermahnet zur Gottseligkeit, und beständiglich gesagt, daß dieselbigen unaussprechlichen große Güter die Gläubigen erlangen werden. Auf daß man aber nicht meinete, er rede solche Worte aus Krankheit oder Zerrüttung der Vernunft, so hat er ihnen zum Wortzeichen (Wahrzeichen) gegeben, daß er mit guter Vernunft seinen Todesabschied wolle zuvor geweissagt und angezeigt haben, nämlich gesprochen: er werde aus diesem gegenwärtigen Leben verscheiden, ehe denn die Uhr drei schlage; welches auch also geschehen ist. Solche Exempel zeigen an, daß bei uns eine christenliche Versammlung oder Kirche sey. Ich habe den jungen gekannt. Man sagt auch daß er ein fromm Mensch wäre, und ist des vergangenen Jahres zu Wien in der Belagerung oder Besetzung gewest. Man sagt auch, daß er etliche Tage zuvor, ehe dann er krank ist worden, habe das Sacrament des Herrn Leib und Blut empfangen, gleichsam damit zuvor geweissagt sein künftig Sterben. etc.

No. 949. (hoc anno.)

Chiliano Goldstein.

Edita in Manlii farrag. p. 361. Contuli apographon in cod. Basil. 39 p. 48b. — Est responsum Melanthonis ad epistolam Goldsteinii, quam hic subiunximus. Quo anno scripta sit, certo definiri non potest, sed puto anno 1530. Paceus enim d. 27. Dec. 1527. a Melanthone commendatur Sturzio; et eo tempore *cum uxore* migraverat Erfordiam. Si iam liberos habuisset, Mel. haud dubie eorum mentionem fecisset. Anno 1533. Paceus erat Diaconus in oppido Leisnig, ut intelligitur ex Lutheri epist. d. d. 9. Mart. 1533, ubi dicitur sex habere liberos. Quum autem Goldsteinius in sua epist. ei tribuat *tres* liberos, haec epist. verisimiliter a. 1530. scripta est.

Chiliano Goldstein S. D.)*

Et ingenium et fortunam Pacei novi. Hoc magis miseret me et ipsius et liberorum et coniugis eius,

*) Vid. Lutheri epist. ad Mycon. d. 13. Nov. 1530.

**) Vid. Luth. epist. d. 1. et 5. Decbr. 1530., et Sleidani comment. p. 197.

***) Vid. de eadem re Lutheri epist. d. 6. Dec.

*) Epistola Goldsteinii, cui Mel. respondet, quaeque legitur in cod. cod. Basil. 39. p. 48., est haec: „*Paceus* hodie apud

quam ullius pastoris. Quare non est, quod existimes [1]), me ullis suspicionibus ab illo alienatum esse. Scit se antea necessario [2]) suo tempore a me adiutum esse. Verum ego non possum toties invenire novas conditiones, quoties ipse fastidit praesentem. Vellem eum non aspernari Herzbergensem nidum, donec commodiorem reperisset. Nam sibi non consulit, et tamen illam scholam negligit et evertit. Quod si scit aliam conditionem, quam sperat mea commendatione se consequi posse, non deero ei, ubi monstraverit. Nam ego non scio, quomodo ei consulere possimus *κακῶς χρωμένῳ ἀεὶ τῇ παρούσῃ τύχῃ*. Vale feliciter.

No. 950. (h. anno.)

Pancratio Sussenbach.

† Ex apographo cod. Goth. 191. p. 81. ubi inscriptione caret. Legitur etiam in cod. Vindobon. 55. vid. Denis. II. p. 1963., ubi inscribitur: paedagogo Comitum Mansfeldensium, et in cod. Mehn. III. p. 68., ubi inscribitur: *Pancratio Sussenbach* *).

Pancratio Sussenbachio.

Etsi scio, te nihil immoderate facere, tamen eo minus reprehendo tuum consilium, quia intelligo, te deliberasse cum optimo viro et praedito singulari prudentia, *Caelio*. Multa enim sunt momenta au-

---

me fuit, mi Philippe, conquestus mihi longam querimoniam, nec sine lacrymis, de inopia hac sua, quam ipse una cum coniuge gravida, et tribus liberis hoc tempore Herzburgae sustinet. Nam ex schola ibi pro laboribus suis non plus quam 30 habet aureolos, quos ipse tamen vix saepe ad quotidianos usus extorquere potest. Mihi dolet pii et literati hominis sic duram esse conditionem et fortunam. Neque enim ullo modo sufficit ei tantilla pecunia ad hanc numerosam alendam sobolem, praesertim hoc eo tempore, ubi annonae et rerum omnium tanta est caritas. Quare rogo vehementer, ut, quia nemo alius ex hac calamitate sublevare ipsum et facilius et commodius potest quam tu, succurras illi consilio ac ope tua. Nullum enim, crede mihi, beneficium collocare melius potes. Comperi, quod in se nescio quem morum incommodorum damnes. Mihi, mi Philippe, tametsi non tam familiariter et intime notus est, omnino tum alius et melius adolescens apparet. De ponentes itaque hanc suspicionem, quam non tuo certe, sed alieno fortasse iudicio concepisti. Obsecro, ut hanc commendationem meam patiaris aliquid apud te ponderis habere. Ignoscas mihi, quod literis potius quam coram hoc egi. Nam haud ita bene valeo, et propter catarrhum me domi plerumque contineo. Vale."

1) Mehn. *Quare non existimes*.

2) necessario] Mehn. *superioribus*.

*) Pancratius Sussenbach iam anno 1531. mense Oct. erat doctor in schola Cygnaea, ergo haec epistola anno 1530. scripta videtur.

haec consuetudinis, quae ego iudicare absens non possum. Neque ego tibi ullas leges impono. Illud reipublicae causa doleo, non perinde in gratia esse apud comitem literatos, ut diu apud eum haereant. Erat autem et nostrae diligentiae, quadam arte eius retinere benivolentiam, ut literis et studiis publicis esset aequior. Sed hanc disputationem omitto [1]). Si ad nos redieris, non tibi defutura sunt mea officia. Tu has rerum [2]) vices forti animo perferas. Meis verbis reverenter saluta Dominum vestrum [3]) et D. *Sebastianum Muller*, quorum amicitiam magis opto, quam fucosam benivolentiam satraparum. Vale.

No. 951. (hoc anno.)

Ulrico Sillingo.

Epistola nuncupatoria in librum: „Commentarii in aliquot politicos libros Aristotelis. Philip. Melanch. M. D. XXX. Witebergae." (In fine: impressum per Josephum Clug. XXX.) 8. — Praefationem ex hoc libro in bibl. Monacensi mihi descripsit Clar. *Muffat*, eandemque ex exempl. Norimbergensi descriptam misit Cl. *Rahner*. — Legitur idem liber cum praefat. in opp. Melanth. Basil. Tom. IV. p. 266. sq.

Clarissimo Viro Equestris Ordinis Ulrico Sillingo, Compatri suo, Philippus Melanch. S. D.

Quemadmodum antea in aliquot Ethicis libris Aristotelis insignes locos interpretati sumus *), et ostendimus, quomodo Philosophiam de moribus approbet Evangelium, et quomodo eam ad communem vitam transferre possimus: ita praecipue locos in Politicis libris illustrare coepimus. Sed quia nonnulli fortasse reprehendent meum consilium, quod per hanc occasionem videatur obtrudi iuvenibus auctor mutilatus, quem praestaret integrum legere, hi mihi initio placandi sunt. Tu mihi certissimus es testis, principio iustam me interpretationem totius textus Aristotelici instituisse. Suscepi enim hunc laborem, te auctore, cum viderem, te mirabiliter incensum esse studio verae ac germanae Philosophiae cognoscendae. Incepi itaque Graece praelegere, quia melius in-

---

1) Cod. G. *ei mitto*.

2) Cod. G. *vitae*.

3) Cod. G. *D. Rhomen*.

*) „In Ethica Aristotelis commentarius. Philipp. Melanth." Witeb. 1529. 8.

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLARUM, PRAEFATIONUM, CONSILIORUM

LIBER SEXTUS,

COMPLECTENS EA, QUAE MELANTHON SCRIPSIT ANNO 1531 — 1534.

No. 952. (hoc anno.)

Lectori.

Praefatio in librum: „Propositiones subinde a Mart. Luthero disputatae cum praef. Mel. Witteb. 1530. 8. — Descripsit praefationem *Lunzius* ex Riedereri Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Büchergeschichte Vol. IV. p. 284. Riederer eam edidit ex posteriore editione: „Propositiones D. Mart. Lutheri ab initio negocii Evangelici ab auctore tractatae. Witeb. 1538. 8. — Legitur etiam in opp. Luth. lat. Witteb. T. I. p. 371. — Mylius in Chronologia scriptorum Melanth. hanc praefationem ex errore retulit ad ann. 1545.

Philippus Melanchthon Lectori

S. D. Congessi in acervum aliquot propositiones Lutheri, cum ob alias causas, tum quia graves quosdam locos doctrinae Christianae continent, qui ex his brevibus sententiis melius cognosci possunt, quam ex magnis aliorum voluminibus. Hae sententiae primum restituerunt in lucem puram Evangelii doctrinam *de Poenitentia*, *de usu Sacramentorum*, *de Iustificatione*, quod fides in Christum iustificet coram Deo, non opera a nobis facta *). Hae res antea iacebant obrutae nugacissimis disputationibus Theologorum et Canonistarum: id quod fatebantur illi ipsi, cum haec primum nascerentur, apud quos nunc capitale est Lutherum nominare. Si quis expenderit, quantam utilitatem adferat piis mentibus horum locorum cognitio, qui in his disputationibus patefacti et illustrati sunt, intelliget, se plurimum Deo pro his spiritualibus donis debere, quae magnopere ad Christi beneficia cognoscenda et ad scripturas intelligendas conducunt. Cum autem haec scripta nonnulli summa vi conentur opprimere: decet viros bonos, ea pro virili defendere et ab interitu vindicare. Quodsi non licebit ea proferre in theatra **) in tam iniquis iudiciis, legent tamen Christiani et tanquam intus canent vel ad docendas, vel etiam ad confirmandas conscientias hac doctrina, quae Christi gratiam non obscure praedicat. Vale.

No. 953. (h. anno)

(Discendae theologiae ratio.)

Mylius in Chronol. scriptorum Mel. dicit, Melanthonem haec scripsisse anno 1530. — Editum est hoc scriptum in der Kirchenordnung der Stadt Hannover durch Urbanum Regium, Magdeburg 1536. in appendice. (Vid. etiam epist. Corvini mense Mart. 1537.) Item in Andr. Corvini expositione decalogi Witeb. 1537. 8. — In opp. Melanth. Basil. T. III. p. 287. et Witteb. T. II. p. 35. — Idem edidit Strobelius ex veteri MSto in libro: historische Nachricht von Melanth. Verdiensten um die heil. Schrift. p. 158. — Apographon invenimus in Cod. Obenandri p. 70. — Dedimus illud ex libro: Kirchenordnung etc. — Similia scripta vid. mense Oct. ann. 1529. et ineunte anno 1542.

Brevis discendae theologiae ratio auctore Philippo Melanchthone [1]).

Illud initio praestandum est, ut textum bibliorum familiarem habeas [2]). Qua in re meum consilium est, ut mane postquam surrexisti, et vesperi cum cubitum ire voles, legas tanquam orandi causa unum atque alterum caput. Ita tota biblia ordine legenda, et si quis occurrit [3]) obscurus locus, quaerendus est interpres. Et simul obiter sunt excerpendae praecipuae sententiae, quae sunt in locos communes digerendae [4]), qui contineant summam doctrinae christianae. Nomenclaturam talium locorum alicubi edidi et sumi possunt ex meis locis [5]).

Praeterea danda opera est, ut informes tibi methodum aliquam, in qua sit summa doctrinae christianae. Et ad hanc accommodanda est epistolae Pauli ad Romanos. Haec enim propemodum est methodus totius scripturae, quia disputat de iustificatione, de usu legis, de discrimine legis et evangelii, qui sunt praecipui loci doctrinae christianae. Quamquam et Christus tradit methodum his verbis, cum iubet praedicare poenitentiam et remissionem peccatorum. Hic enim poenitentiam seu timorem seu contritionem et fidem complectitur, quae credit remitti peccata.

Sumas igitur tibi certam aliquam horam, aut si libet duas ad legendam epistolam ad Romanos. Hic diligenter expendendae sunt omnes sententiae, et considerandum, quid in utramque partem dici possit. Et quaerenda certa Pauli sententia, observanda series argumentorum, et propositionum. Hac lecta postea accipienda est in manus epistola ad Galatas cum † Lutheri [6]) commentario, qui et ipse veluti methodus est.

---

*) Haec in opp. Luth. sic: iustificatione, quod fide propter Christum filium Dei accipiamus remissionem peccatorum et reconciliationem et iusti reputemur, non propter opera nostra.

**) Pro *in theatra* in opp. Luth. leguntur: *in consessus Monachorum et Pontificum*.

1) Iisdem verbis inscriptum est in cod. Bav.

2) C. Ob. et Strob. *textus bibl. fiat familiaris*.

3) Strob. *occurrerit*.

4) Peuc. mendose *dirigendae*.

5) Cod. et Peuc. addunt *communibus*.

6) *Lutheri* addunt cod. et Strob.

Post hanc et Colossenses legendi cum commentario meo, in quo etiam volui complecti praecipuos locos. Cuperem et meos communes locos legere, sed multa sunt in illis adhuc rudiora[7]), quae decrevi mutare. Facile tamen intelligi potest, quid mihi ibi displiceat ex meis Colossensibus, ubi locos aliquot mitigavi.

His diligenter lectis habebis quasi summam doctrinae christianae. Facile igitur intelligi iam caeterae Epistolae Pauli poterunt, quia subinde idem docet.

Deinde legendum evangelium Matthaei aut Lucae. Atque hic videndum, quomodo accommodanda sint omnia et in locos illos communes includenda. Ubi Christus loquatur de poenitentia seu timore: ubi de fide, ubi de oratione, ubi de caritate, ubi de rebus externis seu civilibus, de magistratibus, ubi de traditionibus humanis, ubi de sacramentis, ubi discernat legem ab evangelio, evangelium a politica prudentia, ubi de cruce loquatur, ubi commendet ministerium verbi, ubi ecclesiam describat.

Postea legendum evangelium Ioannis, quod magna ex parte continet conciones Christi de fide et iustificatione.

Instruendus est et libellus articulorum fidei, de trinitate, de creatione, de duabus Christi naturis, de peccato originali, de libero arbitrio, de iustitia fidei, de ecclesia, de clavibus. Hic libellus paene similis erit locis communibus. Sed tantum breviter debet tenere sententias, quae probent articulos seu dogmata, sicut ego institui Enchiridion, cuius exemplum ab iis qui audiverunt, petere potes.

Postquam sic praeparatus es in novo testamento, cognoscendum est et vetus. Et accipiendus in manus unus aliquis liber, qui diligenter legatur.

Vellem initio legi Genesin cum enarratione Lutheri[8]), postea Deuteronomion cum enarratione Lutheri[9]), deinde Psalterium. Et in iis diligenter videndum est, quomodo et haec quadrent ad locos illos communes, qui summam doctrinae christianae continent. Nam in iis libris eadem est de fide, de timore, de cruce doctrina, quae est in Evangelio. Nec tantum excerpendae[10]) sententiae de moribus, sed maius quiddam requirendum est, videlicet doctrina de priori tabula, de timore Dei, de fide seu fiducia et iustitia[11]) erga Deum. Quaerendae promissiones et comminationes.

Haec tum demum intelligi poterunt, cum aliquis in vita usus accedit, cum tentatio exercebit animum, et orare coget. Neque unquam tamen desunt orandi occasiones.

Ac diligenter in Psalterio discernendi sunt Psalmi, alii continent prophetias, alii sunt deprecationes tantum, alii continent praecepta, alii continent promissiones. Haec genera facile animadvertet vel mediocriter peritus literarum[12]) communium, et sciet quomodo reponendi sint in locos communes, de quibus supra dixi.

Post Psalterium legendi sunt prophetae cum enarrationibus Lutheri[13]), ut Ionas, Zacharias etc. Hic videbis quomodo auctor illarum[14]) totam rem ad communes illos locos transferat, de quibus supra dixi.

Proderit etiam conferre alios interpretes, ut videas quam inepti sint illi, qui non norunt rem ad locos de fide etc. revocare.

Deinde lecturus reliquos prophetas non difficulter intelliget eos. Sciet enim eos partim arguere peccata, seu legem docere, partim vaticinari de Christo seu Evangelium tradere et consolari conscientias.

Referet tamen omnia aut doctrinam de poenitentia, aut de fide seu fiducia erga Deum, aut de cruce, aut de aliis locis cognatis. Nonnihil tamen adiuvabitur in iis etiam a divo[15]) Hieronymo, nonnihil a Cyrano, qui[16]) satis diligens est in historia.

Et qui sciet omnia ad locos communes referre, huic nihil opus est quaerere multos sensus. Hoc potius agat, ut certam quandam[17]) sententiam constituat, quae certo conscientiam docere possit de voluntate Dei. Est enim ad usum et ad tentationes comparanda cognitio. Quare non est

7) *adhuc rudiora* non habet cod.

8) *Lutheri* add. codex et Str.

9) *postea Deut. c. enarr.* cod. non habet; *Lutheri* addit Strob.

10) Cod. addit *sunt*.

11) *et iustitia* non habet Str.

12) Strob. *locorum*.

13) Strob. pro *cum enarr.* habet: *quos enarravit Lutherus*.

14) Pro *auctor illarum* Str. *ille*.

15) Cod. *sancto*.

16) Strob. *sic satis*.

17) Pro *certam quandam* Str. *unam*; sed cod. *unam cert. q.*

contaminanda illis ridiculis [18]) allegoriis, qualibus delectatur Origines.

In legendis historiis sacris inprimis observandum est discrimen legis et Evangelii, et tenenda notitia libertatis Christianae, ne somniemus oportere nos omnia illorum opera imitari *). Ac diligenter discernenda fides est ab operibus. Fides David, Ezechiel et similium imitanda est. Opera non possunt esse similia, sed sua sunt pro uniuscuiusque vocatione [19]). Semper igitur animo intuendi sunt principes [20]) loci, poenitentia et fides, seu timor et fides, quos nobis commendat Christus, cum iubet praedicare poenitentiam et remissionem peccatorum. Sunt et eligenda exempla politica, quae docent, qualia magistratuum debeant esse officia.

Non est negligenda temporum supputatio et caetera, quae [21]) Grammatici aut Rhetores iubent observare.

Interim cum sic versaris in bibliis, interdum legendum est aliquid Augustini. Nam is longe praestat aliis veteribus. Praesertim in iis, quae scripsit contra Pelagianos, de spiritu et litera. Item contra Iulianum.

Inspiciendus aliquando [22]) Hieronymus et alii, ac observandum quid iis desit, aut in qua parte valeant. Multa enim continent, quae prudens lector non aspernabitur [23]), tametsi leviter attigerint doctrinam de iustitia fidei.

Legendi et veteres canones, ut sciamus quid decreverit Ecclesia. Eligendi sunt, qui cum Evangelio consentiunt [24]). Multi sunt politici de ordinationibus ecclesiasticorum rituum, qui quibus de causis facti sint, exponendum est, ut ita accipiantur quemadmodum caeterae humanae leges, neve tribuatur illis ritibus quod mereantur iustitiam coram Deo.

Denique in tota doctrina ecclesiastica diligenter observandum est, quae pars ad spiritualem vitam proprie pertineat, quae pars doceat de civili conservatione [25]) et de politicis rebus. Sciendum quid ad Evangelii doctorem pertineat, †quid idem ad magistratum pertineat" [26]), et doctrina Evangelii procul seiungenda est a politica. Neque tamen improbandae sunt res politicae, sed ut aliae bonae †Dei" [27]) creaturae honore adficiendae. Et quia saepe accidit, ut defendendae sint dogmata Christiana, praepares te ad id quoque.

Aliquid operae collocandum est in humanis literis et exercendus stylus, ut, cum opus erit, perspicue explicare possimus controversias religionis. Et prodest aliquando sumere aliquam controversiam eamque acuendi et exercendi iudicii gratia perscribere. Ac suppeditant nobis multa argumenta haec tempora. Potes Anabaptistas refellere, qui contendunt a facultatibus discedendum esse, easque in communi conferri oportere. Item non esse iuramentum praestandum magistratibus. Item iustitiam [28]) non contingere ex fide, sed ex nostris adflictionibus.

Est etiam et ad perfecte intelligendas scripturas et refutandos haereticos cognitione linguarum opus. Multae enim controversiae diiudicari possunt recte cognita natura sermonis et figurarum.

Neque tamen de natura sermonis et de figuris iudicare poterit quisquam, nisi legerit eloquentium hominum scripta, Ciceronis, Livii, Virgilii, Terentii, Ovidii, Quintiliani. Addendi sunt et Graeci, Homerus, Herodotus, Demosthenes, Lucianus.

Ad haec accedat stylus seu exercitium scribendi: quae res vel inprimis acuit iudicium. Si quid ex philosophia aut iure volet theologus sumere, viderit, ne inepte commisceat doctrinam spiritualem cum politica.

Caeterum dialectica perinde opus est, ut grammatica et rhetorica. Nam cum iis ita coniuncta est, ut divelli ab eis non possit.

Ego tamen optarim theologos non negligere philosophiam, qui [29]) nonnulli vituperant alias artes, eum non norint; qui si nossent, pluris facerent. Sed hic magnopere opus est cavere, ne

18) Cod. et Str. addunt: *μυθολογίαις et.*

*) Monet hoc contra Anabaptistarum furores, qui locis V. T. abutebantur ad defendenda sua facinora adversus magistratus politicos.

19) Strob. *sunt uniuscuiusq. provocatione.*

20) Peuc. *principales*, Strob. *illi principes.*

21) Strob. addit *in lectione.*

22) *et* addit Strob.

23) Corvin. et Basil. *aspernabit.*

24) Libri impr. *consentient*, cod. *consentiunt.*

25) Strob. *observatione.*

26) haec addit cod.

27) *Dei* addit cod.

28) Cod. et Strob. *iustificationem.*

29) Peuc. *quia.*

inepte confundatur doctrina christiana et philosophia. Quare scire oportet eorum regiones et intervalla. Idem de iurisconsultorum disputationibus iudico, quas aliquando inspicere conducet [30]).

30) In cod. verba: *Quare scire oportet* etc. non leguntur, sed adduntur quaedam, quae vero ad num hoc scriptum pertineant definire nolo, quum incipiant in codice nova pagina. Sunt autem haec:

1) Iussit et Christus primum regnum Dei quaeri. Ita futurum, ut caetera Deus donet liberaliter. 2) Adeoque et piorum studiis favebit. 3) Primum igitur persuadeas animo, Deum adesse spectatorem et iudicem omnium nostrarum rerum, nec quicquam feliciter tentari nisi ipse adspiciat. 4) Quod si feceris, voluptas erit Dei mandato obsequi, continere manus, oculos atque linguam ab omni impuritate. 5) Et pietas quidem pietate discitur, et paullatim magnitudinem bonitatemque ostendit profanis hominibus ignotam.

Eruditio.

1) Comparanda est solida est sincera, qua tibi et aliis recte consulere possis. 2) Indocti viri nunquam recte iudicant de rebus, ideoque tanquam alienis auribus audiunt, et alienis oculis vident, et morum firmitate [ferocitate?] non multum a bestiis differunt. 9) Horum stultitia respublicae passim evertuntur et labefactantur mores religionesque fere omnes. 10) Sicut et semidocti quidam, qui sibi mire placent, homines nihilo tractabiliores illiteratis, cuiusmodi fuerunt superioribus annis Theologi et Iurisconsulti, et hodie sunt quidam inepti, qui omnia tumultu implent. 11) Proinde si cui salus sua, si publica, ut decet, curae est, incumbat in hoc omnibus viribus, ut solidam sibi absolutamque doctrinam paret. 12) Neque quicquam intermittat eorum exercitiorum, quae ad comparandam sinceram eruditionem plurimum valere statuunt prudentissimi quique. 13) Haec sunt optimos quosque scriptorum locos ediscere, linguam et stylum exercere. Et Cicero praecipit, nullum nostrum negligentem esse debere.

Τέλος.

No. 954. (hoc anno.)

Dantisco.

Edita in libro: Illustrium virorum ad Dantiscum epistolae, editae ab Erico Benzelio. Upsal. 1717. 4.

(Non contigit mihi neque hunc librum videre, neque apographon epistolae impetrare.)

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLARUM, PRAEFATIONUM, CONSILIORUM

LIBER SEXTUS,

COMPLECTENS EA, QUAE MELANTHON SCRIPSIT ANNO 1531 — 1534.

No. 955. 1. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 154.

Ioachimo Camerario amico suo summo, Noribergae,

S. D. Neque de edicto *Augustensi*, neque de actis *Smalcaldensibus*, neque de electione Regis *Fernandi* quidquam habebam, quarum rerum sollicitudo cum me ita exerceat, ut cogitare praeterea nihil queam, non potui hoc tempore multa scribere. *περὶ τῆς ζητήσεως εἰ ἔξεστι ἀντιπολεμεῖν* parcius nunc interrogamur, nec nos dehortamur apparatum. Multae enim incidere occasiones necessariae et iustae defensionis possunt. *πῆμα κακὸς γείτων*. Et tanta aliquorum malitia est, ut, si viderent prorsus imparatos esse nostros, ex ea occasione facinus auderent animo concipere ac tentare. Et mirae sunt hominum *ἀπόνοιαι*, sic sunt imperiti et indocti. Nemo iam movetur illa voce: Ne sitis solliciti, scit enim pater vester in coelis, quibus indigeatis. Non possunt acquiescere animis, nisi videant se satis magnis validisque praesidiis munitos. In tanta imbecillitate animorum frustra nos ista nostra *θεολογούμενα περὶ ἐκείνης ζητήσεως* obiiceremus. Neque ego tamen quemquam damno, neque cautionem nostrorum reprehendendam puto, dum hoc obtineatur, in quo quidem opera a nobis datur, ne quid scelerate fiat. Quoties haec ego praedixi Augustae, quoties significavi deesse multis animi robur, *καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα*. Sed tota res et haec causa, mi Ioachime, singularis est, et *θέσις* ista recipere diversas *περιστάσεις* videtur. Ideo nunc precibus maxime res agenda est. Etsi enim valde metuendum est, ne motus aliquis existat, tamen spero *καταστροφὴν* fore mitiorem, quam velit diabolus. *λειτουργίας* inveni in digestis circa finem, si quid tamen repereris, mihi significabis. Omnino valde multum laboris sustineo in *Apologia* in loco Iustificationis, quem cupio utiliter explicare. Bene vale, Cal. Ian. An. XXXI. De negotio *Ulrici* scripsit ad illum *Blicarus*.

Φίλιππος.

No. 956. 22. Ian.

Mart. Bucero.

† Ex autographo Melanth. in tabular. Eccles. Evangel. Argentoratensis, descripta mihi a Clar. *Strobelio.*

Venerabili viro D. Martino Bucero, Argentinae,

S. D. Quanquam his diebus febri plus satis violenta conflictatus sum, tamen cum hodie commodius haberem, et nuntius tuus adesset adhuc *), volui ad te scribere, ne putares, me inimico animo tacere. Vidi tuas rationes concordiae **) et magnopere gavisus sum, vos concedere corporis Christi praesentiam cum anima. Nec video causam, cur vehementer adversari possitis, quo minus et praesentiam cum signo admittatis. Si vera praesentia cum anima admittitur, facile est et cum signo admittere, sicut certe Deus in propitiatorio non solum aderat in animis sanctorum, sed etiam apud ipsum propitiatorium. Quare dabis

*) Proprium nuncium Bucerus miserat Witebergam, cui et Lutherus epistolam d. 22. Ian. ad Bucerum scriptam tradidit.

**) Post Comitia 1530. Augustae habita Bucerus multum laboraverat, ut concordiam faceret inter Argentoratenses, Constantienses, Lindavienses, Memmingenses et inter Witebergenses in doctrina de coena domini. Proposuerat conditiones concordiae faciendae Ernesto, Duci Luneburgensi, de quibus vid. epistolae Lutheri d. 22. Ian. d. 1. Febr. huius anni.

operam, ut hoc, quod reliquum in controversia maneat, etiam expediatur. *Lutherus* minus gravaretur pacisci de concordia, si *Cinglii* et *Oecolampadii* mentem prorsus nosset, et existimaret, illos in suis ecclesiis haec de vera praesentia docere, quae scribis. Moderate tamen geret se in hoc negotio, ne initia concordiae, per quae spes est ut gradus ad veram et durabilem pacem fiat, dissipentur. Bene vale. Postridie Hagnes.

Φίλιππος.

No. 957. 15. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 156.

Ioachimo Camerario amico suo summo Noribergae,

S. D. Cum proxime ad te scripsissem, postridie accepi alteras tuas literas, quae mihi videbantur prius esse datae, argumentum idem erat περὶ τοῦ ἀντιπολεμεῖν. Ego neque consilia neque actiones plerorumque satis intelligo. Nam illam chartam *Lutheri* truncatam quorsum opus fuit in totam Germaniam spargere? Et quasi hoc classico concitare civitates ad pangenda foedera? Anno superiore scis summis meis doloribus et curis similia consilia dissipata esse. Nunc de foedere nemo nec *Lutherum* nec me consuluit, ἀλλὰ περὶ τῆς ζητήσεως diserte hoc positum est, si de restitutione ageretur, ne impediremus, sed si attingere personam principum vellent nonnulli, quos scis, uterentur suo iure, si quod ei promittunt Iurisconsulti. Hanc ἐπιείκειαν tamen moderadissime scripsit *Lutherus*, et vix extorsit illi ὁ ῥήτωρ*). Habes omnia simplicissime. In quibus nihil esse peccatum a nobis, spero te animadvertere. De foedere nihil magis laborandum nobis puto, et ut verum fatear, ita inclinari res temporibus videtur, ut et illud vitiosum dici oportere non existimem, quare redeamus ad preces. Amabo te, saepe mihi scribito. Nusquam acquiesco, quod attinet ad haec παραμύθια, nisi in tuis literis. Bene vale. XIIII. Cal. Mart. natali meo.

Φίλιππος.

*) Pontanus C. W.

No. 958. 959. 16. Febr.

Francisco et Henrico, Regibus.

† Ex autographo Mel. in tabulat. Vinariensi Reg. H. fol. 81. No. 44. Iussu Principis Electoris Melanthon conscripsit literas latinas a Protestantibus tum *Francisco*, Regi Galliae, tum *Henrico*, Regi Angliae, mittendas, qua de re vid. Seckendorf. in hist. Luth. lib. III. p. 8. et Sleidani comment. lib. VIII. p. 207. sqq., ubi etiam p. 213. et 214. habentur responsa regum ad has literas. — Est in Actis Vinar. etiam versio germanica epistolae manu Spalatini scripta, haud dubie in usum Principis Electoris.

A.

Inclyto, Potentissimo ac Christianissimo Principi, Francisco, Francorum Regi, consanguineo et domino nostro carissimo atque clementissimo,

S. D. et officia sua Regiae Dignitati vestrae, cum debitis obsequiis et reverentia offerunt. Cum inclyti et Christianissimi reges Franciae semper erga maiores nostros, Electores, et alios principes ac populos Germaniae singulari benevolentia usi sint, nos in causa gravissima, freti benevolentia Regiae Dignitatis Vestrae erga nos, duximus ad eam scribendum esse, praesertim cum hoc negotium nostrum non solum ad nos, sed ad totius ecclesiae christianae statum et tranquillitatem pertineat, quam Regiae D. V. pro sua pietate scimus maxime curae esse. Rogamus igitur, ut regia dignitas vestra has literas clementer accipiat et cognoscat.

Non dubitamus, quin Regia D. V. pro sua excellenti sapientia sciat, veterem esse querelam multorum bonorum et praestantium virorum in ecclesia de abusibus ecclesiasticis, quos ante haec tempora multi sancti patres taxaverunt, et proxime multis scriptis reprehendit vir excellens *Iohannes Gerson* in inclyta schola Parisiensi. Forte autem accidit apud nos, ut monachi quidam circumferrent indulgentias, easque sine modo laudarent propter quaestum cum contumelia Christi et cum periculo animarum. Hi cum sine ulla acerbitate pie et fraterne admoniti essent a quibusdam bonis et doctis viris apud nos, ut moderatius agerent, statim coeperunt atrociter damnare hos, a quibus admoniti erant. Ita coëgerunt eos, publice veritatem defendere. In his disputationibus, ut fit, etiam alii quidam abusus ecclesiastici reprehensi sunt, sed illi, quorum impudentia et nundinatione indulgentiarum praebuit occasionem huic tragoediae, effecerunt, ut doctrina nostrorum, qui abusus reprehenderant, mox sine legi-

tiam cognitione damnaretur tanquam erronea; et, ut opprimerent eam, multas calumnias sparserunt, ut eam odio praegravarent tum apud invictissimum Caesarem, Carolum V. Imperatorem, semper Augustum, dominum nostrum clementissimum, tum etiam apud exteras nationes, apud omnes reges ac populos Christianos. Verum quia negari non poterat, quin multi et varii abusus et malae opiniones serpsissent in ecclesiam, quam ob causam in conventu Wormatiensi, quem primum habuit Caesarea Maiestas, magnus numerus abusuum collectus est, quos Caesarea Maiestas clementer permisit sibi a secularibus statibus exhiberi. Ideo in sequentibus comitiis, quae nomine Caesareae Maiestatis indicta sunt, et ad quae Caesarea Maiestas oratores suos et commissarios misit, ut una cum locum tenente Caes. Maiestatis praeessent comitiis, deliberatum est, quomodo dissensio illa in religione pie et christianis modis ita componi posset, ut bona a malis segregarentur, et sublatis abusibus et malis opinionibus bona excerpta retinerentur, et ad gloriam Dei in ecclesia propagarentur. Non vero alia via ad hanc rem commodior futura visa est ulla, praeter hanc unam, si Caes. Maiestas apud Romanum Pontificem et apud Regiam Dignitatem Vestram et alios reges Christianos obtineret, ut in Germania, quia ibi dissensiones istae extitissent, concilium generale, christianum et liberum haberetur. Et de hac via generalis concilii cogendi in illis conventibus conclusum est, et ad Caes. Maiestatem relatum, quae clementer assensit huic deliberationi. Postea etiam de tempore et loco Synodi deliberatum est. Haec omnia inserta sunt decretis conventuum de communi consensu locum tenentis et oratorum et commissariorum Caes. Maiestatis, Principum Electorum et aliorum Principum et Statuum sub sigillis eorum.

Postquam Caes. Maiestas ex Hispania in Italiam traiecit, ut pro imperii dignitate de more coronaretur, deinde vero in Germaniam venit ad constituendum statum imperii, initio in proximo conventu Augustensi, haud dubie quantum ad personam Caes. Maiestatis attinet, pio et optimo animo clementer tentavit has dissensiones componere, si fortasse sine concilio sarciri possit concordia. Quare et nos, quemadmodum decuit christianos principes et populos, confessionem fidei nostrae planam, claram et catholicam Caes. Maiestati in publica audientia exhibuimus, et obtulimus nos, ubi vel opus esset, vel requireret Caes. Maiestas, de singulis articulis latius et copiosius dicturos esse. Quanquam autem adversus hanc nostram confessionem postea publice nobis lecta est nomine Caes. Maiestatis confutatio quaedam scripta, ut dicebatur, a quibusdam doctoribus, qui tunc Augustae fuerunt, tamen impetrare non potuimus, impedientibus eam rem, ut videtur, inimicis nostris, cum quidem nos saepe et cum debita reverentia peteremus, ut nobis copia fieret illius confutationis, ut pie et catholice singula obiecta diluere possemus. Sed certa et periculosa conditio proponebatur, qua exemplum confutationis accipiendum esset, quam conditionem propter certissimum periculum non fuit nobis possibile recipere. Et quanquam postea dati sunt arbitri, qui certis mediis controversiam componerent, tamen ab altera parte talia media proposita sunt, ut assentiri sine offensione conscientiae et periculo veritatis non potuerimus. Neque altera pars recepit media a nobis proposita, etsi in his ostendimus, nos propter concordiam nullum onus detrectare, quamlibet magnum, quod sine offensione conscientiae suscipi posset. Itaque cum non successissent haec consilia dirimendi controversias, effectum est opera inimicorum nostrorum, ut Caes. Maiestas proposuerit nobis quandam sententiam, quomodo interim sentiendum esset, donec concilium cogeretur; cui sententiae nullo modo potuimus assentiri sine maxima offensione conscientiarum, ut Deo iuvante ex scripturis sacris et sanctis patribus clare ostendemus cuilibet poscenti causam, et praecipue in concilio, quare huic sententiae assentiri gravati simus.

Ad haec intelleximus, Caes. Maiestatem permotam esse, ut aliud quoddam edictum durius et nobis intolerabilius ediderit, a quo ex magnis et legitimis causis et christianis rationibus ad ipsam Caes. Maiestatem melius informandam, et ad generale et liberum concilium, et ad Regiam Dignitatem Vestram et alios reges et status christianos appellare coacti sumus, cum protestatione legitima de appellatione, quam primum fieri poterit, ordine insinuanda Caes. Maiestati et Regiae Dign. Vestrae, et aliis regibus et statibus christianis, una cum actis et actitatis praedictorum comitiorum Augustensium, quantum ad causam religio-

nis attinet, impressis *), item de praedicta appellatione iustificanda, et quod per nos stare non debeat, quo minus ista quam primum fiant.

Cum in hoc statu res sit, nosque nihil expetamus aliud, quam ut res cognoscatur, tamen accipimus, multipliciter ab inimicis nostris accendi et Caes. Maiestatem, et Regiam D. V., et alios reges iniustissimis calumniis contra nos. Falso conferuntur in nos articuli abhorrentes non solum a scripturis sanctis et ecclesia catholica, sed etiam a communi sensu, cum constet, nos in nostris ditionibus summa severitate animadvertere in tales, si qui conentur aliquid eiusmodi docere aut profiteri quidquam contra scripturas sanctas aut ecclesiam catholicam. Manifestum est, in quantis periculis versemur propter hoc doctrinae genus, quod sequimur, quae profecto nullo modo subituri eramus, nisi sciremus, hanc doctrinam, quam confessi sumus, consentaneam esse Evangelio Christi et Ecclesiae catholicae, et propter gloriam et mandatum Christi retinendam.

Praeterea audimus et hanc calumniam spargi apud exteras nationes, quod hoc doctrinae genus receperimus non propter pietatem et timorem Dei, sed ut per hanc occasionem ecclesiastica bona occuparemus; quod falsissimum esse ostendimus in supradictis conventibus, et Deo adiuvante universo orbi praecipue in generali concilio declarabimus. Et omnes prudentes viri ex comparatione periculorum et commodorum existimare possunt, homines malevolos odio nostri haec crimina confingere. Non sunt tanti ulla ecclesiastica bona in nostris ditionibus, ut propterea vitam, dignitatem, famam, coniuges et liberos et totas ditiones nostras in discrimen adducere voluerimus. Nulla commoda tanti aestimamus, ut pluris ea quam gratiam Caes. Maiestatis, domini nostri clementissimi, ac benevolentiam Regiae Dign. Vestrae et aliorum laudatissimorum Regum faciamus. Et Dei beneficio maiores nostri, Electores et Principes, cum dignitate vixerunt et sumptus publicos et privatos tolerare potuerunt sine bonis ecclesiarum, imo ex suis facultatibus et multas novas ecclesias fundaverunt atque ornaverunt, et veteres auctis reditibus locupletaverunt. Et quanquam bona illa ecclesiastica apud nos, cum quidem vix mediocria sint, videantur parochiis nostris necessaria fore, quae per interpositionem armatae et compilatae sunt, tamen non recusamus ea in quoscunque pios usus conferre, in quos auctoritate concilii collocata fuerint.

Intelleximus etiam doctrinam, quam coram C. Maiestate confessi sumus, accusari apud Reg. D. V., quod improbet magistratus et doceat politicas ordinationes contemnere. Hanc contumeliam ipsa confessio refutat. Et vere hoc praedicari potest, quod nullorum scriptorum literis multis iam seculis ita ornatus est magistratus et omnia civilia officia, sicut ornaverunt haec literae nostrorum, quae conscientias magistratuum et subditorum instituerunt, ut et magistratus sciant, se gerere officium Deo gratum, quod in terris ordinavit, defendit et tuetur Deus, et subditi discant venerari potestatem, tanquam summum Dei beneficium inter res corporales, et propter mandatum Dei timere, qui ulciscitur contemtum magistratuum. Nec difficile est iudicare Regiae D. V., pro sua excellenti sapientia, quod, cum et ipsi Dei beneficio subditos habeamus, non expediat nobis, tolerare doctrinam, quae dissolveret obedientiam. Qualis enim amentia esset, si nostros subditos contra nos ipsos concitaremus? Ac de ecclesiasticis praelatis etiam testatur confessio nostra, quod potestatem clavium et ministerium verbi religiose veneremur, quodque etiam canonicam politiam ecclesiastici status probemus. Tantum abusus reprehendimus.

Cum igitur intellexerimus, haec crimina, quae recensuimus, in nos conferri apud Regiam D. V., duximus has literas ad R. D. V. mittendas esse, ut nos purgaremus Regiae Dignitati Vestrae. Multum enim referre iudicavimus propter excellentem sapientiam et maximam auctoritatem Regiae D. V., ut causam nostram R. D. V. sciret, et de nobis bene et clementer sentiret. Rogamus igitur R. D. V., ne calumniis inimicorum nostrorum de nobis fidem habeat, neve propter tales calumnias nobis fiat iniquior, sed habeat nos purgatos, donec respondere et excusare nos poterimus, quemadmodum et offerimus nos ad responsionem ac defensionem causae nostrae coram C. Maiestate et R. D. V. et aliis statibus Christianis et coram tota ecclesia Christi. Deinde rogamus etiam, ut R. D. V. adhortetur C. Maiestatem, dominum nostrum clementissimum, ut propter magnitudinem horum negotiorum et totius ecclesiae christianae utilitatem det operam, ut in Germania

*) Inde colligi potest, Melanthonem Augustanam confessionem a. 1530. non sua sponte, sed volente Duce Sax. Electore edidisse.

generale, liberum et christianum concilium cogatur, et ut pro sua bonitate nihil interim inclementer contra nos statuat, donec res in concilio recte cognita et tractata fuerit; neve Caes. Maiestatem et R. D. V. et alii reges incitari se ab inimicis nostris contra nos sinant, qui et Imperio Romano debita officia semper praestitimus, et hanc causam, propter quam in discrimen vocamur, nulla cupiditate, sed propter mandatum Dei et gloriam Christi tuemur. Neque vero tantum de nobis, sed et de tota Christi ecclesia bene merebitur Regia D. V., si auctoritatem suam ad hoc contulerit, ne hae controversiae diiudicentur armis, sed ordine cognito negotio, et correctis abusibus pax ecclesiae sine perturbatione conscientiarum constituatur. Quod si fecerit R. D. V., existimabimus nos maximum beneficium a R. D. V. accepisse, et vicissim omni genere officii gratitudinem nostram R. D. V. semper declarare studebimus. Postremo rogamus, ut R. D. V. nos amanter et clementer commendatos habeat, et clementiam suam rescribendo nobis declaret. Bene valeat R. D. V. Datum XVI. Mensis Februarii *) anno salutis nostrae 1531.

Dei gratia *Iohannes* Dux Saxoniae, S. S. Romani Imperii Archimarschallus, Princeps Elector etc.
Georgius, Marchio Brandenburgensis etc.
Ernestus, Dux Brunswic. et Luneburg. etc.
Philippus, Hessorum Landgravius etc.
Senatus reipublicae *Argentinensis*, *Nurembergensis*, *Ulmensis* et *Magdeburgensis*, nostro et aliorum principum, Comitum, Dominorum et Civitatum in hac parte adhaerentium nomine.

B.

Inclyto Illustrissimo et Potentissimo Principi, Henricho, Regi Angliae et Franciae ac Domino Hiberniae, cognato et domino nostro carissimo atque clementissimo,

S. D. et officia sua Regiae Dignitati Vestrae cum debitis obsequiis et debita reverentia offerunt. Cum inclyti Reges Angliae singulari benivolentia maiores nostros, Electores et alios Principes ac status complexi sint, duximus ad R. D. V. scribendum esse, freti et benivolentia Regiae D. V. erga nos, et singulari studio religionis christianae ac publicae pacis, quo Regiam D. V. praeditam esse cognovimus. Nam hoc negotium, de quo scribimus, non solum ad nos, sed ad gloriam totius religionis pertinere arbitramur. Rogamus igitur, ut R. D. V. has literas clementer accipiat et cognoscat. Non dubitamus, quin R. D. V. pro sua excellenti sapientia sciat veterem esse querelam multorum bonorum et praestantium virorum in ecclesia de abusibus ecclesiasticis, quos ante haec tempora multi sancti patres taxaverunt, et proxime in inclyto Regno Angliae accepimus *Iohannem Coletum* summa cum gravitate reprehendisse. Forte autem accidit apud nos, ut monachi quidam circumferrent indulgentias etc.

(ut in superioribus literis ad Regem Franciae datis sequuntur descripta reliqua; eodem die et anno, iisdem nominibus subscriptis.)

*) Datum etc. et subscriptiones ipse in autographo adiecit.

No. 960. **16. Febr.**

Francisco Regi.

† Ex autographo in Tabul. Vinar. Reg. H. Fol. 54. no. 54. — Est epistola a Melanthone scripta nomine Ducis Saxoniae Electoris ad Regem Galliae. — De responso Regis Galliae vid. ep. Mel. ad Camerar. d. 5. Iun. h. a.

(Francisco Regi Galliae)

S. D. et officia sua offert, Inclyte et christianissime rex, et cognate carissime.

Scripsimus ad Reg. Dign. V. una cum aliis quibusdam principibus, amicis nostris, et cum civitatibus quibusdam imperialibus de certis negotiis ad christianam religionem pertinentibus, ne R. D. V. fidem habeat adversariis nostris, si qui nos apud R. D. V. accusent, sed defensionem nostram, quam deo adiuvante in generali concilio universae Ecclesiae ostendemus, expectet. Nec dubitamus, quin R. D. V. pro sua sapientia et iustitia libenter sit expectatura nostram defensionem.

Cum autem suspicaremur, adversarios nostros etiam extra causam religionis alias collecturos esse calumnias, quemadmodum fieri solet, ut magis praegravent nos apud invictissimum Caesarem Carolum V. Imperatorem, semper Augustum, dominum nostrum clementissimum, et apud R. D. V. et apud alios reges ac status christianos, duximus quaedam Regiae D. V. significanda esse, quae ad nos proprie pertinent.

Iam amplius quadriennio saepe intelleximus, maximeque in proximo conventu Augustensi, ex obscuris quibusdam sermonibus, agitari consilia de inclyto rege Hungariae ac Bohemiae *Ferdinando*, domino nostro et cognato, cooptando in societatem regni Romani cum fratre, Caesare, et eligendo in Regem Romanum. Verum nunquam inducere animum potuimus, ut certo statueremus fore, ut haec res susciperetur, et, si hoc modo susciperetur, nos videre non potuimus, quid expediret Germaniae. Ad haec videbatur res hoc modo suscepta futura periculosa acceptae maioribus libertati Electorum et Principum.

Itaque cum misissemus *) Ducem Saxoniae, *Iohannem Fridericum*, filium nostrum, et unum ex nostris consiliariis ad Electores cum mandatis, curavimus eis proponi multas graves et firmas causas, quare et electio et citatio, quod ad nostram personam attinebat, adversaretur Bullae aureae Caroli IIII., et legitimam protestationem opposuimus, si procederetur. Non dubitamus autem, quin R. D. V. multo ante acceperit etiam ex publica fama, quod rex *Ferdinandus* et Coloniae in regem Romanorum de facto electus sit, et quod ipse rex *Ferdinandus*, illi praesumptae electioni consentiens, postea ad Aquisgranum coronatus sit.

Verum quas causas nos habuerimus, quo minus ad constitutum diem praesumptae electionis venerimus, ita ut ad eam cum aliis procederemus, neque dederimus mandata nostris legatis, ut in eam consentirent, et quare hanc electionem irritam et Germaniae periculosam existimemus, parati sumus et Caesareae Mai., domino nostro clementissimo, cum debita reverentia, et aliis statibus imperii, qui non sunt partiales, sufficienter ostendere. Nec dubitamus, quin ipsa Caes. Mai. et praedicti status imperii comperiant ex illis causis, nos nihil spectasse aut egisse aliud, quam quod decet nos pro officio erga C. Mai., ad augendum et amplificandum honorem eius et celsitudinem, et erga Imperium ad publicam utilitatem promovendam et conservandam libertatem imperii et praesertim ad conservandam auctoritatem Bullae aureae Caroli IIII., quemadmodum et Dux Saxoniae *Fridericus*, Elector, frater noster carissimus, piae memoriae, in simili casu praestare et honeste fecit.

Proinde si forte inimici nostri ea, quae nos egimus in hoc negotio Electoris apud R. D. V. sinistre interpretati sunt, rogamus, ut R. D. V. id quod est aequissimum consideret, quod offerimus nos ad exponendas causas nostrorum consiliorum, nec habeat fidem iniquis sermonibus inimicorum de nobis. Sic enim vere de nobis existimare possunt et Caes. Mai. et Regia D. V. et plerique omnes, nos et in hac re et in aliis negotiis pertinentibus ad imperii dignitatem et tranquillitatem, eam fidem Caes. Maiestati et imperio praestare velle, quam praestiterunt maiores nostri, et praesertim praedictus Dux Saxoniae, Elector *Fridericus*, qui, quod sine contumelia cuiusquam dictum volumus, nullis principibus cesserunt in ullo officii genere erga Romanos Imperatores et imperium.

Itaque R. D. V. pro sua singulari benevolentia, qua erga nos hactenus usa est, habeat nos commendatos. Nos enim vicissim conabimur omni officii genere gratitudinem nostram erga R. D. V. declarare. Bene valeat R. D. V. Datum XVI. mensis Februarii anno XXXI *).

Dei gratia Iohannes Dux Saxoniae, sacrosancti Rom. Imperii Archimarschallus, Princeps Elector etc.

*) Videlicet Coloniam, quo ad XXIX. Decb. vocati fuerant principes, ut eligerent Regem Romanum. Vid. Sleidan. p. 203.

No. 961. 19. Febr.

Georg. Spalatino.

Manl. p. 104. Pezel. consil. I. p. 644. Contuli codd. Gothanos cod. 402. p. 334., cod. 268. p. 194., cod. 19. p. 69 b., cod. 28. p. 8. et cod. Bav. I. p. 640.

Georgio Spalatino **)

S. D. Ionas misit mihi literas tuas [1], mi Spalatine, ad se [2]) scriptas, in quibus est casus matrimonialis, de quo statim cum *Luthero* collocutus sum, et utrique visum est, non esse concedendum isti transfugae mulieri, ut iterum nubat, praeser-

*) Diem, annum et nomen subscriptum addidit scriba.

**) Causam, de qua quaestio est, indicant cod. 402. et cod. 263. his verbis: „de muliere, quae in XVI. annum a marito aberat et libera esse cupiebat, ut alii posset nubere. Superinduxerat autem vir aliam coniugem, cum qua cohabitaverat iam in octavum annum, et ex ea pater sex liberorum factus erat." Similia habent Manlius et Pezelius.

1) *tuas* omittunt Pez. et cod. 28.

2) Sic recte Manl. et cod. 19., cod. 402. et cod. 263. pro *a te*, quod habet Pezel. cod. Bav. et c. 28.

[illegible] habet testimonium honestae actae vitae interim, de quo miror te nihil scribere[3]. Neque satis clare scribis[4], utrum accuset virum adulterii commissi, antequam ipsa deseruit eum. Sed nisi clarissimas causas suae discessionis[5] et gravissimas attulerit mulier, non est dissolvendum coniugium viri postea contractum. Ego recurro ad meum dictum: καλὸν τὸ κείμενον μὴ κινεῖν. Etiamsi mulier habuit[6] causam, cur a viro separari auctoritate iudiciorum potuisset, tamen postquam mulier sine auctoritate magistratuum separata est, nullo modo velim praesens coniugium dissolvere[7], neque velim concedere, ut desertrix mulier iterum nubat, postquam tot annis[8] abfuit, nec ius suum, si quod habuit, repetivit. Non debet ei prodesse perfidia. Bene vale. Dominica Estomihi 1531.

Φίλιππος.

Idem visum est Luthero, quia sua manu haec adscripsit: Salutat te *Martinus Luther* etiam invito et fugiente nuncio.

No. 962. mense Febr.

Guil. Reiffenstein.

Praefatio in: Thomae Linacri, Brittanni, de structura latini sermonis libros VI., cum praefatione Phil. Mel. Witteberg. 1532. 8. — Iterum Coloniae 1539. — Witeb. 1543. — Lipsiae 1564., — et Lips. 1577. 8. cura Ioach. Camerarii. — An prima anni 1531. editio nunc ullo habeatur in loco, nescio. Hic dedi praefationem ex edit. anni 1577., Lunzii manu descriptam.

Philippus Melanchthon
Adolescenti Wilhelmo Reiffenstein,
Wilhelmi filio S. D.

Allatus est huc *Linacri*, viri doctissimi, liber de Syntaxi Latini sermonis, quem cum statim avide percurrissem, iudicavi magnopere profuturum esse studiosis ad emendate et vere Latine loquendum, ad recte iudicandum de phrasi et omnibus figuris Latini sermonis. Etenim non solum vulgaria praecepta tradit, quae, etiamsi pueris necessaria sunt, tamen ad cognoscendam naturam sermonis nullo modo sufficiunt, sed etiam praeter analogiam collegit exempla dissimilia, in quibus varia constructio earundem vocum cernitur. Et singulari prudentia significationis diversitatem, quae saepe fallit incautos, in dissimili constructione earundem vocum ostendit. Syncategorematum vim mirabili diligentia excussit, quae quantum momenti habeant in varianda significatione aliarum vocum, homines acuti facile perspiciunt. Itaque mihi quidem nullum videtur in hoc genere scriptum exstare perfectius. Quare egi cum typographis nostris, ut quam primum excuderent, et passim in omnibus scholis harum regionum spargerent. Nunc vero etiam hos, qui praesunt scholis, duxi adhortandos esse, ut hunc librum adolescentibus proponant et praelegant, sed ita, si prius vulgares regulas brevi compendio tradiderint. Ad has postea velim accedere hunc libellum; qui quasi est exaedificatio doctrinae de constructione. Valde enim conducit in hac parte Grammatices diligenter elaborare, propterea quod neque natura sermonis cognosci potest, neque certa loquendi ratio contineri, nisi hac parte perfecte cognita. Porro quam sit necessarium in omnibus artibus, in omni vita, naturam sermonis nosse et certam loquendi rationem tenere, non est obscurum. Diu igitur in hoc studio detinendi sunt adolescentes, et diligenter assuefaciendi, ut et regulas reddere possint, et habeant in promptu exempla auctorum, si quid extra analogiam dicitur. Ac pessime de pueris merentur praeceptores, qui aut regulas nullas tradunt, aut certe statim abiiciunt et magnifice promittunt fore, ut usu loquendi discantur constructiones. Nam illi, qui non norunt regulam, etiamsi legunt exempla in auctoribus linguae, tamen loqui non satis audent, quia non habent certam rationem, ad quam dirigant compositionem verborum. Et hoc impediti metu raro loquuntur Latine. Ita nunquam hoc assequi possunt, ut, quae velint, facile explicare queant. Frustra autem omnis labor sumitur in literis, si nunquam haec facultas, quae cogitationes animorum nostrorum, et quidquid de magnis rebus dicimus, perspicue exponere potest, contingit. Ipse vidi multos his annis, qui sentiebant, se ab hac parte non satis instructos esse, desperantes omnem fructum studiorum prorsus a literis desciscere. Quare publice deberent in tales praeceptores poenae constitui, qui prae-

3) Sic recte codd. Sed Manl. *Interim miramur, te nihil scribere*; Pezel. *Interim de quo miror nihil scribis.*
4) Manl. *scribere*; Pezel. *aut non satis cl. scribis.*
5) Pez. mendose: *[illegible]*
6) Sic Pez. et c. 268. c. 402. et 69. Sed Manl. et ed. B. *habeat.*
7) Cod. 19. *dissolvi.*
8) Pezel. *tot annos.*

contaminanda illis ridiculis [18]) allegoriis, qualibus delectatur Origines.

In legendis historiis sacris inprimis observandum est discrimen legis et Evangelii, et tenenda notitia libertatis Christianae, ne somniemus oportere nos omnia illorum opera imitari *). Ac diligenter discernenda fides est ab operibus. Fides David, Ezechiel et similium imitanda est. Opera non possunt esse similia, sed sua sunt pro uniuscuiusque vocatione [19]). Semper igitur animo intuendi sunt principes [20]) loci, poenitentia et fides, seu timor et fides, quos nobis commendat Christus, cum iubet praedicare poenitentiam et remissionem peccatorum. Sunt et eligenda exempla politica, quae docent, qualia magistratuum debeant esse officia.

Non est negligenda temporum supputatio et caetera, quae [21]) Grammatici aut Rhetores iubent observare.

Interim cum sic versaris in bibliis, interdum legendum est aliquid Augustini. Nam is longe praestat aliis veteribus. Praesertim in iis, quae scripsit contra Pelagianos, de spiritu et litera. Item contra Iulianum.

Inspiciendus aliquando [22]) Hieronymus et alii, ac observandum quid iis desit, aut in qua parte valeant. Multa enim continent, quae prudens lector non aspernabitur [23]), tametsi leviter attigerint doctrinam de iustitia fidei.

Legendi et veteres canones, ut sciamus quid decreverit Ecclesia. Eligendi sunt, qui cum Evangelio consentiunt [24]). Multi sunt politici de ordinationibus ecclesiasticorum rituum, qui quibus de causis facti sint, exponendum est, ut ita accipiantur quemadmodum caeterae humanae leges, neve tribuatur illis ritibus quod mereantur iustitiam coram Deo.

Denique in tota doctrina ecclesiastica diligenter observandum est, quae pars ad spiritualem vitam proprie pertineat, quae pars doceat de civili conservatione [25]) et de politicis rebus. Sciendum quid ad Evangelii doctorem pertineat, † quid idem ad magistratum pertineat" [26]), et doctrina Evangelii procul seiungenda est a politica. Neque tamen improbandae sunt res politicae, sed ut aliae bonae † Dei" [27]) creaturae honore adficiendae. Et quia saepe accidit, ut defendendae sint dogmata Christiana, praepares te ad id quoque.

Aliquid operae collocandum est in humanis literis et exercendus stylus, ut, cum opus erit, perspicue explicare possimus controversias religionis. Et prodest aliquando sumere aliquam controversiam eamque acuendi et exercendi iudicii gratia perscribere. Ac suppeditant nobis multa argumenta haec tempora. Potes Anabaptistas refellere, qui contendunt a facultatibus discedendum esse, easque in communi conferri oportere. Item non esse iuramentum praestandum magistratibus. Item iustitiam [28]) non contingere ex fide, sed ex nostris adflictionibus.

Est etiam et ad perfecte intelligendas scripturas et refutandos haereticos cognitione linguarum opus. Multae enim controversiae diiudicari possunt recte cognita natura sermonis et figurarum.

Neque tamen de natura sermonis et de figuris iudicare poterit quisquam, nisi legerit eloquentium hominum scripta, Ciceronis, Livii, Virgilii, Terentii, Ovidii, Quintiliani. Addendi sunt et Graeci, Homerus, Herodotus, Demosthenes, Lucianus.

Ad haec accedat stylus seu exercitium scribendi: quae res vel inprimis acuit iudicium. Si quid ex philosophia aut iure volet theologus sumere, viderit, ne inepte commisceat doctrinam spiritualem cum politica.

Caeterum dialectica perinde opus est, ut grammatica et rhetorica. Nam cum iis ita coniuncta est, ut divelli ab eis non possit.

Ego tamen optarim theologos non negligere philosophiam, qui [29]) nonnulli vituperant alias artes, cum non norint; qui si nossent, pluris facerent. Sed hic magnopere opus est cavere, ne

18) Cod. et Str. addunt: *μυθολογίαις et.*

*) Monet hoc contra Anabaptistarum furores, qui locis V. T. abutebantur ad defendenda sua facinora adversus magistratus politicos.

19) Strob. *sunt uniuscuiusq. provocatione.*

20) Peuc. *principales*, Strob. *illi principes.*

21) Strob. addit *in lectione.*

22) *et* addit Strob.

23) Corvin. et Basil. *aspernabit.*

24) Libri impr. *consentient*, cod. *consentiunt.*

25) Strob. *observatione.*

26) haec addit cod.

27) *Dei* addit cod.

28) Cod. et Strob. *iustificationem.*

29) Peuc. *quia.*

inepte confundatur doctrina christiana et philosophia. Quare scire oportet eorum regiones et intervalla. Idem de iurisconsultorum disputationibus iudico, quas aliquando inspicere conducet [30]).

30) In cod. verba: *Quare scire oportet* etc. non leguntur, sed adduntur quaedam, quae vero ad num hoc scriptum pertineant definire nolo, quum incipiant in codice nova pagina. Sunt autem haec:

1) Iussit et Christus primum regnum Dei quaeri. Ita futurum, ut caetera Deus donet liberaliter. 2) Adeoque et piorum studiis favebit. 3) Primum igitur persuadeas animo, Deum adesse spectatorem et iudicem omnium nostrarum rerum, nec quicquam feliciter tentari nisi ipse adspiciat. 4) Quod si feceris, voluptas erit Dei mandato obsequi, continere manus, oculos atque linguam ab omni impuritate. 5) Et pietas quidem pietate discitur, et paullatim magnitudinem bonitatemque ostendit profanis hominibus ignotam.

Eruditio.

1) Comparanda est solida est sincera, qua tibi et aliis recte consulere possis. 2) Indocti viri nunquam recte iudicant de rebus, ideoque tanquam alienis auribus audiunt, et alienis oculis vident, et morum firmitate [ferocitate?] non multum a bestiis differunt. 9) Horum stultitia respublicae passim evertuntur et labefactantur mores religionesque fere omnes. 10) Sicut et semidocti quidam, qui sibi mire placent, homines nihilo tractabiliores illiteratis, cuiusmodi fuerunt superioribus annis Theologi et Iurisconsulti, et hodie sunt quidam inepti, qui omnia tumultu implent. 11) Proinde si cui salus sua, si publica, ut decet, curae est, incumbat in hoc omnibus viribus, ut solidam sibi absolutamque doctrinam paret. 12) Neque quicquam intermittat eorum exercitiorum, quae ad comparandam sinceram eruditionem plurimum valere statuunt prudentissimi quique. 13) Haec sunt optimos quosque scriptorum locos ediscere, linguam et stylum exercere. Et Cicero praecipit, nullum nostrum negligentem esse debere.

Τέλος.

No. 954. (hoc anno.)

Dantisco.

Edita in libro: Illustrium virorum ad Dantiscum epistolae, editae ab Erico Benzelio. Upsal. 1717. 4.
(Non contigit mihi neque hunc librum videre, neque apographon epistolae impetrare.)

gung *), so Martinus Bucer angericht, jedoch hab ich für gut geachtet, dir selbst zu schreiben, ob vielleicht Luther aus Blödigkeit **) verhindert, diesem Boten kein Schreiben an dich hätte geben. Des Bucers Schreiben hat Martinus Luther nicht approbirt oder für genugsam geachtet; und was sich weiter im Handel zugetragen wirst du von Spengler vernommen, welchem wir der Handlung halben zugeschrieben ***). Hierum [quare] sollst du die Prediger zu Augsburg, Johannsen Frosch, Stephan Kastenbauer vermahnen, daß sie nicht bewilligen in des Bucers Gedicht †). Denn du kannst wohl ermessen aus deiner Fürsichtigkeit, warum Bucer solche gemeldte Vereinigung fürgeben. Denn zwar aus der Condition, so Bucer bisher fürgeschlagen, noch keine Vereinigung erfolgen (mag), ja auch, so sie uns alles zuließen, so würde es dennoch fährlich genug seyn; denn es läßt sich ansehen, es sollte des Zwingli gebesserte Meinung oder Deutung nur eine Zeitlang und scheinlich währen. Datum Hanau.

No. 967. (fere med. Mart.)

Iudicium de concordia cum Bucero.

Iudicium de conditionibus pacis, a Bucero Witebergensibus propositis, cui Lutherus, Ionas et Melanthon subscripserunt, vide in Lutheri opp. a Walchio editis T. XVII. p. 2400. et in Epistol Lutheri apud de Wettium T. IV. p. 327. — Inscriptum ibi est Wenceslao Linckio, sed ex errore, ut puto, inde orto, quod apographon Norinbergam ad Linckium missum est. Scriptum potius videtur in usum Ducis Saxoniae Electoris, vel alius cuiusdam Principis. — Dabimus illud in Lutheri opp.

No. 968. 17. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 158.

Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo Norібergae,

S. D. Adolescens, cui has litteras dedimus, dicebatur statim ad nos rediturus esse. Quare duxi te admonendum esse, ut per eum rescriberes, quod si feceris, magnum me abs te beneficium accepisse putabo. Valde enim crucior tam diuturno silentio tuo. Scribes autem quidquid habebis περὶ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων. Nos enim prorsus nihil audimus hoc tempore, quod quidem magnopere gaudeo. Sed vereor, ut hoc gaudium diuturnum futurum sit. Nam haec aestas non videtur mihi sine aliquo motu abitura, et intelligo quotidie currere et recurrere veredarios. Christus respiciat nos. Nulli generi hominum unquam periculum maius fuit, quam nobis. Nec odia acerbiora fuisse unquam ullius factionis, quam nostri nominis, colligo. Itaque non alibi quaerendum nunc est auxilium, quam apud Deum, qui exaudit gemitus pauperum. Multi exeunt libelli, qui praegravant nos. Vidisti opinor carmen de porcis ab illo nostro artytico parco, ut videtur, scriptum, in quo ego parum comiter pro nostra reconciliata gratia tractor. Et ineptius scriptum edidit *Cocles*. Et *Carolostadius* rursus in proscenium suum redit, me sane leviter perstrinxit, nisi forte brevi alia editurus est violentiora. *Lutherus* valetudine impeditur, quo minus absolvere potuerit hactenus illa, quae habet in manibus. Et mea Apologia tardius procedit atque res postulat. Adeo ubique conflictamur variis malis, quae tamen, ut spero, Deus referet in melius. Bene vale. XVI. Cal. April.

Φίλιππος.

*) Fucato et ementito συγκρητισμῷ, vid. Ep. ad Camer. d. 7. Mart.

**) Fortasse in latino fuit: *infirmitate* (videl. capitis, quo illo tempore laborabat) *impeditus*.

***) Haec epistola non ad nos pervenit.

†) Verisimiliter Bucerus concionatoribus Augustanis scripserat, Lutherum sine dubio conditiones concordiae ab ipso propositas accepturum esse, eosque invitaverat, ut concordiam ipsi quoque admitterent. Quod Augustani scripsisse videntur Linchio, Linckius Melanthoni. Vid. etiam ep. ad Camer. d. 7. Mart. h. a. — Bucerus illo tempore Ulmae versabatur.

No. 969. 20. Mart.

Guil. Reiffenstein.

Manlii farrag. p. 253. — Apographa in cod. Bav. II. p. 301. cod. Goth. 401. p. 108. et cod. Basil. 39. p. 18b.

Guilelmo Reiffenstein Philippus Melan.

S. D. Accepi vestras literas[1]) de missione *Erhardi*. Quaesivi igitur vobis alium paedagogum, non omnino ut spero[2]) deteriorem *Erhardo*. Est ei nomen *Marcellus*, et est Francus ex oppido Koenigsberg, ac nobis[3]) iam diu optime notus. Mores sunt castissimi et minus habent Saxonicae

1) Manl. *accepi tuas literas a vobis.*

2) Cod. Bav. et cod. Bas. *et spero non.*

3) Manl. mendose: *vobis.*

No. 947. (d. 20. Dec.)

Frid. Myconio.

Edita a Saegauio ep. 22.

Ven. viro, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothensis, suo amico.

S. D. Historiam accepimus *Lutherus* et ego *). Nam *Pontanus* erat in itinere cum Principe ad Smalcaldiam profecturus. Digna res mihi videtur, quae edatur in publicum. Sic enim interpretor: Deum ostendisse hoc exemplum, ut confirmaret imbecilles. Novi adhuc nihil habemus, etsi plerosque sentio, miro consilia coquere, de quibus non libet scribere. Amabo te, exspatieris huc ad nos post Natalem Domini. Idem scribo *Menio*. Nihil mihi in hac misera valetudine et his animi doloribus, quibus subinde magis crucior, accedere queat iucundius vestro conspectu et colloquio. Tuo πολυπραγμοσύνην nunc non potui scribere. Impediebar enim valetudine et occupationibus. De clade *Flandriae* **) audisti opinor. Circiter tertiam partem, scribunt, aquis periisse. Haec prodigia haud dubie portendunt Imperii mutationem. Ego spem pacis prorsus abiicio, et hoc oro, ut Deus det exitum his motibus mediocrem. *Brentius* scripsit ***) mihi certo, iuxta Thermas Badensis Marchionis in aëre magnum ac longum agmen peditum conspectum esse, iuxta quod incessit quidam augustiore magnitudine quam reliqui, vibrans hastam, et quasi cohortans agmen, huc atque illuc vertens vultum. Bene vale.

Φίλιππος.

No. 948. (hoc temp.)

Mich. Rottingo.

Eandem historiam de iuvene Gothano, quam in epistola ad Vitum Theodorum narrat, scripsit etiam aliis amicis, ut *Michaeli Rottingo*. Hanc aliquis Vitebergae vernacula lingua edidit simul cum epistola Io. Bugenhagii de aliquo, quem diabolus corripuisset; quae utraque epistola prodiit Vitebergae (1530.), inscripta sic: „*Zwo wunderbarlich Historien zu Bestettigung der lere des Evangelii. Iohann Pomer, Philippus Melanchthon*", (sine anno et loco), ubi historia a Melanthone narrata in epistola ad Rotting. haec legitur:

Philippus Michaeli Rottingo.

Höre eine Geschicht, die sich zu Gotha zugetragen hat. Es ist allda in neulich vergangenen Tagen ein Jüngling am Brechen oder Pestilenz lagerhaftig worden, und etliche Stunden, gleichsam (als) wäre er verschieden, gelegen, daß auch jederman dafür gehalten, er sey gestorben gewest, darnach ist er wiederum zu sich selber kommen und lebendig worden, und hat mit Freuden ganz fröhlich erzählet, wie er Christum habe gesehen, und solche Freude des Himmels empfunden, die niemand mit Worten aussprechen möge. Er hat ferner gesagt: nun bin ich ganz gewiß und weiß fürwahr, daß nach diesem Leben ein ander Leben vorhanden künftig ist; hat die Leute vermahnet zur Gottseligkeit, und beständiglich gesagt, daß dieselbigen unaussprechlichen große Güter die Gläubigen erlangen werden. Auf daß man aber nicht meinete, er rede solche Worte aus Krankheit oder Zerrüttung der Vernunft, so hat er ihnen zum Wortzeichen (Wahrzeichen) gegeben, daß er mit guter Vernunft seinen Todesabschied wolle zuvor geweissagt und angezeigt haben, nämlich gesprochen: er werde aus diesem gegenwärtigen Leben verscheiden, ehe denn die Uhr drei schlage; welches auch also geschehen ist. Solche Exempel zeigen an, daß bei uns eine christenliche Versammlung oder Kirche sey. Ich habe den jungen gekannt. Man sagt auch daß er ein fromm Mensch wäre, und ist des vergangenen Jahres zu Wien in der Belagerung oder Besetzung gewest. Man sagt auch, daß er etliche Tage zuvor, ehe dann er krank ist worden, habe das Sacrament des Herrn Leib und Blut empfangen, gleichsam damit zuvor geweissagt sein künftig Sterben. etc.

No. 949. (hoc anno.)

Chiliano Goldstein.

Edita in Manlii farrag. p. 361. Contuli apographon in cod. Basil. 39 p. 48b. — Est responsum Melanthonis ad epistolam Goldsteinii, quam hic subiunximus. Quo anno scripta sit, certo definiri non potest, sed puto anno 1530. Paceus enim d. 27. Dec. 1527. a Melanthone commendatur Sturzio; et eo tempore *cum uxore* migraverat Erfordiam. Si iam liberos habuisset, Mel. haud dubie eorum mentionem fecisset. Anno 1533. Paceus erat Diaconus in oppido Leisnig, ut intelligitur ex Lutheri epist. d. d. 9. Mart. 1533., ubi dicitur sex habere liberos. Quum autem Goldsteinius in sua epist. ei tribuat *tres* liberos, haec epist. verisimiliter a. 1530. scripta est.

Chiliano Goldstein S. D. *)

Et ingenium et fortunam Pacei novi. Hoc magis miseret me et ipsius et liberorum et coniugis eius,

*) Vid. Lutheri epist. ad Mycon. d. 13. Nov. 1530.

**) Vid. Luth. epist. d. 1. et 5. Decbr. 1530., et Sleidani comment. p. 197.

***) Vid. de eadem re Lutheri epist. d. 6. Dec.

*) Epistola Goldsteinii, cui Mel. respondet, quaeque legitur in cod. cod. Basil. 39. p. 48., est haec: „Paceus hodie apud

vilitate hominum certorum urbis tuae *). Nosti enim meam sententiam, et ego stulte facere videri possim, qui tibi praeceptum praescribo, homini usu perito. Verum ita statuas, his miserrimis temporibus concionari nescire illum, qui dissimulare nescit, sicut aiunt Fridericum Imperatorem dixisse: nescire imperare illum qui nesciret dissimulare. Sed aliis de rebus deinde scribam. Novi nihil habemus, praeter horribiles quasdam praedictiones cuiusdam mulieris *Kitzingensis*. Illa vaticinatur, intra 6 menses maximum bellum moturos esse hostes evangelii contra nos, adducturos etiam gallica auxilia. Significat, magnos populi motus futuros esse, nec hostibus successura esse haec consilia. Accepimus, piam et honestam mulierem esse, quae de his rebus habet revelationes. De *Caesare* minus mali praedicit quam de rege *Ferdinando*. Tanta pericula impendent. Ego habeo et alias probabiles coniecturas, futuram aestatem turbulentam fore. Hortaberis igitur tuam ecclesiam ad orandum, ut deus mitiget haec mala. Bene vale. Anno 1531.

Φίλιππος.

*) Erat Cordatus Cygneae, vid. epist. Lutheri ad Steph. Roth, d. d. 4. Mart. 1531. et de dissidiis Cygneae eiusdem ep. ad Cordatum d. d. 18. Oct. 1530.

No. 973. (exeunte Mart.)

Hier. Baumgartnero.

Epistol. lib. VI. p. 80. — Nunc ex autographo in cod. Monac. I. p. 54.

Viro optimo, d. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg., amico suo,

S. D. Tuas literas accepi, quae mihi certa de causa hoc tempore praesertim gratae fuerunt. Quod autem ad illa negotia conventus attinet, de quibus scribebas, postquam adversarii nulla moderatione nostrorum flecti potuerunt, ut pacem facerent, τὰ πράγματα, ὅπῃ τῷ Θεῷ φίλον, ἀγέσθω.

Nunc ad te coactus sum scribere de negotio *Georgii Gruneri* civis vestri, quem antea tibi commendavi, ut ipsum in petitione stipendii adiuvares. Eius rei te iterum admoneri voluit adolescens, quoniam tempus appropinquat. Praeceptor *Chilianus* laudat mihi eius studia, et pro eo laborat hac in re, quod non faceret, nisi ingenium et mores etiam probaret.

Nos novi nihil hic habemus; nondum enim redierunt nostri ex Smalcalden. Allata sunt huc vaticinia mulieris *Kitzingensis*, quae vobis haud dubie nota sunt. Praedicat intra paucos menses horribile bellum futurum esse. Mihi quidem dubium non est, quin ad arma ventura res sit magis propter certorum hominum cupiditatem, quam propter Christum. Reliquum nobis hoc unum est, ut oremus Christum, ut ipse gubernet hos periculosissimos motus ad Ecclesiae utilitatem et gloriam Evangelii sui. Bene vale, καὶ διατέλει εὔνοιαν ἔχων πρὸς ἐμὲ ἀκμάζουσαν, ὥσπερ ποιεῖς. Apologia adhuc sub prelo est, retexitur enim et amplificabitur a me tota.

Φίλιππος.

No. 974. (5. April.)

G. Spalatino.

Edita a Koelero, ep. 6. p. 32. — Videtur haec epistola eadem esse, quam Melanthon nomine Lutheri scripsit ad Spalatinum. Lutherus videl. in ep. ad Spalat. de 5. Apr. scribit: „Scribit M. Philippus sententiam meam super casu matrimonii oblato. Videtur epistola Melanthonis inclusa fuisse literis Lutheri, Spalatini manu adscriptum est: „1531. *Regula pulcherrima de sponsalibus clam parentibus factis.*"

Georgio Spalatino

S. D. De iure canonico haud dubie pronuntiandum erat, quod sit legitimum coniugium in isto casu, de quo scribis. Sed nostri doctores in hoc suo iudicio [1]), quod auctoritate principis hic constitutum est, adhibent ἐπιστήμην. Si parentes rescierint factam desponsationem clam ipsis, et non contradixerint, sed quasi dissimulatione sua probaverint, pronuntiant valere sponsalia. Sin autem parentes aut nescierint, aut contradixerint, praesertim si voluntates etiam personarum non satis videntur cohaerere aut coalescere, pronuntiant irrita esse sponsalia, si non sit cognita mulier. Ex hac regula facile poteris de tuo casu iu-

1) „De iudicio sacrorum, alias Consistorium dicto, minime hic sermonem esse inde apparet, quod iudicium illud, undecim post annos (1542.) fuit institutum a Ioanne Friderico, principe Electore; Curiam potius Melanthon intelligit provincialem sic dictam (*das Hofgericht*), cui datum erat iudicare de causis ad matrimonium pertinentibus." (Nota *Koeleri.*) — Recte sic Koelerus; vid. epist. ad Spalat. d. 18. Febr. 1530.

dicare. Si puella non est congressa, si iam abhorret ab hoc coniugio, si parentes non sunt assensi, pronuntiare poteris, sponsalia irrita esse, praesertim cum etiam intervenerit fraus quaedam, aut certe non absimile commentum dolo[2]). Sed meo iudicio puniri puella debebat propter levitatem; plena est enim urbs vestra talibus exemplis. Promittunt singulis et rescindunt, cum volunt. Haec licentia pessimi res est exempli. Bene vale.

Philippus.

Dedi nuntio aliquantum pecuniae inclusum sacculo, quod una cum literis velim tu Coldinum mittere ad ludimagistrum Christophorum *Lasium*.

No. 975. 7. Apr.

I. Ionae.

Epistol. lib. V. p. 101.

Iusto Ionae.

S. D. Nuncius properabat, qui reddidit nobis tuas literas. Neque sane habebam, quod scriberem. Doctor iussit, ut te tuosque Collegas suis verbis reverenter salutarem. Satis bene valet, Dei beneficio, et hoc biduo bis quotidie concionatus est. Hic sunt adhuc ἀλκυόνια: utinam diu sint.

De Phalaride, imo Herode N.*) cognovimus et antea ex incertis rumoribus et nunc ex tuis literis nova saevitia uti hominem adversus optimos viros. Et Doctor pro concione iussit pro Hallensibus orare. Christus confirmet et illos et nos. Ego absolvi in ἀπολογίᾳ locum de Coniugio, in quo multa sunt vera crimina obiecta adversariis. Bene vale. Die Παρασκευῆς.

Φίλιππος.

No. 976. (7. Apr.)

(Ionae?)

Edita a Sauberto in libr. V. epist. p. 454.

Legitur hoc epistolium, quasi postscriptum additum epistolae ad *Laur. Molleum* datae die castor. Angelor. 1551. Sed minime ad hanc epistolam pertinet, quum scriptum sit tempore paschatos et quidem die παρασκευῆς. Quid, si pertineat ad epistolam, Ionae d. 7. April. 1531. scriptam, ut opinatus est *Bertram* (liter. Abhandl. P. III. p. 172.)

(Ionae?)

Heri in coena Domini Doctor de remissione peccatorum magnifice dixit, hodie mane de usu passionis Χριστοῦ. Hoc vespere vero plane visus est se ipsum superare. Dixit de Pontificatu Christi et oblatione in cruce facta, ubi sacerdos Christus orat pro toto humano genere: *pater remitte eis* etc. Utinam audisses. Nihil habui, quod scriberem melius. Rescribe.

No. 977. 8. April.

I. Brentio.

Ex apographo in cod. Bibl. Halensis Suevor. p. 288.

Viro optimo D. Ioanni Brentio, Concionatori Halensi, amico suo.

Etsi facile ignosco tibi, qui novus maritus hactenus non scripsisti ad nos, tamen nunc duxi te rogandum esse, ut renovares veterem scribendi consuetudinem. Gratius mihi facere nihil potes, quam si copiosissime scripseris de omnibus tuis rebus. Nos *Apologiam* paene absolvimus. Spero tibi et aliis bonis viris satisfacturum esse. *Lutherus* nunc instituit apologiam germanicam. Ego plane abieci — — — — *), qua erga adversarios antea usus sum. Postquam enim me pacificatore uti noluerunt, et hostem esse malunt, faciam quod res postulat, causam nostram fideliter defendam. Hic bibliopola rogat, ut sibi Lucam des edendum, quod ipsius causa ego quoque te oro. Videtur mihi esse vir probus, planeque talis, in quem hoc beneficium bene collocaturus sis. Amabo te, facias ut sentiat, meam commendationem sibi profuisse. Mitto tibi *propositiones de iustificatione*, quas nuper composui, de quibus tuum iudicium volo audire. Velim eas esse nostris scholis de summa rei. Bene vale. Pridie festorum Paschatis 1531.

Phil. Mel.

---

2) Margini adscriptum hic est, utrum Spalatini an Philippi manu non dixit Koelerus: *ac in his rebus quidquid iure fieri rectum est, etiam probum here pati.* (politico?).

*) *Hallensi*, A. D.

*) Praetermissum est vocabulum graecum, quod legere non potuit qui descripsit, cuiusque literas utcunque depinxit, sensum vero non expressit. Puto Mel. scripsisse: [illegible]

No. 978. 11. Apr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 159.

Ioachimo Camerario, amico suo summo, Noribergae,

S. D. Etsi innumerabilia extant in me collata beneficia tua, nihil tamen unquam gratius ad animum meum accidit, quam quod me proxima sollicitudine liberasti. Habeo igitur tibi gratiam, quo tu genere officii, si te recte novi, nullum aut maius ducis, aut requiris amplius. περὶ τῶν πολιτικῶν οὐδὲν ἔχω γράψαι. Continetur enim adhuc consiliis nostrorum ὁ Ἡρακλείδης.*) Sed adversarii tantam nunc quasi de industria saevitiam ostentant, ut non simus reprehensuri consilia istorum, qui hanc extremam crudelitatem negant se esse laturos. ὁ ἀρχιερεὺς vicinus**) magnum terrorem incussit omnibus bonis viris in urbe sua. καὶ οὐ πάνυ τυχὼν ὧνπερ ἠβούλετο· λέγεται ἐμπεσεῖν εἰς νόσον δεινήν. *Apologia* mea his diebus edetur, curabo igitur ut habeas. Sum aliquoties concionatus asperius, postquam video adversarios omnem pacis mentionem repudiare. *Smalcaldensis* ille vates nihil dubitat affirmare, sibi etiam vigilanti ac videnti dixisse virum candida fulgentem veste, post illud somnium: Memineris eorum, quae vidisti, brevi enim evenient; et interpretatur de futuris motibus. Bene vale. III. Id. April.

Φίλιππος.

*) Landgravius C. W.
**) Moguntinus C. W.

No. 979. (fere med. April.)

Lectori.

Praefatio praemissa Apologiae Augustanae Confessionis, descripta ex editione prima et principe, de qua vid. supra no. 946.

A.

Philippus Melanchthon Lectori S. D.

Postquam Confessio Principum nostrorum publice praelecta est, Theologi quidam ac Monachi adornaverunt Confutationem nostri scripti, quam cum Caes. Maiest. curasset etiam in consessu Principum praelegi, postularit a nostris Principibus, ut illi Confutationi assentirentur. Nostri autem quia audierant multos articulos improbatos esse, quos abiicere sine offensione conscientiae non poterant, rogaverunt sibi exhiberi exemplum Confutationis, ut et videre, quid damnarent adversarii, et rationes eorum refellere possent. Et in tali causa, quae ad religionem et ad docendas conscientias pertinet, arbitrabantur fore, ut non gravatim exhiberent suum scriptum adversarii. Sed non potuerunt id impetrare nostri, nisi periculosissimis conditionibus, quas recipere non poterant[1]). Instituta est autem deinde pacificatio, in qua apparuit, nostros nullum onus quamlibet incommodum detrectare, quod sine offensione conscientiae suscipi posset. Sed adversarii obstinate hoc postulabant, ut quosdam manifestos abusus atque errores approbaremus. Quod cum non possemus facere, iterum postulavit Caes. Maiest., ut Principes nostri assentirentur Confutationi. Id facere Principes nostri recusaverunt. Quomodo enim assentirentur in causa religionis, scripto non inspecto? Et audierant articulos quosdam damnatos esse, in quibus non poterant iudicia adversariorum sine scelere comprobare. Iusserant autem me et alios quosdam parare Apologiam Confessionis, in qua exponerentur Caes. Maiestati causae, quare non reciperemus Confutationem, et ea, quae obiecerant adversarii, diluerentur. Quidam enim ex nostris inter praelegendum capita locorum et argumentorum exceperant. Hanc Apologiam obtulerunt ad extremum Caesareae Maiest., ut cognosceret, nos maximis et gravissimis causis impediri, quo minus Confutationem approbaremus. Verum Caesarea Maiestas non recepit oblatum scriptum. Postea editum est decretum quoddam, in quo gloriantur adversarii, quod nostram Confessionem ex scripturis confutaverint. Habes igitur, Lector, nunc Apologiam nostram, ex qua intelliges, et quid adversarii iudicaverint (retulimus enim bona fide), et quod articulos aliquot contra manifestam scripturam Spiritus sancti damnaverint: tantum abest, ut nostras sententias per scripturas labefactaverint. Quamquam autem initio Apologiam instituimus communicato cum aliis consilio: tamen ego inter excudendum quaedam adieci. Quare nomen meum profiteor, ne quis queri possit,

1) Seriores editt. addunt: *vellent se in discrimen certum coniicere.*

sine certo auctore librum editum esse. Semper hic meus mos fuit in his controversiis, ut, quantum omnino facere possem, retinerem formam usitatae doctrinae, ut facilius aliquando coire concordia posset. Neque multo secus nunc[2]) facio: etsi recte possem longius abducere huius aetatis homines ab adversariorum opinionibus. Sed adversarii sic agunt causam, ut ostendant, se neque veritatem, neque concordiam quaerere, sed ut sanguinem nostrum exsorbeant. Et nunc scripsi, quam moderatissime potui: ac si quid videtur dictum asperius, hic mihi praefandum est, me cum Theologis ac Monachis, qui scripserunt Confutationem, litigare, non cum Caesare aut Principibus, quos, ut debeo, veneror. Sed vidi nuper Confutationem, et animadverti, adeo insidiose et calumniose scriptam esse, ut fallere etiam cautos in certis locis posset. Non tractavi tamen omnes cavillationes (esset enim infinitum opus), sed praecipua argumenta amplexus sum, ut extet apud omnes nationes testimonium de nobis, quod recte et pie sentiamus de Evangelio Christi. Non delectat nos discordia, nec nihil movemur periculo nostro, quod quantum sit in tanta acerbitate odiorum, quibus intelligimus accensos esse adversarios, facile intelligimus. Sed non possumus abiicere manifestam veritatem et Ecclesiae necessariam. Quare incommoda et pericula propter gloriam Christi, et utilitatem Ecclesiae perferenda esse sentimus, et confidimus Deo probari hoc nostrum officium, et speramus aequiora de nobis iudicia posteritatis fore. Neque enim negari potest, quin multi loci doctrinae Christianae, quos maxime prodest extare in Ecclesia, a nostris patefacti et illustrati sint, qui qualibus et quam periculosis opinionibus obruti olim iacuerint apud Monachos, Canonistas et Theologos Sophistas, non libet hic recitare. Habemus publica testimonia multorum bonorum virorum, qui Deo gratias agant pro hoc summo beneficio, quod de multis necessariis locis docuerit meliora, quam passim leguntur apud adversarios nostros. Commendabimus itaque causam nostram Christo, qui olim iudicabit has controversias, quem oramus, ut respiciat afflictas et dissipatas Ecclesias, et in concordiam piam et perpetuam redigat.

2) *nunc* abest a prima edit. quae etiam pro seq. *etsi* habet *et*.

No. 980. (med. Apr.)

M. Bucero.

† Ex autographo Melanth. in tabular. Eccles. Evangel. Argentoratensis mihi descripta a Clar. *Strobelio*.

*D. Martino Bucero, Concionatori Argentinensi, suo amico**),

S. D. *Henricus Copus* rediturus in patriam rogavit me, ut sibi literas ad te darem. Commendo igitur tibi iuvenem, cuius cognovi singularem ingenii gravitatem, moderationem, et in omni officiorum genere diligentiam esse, teque rogo, ut eius studia adiuventur.

De nostris negotiis nihil habeo quod scribam, nisi quod sperem, aliquando inter nos veram et solidam concordiam coituram esse; idque ut fiat deum oro; certe quantum possum ad hoc annitar. Nunquam enim placuit mihi haec violentia et hostilis digladiatio inter *Lutherum* et *Cinglium*. Melius illi toti causae consultum fuerit, si sinamus paulatim consilescere has tragicas contentiones.

Apologia mea edita est, in qua locos de iustificatione, de poenitentia, et quosdam alios videor mihi ita tractasse, ut adversarii praegravari se intellecturi sint. Περὶ εὐχαριστίας pauca dixi, profecto non ut exularem hoc negotium, quod utrinque mallem consilescere, qui**) non volunt ἡγούμενοι nostri convenire. Sed dabit Deus aliquando et in hac re ecclesiae suae pacem. Bene vale.

Philippus.

*) Adscriptus est annus 1531.
**) *qui?* fortasse *quia*, vel *quod*.

No. 981. (fere exeunte Apr.)

M. Bucero.

† Ex autographo Melanthonis in tabulario Ecclesiae Evangel. Argentoratensi mihi descripta a Clariss. *Strobelio*. Inscriptioni alia manu quidem adscripta sunt: „1535. circa Calend. Septb."; sed ex commemoratione Copi intelligitur, epistolam a. 1531. esse scriptam.

Doctissimo viro D. Martino Bucero, docenti evangelium in Ecclesia Argentinensi, amico suo,

S. D. Scripsi ad te per *Copum*, ac spero, te iam his nundinis ad eas literas responsurum esse; quod

si feceris, magnum me beneficium abs te accepisse iudicabo. Libenter enim tecum et de illis negotiis et de aliis colloquor, atque utinam possim familiarius. Utinam enim, mi *Bucere*, aliquid opis ad eam rem afferre possim perficiendam, quam universa ecclesia piorum unice et optat et requirit. Neque ego despero plane, sed haec alias.

De *Galliae* statu, quia propiores estis, quaeso ut ad me scribas. *Lasium**) tibi commendo et tuendum et iuvandum. Amo enim ingenii elegantiam. Utinam aliquanto minus vehemens esset! Sed hortatus sum eum diligentissime, ut moderetur impetum animi; idque se facturum esse recepit. *Καὶ περὶ δόγματος* vetui eum rixari vobiscum. Quare te rogo, ut ingenium serves aptum communibus literis. Habet enim genus orationis probabile et versus scribit non infeliciter. Si quid in eo hactenus desiderastis, id partim iam aetas et rerum usus correxit, partim admonitus ab amicis corriget. Ita te mihi amicum ex animo esse iudicabo, si senserit *Christophorus*, meam commendationem aliquid apud te ponderis habuisse. Bene vale.

Philippus.

No. 982. (April.)

G. Reiffenstein.

Edita in Manlii farragine p. 388. Apographa in Cod. Bavar. Tom. II. p. 511. et in Cod. Basil. 88. p. 38.

Optimo viro D. Guilhelmo Reiffenstein

S. D. Academia nostra dedit pecuniam huic tabellario D. *Blicarto*[1]), Licentiato iuris, et addidit mandata, ut solvat vobis totam summam, quam pro poculis[2]) dedistis. Nesciebamus enim quanti[3]) empta erant. Rogamus autem, ne vobis molestum sit, quod pro auro mittimus Ioachimicos; intelleximus enim, vos Francofordiae de[4]) auro solvisse. Sed auri tantum non habebat hoc tempore nostrum aerarium. Verum sic petimus vos Ioachimicos accipere, ut sine vestro damno id[5]) fiat. Ego me ipsum sperabam venturum esse Lipsiam: sed sum hic obligatus propter editionem Apologiae. Rogo igitur, ut paucissimis verbis rescribatis[6]), et pretium poculorum significetis, et si quid praeterea ad rem pertineat. Bene vale.

*) Christophorus Lasius, Argentoratensis, postea anno 1537. Rector Scholae Goerlicensis, 1548. Diaconus in oppido *Greussen*, unde dimissus primum ecclesiae in oppido *Cottbus*, denique ecclesiae Senftenbergensi praefuit, mortuus anno 1572.

1) Manl. tantum: *D. N.*

2) Manl. *poculo.*

3) Manl. *quali.*

4) *de* non habet cod. B.

5) *id* non habet Manl.

6) Manl. *rescribatur.*

No. 983. (med. Mart.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 160.

Viro optimo D. Ioachimo Camerario.

S. D. Accepi his paucis diebus aliquot epistolas tuas, et amoris erga me tui plenas, et commemoratione multarum rerum refertas, quibus non possum respondere *αὐτῷ τῷ μέτρῳ*, nihil enim habeo dignum quod scribam, praeter hoc unum, quod adhuc est *εὐφημία*. Christus faciat ut sit diuturna. *Palatinus καὶ ἀρχιερεὺς Moguntinus* dicuntur de pacificatione agere. Sed quid hactenus perfectum sit, nondum scio. Deus respiciat gemitus et lacrimas miserorum apud nos, et largiatur pacem. Nam in hominum consiliis nihil spei reliquum est.

Mitto tibi *Lutheri* literas ad *Fuchsum*, sero inquies, sed eiusmodi negotium est, de quo nos non satis iudicare possumus, itaque non valde urgendum putavi nostrum hactenus in tanta varietate occupationum et in adversa valetudine. Nunc sic satis valet. Scripsit etiam vestris *θεολόγοις περὶ ζητήματός τινος*, de conditionali Baptismo *), *ἀδοκιμάζει γὰρ* eiusmodi conditiones in Baptismo, quas videntur homines captiosi mutuari a forensibus formulis. Iuvenes vestri, quos huc misistis, una habitant, et nobis curae erunt. De altero copiosius scribo ad *Micam*.

De carmine porcorum miror, quid his iudicii sit, qui me existimant auctorem esse, cum vel coeco apparere possit, me praecipue ibi irrideri *καὶ κωμῳδεῖσθαι*. *Aristicus* ille omnino est auctor, qui sui aucupis aucupatur gratiam **). Uxori tuae mitto Psalterium recens emendatum summa

*) Vid. epist. Lutheri ad W. Linckium d. 12. Maii 1531., et ad Osiandrum d. 13. Maii 1531.

**) Vid. epist. d. 17. Mart.

cura; quod tibi quoque placiturum spero. Brevi edet *Lutherus* etiam Psalmorum Rhetoricam, hoc est, distribuet Psalmos in certa genera, et singulorum argumenta recitabit. Nunc instituit etiam germanicam ἀπολογίαν. Meum scriptum vides, in quo tamen argutias quasdam decrevi retexere in fine loci de Iustificatione, nam principium placet et μεθοδικὸν est. Tuum etiam iudicium expecto. Bene vale. Literas ad *Brentium* quaeso cures ei mitti; respondeo ei de quadam quaestione; si voles lege et rursus obsigna; valde rogo, ut eas diligenter cures ei reddendas.

Philippus.

No. 935. (med. Maio.)

I. Brentio.

Edita in Manlii farrag. p. 81.; sine appendice et satis mendose in Sel. epist. p. 479. et Epistolar. lib. I. ep. 99. Apographa in cod. Bav. II. p. 634., cod. Goth. 15. p. 57 r. et cod. Monac. II. p. 4.

Ad Iohannem Brentium.

S. D. Tuam epistolam longiusculam accepi, quae fuit mihi iucundissima, teque oro, ut saepe ac multum scribas. De *fide* teneo quid te exerceat. Tu adhuc haeres in Augustini imaginatione, qui eo pervenit, ut neget rationis iustitiam coram deo reputari pro iustitia; et recte sentit. Deinde imaginatur, nos iustos reputari propter hanc impletionem legis, quam efficit in nobis spiritus sanctus. Sic tu imaginaris, fide iustificari homines, quia fide accipiamus Spiritum Sanctum, ut postea iusti esse possimus impletione legis, quam efficit spiritus sanctus. Haec imaginatio collocat iustitiam in nostra impletione, in nostra munditie seu perfectione, etsi fidem sequi debet haec renovatio. Sed tu reiice oculos ab ista renovatione et a lege in totum ad promissionem et Christum, et sentias, quod propter Christum iusti, hoc est, accepti coram Deo simus et pacem conscientiae inveniamus, et non propter illam renovationem. Nam haec ipsa novitas non sufficit. Ideo sola fide sumus iusti, non quia sit radix, ut tu scribis, sed quia apprehendit Christum, propter quem sumus accepti, qualis sit illa novitas, etsi necessario sequi debet, sed non pacificat conscientiam. Ideo non dilectio, quae est impletio legis, iustificat, sed sola fides, non quia est perfectio quaedam in nobis, sed tantum, quia apprehendit Christum, iusti sumus, non propter dilectionem, non propter legis impletionem, non propter novitatem nostram, etsi sint dona Spiritus Sancti, sed propter Christum, et hunc tantum fide apprehendimus. Augustinus non satisfacit Pauli sententiae, etsi propius accedit quam Scholastici. Et ego cito Augustinum tanquam prorsus ὁμόψηφον propter publicam de eo persuasionem, cum tamen non satis explicet fidei iustitiam. Crede mihi, mi Brenti, magna et obscura controversia est de iustitia fidei, quam tamen ita recte intelliges, si in totum removeris oculos a lege et imaginatione Augustini de impletione legis et defixeris animum prorsus in gratuita promissione, ut sentias, quod propter promissionem et propter Christum iusti, hoc est, accepti sumus et pacem inveniamus. Haec sententia est vera et illustrat gloriam Christi et mirifice erigit conscientias. Ego conatus sum eam in *Apologia* explicare, sed ibi propter adversariorum calumnias non sic loqui licet, ut nunc tecum loquor, etsi re ipsa idem dico. Quando haberet conscientia pacem et certam spem, si deberet sentire, quod tunc demum iusti reputemur, cum illa novitas in nobis perfecta esset? Quid hoc est aliud quam ex lege, non ex promissione gratuita iustificari? In disputatione illa dixi, quod tribuere iustificationem dilectioni sit tribuere iustificationem nostro operi. Ibi intelligo opus factum a Spiritu Sancto in nobis. Fides enim iustificat, non quia est novum opus Spiritus S. in nobis, sed quia apprehendit Christum, propter quem sumus accepti, non propter dona Spiritus Sancti in nobis. Si cogitabis animum revocandum esse ab Augustini imaginatione, facile intelliges causam, et spero, te ex apologia nostra aliquo modo adiuvari, etsi de tantis rebus timide loquar, quae tamen non intelliguntur nisi in certaminibus conscientiarum. Populus omnino audire debet praedicationem legis et poenitentiae; sed interim haec vera evangelii sententia non est praetereunda. Quaeso te, ut rescribas et de hac epistola et de apologia tuum iudicium significes, an nunc tibi satisfactum sit in hac epistola de tua quaestione. Bene vale.

Phil. Mel.

(Appendicis loco adscripserat M. *Lutherus*:)

Et ego soleo, mi Brenti, ut hanc rem melius capiam, sic imaginari, quasi nulla sit in corde

meo qualitas, quae fides vel charitas*) vocetur, sed in loco ipsorum pono ipsum Christum et dico: haec est iustitia mea; ipse est qualitas et formalis, ut vocant, iustitia mea, ut sic me liberem ab intuitu legis et operum; imo et ab intuitu obiecti**) istius, Christi, qui vel doctor vel donator intelligitur; sed volo ipsum mihi esse donum et doctrinam per se, ut omnia in ipso habeam. Sic dicit: ego sum via, veritas et vita. Non dicit: ego do tibi viam, veritatem et vitam, quasi extra me positus operetur in me. Talia in me debet esse, manere, et vivere, loqui, non *per* me, an *εἰς ἐμέ*. 2 Cor. 5: *ut essemus iustitia in illo*, non: in dilectione aut donis sequentibus.

M. L.

(Responsum Brentii ad Lutherum et Melanth. vid. infra d. 5. Iul.)

No. 985. 5. Iuni.

I. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 161.

Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo summo,

S. D. Spero te fasciculum literarum datum ministro *Secerii* accepisse. Quanquam igitur iam expectabam tuas literas, dedi tamen et huic tabellario epistolam, quia fides hominis mihi nota erat, ut te ad rescribendum adhortarer. Annona Dei beneficio fit hic laxior, et de aliis negotiis adhuc est *εὐφημία*. *Heraclides* nuper scripsit nostro *τῷ νέῳ* [1]), ut mitteret sibi balistam venatoriam, quia videret hanc aestatem sibi in venationibus consumendam esse, hoc signum melius est, quam ullum in vexillis. *Gallus* [2]) rescripsit humanissime ac mihi tali tempore et in tanto odio non potuisse benignius respondere videtur. Significat se quoque Synodum optare, et laudat nostros, quod petant cogi concilium; ostendit se non sumturum arma contra nos, nisi hac re rite cognita. Ac mihi quidem praecipuum esse videtur, quod talem Synodum cogi vult, ubi libere dici sententiae queant. De hoc toto quid disputent quidam acuti, curandum non puto; ego quod dici solet, *τὰ διδόμενα* non aspernor. Sed non dubito, quin iam videris exemplum literarum istuc missum.

Mitto tibi narrationem nuncii, qui principum et nostrae partis literas in Galliam pertulit. Vir optimus est, et fide dignus et peritus morum Gallicorum, ubi legeris *διήγησιν*, exhibeas *Spenglero*, meque ei commendes. Utinam omnes scirent, quantum studium quantaque cupiditas nostrorum sit et pacem conservandi et consulendi tranquillitati Ecclesiae, et veritatis explicandae, minori multo invidia et odio laboraremus, et maior spes esse poterat salutis reipublicae. Sed haec Deo certe curae erunt. Bene vale. Postridie τῆς ἁγίας τριάδος.

Φίλιππος.

*) Sic ex Manlio pro *qualitas* restitui. Consentit cod. Monac.
**) *obiectum* ex errore legitur in mst. Bav. — Cod. Monac. habet: *obiectivi*.
1) Iohanni Friderico.
2) Rex Galliae.

No. 986. 7. Iuni.

I. Brentio.

Epistol. lib. VI. p. 376. — "Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 389. descripta.

Viro optimo, D. Iohanni Brentio, Concionatori Ecclesiae Halensis, suo amico.

S. D. Quanquam iam expectabam tuas literas, tamen ut intelligeres memoriam tui assiduo mihi obversari, dedi et huic nuncio literas, teque rogo, ut per eum respondeas et de disputatione, quam proxime [1]) perscripsi de iustificatione, et de Apologia iudicium tuum perscribas. Nunc enim recuditur Apologia, et ego studeo reddere illustriora quaedam in loco iustificationis. Omnino magna causa est, in qua diligenter elaborandum nobis est, ut amplificetur gloria Christi. Et hanc gratiam adversariis debemus, quod cogunt nos hanc partem doctrinae *ἀναζωπυροῦν*, quae inter alias leviores rixas paene iam conticuerat. Amabo te etiam atque etiam, respondeas per hunc *γραμματοφόρον*, quem tibi commendo; valde mihi gratum feceris, si ei dederis aliquem libellum excudendum. Ita eadem opera et de republica et de amicis bene mereri poteris.

Uxori tuae honestissimae feminae meis verbis salutem dicito, cui adhuc debeo munus nuptiale,

1) Medio Maii. Brentii responsum dedimus ibidem.

sed liberabo brevi meam fidem *). Gallus respondet nostris Principibus benignissime, significans se quoque optare synodum, in qua libere sententias dici queant; nec ante synodum contra nos arma sumpturum esse. Bene vale. Mitwochs post Trinitat.

Φίλιππος.

No. 987. (die solstitii.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 168.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico summo, Noribergae,

S. D. Accepi tuam disputationem de praedictionibus *Carionis* [1]. Quanquam autem iste vehementer affirmat, se nihil praeter siderum positum in consilium adhibere, tamen multis non satis persuadet hoc. Et ars meo quoque iudicio non potest tam diserte de singularibus eventibus pronunciare, sed vir est, quantum ego quidem cognovi, candidus et Suevicae simplicitatis plurimum referens. Misit huc χρονικὰ excudenda, sed ea lege, ut ego emendarem. Sunt multa scripta negligentius. Itaque ego totum opus retexo, et quidem germanice, et constitui complecti praecipuas mutationes maximorum imperiorum [2]. Ad eam rem tua mihi opera erit opus.

De *Hercule* valde oro. Ego enim in ea opinione sum, unum tantum Herculem fuisse. Nec multo aliter sentit Herodotus. Rogo igitur te, ut diligenter perscribas mihi, et cuius fuerit Hercules, et quomodo existimes ab illo Alexandrum Macedonem ortum esse, cuius genus valde cupio nosse. Materno genere Aeacides est, sed paterno Isocrates facit Heracliden.

Significavi tibi proxime quid Galli responderint nostris. Nunc et ex Anglia [3]) allatae sunt literae, quas nondum vidi. Verum audio eodem fere argumento scriptas esse: queri de abusibus Ecclesiasticis, et optare synodum, sed aiunt, duriuscule perstringi ipsum doctrinae genus. Neque sane id mirandum est, postquam ita rex a nostro *) exceptus est. Bene vale. Die Solstitiali,

Φίλιππος.

*) Uxorem duxit Brentius 1531. Vid. Freheri theatr. viror. eruditor. p. 220.

1) Bedeutniss und offenbarung warer himlischer Influenz — von Jahrn zu Jahrn während bis man schreibt 1550 Jahr etc. Gebessert und verlengt mit Anhang einer verborgenen Prophecey, auch Carionis. Nürnb. 1531. 4.

2) Prodiit 1532. germanice.

3) a rege Angliae.

No. 988. 14. Iun.

Frid. Myconio.

Edita a *Snegassio* ep. 52., nunc accuratius ex autographo Philippi in cod. Goth. 379. fol. 21.

D. Friderico Myconio etc.

S. D. Utinam *Basilium* [1]) retinuissetis, et ego fueram ei dissuasurus profectionem in Galliam, si scissem prius ei resistendum esse in Germania in locis periculi plenis. Quid enim aget in illis Epicureorum collegiis? Quare Deus orandus est, ut fortunet eius consilium. Senatui vestro rescripsi, rogans ut mihi stipendii modum indicent, de quo etsi scripsisti tu in tuis literis, tamen ego te invidia onerare nolo, id quod fieret, si cui aliquid pollicerer, inconsultis tuis Senatoribus de tuis literis. Et me nosse certo stipendium oportet, ut pro modo stipendii idoneum hominem quaeram. Si promittent quadraginta, spero istum *Christophorum*, cuius feci mentionem, ad vos profecturum esse. Est autem bene literatus, et bene peritus Musices. Neminem ad te, mi Friderice, mittam, quem non arbitrer [2]) in tua potestate futurum esse. Ideoque hanc meam contationem [3]) in optimam partem interpreteris. Non enim credas, quam difficile sit hoc tempore invenire hominem tolerabilem, qui tuto ad publica officia adhiberi possit.

Novi nihil habemus hic; atque utinam haec tranquillitas sit diuturna. Mitto tibi et *Osvaldo* propositiones meas *de reditibus*. Nihil enim habebam hoc tempore aliud. Apologia mea recuditur nunc, et ego locum de iustificatione magis etiam illustrare conor; quaedam enim in solutionibus argumentorum mihi displicent.

Lutherus bene valet Dei beneficio. *Landgravii* [4]) genesin exploravi, quem nunc magis amo

*) Luthero.

1) Basilium Monnerum.

2) Sneg. *arbitror.*

3) Snegass. *cunctationem.*

4) Snegassius nomen suppressit.

quam unquam, ac statuo hominem non fallacem esse, etsi est ingenio callido.

Nunc exсuditur *Rhetorica* mea; quae, ubi erit absoluta, ad te mittetur. Existimo enim tibi quoque usui fore; vetera enim praecepta ad negotia horum temporum accommodo, facioque id eo studiosius, quia[5]) adolescentia legens hos libellos pueriles invitetur ad cognitionem aliarum nostrarum rerum.

Opinor te scire, quid responderit *Rex Galliae* nostris Principibus, qui per literas eum rogaverunt, ne pateretur se perpelli ad arma contra nos capienda, nisi res in synodo rite cognita esset. Respondit humanissime, significans se quoque magnopere optare, ut synodus cogatur talis, in qua liberum sit dicere sententias: et concludit, nec sibi honestum et reip. Christianae perniciosum fore, si hae res armis diiudicarentur, priusquam cognitae essent. Intelligo varias in Gallia deliberationes fuisse, quid responderetur. Sed sic est. Cor regis in manu Dei est. Etsi enim abduci ab hac sententia Galli possunt, tamen hoc testimonium me delectat. Haec scripseram, cum ecce affertur fama de literis *Regis Angliae*. Audio eum[6]) duriora aliquanto scripsisse; sed tamen in summa etiam reiicere rem ad Concilium, et queri quod multi haereant in Ecclesiis abusus. Ubi videro literas, scribam certiora. Te etiam atque etiam oro, ut mihi statim rescribas. Has literas communicabis cum *Lupo* et D. *Osualdo*, sed cave, ne quis legat alius. *Franciscus* admonet de pecunia[7]). *Lutherus* iussit te salutari suis verbis, teque rogat, ut pro Ecclesia Christi ores. Bene vale. 14. Iunii.

Φίλιππος.

No. 989. **23. Iun.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 164.

*Viro optimo Ioachimo Camerario Norib*ergae

S. D. Cum cives nostri *Ambrosius* et *Christianus Faber* iter ad vos haberent, duxi eis dandas esse literas, etsi deerat argumentum; quia sciebam te statim, ubi de adventu tam certorum hominum audisses, literas requisiturum esse. Gero igitur morem tuae cupiditati, tuum animum ex meo aestimans. Qua in re non fallor, si quidem in amicitia vere illud existere necesse est, quod scribit Aristoteles, ut sit unus animus in duobus corporibus. Teque rogo, ut etiam, cum nihil habebis, meo exemplo scribas tamen. Quanquam tibi in illa tam celebri urbe quotidie aliquid novi obiicitur, quod nos scire plurimum refert.

De pacificatione ex his audire potuisti, qui *Francofordiae* fuerunt. Nondum abiecta est eius mentio. Itaque Deus orandus est, ut flectat ad pacem animos utriusque partis. Sed ego, quoties de ea re cogito, interpellor a Smalcaldensi vaticinio.

Audio quosdam permolestos esse urbi vestrae hoc tempore, et vehementer hortari confoederatos Suevicae συμμαχίας, ut se armavent contra vestros. Nihil est imprudentius istis[*]); irritant animos nostrorum, et tamen postea, cum ventum est ad ἐπίτασιν, labascunt. Quoties hoc iam accidere vidimus? Quis autem illos, si ita saevire verum est, irritat? Itaque cum haec audio, non possum interdum moderari mihi, quin ut de tyrannis loquar vehementius. Plane autem contrariae res insunt in tyrannide, superbia summa et timiditas maxima. Apud nos dei beneficio principum nullus apparatus auditur, sed Comites quidam propinqui inter se litigant. Et prudentes viri magnopere sunt solliciti, ne quis ex ea se magnus et horribilis motus existat, ἀλλὰ θεοῦ ἐν γούνασι res est. De Hercule deque toto genere Alexandri, quantum potes, inquire mihi seriem, gratum mihi feceris. Bene vale. IX. Cal. Iulii.

Φίλιππος.

---

5) Sneg. *quo.*
6) Sneg. *enim.*
7) Verba: *Has literas — de pecunia*, Snegass. praetermisit.

No. 990. **26. Iun.**

G. Spalatino.

† Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 104. Spalatinus sua manu adscripsit inscriptioni: „ann. 1551."

Viro optimo, D. Georgio Spalatino, amico suo summo,

S. D. De negotio *Einsideliorum* sic iussus sum respondere a *Luthero* et *Iona*. Cum dux *Geor-*

---

1) Marchionibus. C. W.

gius postulet, edictum suo ipsius nomine recitari, id enim aperte testantur literae ducis, *Einsidelios* posse convocare subditos, eisque ducis sententiam exponere. Sed de sua confessione addant, se interim non improbare hos articulos, qui Evangelii doctrinam continent, (sunt enim variarum sectarum articuli concervati in edicto), et nominatim recitent quos ipsi articulos probent, de fide, de cultu sanctorum, de utraque specie, de Missa, deque aliis factitiis cultibus; et admoneant, se quidem neminem tueri posse contra Ducem *Georgium*, etsi ipsi nolint saevire in hos, qui recte sentiant. Sic *Ulmenses*, edicto Wormaciensi edito, recitaverunt civibus edictum, et ostenderunt, se prohibere non posse, quo minus Caesar in sua urbe promulget edictum, et addiderunt, se neminem contra Caesarem tueri posse; verum id clare testati sunt, se neminem punituros esse, qui coactus evangelii auctoritate dissentiret ab illo edicto. *Lutherus* iudicabat, *Einsidelios* hoc exemplum tuto imitari posse. Nec invenio consilium ἐπιεικέστερον. Bene vale. Montags post Iohannis Baptistae.

Φίλιππος.

No. 991. 26. Iun.

De casu matrimoniali.

Manlii farrag. p. 105. Ex ea repetita in Melanth. Consil. lat. II. p. 612. — Apographa in cod. Goth. 28. p. 8b, et in cod. Goth. 168. p. 179b. — Cui sit scripta haec sententia nescimus.

Iudicium Philippi Mel. de casu matrimoniali.

De *Hartungi*[1]) negotio sic pronunciat *Lutherus*[2]), mulierem de more citandam esse pro valvis Ecclesiae[3]). Quod si apparuerit, dicat causam, cur maritum deseruerit, et accuset eum.

Sin autem non apparuerit, cum vir habeat bonum testimonium, pronuncietur liber ab illa desertrice: et ipsius conscientiae permittatur, an[4]) rursum velit contrahere matrimonium. Causa non habet difficilem controversiam. Die lunae post Ioannem baptistam, 1531.

1) *Hartungi*] sic cod. 168. — Manl. habet: N., cod. 28.: *Hartl.*

2) *pronunciat Lutherus*] Manl. *pronunciamus.*

3) *pro valvis Ecclesiae*] praetermissa a Manlio sunt.

4) *an*] Manl. *utrum.*

No. 992. 5. Iul.

Brentius ad Melanth.

Ex apogr. in cod. Obenandr. p. 42.

Carissimo viro domino Phil. Mel. suo in Christo maiori observandissimo.

Gratiam ac pacem in Christo. Accepi, amicissime mi *Philippe*, binas tuas literas, in alteris etiam appendicem D. *Lutheri*, quae omnia quam grata mihi fuerint dici non potest. Itaque gratias T. H. maximas ago, quod veteris nostrae amicitiae memor amicum, tibi molestum magis quam commodum, non solum non fastidias, sed etiam officiis colas. Quae nuper de iustificatione fidei effutivi, ea non sic a me scripta accipias, quod quae de radice commemoravi satisfaciant, aut ita sentiam; sed volebam te doctore disertius de ea re discere loqui. Quoties enim de iustificatione cogitabam quod non esset ex operibus, illud subinde incidebat, nonne et fides ipsa opus est? Et dominus ait, hoc est opus Dei ut credatis. Si igitur non est iustificatio ex operibus, nec ex fide erit. Cum illa enim animo meo obversarentur, sentiebam equidem iustificationem propter Christum solum et non propter dignitatem nostrorum operum nobis contingere. Sed prae infantia mea non potueram animi sententiam satis perspicue explicare. Postquam vero legi et tuas literas et appendicem Dom. *Lutheri* et apologiam, me iudice canonem dignum, didici vobis doctoribus non solum recte sentire, verum etiam recte loqui. Quaeso autem, mi Philippe, tantisper nugis meis benignas aures praebeas, donec sententiam meis verbis, si non eruditis, certe apertis explicavero *). Edo *de operibus* sic iudico. Triplicia

*) In eodem cod. Oben. p. 41. legitur etiam Brentii epist. ad Lutherum haec:

„S. in Christo. Sciam te, praeceptor in Christo observandissime, sanctis negotiis, quibus ecclesiam aedificas, „ita occupatum esse, ut minime vacet meis nugis diu operam dare. Itaque volo te brevissimis primum salutare in „Iesu Christo, redemptione nostra, deinde indicare tibi, ea „mihi acceptissima fuisse, quae nuper ad finem literarum „D. *Philippi* nostri adiecisti. Probe nunc, quantum coniicio, intelligo, quod, ut adversarii nostri ex operibus „suis idola faciunt, dum ea pro Christo adorant, ita fieri „possit, ut ex opere fidei idolum statuatur, et fides pro „ipso Christo, quem fide accipere debemus, adoretur. Ne „igitur Charybdin vitare volens in Scyllam incidam, sic „sentio, quod fides tantum accipiat iustificationem, videlicet Christum, non item dignitate operis sui iustificationem largiatur. Et cum dicitur fides purificare corda, intellige non opus esse meritum aut dignitatem fidei, sed

esse opera, aliud satisfactorium seu meritorium, aliud organicum, aliud declaratorium. Christi passionem voco satisfactorium et meritorium, fidem voco opus organicum, fidei fructus opera declaratoria. Igitur iustificatio seu remissio peccatorum contigit nobis ut non propter dilectionem nostram, sicut tu vere dicis, ita neque propter fidem nostram, sed propter solum Christum, sed tamen per fidem. Etenim cum ita scribas: fides non ideo iustificat aut salvat, quia ipsa sit opus per se dignum, sed tantum quia accipit misericordiam promissam; ex hoc sic didici loqui. Tu iudices, num recte? Aliud est mereri, aliud contingere iustificationem. Fides opere suo seu dignitate sua non meretur iustificationem; per fidem tamen, tanquam per organon contingit iustificatio, quae per fructus fidei seu dilectionem non contingit, ut fides sit medium inter fidem et opera. Christus solus satisfactio et meritum est. Fides sola organum seu instrumentum est, quo Christus recipitur. Opera autem ex fide provenientia nec sunt satisfactio nec meritum nec organum, sed tantum acceptam iustificationem per fidem declarant. Vide quantum ego memini Paulus nusquam dicit, iustificationem contingere nobis propter fidem nostram, ne satisfactionem et meritum operi cordis nostri tribuat; sed dicit contingere fide aut per fidem. Video enim in hac disputatione cavendum esse, ne nobis in ratione fidei accidat, quod sophistis in ratione suae dilectionis, videlicet ne, sicut illi statuerunt dilectionem suam pro Christo, nos pro ipso Christo opus seu meritum seu dignitatem fidei statuamus. Haec, mi *Philippe*, ad te scripsi, qua tu ita voluisti et coëgisti. Non poteris autem rem gratiorem facere, [quam si mihi scripseris *)], num meis verbis tuam veramque sententiam de hac re assecutus sim. Ex *Apologia* intelligo, te habere scriptum adversariorum. Obsecro, diligenter conserves, ut habeamus manifesta testimonia impietatis eorum, si quas res in synodo tractanda erit. Vale animo meo carissime Philippe. Ex Hala feria 6ta post Petri et Pauli, anno C.XXXI.

Brentius tuus.

Cum literas clausurus eram, memini, te de operibus ita argumentari: si e dilectione nostra esset iustificatio, nunquam certi de ea essemus, propterea quod nunquam satis diligimus, quanquam tamen debemus. Ex hoc ego similiter de fidei opere argumentor. Si iustificatio contingeret nobis propter opus, meritum seu dignitatem fidei, nunquam de ea certi essemus, quapropter quod nunquam satis credimus, quantum debemus, semper orandum est: succurre incredulitati meae, et cum operibus adiunge nobis fidem. Num et hic recte sentiam, vide. Iterum vale.

„Christum fide apprehensum. Sed de his plura ad *Philippum*. Prudentes huius saeculi erga libellos tuos germanicos, de edicto Caesaris varie afficiuntur. Iniquissimo animo ferunt, quod scapha scapha, et ficus ficus vocentur, et cum a nobis requirunt, ut si quem latronem latronem pronunciaverint, ut legitime in eum gladio animadverterint propter ingratum officium, factum iustificemus ac comprobemus, ipsi contra non tantum cerebri habent, ut intelligant, legitima Ecclesiastae verba non esse probra sed iustas reprehensiones, non esse convicia sed dignas castigationes et iudicia divina adversus impios lata. Sed valeant isti, et si quidem ita volunt, pereant. Tu ergo perge, sicut facis, confirmare Ecclesiam Christi, qui te nobis quam diutissime ut spiritu fortem ita corpore incolumem conservet. Ora pro me. Vale, ex Hala, feria sexta post Petri Pauli anno C.XXXI."

Brentius tuus.

*) [illegible] sigilli [illegible] excisione facile intelligitur.

No. 993. — 15. Iul.

Conr. Heresbachio.

Epistol. lib. II. p. 893. (Edit. Lond. II. ep. 405.)

D. *Conrado Heresbachio.*

S. D. Quod rarius ad te scribo, cum quidem me toties humanissime invites ad hoc officii genus, velim existimes nullam esse causam aliam, nisi quod non saepe contingunt mihi certi tabellarii; absum enim ab aula. Caeterum cupiam tecum vel quotidie confabulari per literas, si possem. Semper enim te propter excellentem doctrinam feci plurimi, nunc propter humanitatem et suavitatem ingenii, quam cognovi ex tuis literis, etiam mirifice amo. Hanc autem epistolam dedi huic sacerdoti *Coloniensi*, petenti ut se tibi commendarem. Nihil petit praeter *μικρὰ φιλοφρονήματα*, ut te istic patronum habeat, si se recepturus in otium ad vos commigret; qua in re non utor pluribus verbis. Scio enim te tali praeditum humanitate, et senem, et sacerdotem libenter suscipere tuendum. Tuus propinquus de tuis rebus scribet, valetudine aliquandiu nonnihil dubia usus est. Nunc videtur mihi commodius habere. Iuvenis est moribus optimis, et dignus quem ames.

Dei nostris rebus non laboro scribere: sic agunt adversarii omnia, ut fato quodam malo urgeri videantur, atque ego quidem existimo visuros nos proximo anno horribilem ἐπίτασιν horum negotiorum. Est apud vos quidam, cui *Campano* *) nomen est, qui profitetur se hostem *Lutheranae* factionis, idque callide facit, ut eo praetextu insinuet se in animos istarum nationum, apud quas invisum est *Lutheri* nomen, ac contra *Lutheranos* nihil admodum scribit nisi meras λογομαχίας, et venenata convicia. Interim καινοτομεῖ περὶ τοῦ θεοῦ, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εὐνομιανοφρονεῖ. Telam orditur, quam non poterit detexere. Ideo te oro, ut pro tua prudentia des operam, ne quid existat ex illis disputationibus mali. Iuvenis est et imperitus horum certaminum καὶ νεανιεύει πάνυ θρασυντικῶς. Titulum libro fecit contra totum post Apostolos mundum. De his rebus cogitabis. Bene vale. 16. Iulii. Anno 1531.

No. 994. 19. Iul.

Erasmo Ebnero.

Ex autographo in biblioth. Norinberg. edita in Strobelii Neu. Beyträg. zur Liter. Vol. III. p. 190. Denuo autographum mihi descripsit Cl. *Rannerus.*

Erasmo Ebnero, Iuveni Patricio Noribergensi, suo amico,

S. D. Etsi me hoc anno non leviter exercuit *Saturnus*, tamen hanc ei gratiam habeo, quod diutius te domi detinuit, non solum, quia decrevi ad vos expatiari, (nihil autem accidere mihi potuerit [1]) optatius, quam si contingat, quod faciat Χριστός! videre salvos *Ioachimum* et te, ac frui suavissimis sermonibus vestris,) sed etiam quia mirifice de tua incolumitate sollicitus sum, nec profecto cedit amor erga te meus paterno amori. Nihil habeo, ubi in his meis miserrimis curis aliquantulum acquiescere possim, nisi in vestro complexu atque colloquio. Nam has βαναύσους φιλίας, quae mihi cum iis sunt, qui nostra studia aut contemnunt aut oderunt, scis mihi nihil adferre ad meas miserias levandas, quas quidem saepe etiam, velut unguis in ulcere, exacerbant. Sed coram et de domesticis rebus et de studiis nostris commentabimur. Bene vale. 19. Iulii.

Φίλιππος.

No. 995. 26. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 165.

Ioachimo Camerario, amico suo summo Noribergae,

S. D. De illo necessario nostro nescio quomodo oblitus sum ad te scribere, cum quidem id saepe facere constituissem, sed nunc possum certiora perscribere, postquam fuit apud eum *Ambrosius*, civis noster. Is exposuit ei de liberis, quorum ego filium natu maximum apud me habeo, alterum habet *Lutherus*. Tertium puerum alit hic quaedam honesta mulier. Uxor videtur illum libenter receptura, si redierit, sed ut ex *Ambrosio* accipio, non cupit redire, et uxorem ad se proficisci mavult; de ea re aget cum muliere *Ambrosius*. Sed ego vereor, ut sit ex patria discessura, praesertim postquam semel a viro deserta est, et idem periculum alibi metuet. Huc accedit, quod propemodum videtur gaudere mulier, quod occasionem nacta sit excutiendi mariti. Nam ego ita statuo, praecipuam causam fuisse domesticam discordiam huius exilii. Quod si adduci tamen mulier poterit, ut ad virum proficiscatur, tota res perfecta erit. Nam de liberis nihil est quod angatur, tractantur enim melius et liberalius apud nos, quam apud patrem tractari possent; sin autem mulier discedere non volet, de qua re postea certiorem te reddam, et scribet ad ipsum *Ambrosius*, reliquum erit, ut si ad vos ille venerit, auctores ei sitis, ut huc redeat. Nam cum creditoribus transigere poterimus, sed intelligo omnium eum in hac sententia esse, ne redeat, fortassis pudore prohibetur, quanquam facile consenescunt tales sermones. Illud magis me sollicitum habet, quod homo desidiosus nihil unquam suscepturus videtur, quo possit tolerare quotidianos sumtus.

Haec de hac re. *Caesar Spirae* conventum indicit, qui meo iudicio accendet hos tumultus. Nihil enim expecto pacati, nisi Deus nos respexerit. Ac contra iam accidere quiddam putant, quam

*) De Ioanne Campano, qui versabatur Brunsvigae, vid. etiam Lutheri ep. ad Mart. Gorlitium d. 27. Nov. h. a. apud de Wett. IV. p. 320.

1) Strob. mendose: potuit.

antea, ut Caesarem dehortetur frater[1]) a violentis consiliis. Nos tamen nunc etiam speremus sane melius, et sentiamus commodius. Mitto tibi Isocratis orationem, quam *Georgius*[2]) exercitii causa vertit, expectat eam typographus, quare te rogo, ut ei quam primum mittas. Einsmodi opus est, quod sine magno periculo suo ille more corrumpere poterit. In supputationibus illis non ascripseras annos. Itaque diversos annos quaerere *Milichius* cogebatur.

Gratulor tibi filium esse natum, ac precor Deum, ut et te et uxorem tuam, lectissimam feminam, et filium et filias servet incolumes. Videtur inter has constitutiones, altera esse filii genesis, in qua Mars est in Horoscopo, quem tamen subsequens Saturnus reddit contatiorem, sed de his aliquando coram. De valetudine tua sum sane sollicitus, et audio te periculose decubuisse; mihi videtur fluxus non posse sine periculo obstrui, quare etsi hoc quoque molestum est, lenibus remediis velim te eum moderari. Obsecro te de hac re disputes cum medicis istic.

Ego laboribus et curis miserrimis conficior, ut recte responderit vester Astrologus[3]), me morti vicinum esse, quam ego quidem mihi saepius quam vitam opto.

De monacho qui peperit, vera est fama, fuit in Marchia quidam praepositus Monialium ἑρμαφρόδιτος, cuius continentia mirificam admirationem habuit, ἀλλὰ σοφώτατοι μάρτυρες ἡμέραι ait Pindarus.

Spengleri salutem Christo commendemus, qui utinam servet incolumen Reipublicae vestrae virum optimum et amantem patriae. Scripsit ad me *Simon Grynaeus* his diebus et opinor eum ad te quoque scripsisse. Iubet enim, ut cum respondero, ad te mittam. Fuit in Anglia, inde affert ad me ζήτημα περὶ γάμου βασιλέως, magnam profecto, periculosam et difficilem controversiam, de qua cum respondero, mittam ad te meum scriptum, ut tu ad *Grynaeum* transmittas, tum poteris si voles totam rem cognoscere.

De Hercule plane mihi satisfactum est, ego unum aliquem et quidem illum Thebanum Amphitryonis extitisse arbitror, qui fama rerum gestarum occasionem fingendi aliis dederit, qui plures Hercules comnienti sunt. Neque haec graecis tantum licentia concessa est, finxerunt similia nunc quoque nostri homines.

De Francis tuis haud dubie falsum est, eos a Baltico exortos esse, fuerunt enim vicini Alpibus, sicut Boii Strabonis tempore. Et Livius in Hannibalis transitu mentionem Branci facit, qui bellum gessit cum Allobrogibus. Habeo multa argumenta, quae fidem minime dubiam faciunt, primas sedes Francorum in hac superiore Germania fuisse, fere iisdem locis, quae nunc sunt Francorum. Strabo *Βούγκους* scribit, Vindelicis vicinos, et nescio quibus aliis, non enim vacat inspicere librum. Itaque te non incertum alienae genti, sed vere Francum dici et haberi volet. Idque disputabo in *χρονικοῖς* in Carolo, quem ornabo quantum potero.

Nescio an omnia scripserim, quae volui, cum quidem aliud ex alio sine ordine in mentem venerit inter scribendum, teque oro, ut veniam des huic meae negligentiae, sed nosti meas miserias, quibus condonare te haec quoque existimo. Si quid de *Ἐλλόφοις* illis habes, scribito, etsi eius gentis fides prorsus incerta est.

Hic ferunt filium Gallici regis Caesari conditiones, quas pater approbavit, renunciare, et alia multa, quae me nihil movent.

Mihi Dei beneficio filia*) nata est matre incolumi, ac caetera quidem in genesi bene habent, hoc mihi displicet, quod *falcigero Venus est non bene iuncta seni***), et Mars horribiliter aspicit domum octavam ex tetragono. Sed Christus est dominus, cui omnia subiecta sunt, etiam astra. Tu vale felicissime. Postridie Iacobi.

Φίλιππος.

No. 996. 28. Iul.

I. Brentio.

Epistol. lib. VI. p. 374. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 381.

Iohanni Brentio, amico suo, zu Hall in Schwaben.

S. D. Etsi non habebam hoc tempore otium scribendi, et obrutus eram summis animi corporisque

1) Ferdinandus propter metum Turcicum. C. W.

2) Georgius Aemilius (Oehmler).

3) Schonerus.

*) Magdalena d. 10. Iulii.

**) h. e. quia melancholica erit. C. W.

doloribus, tamen has ad te literas dedi, ut te certiorem redderem de illa nostra disputatione [1]), quam curae nobis esse decet. Placuit et Luthero et mihi tua epistola [2]), visusque es recte et sentire et loqui. Et adhortor te, ut causam urgeas in Ecclesia, videlicet, nos non propter ullam nostram munditiem reputari iustos, hoc est acceptos Deo, sed propter Christum, etsi necesse est sequi renovationem, accepto Spiritu sancto. Quidam mendicus sacerdos voluit hic tuum libellum de Turcis edere, hunc ego mutavi plusquam dimidia operis parte tuo nomine. Feci id nostra fretus amicitia, et spero te probaturum esse. Bene vale et cito rescribe. Sontags post Iacobi.

† Salutat te Lutherus peccator [3]).

Φίλιππος.

No. 997. (28. Iul.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 169.

Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo, Noribergae,

S. D. Torgae audivimus *Spenglerum* edito calculo melius habere, quod fuit nobis iucundissime. Christus servet nobis et civem et amicum constantem. Conventus indictus est *), ut scis, quod faustum felixque sit. Nondum scio, an noster sit iturus, etsi vocatus est publicis et privatis literis. Ego non intelligo, quid agi possit, cum Pontifex praecise recuset de synodo. Id scio ex certissimorum hominum literis, *ὁ ἀρχιερεὺς Μογουντιακὸς ἔφη, καὶ τὸν αὐτοκράτορα τοῦτο γεγραφέναι, καὶ ἔλεξεν ὁ βασιλεὺς τῶν Βρετανῶν.* Et tamen Suevici ac Helvetici tumultus eiusmodi sunt, nullo modo ut sine synodo aut sine armis componi aut sedari posse videantur. Obsecro te, scribe mihi, quae sit opinio, quae expectatio hominum de conventu, gratius mihi facere nihil potes.

Fuit hic quidam Parisiensis doctor *Gervasius*, homo, ut videtur, inimicissimus nostrae causae, *ἀλλὰ τοῦ βασιλέως τοῦ φραγκικοῦ ἐντολὰς ἔχει περὶ τῆς χειροτονίας.* Sunt quibus videantur illae gallicae esse magis, quam Francicae technae. Sed nos, quod datur, accipiamus et sentiamus liberalius. Certe illae minae *Campegii* de Gallorum amicitia hoc tempore sunt inanes, etsi moveor praedictionibus quibusdam, quas tibi in mentem venire necesse est, saepe enim de illis inter nos. Nisi Christus consulet Ecclesiae, omnia funditus perierint. Nam illi reges sua agunt negotia, et nulli mortales nunc *πάνυ φιλοσοφοῦσι*, de quibus rebus tecum ut spero brevi coram. Bene vale. Ex Torga. Literas quas addidi *Brentio* velim te mittere.

Φίλιππος.

1) de fidei iustificatione.
2) Eam dedimus supra d. 5. Iul.
3) Haec sua manu scripsit Lutherus.
*) Spirae habendus ad Idus Septembris.

No. 998. 18. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 170.

Viro clariss. Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Erfordiensis senatus deliberat de restituenda schola, et iussit magistros, qui ibi reliqui sunt, suam sententiam de ea re dicere. Hi censuerunt hanc fore aptissimam rationem suscipiendae rei, si tu et *Eobanus* revocaremini. Quanquam autem video quosdam certo consilio dare operam, ut res extrahatur, tamen existimo aliquando processuram esse. Ego sum hortatus nostrum *τίμωνα*, ut quantum posset, ageret de vobis revocandis, et mihi promisit se hoc sedulo facturum esse. Omnino, si id fieri Deus velit, videris mihi libentius futurus Erfordiae, quam in Norico, et huius meae suspicionis habeo plurimas coniecturas. Tu tamen mihi de hac re scribito, quid habeas animi.

Vidimus *cometen* *), qui per dies amplius decem iam se ostendit in occasu Solstitiali. Videtur autem supra Cancrum aut extremam Geminorum partem positus. Nam occidit post solem horis fere duabus et mane, paulo ante solis ortum in oriente prodit, ita cum coelo circumagitur, proprium motum quem habeat quaerimus. Est autem colore candido, nisi si quando nubes eum pallidiorem reddunt. Caudam vertit versus Orientem. Mihi quidem videtur minari his nostris regionibus, et propemodum ad ortum meridianum vertere caudam. Non vidi antea cometen ul-

*) Vid. epp. Lutheri apud de Wettium IV. p. [illegible] et p. [illegible].

lum *). Illius descriptionem hoc anno diserte expri-
mant. Erigit caudam supra reliquum corpus.
Quidam affirmant esse ex illo genere, quod vocat
Plinius [illegible], quia [illegible]
[illegible] oculis indicare. Quaeso te ut mihi scribas,
an apud vos etiam conspectus sit. [illegible]
[illegible] distat enim a terra [illegible] gradibus, si
tamen conspectus est, describe diligenter, et quid
iudicent Saburrani, significet. Bene vale. XIIII.
Calend. Septemb.

Scripseram hanc epistolam, cum accepi [illegible] βασιλέως τῶν [illegible] habere eum exercitum, et facturum irruptionem in Daniam, ea res utinam non commoveat totam Germaniam. Audio et *Ferdinandum* habere exercitum; si quid scis, scribe.

Philippus.

No. 999. 19. Aug.

Frid. Myconio.

Primum edita a *Snegassio* ep. 4.

Viro optimo, D. Friderico Myconio, pastori Ecclesiae Gothensis, amico suo summo.

S. D. *Christophorus* ille, quem ad vos profecturum esse arbitrabar, videbatur graviter ferre, quod haberet secundum locum. Itaque non valde contendi, ut se ad vos conferret, ne quas rixas excitaret propter ambitionem. Et noram ingenium eius. N. iam concionator factus est, nec petit, quod tu verebaris, scholasticum munus. Vult enim regnare otiosus, id putat in munere concionatoris facilius se consequi posse. Mitto autem hunc iuvenem *Pancratium* **), cuius mihi modestia in omni genere cognita et spectata est; quem tibi commendo, teque rogo, ut eum Senatui commendes. Omnia facturus est de tuo arbitrio atque voluntate. Delegi eum ex multis, neque enim volui ad vos mittere quenquam, cuius ingenium mihi suspectum esset. Bene vale. Sonnabent post assumtionem.

Philippus.

*) Conspectus fuerat Cometa iam anno 1527. mense Octob., de quo scripsit libellum Gerhard. Noviomagus. Vid. Panzeri annal. typogr. T. IX. p. 149. no. 391. Hic fortasse in Thuringia, ubi tum versabatur Melanthon, non conspici potuit.

**) *Sussenbach.*

No. 1000. Aug.

De divortio Henrici VIII.

Editum a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 126. postea etiam in Bachmeisteri [illegible] p. 88., sed [illegible] mendose. Contuli apographa in cod. [illegible] p. 466. cod. Goth. no. 19. p. 86. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 177. — De occasione huius scripti Pezelius addidit haec: „Duxerat Henricus VIII. Angliae Rex, *Catharinam* (Ferdinandi, Regis Hispaniae filiam, Caroli V. materteram, quae prius *Arturo* fratri Henrici VIII. nupta fuerat), coniugem ex dispensatione Iulii II. Pontificis. Verum post, eius pertaesus, quod haeredem regni masculum ex ea non suscepisset, eam repudiavit, ac [illegible] Clemens VII. [illegible] factum lata solemni sententia damnavit." — Subiungit Pezel. latam sententiam Pontificis. Totam rem accurate narravit Sleidanus in commentariis lib. IX. p. [illegible] Catharinam Arturi, fratris, uxorem, Henricus, fratre mortuo, Henrico VII. patre sic iubente duxerat, quae ei filiam *Mariam* pepererat. Henricus VIII. [illegible] amore erga Annam Boleniam, hoc tempore Catharinam animi cum illa conabatur repudiare, cui quum sese opponeret Pontifex Romanus, [illegible] Theologorum in Gallia et Germania ea de re quaerebat. Anno 1532. Catharinam repudiavit. — Praeterea conf. epist. ad Bucerum d. 8. Nov. 1531.

„*Disputatio sive consultatio scripta anno 1531. die 27. Augusti a Philippo Melanthone de Digamia Regis Angliae*" (apud Pezel.).

Initio admonitum volo lectorem, me non ferre novas leges, sed [illegible] prohibitionem graduum de coniugio 1) amplecti et probare, quae extat in Moise et iure civili. Hos 2) enim propiores gradus interdicit propter reverentiam sanguinis. Sed nunc institui disputationem de hoc 3) casu 4) ad levandas conscientias eorum, qui ex pontificia dispensatione contraxerunt, et nunc dubitant, utrum recte cohaereant talia coniugia, cum Pontifices in ea re non allegarint auctoritatem verbi Dei ad conscientias docendas, sicut debebant, sed dispensaverint ex plenitudine potestatis, ut vocant, qua putant se omnia iura posse abrogare, non solum humana, sed etiam divina. Multos enim comperi tales casus, in quibus contra Moisen Romae dispensatum 5) est. Postea conscientiae in magnam dubitationem et magna pericula inciderunt. Scribam autem meam sententiam simplici et pio animo, quam confido Deo probari,

1) Cod. Bav. et Backm. *prohibitionem de gradibus amplecti et probare, maximeque prohibitionem quae extat etc.*

2) *Hos*] cod. Bav. *His*; Back. *Haec*. Fortasse Mel. scripsit: *Hoc.*

3) *hoc*] Pez. *certo.*

4) Cod. Mon. *hoc casu.*

5) Pez. *disputatum*; ex mendo.

Primum igitur ita concludo: quod ubi repugnet iuri divino, quod nos obligat ducere uxorem fratris mortui et [illegible] retinere. Hanc sententiam postea probabimus, ubi confutaverimus id quod praecipue opponitur. Hic enim obiiciunt prohibitionem ex Levit. 18.: *turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis, quia turpitudo fratris tui est.* Hic etsi quidem interpretantur legem de uxore repudiata fratris viventis et terribiliter exaggerant rem, quod contra ius divinum sit, habere fratris uxorem, et est probabile, homines moderatos et bonos illa specie iuris divini vehementer commoveri et perturbari; et quia de abrogatione legis responderi posset, has leges leviticas etiam[6]) abrogatas esse: reclamant isti: *naturalia seu moralia non abrogata esse*; quod recte dicitur. Porro, sicut matrimonium naturale et morale est, ita dicunt et prohibitionem graduum naturalem et moralem esse, quia naturaliter debeatur[7]) quaedam reverentia sanguini[8]). Haec sunt praecipua, quae contra nostram sententiam opponuntur, quae nos non contemnimus. Verum enim est, naturalia et moralia non abrogata esse; verum est et hoc, quod quaedam reverentia sanguini debeatur.

Sed nunc ad haec ita respondemus[9]). Quantumlibet exaggeretur auctoritas legis Moisi, tamen simpliciter respondeo, quod haec lex non obligat[10]) nos propter auctoritatem suam, sed tantum quia praecipit quaedam naturae[11]) consentanea, sicut pleraeque aliae leges Moisi, ut: *coram cano capite consurge*, et similes. Nec magis ad Christianos pertinet lex Moisi, quam ad alios, qui fuerunt ante Moisen. Si quis autem aliter sentit, et iudicat, quaedam ex lege[12]) Moisi necessaria esse ad salutem, quae ante legem non fuerunt necessaria, periculose errat, et non intelligit, quid sit Evangelium. Paulus enim ait: Christum[13]) sine lege apparuisse. Evangelium docet iustitiam spiritus, quae fide in Christum concipitur, et de politiis[14]) externis ac civilibus rebus non obligat nos ad legem Moisi, sed vult, nos uti iure naturae et legibus politicis nostrarum rerum publicarum. Et eadem iustitia fidei in Christum venturum homines ante legem[15]) Moisi salvi facti sunt, qua et nunc salvi fiunt homines. Ideo[16]) nihil ex lege Moisi necessarium est ad salutem, quod ante legem non erat necessarium. Et de hoc vero et nativo intellectu Evangelii prodest talium conscientias docere, qui[17]) inciderunt in casus dissentientes a lege Moisi.

Tenendae sunt igitur hae propositiones. Prior; quod lex Moisi nihil ad nos pertineat, sed quaedam in lege nos obligant, quia sunt naturalia, sicut leges Solonis nihil ad nos pertinent, quaedam tamen nos quoque obligant scripta in illis legibus, quia sunt praecepta naturalia. Altera est, quod lex Moisi non magis ad nos pertinet quam ad illos, qui fuerunt ante Moisen.

Sed hic obiicitur de gradibus cognationis et affinitatis: *utrum cum omnibus cognatis et affinibus coniugia contrahere liceat?* De hac re ita respondemus. Non tollimus ius naturae. Nam lex Moisi non obligat nos[18]) nisi propter[19]) ius naturale in certis locis; verum illa, quae dicuntur esse iuris naturalis non sunt paria. Alia, quae dicuntur esse contra ius naturae, simpliciter corrumpunt naturam, et in totum abhorrent a natura, nec habent ullum exemplum approbatum in scripturis. In his ius naturale immutabile est, quale est hoc ius: *conservare suam naturam* etc.[20]) Talis est reverentia erga parentes et prohibitio concubitus cum parentibus. Ideoque ponitur in Genesi[21]), ubi ius naturale describitur: *relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae.* Neque lex Dei neque ulla respublica[22]) honeste instituta dispensavit unquam contra hos

6) *etiam* non habet Pez.

7) Rom. *debetur.*

8) Sequuntur iam in cod. Goth. 19. et cod. Mon. haec: „Dispensarunt et romanae leges in coniugio avunculi et neptis, ut testatur L. ff. de ritu nuptiarum. Convenit et Iudae exemplum in Genesi. Item Abraham habuit fratris filiam. Haec exempla ostendunt, hos gradus, etsi prohibentur in lege Moisi, tamen ex illo genere legitimorum esse, quae mutabilia sunt, et verius positivi quam naturalia. Ac maxime decet hac aequitate uti, postquam casus aliquis coniunxit tales personas; sicut et Iacob post compressionem Leanae retinuit eam, cum tamen iure potuisset eam abiicere. — (Leguntur fere eadem infra alio loco).

9) *nunc ad haec ita resp.* Pez. non habet.

10) Pez. *obligat.*

11) *naturae*] cod. B. *non*; cod. 19. *nostrae sententiae.*

12) Pez. *post legem.*

13) *Christum*] Pez. *institiam Christi.* Ex emendatione.

14) Pez. et Back. *politicis.*

15) Cod. 19.: *sub lege.*

16) Cod. B. et Back. *Ideo.*

17) Cod. 19.: *doceri, qui nunc.*

18) *nos* non habet Pez.

19) *ius naturae — propter*] exciderunt e textu Back.

20) Pro *etc.* Pez. *et.*

21) Back. et c. Bav. *in secundo Genes.*

22) Pez. *responsio*; ex mendo.

tum *); ubi descriptiones hoc modo diserte expri-munt. Erigit caudam supra reliquum corpus. Quidam affirmant esse ex illo genere, quod vocat Plinius [illegible], quia ab altera parte [illegible]. Id ego [illegible] oculis indicare. Quaeso te ut mihi scribas, an apud vos etiam conspectus sit, quod non opinor; distat enim a terra vix duobus gradibus; si tamen conspectus est, describe diligenter, et quid iudices [illegible] significet. Bene vale. XIIII. Calend. Septemb.

Scripseram hanc epistolam, cum accepi nuntium περὶ βασιλέως τῶν Δάνων καὶ φυγάδος; habere eum exercitum, et facturum irruptionem in Daniam, quae res utinam non commoveat totam Germaniam. Audio et *Ferdinandum* habere exercitum; si quid scis, scribe.

Philippus.

No. 999. 19. Aug.

Frid. Myconio.

Primum edita a *Snegassio* ep. 4.

Viro optimo, D. Friderico Myconio, pastori Ecclesiae Gothensis, amico suo summo,

S. D. *Christophorus* ille, quem ad vos profecturum esse arbitrabar, videbatur graviter ferre, quod haberet secundum locum. Itaque non valde contendi, ut se ad vos conferret, ne quas rixas excitaret propter ambitionem. Et noram ingenium eius. N. iam concionator factus est, nec petit, quod tu verebaris, scholasticum munus. Vult enim regnare otiosus, id putat in munere concionatoris facilius se consequi posse. Mitto autem hunc iuvenem *Pancratium* **), cuius mihi modestia in omni genere cognita et spectata est; quem tibi commendo, teque rogo, ut eum Senatui commendes. Omnia facturus est de tuo arbitrio atque voluntate. Delegi eum ex multis, neque enim volui ad vos mittere quenquam, cuius ingenium mihi suspectum esset. Bene vale. Somnabent post assumtionem.

Philippus.

*) Conspectus fuerat Cometa iam anno 1527. mense Octob., de quo scripsit libellum Gerhard. Noviomagus. Vid. Panzeri annal. typogr. T. IX. p. 149. no. 391. Hic fortasse in Thuringia, ubi tum versabatur Melanthon, non conspici potuit.

**) *Sussenbach.*

No. 1000. [illegible] Aug.

De divortio Henrici VIII.

Editum a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 126. postea etiam in Backmeisteri Vita Philippi p. 88., sed satis mendose. Contuli apographa in cod. Bav. Vol. II. p. 466. cod. Goth. no. 19. p. 86. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 177. — De occasione huius scripti Pezelius addidit haec: „Duxerat *Henricus VIII.* Angliae Rex, *Catharinam* (Ferdinandi, Regis Hispaniae filiam, Caroli V. materteram, quae prius *Arturo* fratri Henrici VIII. nupta fuerat) coniugem ex dispensatione Iulii II. Pontificis. Verum post, eius pertaesus, quod haeredem regni masculum ex ea non suscepisset, eam repudiavit, ac lite in romanam curiam delata, Clemens VII. divortium a Rege factum lata solemni sententia damnavit." — Subiunxit Pezel. latam sententiam Pontificis. Totam rem accurate narravit Sleidanus in comment. lib. IX. p. 220. sqq. — Catharinam Arturi, fratris, uxorem, Henricus, fratre mortuo, Henrico VII. patre sic iubente duxerat, quae ei filiam *Mariam* pepererat. Henricus VIII. postea captus amore erga Annam Boleniam, hoc tempore Catharinam simul cum filia conabatur repudiare, cui quum sese opponeret Pontifex Romanus, [illegible] iudicia Theologorum in Gallia et Germania ea de re quaerebat. Anno 1532. Catharinam repudiavit. — Praeterea conf. epist. ad Bucerum d. 8. Nov. 1531.

„*Disputatio sive consultatio scripta anno* 1531. *die 27. Augusti a Philippo Melanthone de Digamia Regis Angliae*" (apud Pezel.).

Initio admonitum volo lectorem, me non ferre novas leges, sed multam prohibitionem graduum de coniugio [1]) amplecti et probare, quae extat in Moise et iure civili. Hos [2]) enim propiores gradus interdicit propter reverentiam sanguinis. Sed nunc institui disputationem de hoc [3]) casu [4]) ad levandas conscientias eorum, qui ex pontificia dispensatione contraxerunt, et nunc dubitant, utrum recte cohaereant talia coniugia, cum Pontifices in ea re non allegarint auctoritatem verbi Dei ad conscientias docendas, sicut debebant, sed dispensaverint ex plenitudine potestatis, ut vocant, qua putant se omnia iura posse abrogare, non solum humana, sed etiam divina. Multos enim comperi tales casus, in quibus contra Moisen Romae dispensatum [5]) est. Postea conscientiae in magnam dubitationem et magna pericula inciderunt. Scribam autem meam sententiam simplici et pio animo, quam confido Deo probari.

1) Cod. Bav. et Backm. *prohibitionem de gradibus amplecti et probare, maximeque prohibitionem quae extat etc.*

2) *Hos*] cod. Bav. *His*; Back. *Haec*. Fortasse Mel. scripsit: *Hoc.*

3) *hoc*] Pez. *certo.*

4) Cod. Mon. *hac causa.*

5) Pez. *disputatum*; ex mendo.

Primum igitur ita concludo: quod non repugnet iuri divino, quod nos obligat ducere uxorem fratris mortui et semen suscitare. Hanc sententiam postea probabimus, ubi confutaverimus id quod praecipue opponitur. Hic enim obiiciunt prohibitionem ex Levit. 18.: *turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis, quia turpitudo fratris tui est.* Hic etsi quidem interpretantur legem de uxore repudiata fratris viventis et terribiliter exaggerant rem, quod contra ius divinum sit, habere fratris uxorem, et est probabile, homines moderatos et bonos illa specie iuris divini vehementer commoveri et perturbari; et quia de abrogatione legis responderi posset, has leges leviticas etiam [6]) abrogatas esse: reclamant isti: *naturalia seu moralia non abrogata esse*; quod recte dicitur. Porro, sicut matrimonium naturale et morale est, ita dicunt et prohibitionem graduum naturalem et moralem esse, quia naturaliter debeatur [7]) quaedam reverentia sanguini [8]). Haec sunt praecipua, quae contra nostram sententiam opponuntur, quae nos non contemnimus. Verum enim est, naturalia et moralia non abrogata esse; verum est et hoc, quod quaedam reverentia sanguini debeatur.

Sed nunc ad haec ita respondemus [9]). Quantumlibet exaggeretur auctoritas legis Moisi, tamen simpliciter respondeo, quod haec lex non obliget [10]) nos propter auctoritatem suam, sed tantum quia praecipit quaedam naturae [11]) consentanea, sicut pleraeque aliae leges Moisi, ut: *coram cano capite consurge*, et similes. Nec magis ad Christianos pertinet lex Moisi, quam ad alios, qui fuerunt ante Moisen. Si quis autem aliter sentit, et iudicat, quaedam ex lege [12]) Moisi necessaria esse ad salutem, quae ante legem non fuerunt necessaria, periculose errat, et non intelligit, quid sit Evangelium. Paulus enim ait: Christum [13]) sine lege apparuisse. Evangelium docet iustitiam spiritus, quae fide in Christum concipitur, et de politiis [14]) externis ac civilibus rebus non obligat nos ad legem Moisi, sed vult, nos uti iure naturae et legibus politicis nostrarum rerum publicarum. Et eadem iustitia fidei in Christum venturum homines ante legem [15]) Moisi salvi facti sunt, qua et nunc salvi fiunt homines. Ideo [16]) nihil ex lege Moisi necessarium est ad salutem, quod ante legem non erat necessarium. Et de hoc vero et nativo intellectu Evangelii prodest talium conscientias docere, qui [17]) inciderunt in casus dissentientes a lege Moisi.

Tenendae sunt igitur hae propositiones. Prior, quod lex Moisi nihil ad nos pertineat, sed quaedam in lege nos obligant, quia sunt naturalia, sicut leges Solonis nihil ad nos pertinent, quaedam tamen nos quoque obligant scripta in illis legibus, quia sunt praecepta naturalia. Altera est, quod lex Moisi non magis ad nos pertinet quam ad illos, qui fuerunt ante Moisen.

Sed hic obiicitur de gradibus cognationis et affinitatis: *utrum cum omnibus cognatis et affinibus coniugia contrahere liceat?* De hac re ita respondemus. Non tollimus ius naturae. Nam lex Moisi non obligat nos [18]) nisi propter [19]) ius naturale in certis locis; verum illa, quae dicuntur esse iuris naturalis non sunt paria. Alia, quae dicuntur esse contra ius naturae, simpliciter corrumpunt naturam, et in totum abhorrent a natura, nec habent ullum exemplum approbatum in scripturis. In his ius naturale immutabile est, quale est hoc ius: *conservare suam naturam* etc. [20]) Talis est reverentia erga parentes et prohibitio concubitus cum parentibus. Ideoque ponitur in Genesi [21]), ubi ius naturale describitur: *relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae.* Neque lex Dei neque ulla respublica [22]) honeste instituta dispensavit unquam contra hos

6) *etiam* non habet Pez.

7) Pez. *debetur.*

8) Sequuntur iam in cod. Goth. 19. et cod. Mon. haec: „Dispensarunt et romanae leges in coniugio avunculi et neptis, ut testatur L. ff. de ritu nuptiarum. Convenit et Iudae exemplum in Genesi. Item Abraham habuit fratris filiam. Haec exempla ostendunt, hos gradus, etsi prohibentur in lege Moisi, tamen ex illo genere legitimorum esse, quae mutabilia sunt, et verius positivi quam naturalis. Ac maxime decet hac aequitate uti, postquam casus aliquis coniunxit tales personas; sicut et Iacob post compressionem Leanae retinuit eam, cum tamen iure potuisset eam abiicere. — (Leguntur fere eadem infra alio loco).

9) *nunc ad haec ita resp.* Pez. non habet.

10) Pez. *obligat.*

11) *naturae*] cod. B. *non*; cod. 19. *nostrae sententiae.*

12) Pez. *post legem.*

13) *Christum*] Pez. *iustitiam Christi.* Ex emendatione.

14) Pez. et Back. *politicis.*

15) Cod. 19.: *sub lege.*

16) Cod. B. et Back. *Ideo.*

17) Cod. 19.: *doceri, qui nunc.*

18) *nos* non habet Pez.

19) *ius naturae — propter*] exciderunt e textu Back.

20) Pro *etc.* Pez. *et.*

21) Back. et c. Bav. *in secundo Genes.*

22) Pez. *responsio*; ex mendo.

gradus prohibitionum[23]). Satis est prohibitio concubitus cum sorore. Neque enim habet exemplum approbatum post liberos Adae primos.

Sed alii sunt gradus longius distantes, ut patrui et neptis, item uxoris fratris et leviri. In his gradibus leges Moisi et aliae prohibuerunt connubia propter probabiles causas[24]) ex natura sumtas. Et tamen cum haec prohibitio sit mutabilis, non est proprie iuris naturalis sed positivi, aut certe ex illo genere naturalium, quae sunt mutabilia; qualia[25]) multa sunt. Nam et ipse auctor et conditor naturae mutavit hanc probabilitatem Deut. 25., ubi lege constitutum est, ut frater duceret mortui fratris uxorem, si frater sine haerede discessisset. Nec vero[26]) hoc constituisset, si talis coniunctio naturae ordinem ac ius violaret atque[27]) everteret. Fuit et mos publicus ante legem Moisi, ut frater duceret uxorem fratris mortui, ut testatur historia filiorum Iudae in Genesi. Item *Abraham* habuit fratris filiam, et post latam legem habuit *Othoniel* filiam fratris[28]). Haec exempla ostendunt, hos gradus, etsi prohibentur in lege Moisi, tamen ex illo genere legitimorum esse, quae mutabilia sunt, et verius iuris positivi quam naturalis. Ac maxime decet hac aequitate uti, postquam casus aliquis coniunxit tales personas, sicut et Iacob post compressam Leam retinuit eam, cum iure potuisset eam abiicere[29]). Dispensaverunt et leges Romanae in coniugio avunculi et neptis, ut testatur lex ff. *de ritu nuptiarum*, quae ait: *movemur et temporis diuturnitate, quo ignara fuisti*[30]) *in matrimonio avunculi, et quod ab avia tua collocata es, et numero liberorum vestrorum in eo matrimonio quaesitorum.*

Recte iudicavit *Marcus*, sapientissimus princeps, et valeret matrimonium tale hodie, si legitimus magistratus comprobaret, nec impediret vel lex Moisi, vel iuris naturalis species, quia magistratus moderatur pleraque, quae dicuntur esse iuris naturalis. Ex his sequitur probatio nostrae conclusionis: lex Moisi non magis ad nos pertinet, quam ad illos, qui fuerunt ante legem. Ante legem mos erat, ducere fratris mortui uxorem, praesertim si discessisset sine haerede, sicut testatur historia filiorum Iudae: igitur et nunc licet.

Sequitur et *altera pars* de iure naturae. Mos publicus fuit ante Moisen, ducere fratris mortui uxorem; postea fuit et lex, Deut. 25.: igitur ducere uxorem fratris mortui non est contra ius naturae, quod dispensationem nullam admittit, aut quod est immutabile. Haec vera et firma esse intelliget[31]), qui scit, Moisen nobis non ferre leges; item qui expendet, ea, quae Deus mutat, auctor et conditor naturae, non posse accipi pro iure naturae immutabili. Quanquam[32]) si Moises urgetur, quod prohibeat connubium fratris cum uxore fratris mortui: cur altera pars legis etiam non allegatur, quae cogit fratrem ducere fratris uxorem, si frater sine haerede discessisset? At, inquiunt, alterum morale est, alterum ceremoniale. Haec est mera cavillatio; nam utraque pars est politica res, non ad cultum Dei pertinens, sed ad politiam, sumta a more maiorum, qui fuerunt[33]) ante legem. Quanquam ut maxime ceremonia[34]) esset, tamen exempla ostenderent[35]), factum ipsum non esse contra naturam[36]).

Quare haud dubie rex Angliae uxorem fratris mortui ductam retinere potest. Nec onerandus est optimus[37]) princeps mala conscientia incestae consuetudinis, sed docendus, quod has res politicas commiserit Deus magistratibus, neque nos alligaverit ad Moisen. Item quod legitimus magistratus[38]) pleraque moderari possit[39]) in his, quae dicuntur esse iuris naturae, sicut fit in multis negotiis. Ac credibile est, ipsum regem summa humanitate praeditum libenter parsurum esse famae suae coniugis et filiae, quam dicitur habere praeditam excellenti ingenio et dignam tanta[40]) nobilitate. Mihi quidem videtur acerbissimum fore, abiicere talem filiam veluti ex incesto con-

---

23) Pez. *contra huius gradus prohibitionem.* Sic etiam mutatum est in cod. Mon.

24) Cod. Bav. et Back. *rationes.*

25) *qualia*] Pez. *quae*, cod. 19. et c. Mon. *quorum.*

26) Back. *Nam auctor naturae non.*

27) *violaret atque* Pez. non habet.

28) *et post latam* etc. exciderunt apud Pez.

29) *Ac maxime decet* etc. non habent cod. Bav. et Back., et in cod. 19. et cod. Monac. alio loco (vid. not. 8.) leguntur. Fortasse postea margini a quodam adscripta sunt.

30) Pez. *quae ignarae fuit.* Cod. 19. locum legis non habet.

31) Back. et c. Bav. *intelliget is.*

32) Cod. Bav. *Quare.*

33) Cod. Bav. *fuerant.*

34) Cod. 19. *ceremoniale.*

35) Cod. Bav. *tamen ceremonia nostrum exemplum ostenderet.* Back. *tamen exemplum ostenderet.*

36) Cod. Bav. *contra ius naturae.*

37) *optimus* Pez. delevit.

38) *neque nos allig.* etc. non habet Pez.

39) Pez. *qui pleraque moderantur.*

40) Pez. *tali.*

uterum praegnatum, praesertim cum certissimum sit, si quis recte et vere iudicet, illam opinionem, quae damnat id coniugium, falsam esse. Imo rex peccaret[41]) gravissime[42]), si faceret[43]) cum uxore divortium, quia lex divina est et immutabilis, ne dirimantur coniugia extra casum[44]) adulterii. Haec lex observari debet[45]), nec violari propter[46]) violatum ius humanum, quod prohibet ducere fratris mortui uxorem. Vere enim ius humanum est, quia Moises ad nos nihil pertinet; nec ita est iuris naturalis, ut sit immutabilis prohibitio. Est igitur[47]) humani et positivi iuris, etsi probabiles habet rationes a natura sumtas. Has autem magistratus moderari potest. Et habet rex dispensationem Pontificis, cui non quidem iure divino, sed publico consensu multarum nationum iudicia matrimonialia commissa sunt, qui tanquam magistratus dispensavit.

Quod hic[48]) obiicitur de *Herode*, qui, quod fratris *Philippi* uxorem habuit, reprehenditur, respondeo: raptam[49]) esse Herodiada vivo fratre, ut ex Luca et Iosepho clare intelligi[50]) potest. Lucas enim scribit, Philippum regnasse tunc, cum Iohannes inciperet praedicare, anno Tiberii 15., Iosephus scribit, *Philippum* mortuum esse anno Tiberii 22.[51]) Constat autem, Iohannem interfectum esse sub initium[52]) praedicationis Christi.

Item, quod disputant, legem Moisi, ut frater ducat fratris mortui uxorem, non posse de germano fratre intelligi, quia ita accideret, ut interdum fratri ducenda esset soror, aut patri filia, ut *Othoniele* mortuo videretur *Caleb* debuisse filiam suam ducere, hae sunt ineptae cavillationes legis. Saepe enim accidit, ut concurrant diversae leges. Facile est autem iudicium, quae leges quibus cedere debeant. Cedit enim ius positivum iuri naturali ei, quod immutabile est. Est enim immutabilis prohibitio, ne pater ducat filiam; illud autem prorsus est iuris positivi, quod mandatur, ut succedat frater. Praefertur igitur lex superior.

Quid autem, si utilitas publica propter successionem haeredis suadet coniugium novum, ut accidit in casu[53]) regis Angliae, ubi publica utilitas totius regni suadet novum coniugium? Huic respondeo: si vult rex successioni prospicere, quanto satius est, id facere sine infamia prioris coniugii. Ac potest id fieri sine ullo periculo conscientiae cuiuscunque[54]) aut famae, per *polygamiam*. Etsi enim non velim concedere polygamiam vulgo[55]), dixi enim supra, nos non ferre leges, tamen[56]) in hoc casu propter magnam utilitatem regni, fortassis etiam propter[57]) conscientiam regis, ita pronuncio[58]); tutissimum esse regi, si ducat secundam uxorem, priore non abiecta, quia certum[59]) est, polygamiam non esse prohibitam iure divino, nec[60]) res est omnino inusitata[61]). Habuerunt multas coniuges Abraham, David et alii sancti viri, unde apparet, polygamiam non esse contra ius divinum. Ac leguntur exempla recentia. Nam *Valentinus* imperator legem tulit, ut liceret, duas coniuges habere simul, duxitque ipse *Iustinam*, priore coniuge *Severa* non abiecta, et successit in imperio filius ex posteriori natus. Et *Theodosius* filiam ex illo natam in matrimonio habuit. Ita mansit imperium aliquamdiu apud eos, qui ex eo coniugio procreati erant.

Proderit autem ad vitandas quasdam offensiones petere dispensationem pontificiam, ut permittatur regi polygamia, idque credo Romae impetrari posse. Nam divinum ius non repugnat, et Pontifices ante concesserunt aliis, ut *Georgio* cuidam in Anglia. Sin vero Papa non volet dispensare, rex Angliae tamen potest ducere, quia Pontifex non potest[62]) recusare, quo minus dispenset rex[63]) in tali necessitate, ubi postulat co-

41) Pez. *peccaverit*; Back. et c. Bav. *peccare videtur*.
42) Cod. Mon. *graviter*.
43) Pez. et Back. *fecerit*.
44) Cod. Goth. *causam*.
45) Cod. Bav. et Back. *debebat*, quod praeferendum videtur.
46) *nec viol. propter*] Pez. *etiamsi sit*.
47) Pez. *igitur* non habet.
48) *hic* Pez. non habet.
49) Back. *nuptam*.
50) Pez. et Back. *colligi*.
51) *Lucas enim* etc. apud Pez. desiderantur. Back. habet: *Tiberii* XXVI.
52) Back. *initio*.

53) Cod. Bav. *causa*.
54) Pez. *cuiusquam*; Back. *cuiusque*.
55) *Etsi enim* etc. Pez. non dedit.
56) Pez. *sed tamen*.
57) Cod. Mon. et cod. 19. *contra*.
58) Pez. *pronuntiari posset*.
59) Back. *notum*.
60) Back. *nunc*.
61) Pro *certum est* etc. Pez. tantum dedit: *quia polygamia est res non omnino inusitata*.
62) Back. *debet*.
63) *rex* cod. Bav. et Back. non habent.

ritas dispensationem vel propter conscientiae periculum, vel propter regni periculum. Liberat enim regem [64]) necessitas, si propter conscientiam habet opus et altera coniuge, iuxta regulam: *magis obediendum est Deo quam hominibus.* Nec pontifex habet hanc potestatem iure divino, sed, ut supra dictum est, quodam consensu multarum nationum. Non igitur debet abuti hoc beneficio concesso sibi a regibus contra regnorum utilitates [65]). Imo [66]) sicut rex habet summam auctoritatem legum condendarum et dispensandarum in suo regno, in omnibus quae sunt humani iuris, seu quae sunt politica: ita penes regem est etiam huius legis moderatio, quia est res politica et vere [67]) iuris positivi humani [68]), etsi Papa ad se revocat, qua ex re [69]) fit opinio, quasi iure divino prohiberetur [70]) polygamia. Cum autem haec prohibitio sit simpliciter humani iuris et politica [71]), nihil ad Evangelium, quod attinet [72]) doctrinam de vita spirituali et aeterna in cordibus piorum, pertinens [73]); et si Papa tanquam magistratus profanus in his rebus ius dicat [74]): satis est ab eo petere dispensationem. Et hanc propter caritatem debet concedere. Quod si non volet, potest rex praeferre necessitatem regni, et suae conscientiae voluntati pontificis, et uti suo iure. XXIII. Augusti [75]).

No. 1001.

De divortio Henrici VIII.

Ex Gilberti Burnetii histor. de reform. eccles. Anglicanae lib. II. Docum. no. 36. unde idem scriptum transcripsit in historiam Lutheranismi Seckendorfius l. III. p. 112. — Burnetus refert ad annum 1530., Seckend. ad annum 1536. Vid. Burnet hist. III. p. 80. Titulus inscriptionis Burneti hist. sic:

Iudicium Theologorum Lutheranorum de Regis Matrimonio, ex ms. R. Smithii, Londini.

(Videtur esse pars epistolae theologorum ad Regem, in qua summam sententiae suae exposuerunt.)

Ex hac collatione, in qua audivimus argumenta de controversia divortii Serenissimi et Illustriss. Regis Angliae, Franciae etc., proposita et diligenter agitata a Rever. Dom. D. *Eduardo* *) Herford. Episcopo, D. *Nicolao* Archidiacono **), et D. D. *Barnes*, intelleximus, Serenissimum Regem maximis et gravissimis causis adductum superatum et conclusum esse, ut in hoc negotio matrimonii sui faceret quod fecit. Nam hoc manifestum est, et negare nemo potest, quod lex tradita Levit. XVIII. et 20. prohibet ducere fratris uxorem etc., sed divina, naturalis et moralis lex est intelligenda tam de vivi quam de mortui fratris uxore, et quod contra hanc legem nulla contraria lex fieri aut constitui possit, sicut et tota ecclesia semper hanc legem retinuit et iudicavit, huiusmodi nuptias incestas esse, sicut testantur synodorum decreta, et sanctissimorum patrum clarissimae sententiae, et has nuptias prohibent et vocant incestas etiam iura civilia.

Proinde et nos sentimus, hanc legem de non ducenda uxore fratris in omnibus ecclesiis servandam esse veluti divinam, naturalem et moralem legem, nec in nostris ecclesiis vellemus dispensare aut permittere, praesertim ante factum, ut eiusmodi nuptiae contraherentur: et hanc doctrinam possumus et volumus, Deo volente, facile defendere.

Caeterum, quantum ad divortium pertinet, nondum sumus plane persuasi, ut sententiam nostram ferre possumus, an post contractum matrimonium in hoc casu Serenissimi Regis debuerit fieri divortium. Rogamus igitur Serenissimum regem, ut aequo animo ferat, differri sententiam nostram in hac re, donec erimus certiores.

†) Ex Act. Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 42. Franc. Burchardi manu scriptum et ad Electorem Saxon. missum.

(Idem iudicium germanice, sed ab exemplari latino aliquantum diversum.)

Aus dieser Unterrede, darinnen wir gehört haben die Argument und Ursachen, belangend die Ehescheidung des

64) Cod. B. et Back. regni.
65) Cod. B. utilitatem.
66) Cod. Bav. imo.
67) Cod. Bav. et Back. mere.
68) Finitur hic scriptum apud Pezelium, qui addidit: caetera desiderantur.
69) Back. addit: imperitis ad tuendam ignorantiam.
70) Back. prohiberetur.
71) Back. politicae.
72) Cod. Bav. et Back. continet.
73) Back. pertinens posuit post: Evangelium.
74) ius dicat] Back. iudicat.
75) Cod. Bav. addit: anno 1530. Back. addidit: die XXVIII. Aug. 1531. — Cod. Mon. nullum habet annum. Melanthonem haec anno 1531. scripsisse certum est. Vid. Lutheri scriptum de eadem re, d. 3. Septbr. 1531.

*) Ed. Fox.
**) Nic. Heltus.

Durchl. Königs zu Engeland, welche mit allem Fleiß vorgebracht und disputirt sind durch den hochwürdigen Herrn Bischoff zu Herford aus Engeland, und den Herrn D. *Nicolaum*, Archidiaconum, und Herr Doct. Barnes, haben wir vernommen, daß Königl. Würde aus Engeland aus großen und trefflichen Ursachen bewegt, überwunden und beschlossen ist, in diesem Handel der neuen Ehe dasjenige vorzunehmen, welches sie gethan hat.

Denn das ist offenbar und kann es niemand läugnen, daß das Gesetz Mosis Levit. 18. und 20., welches verbeut, daß niemand seines Bruders Weib zur Ehe nehmen soll, ist ein göttlich, natürlich und sittlich Gesetz, und beide, von dem lebendigen und verstorbenen Bruders Weibe, zu verstehen, und daß wider dieses Gesetz kein widerwärtiges Gesetz möge gemacht oder aufgerichtet werden, wie auch die ganze christliche Kirche allezeit das Gesetz behalten hat, und solche verbothene Ehe für Blutschande gehalten, wie da beweisen die Decreta der Concilien und klare Sprüche in den heiligen Patribus. Darum auch die Kaiserlichen Rechte solche Ehe verbiethen und heißen's Blutschande.

Demnach so halten wir, daß das Gesetz, darinnen verbothen, seines Bruders Weib zu nehmen, in der ganzen christlichen Kirchen zu erhalten sey, als ein göttlich, natürlich und sittlich Gesetz, also daß wir nicht wollten in unsern Kirchen dispensiren oder erlauben, sonderlich vor vollzogner Ehe, daß man solche Heirath machen soll. Und diese Lehre können und wollen wir, ob Gott will, leichtlich vertheidigen.

Aber was des Königs Ehescheidung anlanget, bewegen uns gedachte Ursachen noch nicht genugsam, zu schließen, daß nach vollzogner Ehe der König habe diese Ehescheidung sollen machen. Derohalben bitten wir, Königl. Würde wolle uns gnädiglich zu gute halten, daß wir mit unserm Urtheil verziehen, bis wir uns davon entschließen. Denn wiewohl wir mit den Herren Legaten dessen einträchtig sind, daß das Gesetz von des Bruders Weib, wie gesagt ist, zu erhalten (sey), gleichwohl sind wir darinnen streitig geblieben, daß die Legaten halten, es leide Dispensation, wir aber halten, es leide keine Dispensation. Denn es kann uns nicht höher verbinden, denn die Juden. So nun das Gesetz eine Dispensation leidet, so ist das Band der Ehe stärker denn das andre Gesetz von des Bruders Weibe.

No. 1002.

Sim. Grynaeo.

Liber [illegible] de Sacro Busto [illegible] edi-tione Ph. Melanth. Witebergae 1531. 8. [illegible] Ioannis de Sacro Busto libellus de sphaera. Accessit eiusdem auctoris computus Ecclesiasticus, cum praef. Ph. Mel. (In fine:) Vitebergae, apud Io. Cratonem, anno M.D.L. 8. — Ex hac editione hausimus praefationem, quae etiam legitur in Mel. Declamat. T. II. p. [illegible]

Philippus Melanthon Simoni Grynaeo, viro doctissimo et amico veteri, S. D.

Cum in omnibus artibus prosit initio brevia quaedam elementa tradere ad praeparandos studiosos ad interiorem doctrinam, maxima profecto debetur gratia viris optimis et eruditissimis, qui harum pulcherrimarum disciplinarum (videlicet Astronomiae et Cosmographiae) isagogas nobis conscripserunt, qui quidem non solum propter ipsarum artium dignitatem, sed magis etiam propter rei difficultatem laudari merentur. Magni enim negotii fuit, magnae prudentiae, ex tanta tamque multiplici rerum copia eligere ea, quae maxime in aditu ac vestibulo profutura essent. Hanc ob causam semper amavi mirifice libellum *Ioannis de Sacro Busto*, qui mihi videtur elementa in hoc genere complexus aptissime, ac plurimos vidisse in gymnasiis homines doctissimos iudico, qui magno consensu praetulerunt hunc libellum aliis eiusdem generis, et extare in omnibus scholis et in omnium manibus versari voluerunt. *Victurus genium debet habere liber*, inquit Martialis. Sed talis genius non contingit operibus, quae nullam habent utilitatis commendationem. Cum autem hic libellus tot seculis in omnibus scholis, in tanta varietate iudiciorum, genios habuerit propitios, necesse est eum rebus optimis refertum esse. Videmus enim paucissima scripta vetustatem ferre, praesertim in scholis, ubi morosissime iudicari solet. At hic libellus multis iam seculis maxima cum approbatione doctorum omnium legitur. Quare et nos curemus eum per manus acceptum a maioribus tradere posteris, et tanquam opus publicum communibus studiis conservemus, atque in scholis aditum iuvenibus ad pulcherrimas artes, quarum elementa tradit, ostendat. Nam si existimamus, illarum artium cognitionem utilem in vita esse, magnopere nobis haec monumenta conservanda sunt, quae aditum ad eas patefaciunt.

Quis est autem tam ferreus, tam sine sensu ullo, ut non aliquando suspiciens coelum, et pul-

clarissima, in eo lumina intuens, admiretur tam varias vices, quae motibus conficiuntur, nec cupiat quasi vestigia illorum motuum, videlicet certam rationem divinitus ostensam, cognoscere? Neque enim res tam variae, tamque procul positae, aut inquisitae essent, aut acie ingenii humani perspectae, nisi Deus studia quorundam summorum virorum et excitasset et provexisset. Itaque cum ducat homines natura ad has artes, prorsus humana mente carere iudicandi sunt, qui pulchritudine illarum rerum et cognitionis suavitate nihil afficiuntur. Ac praeclare Plato ait, Astronomiae causa oculos hominibus datos esse. Volebat enim significare, in omnibus corporibus nihil esse pulchrius, quam illa coelestia lumina, et homines natura ad hanc pulchritudinem fruendam praecipue rapi. Ac mihi quidem oculi ipsi cognationem vel maximam cum sideribus habere videntur. Ut enim in mundo lucet sol, ita et in homine, quem nonnulli propter plurimas similitudines *μικρὸν κόσμον* vocaverunt, sua quaedam lumina, velut sidera, condita sunt. Itaque qui cognata illa lumina fastidiunt, non considerant naturae opificium, eamque ob causam digni erant, quibus eruerentur oculi, cum his ad hanc rem uti nolint, ad quam praecipue conditi sunt; praesertim cum illa cognitio admoneat etiam nos de Deo et immortalitate nostra. Neque enim fieri potest, quin statuat humanus animus, mentem aliquam esse, quae regat et gubernet omnia, si animadverterit illos ratos cursus et leges magnorum orbium et stellarum. Nihil enim tale casu aut alia vi ulla sine mente existere aut constare potest.

Quare si Astronomia confirmat hanc de DEO opinionem in animis hominum, Plato non solum erudite, sed etiam religiose dixisse iudicandus est, astronomiae causa nobis oculos datos esse. Sunt enim certe ob hanc causam praecipue dati, ut ad quaerendam aliquam DEI notitiam duces essent. Proinde ex Philosophis soli isti, qui Astronomiam aspernati sunt, ex professo fuerunt ἄθεοι, et sublata providentia etiam immortalitatem animorum nostrorum sustulerunt: qui, si attigissent hanc doctrinam, manifesta Dei vestigia in natura deprehendissent, quibus animadversis coacti fuissent fateri, mente aliqua hanc rerum universitatem et conditam esse et gubernari. Sed si quis etiam auctoritatem requirit ex sacris literis, quae haec studia commendat, habet in Genesi testimonium gravissimum, ubi scriptum est: Erunt in signa, tempora et annos. Quomodo autem conficiet nobis sol annos, nisi observato circulo, descriptis spatiis atque intervallis cursus ac temporum? Quare coelestis illa vox hortatur nos ad observandos coelestium corporum motus. Quid commemorem utilitates publicas? Qualis futura esset hominum vita, si non haberemus descriptam temporum rationem; si non haberemus in historia aut rebus gerendis annorum numerum? Plus quam barbaries, imo belluarum vita fuerit, nullam nosse antiquitatis seriem, nullum temporum ordinem in praesentibus negotiis constituere posse. In tanta inscitia neque religio ulla, neque civilis status retineri posset.

Cum igitur et natura nos exsuscitet, et hortentur divina oracula (quanquam ille etiam naturae sensus divinus quidam afflatus et quaedam quasi Dei vox est) et magnitudo utilitatum invitet ad hanc doctrinam, diligenter eam colere studiosi adolescentes debent. Atque in hac re patriae laudibus etiam moveri eos convenit; quia haec doctrina, cum aliquot seculis sine honore iacuisset, nuper in Germania refloruit, restituta a duobus summis viris *Purbachio* et *Regiomontano*, quorum alter ex Norico, alter ex Francis vicinis ortus est. Hos heroas singulari quadam vi divinitus ad has artes illustrandas excitatos esse, res testatur ipsa. Quando enim tantum lumen habuerunt, postquam haec studia in Aegypto exstincta sunt? Nam etsi Arabes desertam a Graecis possessionem magna vi invaserunt, adeo ut has artes in occidentem et Hispaniam usque propagaverint: tamen eorum scripta ostendunt, curiosam nationem non tam elaborasse in observandis motibus, quam in divinationibus, quarum adeo cupidi fuerunt, ut non contenti Ptolemaei Astrologia, quae pars quaedam Physices existimari potest, sortes etiam et alia multa praedictionum genera *ἀναπολόγητα* commenti sint.

At nostri illi contulerunt omne studium ad praecipuam doctrinae partem: obscurissimas demonstrationes Ptolemaei eruerunt et patefecerunt, et, ut transmitteretur ars ad posteros, instruxerunt nos non unius generis commentariis. Veteres laudant Archytae columbam et varia Archimedis opera: at longe admirabilius opus est brevis ille libellus *Theoricarum Prubachii*, qui summam longissimi operis Ptolemaei complexus positus orbium subiicit oculis. Quid dicam de reliquis monumentis, de integra epitome, de tabulis,

in quibus, ut absolverent artem, eorum praeceptorum ostenderunt.

Hactenus igitur huius doctrinae laus penes nostros homines fuit. Nam auctores illi semina huius doctrinae sparserunt per Germaniam, non aliter ac frugum semina Triptolemus in Graecia dissipasse traditur. Quare turpissimum nobis fuerit, tam honestam possessionem optimarum rerum amittere.

Sed sunt nonnulli Epicurei Theologi, qui totum hoc doctrinae genus irrident, nec solum praedictionibus fidem detrahunt, sed etiam vituperant motuum cognitionem; quos sinamus una cum Epicuro ineptire. Sunt enim eiusmodi, ut magis opus habeant medicis, quam Geometris. Est enim manifestum insaniae genus, aspernari motuum cognitionem, quae habet eruditissimas et firmissimas rationes: ut maxime alteram illam partem divinatricem omittamus: quanquam mihi neque Picus, neque quisquam alius persuaserit, sidera nullos habere effectus in elementis et in animantium corporibus, praeterea nullas significationes in hac inferiore natura. Nam experientia ostendit, ardentium stellarum congressus vere haec corpora et siccitates afferre, rursus etiam congressus humentium siderum augere humores. Deinde varie mixta lumina, variasque temperatae qualitates, ut in pharmacis res dissimillimae, aliter temperatae, alios habent effectus. Ideoque recte dixisse Aristotelem iudico, cum ait, hunc inferiorem mundum a superiore gubernari, et superiorum motus causam in inferioribus esse: et addit rationem prudentissime cogitatam: cum initium motus sit in coelo, consequi, motum coeli et reliquis causam motus esse.

Haec enim sunt eius verba, quae adscribemus, ut meminerint adolescentes tanquam oraculum: ἔστι δ᾽ ἐξ ἀνάγκης συνεχής πως οὗτος ταῖς ἄνωθεν φοραῖς, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκεῖθεν· ὅθεν γὰρ ἡ τῆς κινήσεως ἀρχὴ πᾶσιν, ἐκείνην αἰτίαν νομιστέον πρώτην. Sicut enim in his nostris corporibus vita seu primus motus, qui in corde existit, ciet motum in aliis membris: ita, cum haud dubie coeli motus primus sit, reliqua corpora incitat, ut suos quosdam motus efficiant. Neque vero quisquam recte institutus in philosophia aliter sensit unquam. Nam et medici, qui solent in materia potius, quam in coelo, rerum causas quaerere, tamen multa referunt ad siderum constitutiones: sicut ostendit libellus, qui Hippocrati adscribitur, de aëre, aquis et locis.

Atque haec non dissentiunt a Christiana doctrina, quae etsi docet nos, omnia divinitus gubernari, tamen non tollit naturales actiones ac significationes rerum: sicut in nostris corporibus apparet, quibus etsi vitam ac motum Deus impertit, tamen ea foveri ac pasci cibo, potu et aliis rebus, ad vitam tuendam conditis, iubet. Ac prudentia digna Christiano est diiudicare, quae sint communes actiones Dei et naturae, quae sint propriae Dei, supra naturam positae. Et ut de homine proprie dicamus, saepe mihi cogitanti tria videntur genera actionum in homines cadere. Notissimum est, quod a natura hominis proficiscitur, sensu ac ratione. Ad id pertinent inclinationes, quae sequuntur temperamenta qualitatum. Videmus enim dissimilitudines ingeniorum infinitas, quae profecto pariunt dissimiles actiones, quemadmodum Poeta vere significavit, cum inquit: *Naturae sequitur semina quisque suae.* Quid enim tam receptum apud medicos est, quam τὰ ἤθη καὶ τὰ πάθη corporum dispositionem imitari? Idque res loquitur ipsa, ἤθη in homine bilioso existere nulla posse, sed excitari in eo immoderatos impetus, quasi ventos, magna et vehementia πάθη, quae difficillime possit ratio regere aut flectere. Si quis autem considerabit diversas regionum naturas et diversarum gentium ingenia, quam aliam causam huius dissimilitudinis ostendere poterit, quam coeli naturam? Unde facile iudicari potest, in miscendis temperamentis corporum atque ingeniorum inter alias causas etiam luminis naturam concurrere. Neque ego nihil educationem, consuetudinem, institutionem, leges atque consilia in regendis inclinationibus istis proficere iudicio, sed haec quoque pono in hoc genere actionum, quod a natura proficiscitur.

Alterum genus est actionum, quae supra naturam existunt in homine divinitus. Hoc est enim Christianae mentis, intelligere ac sentire, divinitus homines custodiri atque gubernari. Etsi autem ita gubernat Deus, ut naturae suas partes etiam aliquo modo relinquat, tamen multa corrigit in natura, et multarum rerum eventus concedit alios, quam quales proponit natura. Neque enim Moises beneficio astrorum servatus est, cum evaderet via per mare patefacta: neque Petrus, cum per angelum e carcere educeretur, siderum beneficio liberatus est: neque Paulus ex hoste

Evangelii potestate astrorum pius factus est. Talium operum causam proprie ad Deum referendam esse, nemo non intelligit. Sicut igitur naturae vires in aliis partibus eatenus recipimus, ne regnum Christi tollant: ita suas vires lumini eatenus tribuimus, ne quid de gloria Christi detrahatur, cui cum omnia subiecta sint, iure etiam sentiendum est stellarum vires ei parere oportere. Ac bonae mentes hac sententia erigere se atque confirmare debent adversus tristes significationes, quae non raro mirabiliter animos in tanta humanae naturae imbecillitate perturbant. Atque ut alias verbum Dei anteferre nostris opinionibus debemus, ita adversus has significationes animo verbo Dei ac promissionibus divinis confirmandi sunt. Idque vulgata sententia docet, quae citatur ex Ieremia: *Nolite timere a signis coeli, quae timent gentes.* Neque enim negat Propheta signa esse: sed cum signa nominet, sentit ea res magnas atque tristes minari. Consolatur autem pios, ne ea metuant, non quia nihil significent, sed ut confidant, se divinitus inter illa pericula tegi ac servari: sicut mortem timere Christus prohibet, non quia mors non sit aspera, sed ut sciamus, nobis etiam in morte ipsum adesse Christum, ut nos servet. Erigenda igitur mens est supra universam hanc corporalem naturam, vel si fractus illabatur orbis, nec patiendum, ut verbum Dei, ut fiducia erga Deum nobis excutiatur: qua sicut muniuntur piae mentes adversus praesentia pericula, ita muniendae erunt etiam adversus inimicos astrorum significationes. Sicut igitur aliae partes Physices non laedunt religionem Christianam: ita neque Astrologia (nam hanc quoque partem Physices esse sentimus) officit pietati, si quis in loco utatur.

Ac praeter haec duo actionum genera, quae recensui, reliquum est tertium genus actionum, ad quas suscipiendas animi contra naturam a Diabolo magno motu impelluntur. Neque enim aut astris, aut aliis naturalibus causis, sed Diabolo, recte tribuentur Neronis et similium tyrannorum prodigiosae libidines atque parricidia. Itaque cum humani animi non uno tantum genere causae moveantur, consequitur, leges fatorum variis modis impediri, interdum afflatu divino, interdum institutione, interdum deliberatione, interdum etiam in deterius flecti a Diabolo. Praeclare igitur inquit Ptolemaeus: Astrologorum decreta non esse praetoria. Nam praetoris edicta populum parere cogunt. Illae vero significationes non afferunt vim hominibus, etsi non ubique sunt otiosae. Atque harum rerum exempla suppeditant historiae.

Sed haec disputatio longior est, quam ut hic explicari tota possit. Haec enim ideo commemoravi, ne adolescentes in totum damnent hunc chorum artium, propterea quod imperiti quidam irrident divinationes. Nam illa doctrina de motibus cognitionem habet gravissimam et homine dignissimam. Et si quis adhibebit iudicium, intelliget, alteram partem artis, divinatricem videlicet, perinde esse partem Physices, sicut medicorum praedictiones pars quaedam Physices esse existimantur. Neque enim illa pulcherrima corpora siderum frustra condita esse sentiendum est, praesertim cum ille ordo atque cursus summa ratione constet, adeo ut quaedam quasi politia in coelo, velut in poemate, depicta esse videatur. Sol enim, qui regnare videtur, in medio orbe vehitur, stipatus senatoribus bellatore atque oratore; habet et oeconomas, Lunam et Venerem. Nam hae praecipue dominantur in ciendis humoribus, quibus aluntur corpora. Cum autem et hic admirabilis ordo ac positus, deinde certissimae leges cursus testentur, hoc opificium summa ratione constare: non est consentaneum, astra nullas significationes, nullos effectus habere. Neque vero frustra dicunt sacrae literae: *Erunt in signa, tempora, et dies et annos.* Hic non solum inquit, annos, dierum et noctium vices, discrimina temporum, videlicet aestatis atque hiemis ab astris confici, sed addit etiam de signis. Idque interpretatur consensus omnium seculorum, quo compertum est, eclipses semper habuisse tristes eventus. Non est autem hominis bene instituti, dissentire a consensu tot seculorum.

Haec fortasse longius, quam oportuit, in hunc libellum praefatus sum: sed volui commonefacere adolescentes in ipso vestibulo harum artium, ut de hoc toto choro artium honorificentius sentiant.

Scripsi autem ad te, *Grynee* doctissime, non quod hac ratione te arbitrarer excitandum esse, qui in universa Philosophia sic excellis, ut quem tibi conferam ex nostris hominibus, habeam neminem. Sed harum artium mentio semper memoriam mihi tui renovat: cuius rei testem habes virum optimum, *Iacobum Milichium*, qui, quoniam has artes hic docet, multum de eis mecum

confabulatur: quo in sermone te quoque complecti solemus. Nemo itaque fuit, ad quem potius de his artibus scriberem quam ad te, ut intelligeres, nos cum ipsis recordationem tuae amicitiae coniungere: quanquam extant et publica quaedam monumenta tua, quae nos de tuis virtutibus et pulcherrimis studiis admonent. Habemus enim Aristotelem tuo beneficio emendatiorem ac nitidiorem, quem scis me valde mirari, amare atque colere. Sed nunc magis amo, postquam habeo in vestibulo operum eius nomen hominis amicissimi adscriptum. Utinam vero contingat mihi aliquando otium ad hunc auctorem illustrandum atque ornandum, quemadmodum tu instituisti magna cum laude, facere. Accipio enim, te libros aliquot longe felicius enarrasse, quam solebant isti, qui paulo ante hanc aetatem non nativam Aristotelis faciem, sed vix exiguam umbram nobis ostendebant, nec tradebant philosophiam, hoc est, sapienter dicendi et iudicandi scientiam, sed hanc oppresserant otiosis et inanibus argutiis, quae nihil ad iudicandum de civilibus aut aliis magnis rebus proderant. Sed haec alias. Bene vale. Witebergae, mense Augusto 1531.

No. 1003. (m. Aug.)

De pace facienda cum Episcopis.

Scriptum de pace facienda cum Episcopis, cui subscripserunt Lutherus, I. Ionas et Phil. Mel., quodque Lutherus conscripsisse videtur, quaere in opp. Lutheri, apud Walch. T. XVII. p. 2174. et apud de Wette T. IV. p. 281.

No. 1004. 9. Septb.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 171.

Viro optimo Ioachimo Camerario, amico suo summo.

S. D. Scripsi tibi nuper de negotio Erfordensi, quare oro te, ut mihi respondeas. Cometen hic iudicavimus a Cancro ad Libram usque proprio motu vectum esse. Quanquam autem in Libra nunc est Iupiter, tamen illius motus causam existimant Martis motum esse, qui nunc ab Arcto discedit. Et planetas Cometae sequuntur, ut scis.

Ecce autem *[illegible]* grammaticum, quod cupio explicari a te, et existimo posse, nota enim mihi est diligentia studii tui. Annotavi autem in carta separatim, locumque et in primis versum, qui me exercet, perscripsi. Pergratum mihi feceris, si interpretationem ostenderis, si quam deprehendisti alicubi, aut saltem coniecturas tuas scribe.

De comitiis Imperii nihil adhuc audimus. *Eberus* mihi scripsit, eas literas tibi mitto, teque asservare volo. Ego respondi me nullam habere spem pacis, postquam ipsi prorsus nihil velint remittere de suis traditionibus, de quibus quid sentiant homines, iam ostenderit exemplum *Ulmense*. Hortatus sum, ut curent potius in pace a doctis et bonis viris diiudicari dogmata, quam a vulgo inter arma, id quod futurum sit, si ipsi rem ad arma deduxerint. Tuas literas expecto. Bene vale. Postridie Natalis B. Mariae.

Φίλιππος.

No. 1005. 14. Sept.

Georgio March. Br.

Primum editum a Pezelio in den christl. Bedenken p. 1. Apographa contulimus in cod. Goth. 19. p. 57., cod. Goth. 263. p. 124. et in cod. Guelpherb. in 4to. 19. 16. p. 77. — (Latine vertit et edidit Pezel in Consil. I. p. 109.) — Vid. etiam Lutheri epistola ad Marchionem de eadem re, d. 14. Septb. 1531. Coelestinus in hist. Comit. Aug. errat, putans Melanthonem haec in comitiis August. anno 1530. scripsisse. Walchius, Coelestinum secutus, eandem epist. in opp. Luth. T. XVI. p. 1192. retulit ad ann. 1530., et eam ex latino Coelestini textu germanicam fecit.

An Markgraf Georg zu Brandenburg.

Ob die Privatmesse wiederum anzurichten, damit das Volk die Kirche desto fleißiger besuche. (Inscript. apud Pezel.)

Durchleuchtigster, Hochgeborner Fürst, gnädigster Herr. Ew. Fürstl. Gnaden sind meine arme willige Dienst allezeit zuvoran bereit. Gnädiger Herr. (Auf) Ew. F. Gn. Frage [1]), ob auch [2]) die Messen, dabei nicht [3]) Communicanten sind, wiederum anzurichten seyen, das Volk damit in die [4]) Kirchen zu bringen, ist das meine unterthänige Antwort, daß man die Messen,

1) Pez. fragt.
2) auch addunt codd.
3) Pez. dabei keine.
4) Cod. Guelph. zu der.

durch solchen Glauben Gott gefallen um Christi willen, und gerecht sind.

Dieser Artikel ist euch und allen Christen noth zu wissen, zu bekennen, und helfen zu erhalten, und belanget die Erkenntniß Christi und Ehre, darum der Spruch dahin gehört: **Wer mich bekennet, will ich wieder bekennen.** Darum, so man darob leiden soll, soll das Gewissen getrost und fröhlich seyn, und wissen, daß es von wegen der Ehre Gottes leidet, und daß die Sache nöthig und nicht geringschätzig sey. Denn so Vergebung der Sünde nicht aus Gnaden um Christus willen gegeben würde, so hätte kein Mensch keinen gewissen Trost, und müßten alle Leute verzagen und verzweifeln, so Vergebung der Sünde auf unserm Verdienst stünde.

Der **andere** Artikel, so auch belanget alle Christen zugleich, das noth ist, zu wissen und zu bekennen, daß traditiones humanae, das ist menschliche Satzung, nicht Werk und Gottesdienst seyen, damit man Vergebung der Sünde verdiene, sondern daß es äußerliche Policey sey, an welcher dennoch christlich Wesen seyn kann.

Der **dritte**, daß die Messe der Meinung gehalten, als sey es ein Werk, das andern, (sie seyen) todt oder lebendig, Gnade und Vergebung der Sünde verdiene, nicht recht und dem Glauben entgegen sey.

Der **vierte**, daß der Heiligen Anrufung nütze oder noth, ist auch nicht wahr. Darüber ist das gewiß, daß vertrauen auf Heiligenverdienst ist Christo seine Ehre rauben.

So nun jemand euch diese Artikel verbiethet zu halten oder zu hören, item euch auflegen will, zu willigen, dieselbigen auch zu wehren; darein könnt ihr nicht willigen. Und dieweil es Sachen sind, die noth und nützlich ganzer Christenheit sind, seyd ihr schuldig, darob Leib und Gut zuzusetzen. Ja es soll einem jeden eitel Freude seyn, um solcher Gewissenssachen willen Gottes Ehre ohne Mittel belangende, zu leiden.

Ueber diese Artikel sind nun etliche, als Priesterehe, und Closter verlassen. Wiewohl nun diese zum Theil aus den vorigen folgen, dennoch ist ein Unterschied dazwischen. Denn die Priesterehe und Closter verlassen mag dafür gehalten werden, daß es Sachen sind, die eure Person nicht belangen, sondern daß ein jeder, den es betrifft, gedenke, wie er es verantworten wolle. Dennoch, so ihr schon nicht vertheidigen wollt, sollt ihr euch auch nicht Richter machen. Derohalben könnt ihr nicht willigen, dieselben zu verbiethen, oder zu verfolgen. Vielweniger könnt ihr willigen, die Artikel zu verbiethen oder zu verfolgen, so ihr sie auch für recht haltet. Denn es soll niemand wider sein eigen Gewissen handeln. So stehet geschrieben: **was ihr dem geringsten thut aus den Meinen, das habt ihr mir gethan.** Wenn aber E. H. auch eure Güther dermassen einthun wollten, daß eure Person nicht beschwert würde des Glaubens halber, und nun der Herr (sich) selbst vorbehalten wollte, Kirchen zu bestellen, und darob zu halten ohne euer Zuthun, darin wäret ihr entschuldiget, und möget eure Güther also haben. Denn so euch euer Herr sonst des Jahres so viel Geldes schenkt, mögt ihr solches annehmen.

Dieß hab ich euch zu kurzem Unterricht gestellet, und stehet die Sache vornehmlich darauf, daß ihr bei euch schließet, daß die Hauptsache recht und nöthig sey, und bedenket, welches die Hauptpunkte sind. Denn so ihr damit bedacht seyd, werdet ihr euch wohl wissen zu halten, auch genugsamen Trost haben. Denn so einer bei sich beschlossen hat, daß die Sache nöthig, und gewisser Gottesbefehl sey, ihnen in zufällige Aergerniß oder Sachen nicht groß wäre verzagt in Leiden [b]), der verzagt gewißlich derhalben, daß er noch eine Beisorge hat, die Sache sey baufällig, oder betreffe ihn nicht.

Erbiethe mich hiermit zu weiterem Unterricht, so viel ich vermöge.

b) Descripsi accurate ut Kappius edidit, sed fateor, me sensum horum verborum non perspicere.

nützlichsten Händel[36]) als de iustificatione, und de poenitentia und de Missa gehandelt habe. Bitte, E. F. G. wolle sie gnädiglich annehmen, und befehle mich E. F. G. unterthäniglich. Gott bewahre E. F. G. allezeit. Datum Wittenberg auf[37]) exaltationis crucis, 1531.

E. F. G.
unterthäniger
Philippus Melanthon.

No. 1006. 20. Sept.

Guil. Reiffenstein.

Edita in Manlii farrag. p. 286. — Apographa in cod. Bav. II. p. 812. Cod. Goth. 401. p. 103 b.

Guilielmo[1]) *Reiffenstein, quaestori comitis Stolbergensis,*

S. D. Cum Martinus noster[2]) profecturus esset istuc, dedi ei duo exemplaria[3]) Rhetorices, exhibenda tibi et filiis tuis, quibus dedicavi, teque rogo, ut exiguum munus boni consulas. Nondum perpolivi[4]) hos libellos dialecticos et rhetoricos; impedior enim maximis et miseris negotiis, ut scis. Si quid tamen contigerit[5]) otii, brevi utrosque recudi curabo, ita ut non multum desideraturi sint homines docti. Certe ad iudicandum spero hos libellos nunc quoque[6]) plurimum conducere. Sed iudicium tibi, viro doctissimo et prudentissimo, relinquo[7]). Scripsissem filiis, nisi, cum haec scriberem, miserrimis et acerbissimis doloribus fuissem oppressus. Amabo te si quid afferes Francofordia de cometa[8]), aut aliis rebus, quarum me cupidum esse scis, per *Martinum* significes. Nam etsi Lipsiam proficisci cupio, tamen vereor, ut mihi permittant χαλκόγραφοι[9]), qui adhuc cudunt Germanicam Apologiam, in qua emendanda nonnihil habeo negotii. Vale, 26. Septembris[10]).

36) Pez. die nützliche Sachen.
37) Pez. die.
1) Manl. *Chiliano*, mendose.
2) Martinus Faber, Stolbergensis.
3) Cod. Bav. *exempla*.
4) Cod. B. *perduxi*.
5) Cod. B. *contingat*.
6) Cod. B. *quam*.
7) Cod. B. *permitto*.
8) Manlius: *afferes de Francofordia*, praetermissis: *de cometa*.
9) Cod. B. τυπόγραφοι.
10) Diem tantum habet c. Bav.

No. 1007. (Sept.)

Eiusdem filiis.

Epist. nuncupatoria praemissa libro Melanthonis: Elementorum Rhetorices libri II. Witeb. apud Georg. Rhau. 1531. 8. — Item Lips. 1558. 8. ex qua editione epistolam descripsit Lunaeus. Eadem habetur in opp. Mel. Basil. T. V. p. 238., quam contuli. Editionem anni 1531. videre non potui.

Philippus Melanchthon studiosis adolescentibus, Alberto et Ioanni Reiffenstein, Guilelmi filiis, S. D.

Cum ante biennium Dialecticen ediderim, eamque viro optimo, patri vestro dedicaverim, ut vobis et commilitonibus vestris, si ita videretur, discendam proponeret: cumque intellexerim, vos iam in eius artis studio feliciter versari: duxi vobis et *Rhetoricen* mittendam esse, ut cognatas artes coniungeretis, quae ita copulatae sunt et inter se devinctae, ut rectius ambae simul percipiantur, quam seorsum alterutra.

Quo consilio autem initio Dialecticen susceperim, istic praefatus sum. Non enim edidi, ut locupletiores auctores excuterem studiosis e manibus. Spero enim illa nostra elementa his, qui ad Aristotelem accessuri sunt, adiumento et, ut Graeci dicunt, πρὸ ὁδοῦ futura esse. Sed tunc in scholis necessaria praecepta et ad iudicandum utilia iacebant obruta stultissimis rixis, nihil ad rem pertinentibus. Ad haec de usu artis in bonis auctoribus legendis, aut gravibus controversiis iudicandis, nemo quidquam monebat. Denique prorsus adulterina Dialectica pro nativa tradebatur. Itaque rogatus a quibusdam ex illis immensis voluminibus elegi necessaria praecepta, quorum vis atque usus antea conspici non poterat, cum laterent in turba aliarum inutilium praeceptionum. Addidi et exempla, sumta ex optimis auctoribus, in quibus artis usus cerni posset. Haec elementa eo tempore multi probabant hoc nomine, quod diligenter de usu artis admonebant. Quare cum sperarem ea adolescentibus profutura esse, non valde repugnavi his, qui me ad editionem hortabantur. Nihil autem minus volui, quam

ab his [1]) bonis scriptoribus artis abducere iuventutem. Aristoteles profecto intelligi non potest, nisi ad eum summam artis et aliquid iudicii praeparati afferamus. Quare haec elementa non deterrent ab Aristotele, sed invitant studiosos ad eius lectionem. Extant et *Rudolphi Agricolae* libri, quos diligentissime legendos esse censeo. Nuper editi sunt libri *Ioannis Caesarei*, qui totam artem continent et ad captum primae aetatis scripti sunt. Quare optarim eos proponi adolescentibus in omnibus scholis pro iusta methodo. Certe his, qui meos libellos legunt [2]), consulo, ut adiungant *Caesareum* et *Rodolphum:* quod qui fecerit, mihi quidem absolvisse artem videbitur, ac perfectus artifex erit, si vel scribendo vel disputando usum artis sibi fecerit. Haec iterum hoc loco praefari volui, non solum ut rationem mei consilii, cum hoc totum doctrinae genus mutasse videri queam, exponerem, sed etiam ut admonerem studiosos, quomodo absolvere hoc studium debeant.

Quod autem edidi *Rhetoricos* libellos, longe aliae causae fuerunt. Non enim possum huius artis scriptores accusare, quemadmodum vituperavi vulgus Dialecticorum. Nulli enim extant auctores nisi optimi, Cicero et Quintilianus, qui quidem in hoc genere adeo excellunt, ut longe Graecos omnes, quorum vidimus scripta, vicerint. Et Cicero varia opera reliquit, quorum quaedam ad puerilem captum scripta [3]) proponi adolescentibus possunt, ut praeparent eos ad alios libros, qui graviora praecepta continent: quare non est, cur desiderentur scripta recentium. Verum nos initio edidimus Rhetoricen, ut cognationem eius cum Dialectica ostenderemus. Neque enim intelligi Dialectica, nisi ad Rhetoricen collata, potest. Et hos meos libellos spero profuturos his, qui postea legent Ciceronem et Quintilianum. Quaedam enim illorum praecepta explicamus, et exempla addimus, sumta ex praesentibus negotiis, ex quibus facilius intelliguntur praecepta, quam ex istorum exemplis, quae sunt ab usu nostro remota. Haec consilii nostri ratio initio fuit. Quamquam autem ipsa praecepta Rhetorices levia et perquam puerilia videntur, tamen hoc sibi persuadeant adolescentes, et ad iudicandum, et ad maximas causas explicandas prorsus ea necessaria esse. Quare etiam adhortandi sunt, ne his nostris libellis immorentur, sed cognitis his elementis Ciceronem et Quintilianum legant, nec degustent obiter, sed diu multumque legant auctores illos, non solum ad eloquentiam, sed etiam ad sapientiam profuturos, et discant ex eis eloquentiam metiri magnitudine sua. Videmus enim vulgo quosdam sciolos esse, qui somniant se in arce eloquentiae sedere, postquam didicerunt epistolium scribere octo aut decem versuum, in quo duo aut tria insint hemistichia, aut proverbia, quasi emblemata. Haec opinio iuvenibus eximenda est, et ostendendum, quibus in rebus eloquentia dominetur; quod videlicet necessaria sit ad maximas ac difficillimas causas omnes, in hac tota civili consuetudine vitae explicandas, ad retinendas religiones, ad interpretandas et defendendas leges, ad exercenda iudicia, ad consilium dandum reipublicae in maximis periculis. Diligenter et hoc monendi sunt studiosi, rem unam esse omnium humanorum operum longe difficillimam, bene dicere. Etenim qui magnitudinem eloquentiae et rei difficultatem considerabit, intelliget, expetenti hanc laudem, acerrimum studium omnium maximarum artium adhibendum esse, et statuet, ad magnarum et difficilium causarum tractationem in ecclesia et republica non tantum hos Rhetoricos libellos, sed perfectam doctrinam, et magnam facultatem, longam exercitationem domesticam et acerrimum iudicium afferendum esse. Has opiniones prodest inserere animis iuvenum. Efficiunt enim, ut honorificentius de maximis artibus sentiant, quod multum referre existimo, et acuunt discendi curam et diu detinent eos in studiis, ne ante tempus et imparati accedant ad rempublicam. Porro haec et similia saepissime monet ipse Cicero in Oratoriis libris. Quamobrem et paulo ante diximus, eos non solum ad eloquentiam, sed etiam ad sapientiam profuturos esse. Itaque hoc praecipue efficere cupimus his nostris libellis, ut praeparemus adolescentes ad illorum optimorum librorum lectionem. Vobis autem dedicare constitui, quoniam Dialecticen antea vobis misi, ut hoc ipso exemplo admonerem studiosos, has artes coniungendas esse, nec alteram sine altera perfecte cognosci posse. Ac prius illud munus imperfectum videri poterat, nisi Rhetorica accessisset. Cum autem me semel vobis obligassem promissa Dialectica, verebar, ne vobis satisfactum esset, nisi munus integrum haberetis. Precor autem, ut Christus studia vestra gubernet et fortunet. Bene valete.

1) Text. Basil. *aliis* pro *his*.
2) Text. Bas. mendose: *iungunt*.
3) Text. Bas. addit: *sunt*.

No. 1008. 29. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 178.

Viro optimo Ioachimo Camerario, Bambergensi,

S. D. Reddidit mihi tuas literas gravissime scriptas discipulus tuus, de quibus, quoniam nunc non vacabat multa scribere, breviter respondebo. Ego si recte calleo senum tuorum hominum, ita existimo, haud iniquo animo illos laturos, non enim dicam, quod quosdam suspicari animadverto, etiam beneficii loco ducturos esse discessum vestrum. Quare non est, quod arbitreris te aliqua officii ratione alligari. Invidiae velim te, si queam, eripere, etsi profecto illi urbi optime volo, quam etiam hoc nomine magis amo, quia tibi non ingratam sedem atque hospitium aliquamdiu praebuit. Sed ego ita ratiocinor, neque illos cupere vos retinere, neque ut nunc cupiant, diu vos ibi esse posse, aut futuram ibi frequentem scholam. Postremo alibi melius de studiis publicis mereri poteris. Accedit et τὸ καλόν, honestius est artem factitare in illa frequentia Publicorum Gymnasiorum, quam ut spero restituetis. Sunt alia multa, quae me movent, quae nisi arbitrarer tibi homini prudentissimo atque omnium momenta officiorum perpendenti, venire in mentem, scriberem longius. Sed potes tu quoque pertentare istic quorundam animos, quid iudicaturi sint, nisi habes exploratos animos istorum, quorum iudicia plurimum ibi valent. Doctor *Hieronymus* iussit, ut mihi significetis de stipendiis, quanta mercede istinc abstrahi possitis. Ita pollicetur, se non defuturum negotio. Nosti autem ingenia eius urbis, et stipendiorum modum in scholis publicis. Itaque optarim vos civiliter petere. Nam ego ita sentio, etiam mediocri mercede honestius vos in tali loco victuros esse. Scribam et *Othoni*, sed quam maxime potero ἀστείως.

De versiculo graeco*) habeo tibi gratiam, suspicabar enim κομήτην ibi *comatalum* esse, sed movebat me Suidas, qui in astro recenset versum. *Livio* ita respondi, ut non sperem eos epistolam edituros esse. Confero enim in *Campegium* culpam, quod non coierit concordia, et recito quosdam illius sermones, neque metuo iam odia istorum; nihil enim expecto ab eis pacati. Videoque tantum a Deo expetendam esse mediocrem καταστροφὴν harum rerum. Quod Caesar petit, ut Papa conditiones accipiat, non impetrabit, ab quo magis videas pertinax in Pontifice ingenium esse, mitto tibi eius genesin.

Milichio puerum, quem huc misisti, commendavi, neque enim puto quenquam magis idoneum esse praeceptorem hic istis, qui iam aliquo usque in literis progressi exercendi sunt etiam in philosophiae rudimentis. Et est vir ingenio sedato et humano.

De Cometarum motu proprio nihil ambigo, quin sequantur stellas, neque id tantum de illis intelligo, quos sub certis stellis velut ἅλως fieri scribit Aristoteles, sed de hac re alias. Nuntius enim properabat, ita ut *Eobano* scribere non liceret, cui dicas meis verbis salutem, et summa fide me acturum esse negotium. De *Erasmi* floridis epistolis alias. Mitto tibi huius anni προγνωστικὸν scriptum a *Carione*, teque rogo, mihi ut vicissim huius generis mittas quaecunque digna lectione putabis. Bene vale. III. Cal. Octobris.

Φίλιππος.

*) [illegible] κομήτης. C. W.

No. 1009. 29. Sept.

Frid. Myconio.

Edita a *Snegassio*, ep. 49.

D. *Friderico Myconio*

S. D. Redit ad vos Hypodidascalus, quem tibi commendo et tuendum et regendum, ac spero, eum in tua potestate futurum esse. Mitto tibi *Rhetoricen* a me hac aestate obiter recognitam, quae etsi non est perpolita, tamen potest acuere studiosorum iudicia. Novi nihil habemus nunc, nisi quod is *Cometes*, quem in Germania conspeximus*), visus est et in Galliis et Italia. *Romae* etiam alia quaedam prodigia conspecta esse narrantur. Tenebrae toto triduo densissimae fuerunt, quae haud dubie significant tenebras Romanae ac pontificiae doctrinae iam ruentis, sed ita ut periculum sit, successuras esse alias tenebras tristiores,

*) Sleidan. lib. VIII. p. 221. ad ann. 1531.: „Per totum fere mensem Augustum visus fuerat cometa." Est ille, cuius cursum et reditum postea definivit Halley, qui rediit anno 1835. mense Augusto et sqq.

quales praecedere extremum diem oportet. Quaeso te cum primum poteris, ut mihi scribas. De Comitiis nihil certi adhuc habemus. Bene vale. Die Michaelis.

Φίλιππος.

No. 1010. 30. Septb.

Io. Brentio.

Epistol. lib. VI. p. 379. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 349.

D. Ioanni Brentio, suo amico,

S. D. De meritis Christi longe aliter se habet res. Alii sancti habent peccatum, quod impedit perfectionem operum, etiamsi plura sunt; Christus perfecte implet legem, etiamsi opera haberet pauciora. Ideo necesse est meritum Christi maius esse. Sunt et alia dissimilia. Quare illa tua obiectio non tollit merita Sanctorum. Tu subtiliter et procul ex praedestinatione colligis cuilibet suum gradum distributum esse, et recte ratiocinaris. Sed ego in tota Apologia fugi illam longam et inexplicabilem disputationem de praedestinatione. Ubique sic loquor, quasi praedestinatio sequatur nostram fidem et opera. Ac facio hoc certo consilio: non enim volo conscientias perturbare illis inexplicabilibus labyrinthis. Ideo ita constituo, homines acceptos esse propter Christum, fide, hoc est autem, esse iustos. Deinde accedit legis impletio, quae habet sua praemia. Iustitia autem, hoc est acceptatio simul habet vitam aeternam, quare[1]) fides sola vivificat, cum pacificat cor. haec sunt plana et facilia intellectu, quae utrum tibi satisfaciant, velim te quam primum mihi significare. Scribam enim prolixius alias, si voles. Nunc eram occupatior, quam ut multa scribere possem. Hoc te oro, ut mihi mittas prognostica cui Astrologi Hallensis, item[2]) Hasfurdi, de anno 1532.[3]), et de Cometa; gratius hac re mihi nihil facere potes; mittes autem *Ioachimo*. Bene vale, postridie Michaelis.

Φίλιππος.

1) Spanh. male: et.

2) Spanh. mendose; *etiam*.

3) Spanh. ex errore: 1537.

No. 1011. (Septb.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 177.

Viro optimo Ioachimo Camerario, amico suo summo,

S. D. Vetus translatio Centiloquii, quae facit mentionem duodecim signorum in illa sententia, quam recitas, haud dubie mendosa est. *Pontanus* recte legit, et prudenter interpretatur. Solent enim numerari signa, ut ita dicam, non qua proxime acceditur ad Solem, sed qua longissimum est iter. Idque quare fiat, ex positu Solis aut Cometae existimare potes. Nam ab eo quod conspicitur numerant, dum ad alterum redeant. Itur igitur per totum coelum. Caeterum hoc scis, non posse conspici Cometen si sit ὕπαυγος, vel ut nunc dicunt, sub radiis. Ideo necesse est eum distare ut minimum uno signo a sole. Hanc distantiam longiore itinere euntes, dicunt esse undecim signorum. Mitto tibi et *Milichii* scholion de ea re. Bene vale. Tuas literas expecto. Ante Nundinas Lipsicas.

Φίλιππος.

No. 1012. 15. Oct.

Ioh. Marcello.

Manlii farrag. p. 356. Apographa in cod. Bav. II. p. 801., cod. Goth. 19. p. 16., cod. Goth. 401. p. 93 b. et cod. Basil. 39.

Optimo iuveni Marcello, docenti filios Guilielmi Reiffenstein[1]).

S. D. Nullam volo te, mi *Marcelle*, aliam causam suspicari tam diuturni silentii mei, nisi[2]) occupationes meas, quae tibi non sunt ignotae[3]). Semper enim amavi fidem, gravitatem, et singularem in studiis diligentiam tuam. Has virtutes non possum non amare, si modo putas me non[4]) alienum esse ab humanitate. Nihil igitur est quod de mea erga te voluntate dubites.

Hic iuvenis rogavit, ut se tibi commendarem, et meo iudicio dignus est, quem amplectaris. Ha-

1) Sic inscribitur in c. Bav. —. Manl. *Marcello Regio*; cod. Bas. *Iohanni Marcello*.

2) *quam*, Manl. et c. 401.

3) *sunt notae*, Manl. et cod. 19. et 401.

4) Manl. *non putas me*.

aus vielen gewählet von wegen seiner Lehre und guten Sitten, und für tüchtig geachtet vor andern eine Schul zu regiren. So hat er vor dieser Zeit auch Schulen regirt, und viel guter Schüler gemacht, so mit bekannt ist; auch hat er sonderliche Gabe, die zuvörderst in einem Schulmeister zu suchen ist, daß er eine gute reine Pronunciatio und Rede hat. Derhalben bitt ich euch, ihr wollet ihn euch, als die verständigen, und die selbst zum höchsten geneigt sind Lahr und Tugend zu fördern, freundlich lassen befohlen seyn. Dagegen hab ich nit Zweifel, er werde sich aller Gebühr wissen zu halten, und womit ich noch dienen kann mit meinem geringen Vermögen, will ich das allzeit zu thun geflissen seyn. Gott bewahr euch allezeit. Datum Witeberg Mitwochs nach Purificationis S. Mariae Virg. anno 1532.

Ew. williger

Philippus Melanthon.

No. 1034. **25. Febr.**

I. Ionae.

Lib. V. epist. p. 1.

Iusto Ionae

S. D. Gratiam habeo tibi maximam, quod de vestris rebus tam amanter ac toties scribis, atque ut facere pergas, te etiam atque etiam oro. Nihil enim potes hoc quidem tempore facere aut mihi aut aliis tuis amicis, quos hic habes, iucundius. Quanquam spero vos brevi redituros esse. Iussi tabellarium et a tuis flagitare literas, quas tibi reddet, ubi cognosces, domi meae omnia salva esse. Novi nihil habemus, etsi hoc ipso momento accepi a *Ioachimo* literas et a *Brentio*. Sed in utrisque nihil est, nisi de adventu Caesaris. *Ioachimus* etiam significat, omnino se magnam timere *μεταβολὴν τῆς καταστάσεως ἐκκλησιαστικῆς ἐν τῇ πόλει* *). Mundus iam fastidit hoc doctrinae genus, quare non potest fieri, quin horribilis aliqua calamitas impendeat. Christus respiciat et servet nos. Bene ac feliciter vale, et rescribe. Die Reminiscere. (1532.)

Philippus.

*) De discordiis internis illo tempore in Ecclesia Norinberg. vid. etiam Lutheri ep. ad Linckium d. 8. Ian. 1532.

No. 1035. **(ineunte Mart.)**

L. Gaurico.

Epistola nuncupatoria in: „Ioachimi Camerarii Norica, sive de ostentis libri duo. Cum praef. Phil. Mel." (In fine:) III. Calend. Octob. Vitebergae apud Georg. Rhau. 1532. 8. (Lunzius descripsit ex exemplo in biblioth. episcop. Zizensi.)

Clarissimo viro D. Lucae Gaurico Philosopho Philippus Melanthon S. D.

Iam olim te propter doctrinam et arcanarum rerum scientiam vehementer admiratus sum. Extat enim carmen quoddam tuum, in quo insunt vaticinia de futuris Europae motibus, quae ita comprobavit eventus, ut non solum *προγνωστικὸν*, sed etiam historiam harum rerum multo ante scripsisse videaris. Neque vero dubium mihi fuit, quin cum tanta doctrina etiam summa humanitas coniuncta esset. Nunquam enim a perfecta doctrina divelluntur caeterae virtutes, quae in viro bono requiruntur. Atque his verisimile est maxime praeditos esse eos, qui, cum vera vaticinentur, habere quaedam divinitatis commercia iudicandi sunt. Sed nunc extat apud me tale specimen humanitatis tuae, ut ingratissimus ac plane ferreus iudicandus sim, nisi, quantum te propter excellentem doctrinam admiror, tantum etiam propter mirificam bonitatem amem. Nam quod ad me de maximis rebus gravissime scripsisti, quodque literis addidisti themata, quorum mihi cognitio pernecessaria est, facile perspexi insignem humanitatem tuam. Utrumque autem duco amplissimi muneris loco, et inter ea *κειμήλια* reponam, quae mihi sunt carissima. Porro has literas ad te publice scripsi, ut ubique extet aliqua significatio meae erga te gratitudinis. Addidi autem eam huic libello, quem non aliam ob causam ad te mitto, nisi quod arbitrabar, tibi homini philosopho voluptati fore, si quos et in hac natione non dico eruditos in Philosophia, sed studiosos Philosophiae, existere audieris, quique ad veterem ac veram Philosophiam colendam totos se conferunt: qui plurimum profecturi videntur, si studiis eorum continget otium ac publica tranquillitas. Neque vero iustius ulli hoc genus scriptorum offertur quam tibi, qui, cum principem in universa Philosophia locum teneas, hic totus ordo eorum, qui has literas appetunt, te colere ac omni officii genere studium tibi suum declarare debet. Ac si recte novi auctorem huius scripti,

afflatu coelesti movebantur, eosque supra communem mortalium conditionem extollebant, Platonem dico et similes. Quare omnia eius dicta factaque memineris, omnes voces pro oraculis habebis. Quod si facies nullorum praeceptorum ad bene vivendum alia valde requires. Quod autem petis, ut dem literas ad filiam heri tui, deligam argumentum, ut ad eam publice scribere possim, si id patri putabis non ingratum fore. Ne offendat *ἄκαιρος εὔνοια*. Hac de re velim te mihi respondere, teque rogo, ut me hero tuo reverenter commendes. Bene vale. Mense Octobri anno MDXXXI.

Philippus.

No. 1015. 2. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 175.

Viro optimo Ioachimo Camerario, Noribergae,

S. D. Nihil a te literarum accepi, postquam discipulus tuus *Hofmanus* huc advenit. Id propterea scribo, ut si quid forte misisti, scias me non accepisse. Mitto tibi cuiusdam Sarmatae *) iudicium de Cometa, quod mihi videtur erudite scriptum esse, praesertim in uno atque altero loco. Fama huc affertur de pugna ad *Turegum* facta, in qua dicitur et *Cinglius* periisse, si quid habes comperti, totam historiam velim te mihi perscribere, non ut Germanorum scriptores solent, qui nullas causas, nullas occasiones, nulla consilia, nullas *περιστάσεις* exponunt. Suspicor occasionem huic tumultui praebuisse illum *Musium*, cui aestate superiore Helvetii bellum intulere. Nam accipio affuisse mille Hispanos in hac Turegensi pugna. *Ἡρακλείδης* nondum scripsit de ea re, quod sane miror. Et vix ille quiescet, hoc excitatus classico. *περὶ τῆς πόλεως ὑμετέρας πολλὰ ἀκούω*, quae non libet scribere. Egregium habent homines *ἄθεοι* praetextum hoc tempore, qui nullas volunt habere religiones, qui volunt omnia vincula excutere, simulant se recipere *ῥωμαϊκὴν διδαχὴν* abiecta nostra, sed Deus his rebus remedium ostendet. Hic annus afferet, ut ego spero vel *καταστροφὴν* vel *παρασκευὴν τῆς καταστροφῆς*. Bene vale cum coniuge et liberis. Postrid. Cal. Novemb.

Φίλιππος.

*) *Poloni Cracoviensis.*

No. 1016. 8. Nov.

Mart. Bucero.

† Ex autographo bibl. urbis Zofingen, mihi descripta a Plur. Rev. *Erikarto*.

Doctissimo viro D. Martino Bucero docenti ecclesiam Argentinam, amico suo,

S. D. Accepi tuas literas de *Britannica* controversia, de qua quid sentiamus scripsi ad *Simonem* *). Nec mutamus sententiam nostram. Nolumus esse auctores divortii, cum coniugium cum iure divino non pugnet. Hi, qui diversum pronuntiant, terribiliter exaggerant et exasperant ius divinum. Nos contra exaggeramus in rebus politicis auctoritatem magistratus, quae profecto non est levis, multaque iusta sunt propter magistratus auctoritatem, quae alioqui in dubium vocantur. De hac re si satis doceretur rex, conscientiae eius satisfieri posset, ut ego quidem arbitror. Ego me isti negotio non admiscebo; si quis velit esse auctor divortii, agat hanc fabulam sine me.

De *Zwinglii* interitu iam audieramus priusquam tuae literae afferentur, sed ex tuis literis totam rem cognovimus. Doleo casum hominis et publico et privato nomine. Bellum, ut videmus, motum est. Nunc reliquum est, ut oremus Christum, ut ipse det exitum reipublicae atque ecclesiae utilem. Bene vale, meque tibi ex animo bene velle statuas. Respondi *Simoni*, teque oro, ut literas ad eum transmittas. Iterum vale. Die 8. Novembris anno 1531.

Φίλιππος.

No. 1017. 10. Nov.

Senatui Rostoch.

Epistolam ad Senatum Rostochiensem, cui Lutherus et Melanthon subscripserunt, quaere in epp. Lutheri, (Epp. Luth. a de Wette edit. T. IV. p. [illegible]).

*) Sim. Grynaeum. Iudicium ipsum vide supra d. 25. Aug.

No. 1018. 22. Nov.

Testimonium.

Testimonium ministro verbi divini ad Winsbemienses vocato datum a Luthero, Iona et Melanthone, quaere in epistolis Lutheri (apud de Wett. T. IV. p. 318.).

No. 1019. Novbr.

Io. Hesso.

Epist. lib. VI p. 338. — Contulit nobis S. V. Schulzius autographon in cod. Rhedig. Vratislav. Vol. V.

Iohanni Hesso S. D.

Quod tam raro ad te scribo, quidvis potius in causa esse putato, quam oblivionem nostrae veteris amicitiae. Nam ego te cum primis amo propter tuam constantiam et fidem, quae hoc tempore rarissima est. Vides enim quam multi hoc doctrinae genus, quod docemus, nunc acerrime persequantur, qui initio applaudebant. Atque iidem nunc quoque fateri coguntur, multos a nostris locos patefactos esse utiles ad alendam pietatem et consolandas conscientias, sed allegant scandala, hoc est fugiunt crucem. Quo magis te, mi *Hesse*, amo, quod non pudet te Evangelii, nec detrectas crucem Christi. *Spirensis* conventus non procedit. Spero futurum, ut Deus det molliorem καταστροφὴν his rebus quam velint adversarii. Bene vale. (Anno XXXI. Mense Novembri) *).

Philippus.

No. 1020. 22. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist ad Camerar. p. 178.

Viro optimo Ioachimo Camerario, Noribergae,

S. D. De rebus Helveticis nihil certi diu iam habemus. Huc nuper allata fama est, *Duregum* captum esse ab Hispanis, et Cinglianorum octo millia caesa est. Haec etsi nondum credo, tamen affirmantur a multis ἀξιοπίστοις. Quaeso itaque te, ut quicquid habes de his rebus, mihi significes. Quanquam quoquomodo illa se habent, vix potest sperari pax in hanc aetatem. Illud est orandum, ut Deus det mollem καταστροφήν. Sane casus miserabilis est, et vidi somnium horribili specie. Erat testudo quae paulatim crescebat, et accipiebat draconis formam: hic intumescens crepabat, interim stridens horrendum, sicut rotae novae stridunt. Aderant autem percussores, qui feriebant draconem, postquam crepuisset, et paulatim aperiens se draco, continebat humanum cadaver, quod totum sanie taboque plenum erat, et cum videret sibi moriendum esse, faciem tegebat, pelle a capite super faciem retracta; sic experrectus sum. Mira ista imaginum confusio rerum scilicet maximam perturbationem indicat. De qua tamen nihil opus est somniis, cum sit illa ante oculos. Nondum scio τῆς νυνὶ γινομένης συνόδου πράγματα Vides quo ruat res.

Georgius Vorchemius tuus praeceptor nunc meus est conviva, mansurus aliquamdiu nobiscum, cui velim te scribere: dedi ei tuum Theocritum, nondum enim viderat. Bene vale. X. Calend. Ian. *Sebaldus* misit hunc tabellarium ad vos, per quem ut mihi respondeas, te etiam atque etiam oro.

Φίλιππος.

No. 1021. 30. Decb.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 179.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico suo summo, Noribergae,

S. D. Περὶ πράγματος τῆς ἀκαδημίας τῆς τυριγετῆς*) accepi tuas literas, neque abiiciam negotium, neque despero perfici posse, sed nemo me hoc mense de ea re allocutus est. Noster enim toto semestri non fuit in urbe τῆς τυριγετῆς. Neq ego volo illi ostendere, quam vehementer hanc rem perfici cupiam. Et consilescunt hoc tempore talia consilia, postquam in Helvetiis bellum motum est, cuius exitum hactenus expectarunt omnes homines ubique, et seis ita existimari, eius periculi partem ad nos pertinere, sed agam negotium summa fide et arte. Tuas Noricas disputationes percurri, ac dignas esse iudico, quae legantur a nostris hominibus. Quare efficiam, ut edantur

*) Ab aliena manu postea adscripta.

*) Erford.

durch solchen Glauben Gott gefallen um Christi willen, und gerecht sind.

Dieser Artikel ist euch und allen Christen noth zu wissen, zu bekennen, und helfen zu erhalten, und belanget die Erkenntniß Christi und Ehre, darum der Spruch dahin gehört: Wer mich bekennet, will ich wieder bekennen. Darum, so man darob leiden soll, soll das Gewissen getrost und fröhlich seyn, und wissen, daß es von wegen der Ehre Gottes leidet, und daß die Sache nöthig und nicht geringschätzig sey. Denn so Vergebung der Sünde nicht aus Gnaden um Christus willen gegeben würde, so hätte kein Mensch keinen gewissen Trost, und müßten alle Leute verzagen und verzweifeln, so Vergebung der Sünde auf unserm Verdienst stünde.

Der andere Artikel, so auch belanget alle Christen zugleich, das noth ist, zu wissen und zu bekennen, daß traditiones humanae, das ist menschliche Satzung, nicht Werk und Gottesdienst seyen, damit man Vergebung der Sünde verdiene, sondern daß es äußerliche Policey sey, an welcher dennoch christlich Wesen seyn kann.

Der dritte, daß die Messe der Meinung gehalten, als sey es ein Werk, das andern, (sie seyen) todt oder lebendig, Gnade und Vergebung der Sünde verdiene, nicht recht und dem Glauben entgegen sey.

Der vierte, daß der Heiligen Anrufung nütze oder noth, ist auch nicht wahr. Darüber ist das gewiß, daß vertrauen auf Heiligenverdienst ist Christo seine Ehre rauben.

So nun jemand euch diese Artikel verbiethet zu halten oder zu hören, item euch auflegen will, zu willigen, dieselbigen auch zu wehren; darein könnt ihr nicht willigen. Und dieweil es Sachen sind, die noth und nützlich ganzer Christenheit sind, seyd ihr schuldig, darob Leib und Gut zuzusetzen. Ja es soll einem jeden eitel Freude seyn, um solcher Gewissenssachen willen Gottes Ehre ohne Mittel belangende, zu leiden.

Ueber diese Artikel sind nun etliche, als Priesterehe, und Closter verlassen. Wiewohl nun diese zum Theil aus den vorigen folgen, dennoch ist ein Unterschied dazwischen. Denn die Priesterehe und Closter verlassen mag dafür gehalten werden, daß es Sachen sind, die eure Person nicht belangen, sondern daß ein jeder, den es betrifft, gedenke, wie er es verantworten wolle. Dennoch, so ihr schon nicht vertheidigen wollt, sollt ihr euch auch nicht Richter machen. Derohalben könnt ihr nicht willigen, dieselben zu verbiethen, oder zu verfolgen. Vielweniger könnt ihr willigen, die Artikel zu verbiethen oder zu verfolgen, so ihr sie auch für recht haltet. Denn es soll niemand wider sein eigen Gewissen handeln. So stehet geschrieben: was ihr dem geringsten thut aus den Meinen, das habt ihr mir gethan. Wenn aber E. H. auch eure Güther dermassen einthun wollten, daß eure Person nicht beschwert würde des Glaubens halber, und nun der Herr (sich) selbst vorbehalten wollte, Kirchen zu bestellen, und darob zu halten ohne euer Zuthun, darin wäret ihr entschuldiget, und möget eure Güther also haben. Denn so euch euer Herr sonst des Jahres so viel Geldes schenkt, mögt ihr solches annehmen.

Dieß hab ich euch zu kurzem Unterricht gestellet, und stehet die Sache vornehmlich darauf, daß ihr bei euch schließet, daß die Hauptsache recht und nöthig sey, und bedenket, welches die Hauptpunkte sind. Denn so ihr damit bedacht seyd, werdet ihr euch wohl wissen zu halten, auch genugsamen Trost haben. Denn so einer bei sich beschlossen hat, daß die Sache nöthig, und gewisser Gottesbefehl sey, ihnen in zufällige Aergerniß oder Sachen nicht groß wäre verzagt in Leiden[a]), der verzagt gewißlich derhalben, daß er noch eine Beisorge hat, die Sache sey baufällig, oder betreffe ihn nicht.

Erbiethe mich hiermit zu weiterem Unterricht, so viel ich vermöge.

a) Descripsi accurate ut Kappius edidit, sed fateor, me sensum horum verborum non perspicere.

infanti, ut diligenter exerceat pueros in praeceptionibus grammaticis. Quod ut fiat, pro tua fide ac diligentia monitum te magnopere oportet. Scis enim perniciem esse tenerae aetatis summam, si non assuefiat ad regulas. Inculcabitis igitur ipsas regulas sedulo, easque multum a pueris reposcetis. Utilitatis magnitudo huius laboris molestiam compensat. Neque enim ignoro, et praeceptoribus hunc laborem admodum esse molestum, et pueros aegre versari in praeceptionibus. Sed meministi Hesiodum: τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, etc. Bene vale. Saluta meis verbis reverenter Dn. Commendatorem et caeteros amicos.

Philippus.

No. 1024. hoc anno.

Studiosis.

Editum in Steph. Riccii Miscellaneis, num. 16. (adiectis libro: Phil. Mel. argumenta s. dispositiones rhetoricae in eclogas Virgilii. Leucop. 1565. 8.). Ex eodem libro hanc schedam Mel. repetiit Strobel. in d. Beiträg. Vol. II. p. 184. Eandem schedam Mel. affixit anno 1548. paucis mutatis. Vid. infra ann. 1548.

„*Intimatio Philippi Mel. de Homero praelegendo* 1531."

Decrevi aliquot libros Homeri interpretari Deo volente. In eam rem collocabo deinceps horam sextam die Mercurii, et praelego, ut soleo, gratis. Quod autem dicunt Homerum mendicasse vivum, id accidit ei etiam mortuo. Oberrat enim optimus Poeta et rogat, qui se audire velint. Pecuniam polliceri non potest, sed pollicetur magnarum et honestarum rerum doctrinam. Rogat autem non illos βαναύσους, qui quaestuosas artes sectantur, non solum nulla instructi liberali doctrina, sed etiam ex hac una re sapientiae famam captantes, quod magnifice ausint contemnere alias omnes honestas disciplinas. Quodsi casu in horum aliquem inciderit Homerus, est enim coecus, orat se civiliter dimitti, sicut a Platone ex civitate dimittitur. Verum hos ad se vocat audiendum, qui colunt studia liberaliter et virtutis amore. Ego memini quondam non potuisse talium scriptorum copiam fieri studiosis, quamlibet magna mercede proposita; nunc tantus est contemtus optimarum rerum, ut nisi gratis offerantur, et quidem praelegantur a peritis, mendicare Homerus auditores cogitur. Incipiam autem proxime a nono libro Iliados.

No. 1025. hoc anno.

Consilium.

In Koppii Nachlese P. II. p. 785. e codice Spalatini editum.

Herrn Doctoris *Iusti Ionae* und Magistri *Philippi Melanchthonis* Bedenken für einen von der Ritterschaft von wegen des Evangelions. 1531 [a]).

Sanctus Petrus spricht: man soll leiden, wo es noth ist. Derohalben soll ihm niemand unnöthige Persecution und Verfolgung suchen, sondern mit Jedermann Frieden halten, ohn wo die hohe Noth fordert zu leiden. Darum sollt ihr erstlich bedenken, ob die Sachen seyn, darob Gott befohlen habe zu leiden. Denn so es unnöthiger Zank wäre, und der Gegentheil hierin auch zu dulden, sollt man vielmehr Frieden mit den Leuten haben; ja seyen die Widersacher zu dulden, so sündigen die lutherischen am höchsten, daß sie darum leiden, und machen eine solche greuliche Spaltung und Schisma.

Derhalben ist Noth, daß ihr erstlich bey euch schließet, ob ihr schuldig seyd zu leiden. Denn so es Gott nicht gebothen hat, würde nicht allein euch hernach der Schade sehr wehe thun, sondern ihr würdet auch ein böses Gewissen haben, daß ihr euch in unnöthige fremde Gezänk gestoßen hättet, und würden auch allerlei Scandala vorfallen und (sich) schicken. Dagegen ist der höchste Trost, daß man weiß, daß die Sachen wichtig und nöthig, und daß ihr schuldig seyd, darob zu leiden, und daß solch Leiden Gott ein werthes Opfer sey, daß euch Gott in solcher Fahr sich ein Helfer erzeigen werde.

Dieweil nun die Sache weitläuftig, und die Artikel ungleich scheinen, dazu etliche Pfaffen und Mönche belangen, davon andre gedenken mögen, daß ihnen nicht noth sey, ihr Gewissen mit Vertheidigung fremder Sachen zu beladen; (auch sind etliche Mittelstücke, als Fleisch essen, Salz weihen und dergleichen, darob Ehr und Gut, Leib und Leben zuzusetzen, macht billig vernünftigen Leuten Bedenken): darum sollt ihr die Hauptpunkte dieses Handels bedenken, und sehen, welche Stücke euch für eure Person nöthig, und die ein jeder Christ schuldig ist zu wissen und zu bekennen, und helfen zu erhalten, Gott und unserm Herrn Christo zu Lob, und zu Heil ganzer Christenheit zu allen Zeiten. Und sind nämlich dieser Artikel der erste, daß wir Vergebung der Sünden allein durch Glauben an Christum erlangen, ohne all unser Werk und Verdienst, und daß wir also

a) Inscriptionem et annum adscripsit Spalatinus sua manu. Non a Melanthone esse hoc iudicium puto, sed ab Iona.

durch solchen Glauben Gott gefallen um Christi willen, und gerecht sind.

Dieser Artikel ist euch und allen Christen noth zu wissen, zu bekennen, und helfen zu erhalten, und belanget die Erkenntniß Christi und Ehre, darum der Spruch dahin gehört: **Wer mich bekennet, will ich wieder bekennen.** Darum, so man darob leiden soll, soll das Gewissen getrost und fröhlich seyn, und wissen, daß es von wegen der Ehre Gottes leidet, und daß die Sache nöthig und nicht geringschätzig sey. Denn so Vergebung der Sünde nicht aus Gnaden um Christus willen gegeben würde, so hätte kein Mensch keinen gewissen Trost, und müßten alle Leute verzagen und verzweifeln, so Vergebung der Sünde auf unserm Verdienst stünde.

Der **andere** Artikel, so auch belanget alle Christen zugleich, das noth ist, zu wissen und zu bekennen, daß traditiones humanae, das ist menschliche Satzung, nicht Werk und Gottesdienst seyen, damit man Vergebung der Sünde verdiene, sondern daß es äußerliche Policey sey, an welcher dennoch christlich Wesen seyn kann.

Der **dritte**, daß die Messe der Meinung gehalten, als sey es ein Werk, das andern, (sie seyen) todt oder lebendig, Gnade und Vergebung der Sünde verdiene, nicht recht und dem Glauben entgegen sey.

Der **vierte**, daß der Heiligen Anrufung nütze oder noth, ist auch nicht wahr. Darüber ist das gewiß, daß vertrauen auf Heiligenverdienst ist Christo seine Ehre rauben.

So nun jemand euch diese Artikel verbiethet zu halten oder zu hören, item euch auflegen will, zu willigen, dieselbigen auch zu wehren; darein könnt ihr nicht willigen. Und dieweil es Sachen sind, die noth und nützlich ganzer Christenheit sind, seyd ihr schuldig, darob Leib und Gut zuzusetzen. Ja es soll einem jeden eitel Freude seyn, um solcher Gewissenssachen willen Gottes Ehre, ohne Mittel belangende, zu leiden.

Uebet diese Artikel sind nun etliche, als Priesterehe, und Closter verlassen. Wiewohl nun diese zum Theil aus den vorigen folgen, dennoch ist ein Unterschied dazwischen. Denn die Priesterehe und Closter verlassen mag dafür gehalten werden, daß es Sachen sind, die eure Person nicht belangen, sondern daß ein jeder, den es betrifft, gedenke, wie er es verantworten wolle. Dennoch, so ihr schon nicht vertheidigen wollt, sollt ihr euch auch nicht Richter machen. Derohalben könnt ihr nicht willigen, dieselben zu verbiethen, oder zu verfolgen. Vielweniger könnt ihr willigen, die Artikel zu verbiethen oder zu verfolgen, so ihr sie auch für recht haltet. Denn es soll niemand wider sein eigen Gewissen handeln. So stehet geschrieben: **was ihr dem geringsten thut aus den Meinen, das habt ihr mir gethan.** Wenn aber E. H. euch eure Güther dermassen einthun wollten, daß eure Person nicht beschwert würde des Glaubens halber, und nun der Herr (sich) selbst vorbehalten wollte, Kirchen zu bestellen, und darob zu halten ohne euer Zuthun, darin wäret ihr entschuldiget, und möget eure Güther also haben. Denn so euch euer Herr sonst des Jahres so viel Geldes schenkt, mögt ihr solches annehmen.

Dieß hab ich euch zu kurzem Unterricht gestellet, und stehet die Sache vornehmlich darauf, daß ihr bei euch schließet, daß die Hauptsache recht und nöthig sey, und bedenket, welches die Hauptpunkte sind. Denn so ihr damit bedacht seyd, werdet ihr euch wohl wissen zu halten, auch genugsamen Trost haben. Denn so einer bei sich beschlossen hat, daß die Sache nöthig, und gewisser Gottesbefehl sey, ihnen in zufällige Aergerniß oder Sachen nicht groß wäre verzagt in Leiden[b]), der verzagt gewißlich derhalben, daß er noch eine Beisorge hat, die Sache sey baufällig, oder betreffe ihn nicht.

Erbiethe mich hiermit zu weiterem Unterricht, so viel ich vermöge.

b) Descripsi accurate ut Kappius edidit, sed fateor, me sensum horum verborum non perspicere.

1532.

No. 1026. (in. Ian.)

Magno, Duci Megapol.

Ex autographo in bibliotheca regia Berolinensi. (Mss. theol. lat. Fol. 376. No. 6.) Ibidem et apographum epistolae exstat. (Foerstemann.)

Illus..... D... Duci Megalb.....[1]) *c... Domino clementiss.*

S. D. Clariss. Princeps. Etsi non dubitabam, quin *Arnoldus*[2]) coram expositurus esset Celsitudini V. meam gratitudinem atque observantiam erga Cels. V., (est enim locupletiss. testis huius meae voluntatis) dedi tamen et has literas, et plus haberet eius oratio ponderis. Ego hactenus meum studium erga Cels. V. in levioribus scriptis ac monumentis utcunque declaravi. Sed si quid continget otii, efficiam id[3]) in aliquo durabiliore scripto, ubi cum utilitate publica nominis vestri memoria coniuncta sit. Nihil autem honestius est magnis viris ac Principibus quam extendere memoriam nominis cum utilitate totius humani generis. Nam ad id fastigium divinitus evecti sunt, et ut bene mereantur de humano genere, et bene merendi cupidos sua auctoritate tueantur. Mitto libellum rhetoricum Celsitudini V., in quo, si quando vacabit inspicere, videbit Cels. V., me quantum queo illarum rerum dignitatem augere, quae ad tranquillitatem publicam prosunt. *Georgium Sabinum* commendo Cels. V. Bene ac feliciter valeat Cels. V. Witebergae mense Ianuario. Anno 1532.

Cels. V.

deditissimus
Philippus Melanchthon.

1) *Magno*, Duci Megalburgensi.
2) *Arn. Burenius.*
3) Pro *id*, Mel. scripserat *ut*, quod tamen iterum delevit.

No. 1027. (ineunte Ian.)

G. Spalatino.

† Ex autogr. Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 115., cui Spalatini manu adscriptum est: „ann. 1532."

Viro optimo D. Georgio Spalatino,

S. D. Dedi *Andreae Iunio* Missam graecam tibi reddendam; oro autem te, ut ad communes usus diligenter eam serves. Ego, si paulo plus habuissem otii, totam descripsissem. Nunc occupatus nescio quibus nugis id facere non potui. Spero tamen, te pro tua humanitate alio tempore mihi libelli copiam ad transscribendum facturum esse. Excerpsi quosdam locos dignos animadversione. Illud est in quaestionibus Principis *Friderici* praecipue admirandum, quod comperimus, etiam graecos non habere venales et privatas missas. Bene vale. Uxori precor, ut feliciter pariat*).

Philippus.

Rescribe de graeca missa, ut sciam an acceperis.

*) Vid. ep. ad Spalat. d. d. 29. Ian. h. a.

No. 1028. 15. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 180.

Viro optimo D. Ioachimo Camerario, amico suo summo, Noribergae,

S. D. De Helvetica historia mihi plane satis fecisti. Accepi enim longiusculam illam epistolam, quare tibi gratias ago. Quod autem a me petis, ut περὶ πολιτικῶν aliquid ad te scribam, scis me

nullo genere literarum ad te magis uti solere, cum habeo aliquid te dignum, sed hoc tempore nihil habemus praeter illam exspectationem τῆς διαλλαγῆς, ἣν ποιεῖν ἤρξατο ὁ ἀρχιερεὺς ὃν οἶσθα*), qua de nuper scripsi tibi. Articulos, ut vocant, vidi, sunt aequissimi, modo Christus faciat, ut res procedat. Nec impedient actionem eam foedera τῶν πόλεων, quibus cavebitur, si nostra consilia sequentur. Sed ego, mi Ioachime, spem habeo pertenuem. ἀλλὰ θαρσεῖν χρή, et quidem confido Christo.

De *Oecolampadii* morte**) scribit *Bucerus* nobis, sed ego suspicor eum animi dolore extinctum esse. Neque enim potuit rem tantam et tam subitam perferre, homo, ut nosti, non satis paratus ad tantam inclinationem ac ruinam potius istam spectandam. Quanquam autem novi nihil accidit nobis, qui de hac vulgi inconstantia quotidie legimus doctorum libros, tamen interdum admiror tantam in istis imbecillitatem extitisse. Etsi me miseret ut par est, illorum***), et gravissimum casum eorum dolenter fero. Sed talia exempla non solum perturbare alios, verum etiam instruere debent.

Noster θεολόγος†) valetudine valde tenui utitur, ac nisi fato diutius servabitur, brevi amittemus eum. Sed orandus est Christus, ne in his turbis eripiat nobis eum.

Meus frater amisit suum filium, puerum elegantissimum et, ut mihi visus est, ingenio optimo, qua ex re magnum coepi dolorem. Vidi enim ante triennium, iam fere decennem, et callentem primas literas. Habet pater in quinto loco Saturnum, quem eodem loco habuit *Maximilianus*, cuius quae fuerit domestica fortuna, non ignoras.

Meus filius etiam aegrotat, ac videtur quibusdam τῇ ἑκτικῇ absumi, habet enim Lunam, ut vocant, combustam. Haec domestica me sane exercent, etsi publica negotia magis me cruciant. Quanquam enim pueris in morte nihil accidit mali, praesertim hoc tempore, cum ex maximis periculis eripiuntur, tamen misericordia ipsa incredibili me dolore afficit, tum reputantem fratris, quem maxime diligo, luctum, tum ipsos intuentem puerorum casus; quis enim sine dolore spectare ista potest? sed nescio quomodo in hanc incidi querelam.

Meo illi veteri amico, quem audio succedere, de eo valde miror: succedit autem, ut accipio, non in concionibus, sed in praelectione. Utinam possim dehortari hominem a periculosissimo negotio. παθὼν γὰρ ἔμαθον. Et ille habet ingenium, ut arbitror, acre καὶ εὔστροφον. Et sunt aliae quaedam causae, cur optarim eum repudiare hanc provinciam, et doctrina tamen cum sit tanta, quantam esse scimus, causae gratulor, quam accessione talis viri adiutum iri confido.

Tua Norica habet iam χαλκογράφος, spero me his diebus habiturum chartam, quam possim tibi mittere ut habeas operis specimen. De *Milichio* valde te oro, ut ei aliquid tuorum librorum dedices, unus est, quicum συμφιλοσοφεῖν consuevi, et vir constans est, nec rei familiaris causa abducitur a philosophia, ut plerique alii solent. Bene vale. Id. Ianuarii. Gratum est mihi, quod *Hello* scripsisti.

Φίλιππος.

---

*) Archiep. Moguntinus. Vid. de ea re Sleid. Comment. lib. VIII. p. 222.

**) Peste extinctus est. C. W. (d. 1. Dec. 1531.)

***) Zwinglii, Helvetiorum.

†) Vid. Lutheri epist. ad Vitum Dieterich apud de Wettum T. IV. p. 341.

No. 1029. 14. Ian.

Theophilo.

Epist. lib. II. p. 547. (Edit. Londin. II. ep. 570.).

D. Theophilo, (doctori in schola Hamburgensi.)

S. D. Etsi iam olim te plurimi facio, propter eas virtutes, quas tibi audio magno consensu tribui ab omnibus bonis viris, qui istinc ad nos veniunt, tamen nunc plurimum ad meum erga te amorem accessit. Videor enim mihi αὐτόπτης quidam virtutum factus. Erant enim literae tuae non solum eleganter, sed etiam libere ac simpliciter scriptae. Id interpretor esse signum humani atque ingenui animi. Gaudeo igitur oblatam mihi esse facultatem ad te scribendi, ut tecum non solum amicitiam, sed etiam familiaritatem, quanta existere inter tam procul dissitos ex literarum commercio potest, contraham. Atque a te peto, ut saepe ad me scribas, meque in his numeres, qui sunt tui studiosissimi atque cupidissimi. De negotio scholae pervelim *Matthaeum Dellum* nostrum, ad reliquas suas virtutes, propter quas mihi carissi-

mus semper fuit, addere constantiam et animi aequabilitatem. Etsi enim non teneo negotii causas, aut consilium *Matthaei:* tamen suspicor, eum magis imbecillitate animi adduci, ut praesentem conditionem relinquat [1]), quam ulla causa graviore alia. Est autem hominis ad virtutem instituti, *τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι, καὶ στέργειν τὰ παρόντα,* quod vereor, ut *Matthaeus* a se impetrare potuerit. Quare de eo sollicitus sum, scio enim quantum afferant incommodi crebrae illae migrationes. Sed fortasse nunc serum est de eius consilio disputare, mihi tamen gravissimum erit, si consilium eius tu probaveris. Nunc de successore. *Ioachimus* [2]) ea doctrina et modestia praeditus est, ut alium optare neminem praeter eum debeas. Nam aetate ad hoc negotium satis matura est, et gravitate morum compensat aetatem, si quid forte desideretur. Addemus etiam titulum Magisterii, ut plus habeat commendationis. Quare te adhortor, mi *Θεόφιλε*, et a te pro nostra inter nos instituta amicitia peto, ut des operam, ut *Ioachimus Westphalus* istuc accersatur, surrogeturque in *Matthaei* locum. Ausim enim affirmare, et privatim [3]) hominem adversum te gratum fore, et publice suam personam cum decore repraesentaturum esse. Bene vale et rescribe. Die 14. Ianuarii. Anno 1532.

No. 1030. **29. Ian.**

G. Spalatino.

† Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 111.

Viro optimo, D. Georgio Spalatino, amico suo.

S. D. Tuas literas accepimus de nata filia utraque, tibique gratulamur omnes, coniugium hoc tuum comprobatum esse divino beneficio. Sic enim iudicamus hoc munus pignus esse et testimonium divinae benivolentiae. Precamur Christum, ut te, et honestissimam coniugem et filiam servet. *Lutherus* sane periculose aegrotavit his diebus [4]), sed convaluit Dei beneficio. Ego curavi, filiae tuae erigi figuram genesis, quae cum fuerit absoluta, tibi mittetur. Ipse, quantum obiter fieri potuit, inspexi *τὰς ἐφημερίδας*, et delineavi figuram. Iupiter videtur ascendere in scorpio; nihil autem Iove ascendente melius est. Sed totam figuram brevi habebis. Bene vale. 1532. die Lunae *μετὰ τὴν ἀναστροφὴν* Pauli.

Philippus.

1) Delius consilium migrationis iterum mutavit, et mansit Hamburgae.

2) Ioach. Westphal.

3) Bucer. *privatum*; edit. Lond. *privatim*.

4) Lutherus in epist. ad Viti Dieteric. (de Wette IV. p. 331.): "Ante prandium ego quotidie morior vertigine et vexatione Satanae, ut semper fere desperem de vita et reditu meo ad vos."

No. 1031. **31. Ian.**

Magno, Duci Megapol.

† Ex autographo Melanth. in Bibl. Reg. Berolin.

Illustri Principi ac Domino Domino Magno Duci Megalburgensi etc. Principi ac patrono suo clementissimo.

S. D. Accepi munus xenii loco mihi a Cels. tua missum *), clarissime Princeps, quod non solum ob hanc causam gratum mihi fuit, quod argentum est, sed multo magis, quod a Cels. tua profectum, iudicii de me tui et singularis benevolentiae non obscuram significationem praebet. Quanquam autem mihi nihil optabilius accidere potest quam ut bonis ac sapientibus viris maximeque cordatis Principibus mea studia probentur, tamen et tibi duxi hanc mentem gratulandam esse, profecto dignam bono et salutari Principe, quod sentis has nostras literas tuo favore tuaque auctoritate tegendas et ornandas esse. Neque dubito, quia illae sint abunde relaturae gratiam. Etsi enim hoc tempore iacet oppressa odiis imperitorum vera doctrina, tamen quoniam sine ea teneri res publicae non possunt, futurum est, ut aliquando iterum erigat et exuscitet se. Quod cum fiet, omnes boni habebunt gratias his Principibus, qui honestas disciplinas ab interitu asseruerunt, et ad posteros propagari curaverunt. Itaque quod facis perge ope atque auctoritate tua honesta studia defendere. Ac xenium tuum perpetuo apud me huius tui de literis iudicii testimonium erit. Ingentes igitur gratias ago Cels. tuae pro munere, quod etsi

*) In libro: Etwas von Rostockischen Sachen für Gelehrte, ad ann. 1531. narratur, Ducem Megapolit. Magnum Melanthoni poculum argenteum inauratum et Sabino [illegible] dono misisse.

in hac fortuna mea, non possum persolvere, αὐτῷ τῷ μέτρῳ, ut *Hesiodus* praecipit, tamen ubi primum plus otii habebo, parabo aliquid quo referam gratiam, quod sit cum publica utilitate coniunctum. *Georgius Sabinus* heri *) hinc cum quodam amico suo exspatiatus est, intra triduum rediturus. Ego igitur ipsius nomine ago gratias Cels. tuae pro vestibus missis. Nec dubito periculum sponsionis subire. Ita natura factus atque doctrina institutus est, ut confirmem, eum gratum hominem fore. Cum redierit, exponam ei voluntatem Cels. tuae ac iubebo, ut de sua sententia rescribat. Christum precor ut honestissimum consilium Cels. tuae gubernet ac fortunet de instauranda schola *Rostochii*, in qua utinam et mihi contingeret tranquilla sedes. Nam hic versor in negotiis et a natura mea et ab hoc doctrinae genere abhorrentibus, quod semper amavi unice. Sed has aerumnas hactenus reipublicae causa forti animo tulimus, quae ut spero dabit aliquando nobis vacationem atque otium idque sperarem me ad maiorem utilitatem reip. collocaturum esse, si contingeret. Bene valeat illustris Celsitudo tua. Witebergae pridie Cal. Februarii.

Sapientiss. principi patri tuo, rogo ut me Celsitudo tua diligenter commendet.

Cels. tuae

deditissimus

Philippus Melanchthon.

*) Verba: *Georgius Sabin. heri*, et quae sequuntur, leguntur etiam in cod. Dresd. C. 140. p. 99b., tanquam epistola, non sine mendis descripta. In fine apographi additus est annus 1529.

No. 1032. (mense Ian.)

Ant. Corvino.

Epistolar. lib. V. p. 501.

Antonio Corvino, Pastori Ecclesiae Witzenhusianae.

S. D. Valde me delectarunt literae tuae, mi Corvine, non tantum hoc nomine, quod significas, te iam olim meae amicitiae cupidum esse, sed etiam propter genus orationis liberale et perspicuum, quod, quantum amem, nullis verbis consequi possum. Et cum ex oratione soleam de ingeniis coniecturam facere, non possum te non amare, etsi esses alienissimus, propter hanc orationis atque ingenii suavitatem. Quare velim, ita tibi persuadeas, me tui amantissimum esse. Idque summo studio ac fide, si qua in re potero, declarabo.

Viduae mulieris causam commendavimus *Lutherus* et ego Pastori nostro *Pomerano*. Audio, Legatum pertenuem fuisse, habet tamen mulier a nostris viaticum, et a me et *Pomerano* hospitaliter tractata est.

Mitto tibi χρονικὸν, in quo etsi sunt mei quidam loci, tamen ipsa operis sylva non est mea [1]). Misit enim *Carion* ad me farraginem quandam negligentius coacervatam, quae a me disposita est, quantum quidem in compendio fieri potuit. In fine adieci tabellam annorum mundi utilem et veram, quam spero tibi et aliis doctis placituram esse. Et si recudent opus nostri χαλκογράφοι, addam ex Ptolemaeo testimonia.

Nunc expono ep. ad Rom. [2]), in quibus controversiam de iustificatione spero me sic illustraturum esse, ut nihil desiderari in ea causa dilucidius possit. Alia enim ratione utar, quam qua in Apologia usus sum.

Te oro propter Christum, ut, quod facis, pergas in docendo Evangelio ea, quae ad aedificationem et communem tranquillitatem faciunt, tradere. *Lutherus* iussit, ut te amanter resalutem. Nam ipse, etsi melinscule valet, tamen scribere multa non potest. *Iustum Winter* meis et Lutheri verbis salutabis. Bene vale. Ignosce τάχιστα καὶ κακῶς γράφοντι.

Φίλιππος.

No. 1033. 7. Febr.

Senatui Zizensi.

Edita ex autographo in tabul. Senat Cizens. in Ch. Gottf. Müller's Reformationsgesch. der Stadt Zeizi (Leips. 1817. 8.) p. 21.

Senatui urbis Zeitz.

Meine willige Dienst zuvor. Ehrbare, Weise, Günstige Herrn. Ich hab auf Anregen des ehrbaren Er [Ehrn] Severin, meinen günstigen Herrn und Gevatter, diesen Gesellen mit Namen *Georgium Trusler* *)

1) Prodiit germanice a. 1532.; et, ut ex hac epistola intelligitur, vel d. 25—31. Dech. 1531., vel statim ineunte Ian. 1532.

2) Prodiit an. 1532. mense Augusto.

*) Videtur idem esse quem Lutherus Spalatino in epist. d. 1. Maii 1531. (apud de Wett. IV. p. 251.) commendat, et appellat *Georgium Torg*.

das vielen gewählet von wegen seiner Lehre und guten Sitten, und für tüchtig geachtet vor andern eine Schul zu regiren. So hat er vor dieser Zeit auch Schulen regirt, und viel guter Schüler gemacht, so mit bekannt ist, auch hat er sonderliche Gabe, die zuvörderst in einem Schulmeister zu suchen ist, daß er eine gute reine Pronunciatio und Rede hat. Derhalben bitt ich euch, ihr wollet ihn euch, als die verständigen, und die selbst zum höchsten geneigt sind Lahr und Tugend zu fördern, freundlich lassen befohlen seyn. Dagegen hab ich nit Zweifel, er werde sich aller Gebühr wissen zu halten, und womit ich noch dienen kann mit meinem geringen Vermögen, will ich das allzeit zu thun geflissen seyn. Gott bewahr euch allezeit. Datum Witeberg Mitwochs nach Purificationis S. Mariae Virg. anno 1532.

Ew. williger

Philippus Melanthon.

No. 1034. **25. Febr.**

I. Ionae.

Lib. V. epist. p. 1.

Iusto Ionae

S. D. Gratiam habeo tibi maximam, quod de vestris rebus tam amanter ac toties scribis; idque ut facere pergas, te etiam atque etiam oro. Nihil enim potes hoc quidem tempore facere aut mihi aut aliis tuis amicis, quos hic habes, iucundius. Quanquam spero vos brevi redituros esse. Iussi tabellarium et a tuis flagitare literas, quas tibi reddet, ubi cognosces, domi meae omnia salva esse. Novi nihil habemus, etsi hoc ipso momento accepi a *Ioachimo* literas et a *Brentio*. Sed in utrisque nihil est, nisi de adventu Caesaris. *Ioachimus* etiam significat, omnino se magnam timere μεταβολὴν τῆς καταστάσεως ἐκκλησιαστικῆς ἐν τῇ πόλει *). Mundus iam fastidit hoc doctrinae genus, quare non potest fieri, quin horribilis aliqua calamitas impendeat. Christus respiciat et servet nos. Bene ac feliciter vale, et rescribe. Die Reminiscere. (1532.)

Philippus.

*) De discordiis internis illo tempore in Ecclesia Norinberg. vid. etiam Lutheri ep. ad Linckium d. 8. Ian. 1532.

No. 1035. **(ineunte Mart.)**

L. Gaurico.

Epistola nuncupatoria in: „Ioachimi Camerarii Norica, sive de ostentis libri duo. Cum praef. Phil. Mel." (In fine:) III. Calend. Octob. Vitebergae apud Georg. Rhau. 1532. 8. (Lunzius descripsit ex exemplo in biblioth. episcop. Zizensi.)

Clarissimo viro D. Lucae Gaurico Philosopho Philippus Melanthon S. D.

Iam olim te propter doctrinam et arcanarum rerum scientiam vehementer admiratus sum. Extat enim carmen quoddam tuum, in quo insunt vaticinia de futuris Europae motibus, quae ita comprobavit eventus, ut non solum προγνωστικόν, sed etiam historiam harum rerum multo ante scripsisse videaris. Neque vero dubium mihi fuit, quin cum tanta doctrina etiam summa humanitas coniuncta esset. Nunquam enim a perfecta doctrina divelluntur caeterae virtutes, quae in viro bono requiruntur. Atque his verisimile est maxime praeditos esse eos, qui, cum vera vaticinentur, habere quaedam divinitatis commercia iudicandi sunt. Sed nunc extat apud me tale specimen humanitatis tuae, ut ingratissimus ac plane ferreus iudicandus sim, nisi, quantum te propter excellentem doctrinam admiror, tantum etiam propter mirificam bonitatem amem. Nam quod ad me de maximis rebus gravissime scripsisti, quodque literis addidisti themata, quorum mihi cognitio pernecessaria est, facile perspexi insignem humanitatem tuam. Utrumque autem duco amplissimi muneris loco, et inter ea κειμήλια reponam, quae mihi sunt carissima. Porro has literas ad te publice scripsi, ut ubique extet aliqua significatio meae erga te gratitudinis. Addidi autem eam huic libello, quem non aliam ob causam ad te mitto, nisi quod arbitrabar, tibi homini philosopho voluptati fore, si quos et in hac natione non dico eruditos in Philosophia, sed studiosos Philosophiae, existere audieris, quique ad veterem ac veram Philosophiam colendam totos se conferunt: qui plurimum profecturi videntur, si studiis eorum continget otium ac publica tranquillitas. Neque vero iustius ulli hoc genus scriptorum offertur quam tibi, qui, cum principem in universa Philosophia locum teneas, hic totus ordo eorum, qui has literas appetunt, te colere ac omni officii genere studium tibi suum declarare debet. Ac si recte novi auctorem huius scripti,

et amicitiam tuam maxime expetet, et tibi libenter de toto scripto iudicium permittet: qui, cum quidem veteri et Academico more disputet et, dum asseverandi arrogantiam vitat καὶ ἐπέχει, colligat undique, quid aut senserint alii, aut ipsi probabile videatur, mira copia et varietate institutam causam ornavit. Nam ut gustum operis praebeam his, quibus non vacat evolvere totum, locus est apud *Plinium* (L. II. c. 2.), qui mirum in modum exercuit eruditos, cum ait, in occasura parte coeli non existere cometas. Haec verba prudentissime indicat auctor huius disputationis ex *Aristotele* sumta esse, sed non satis dilucide conversa. Sunt enim haec verba in Meteoris Aristotelis: πρὸς δὲ τούτοις ἅπαντες οἱ καθ' ἡμᾶς ὠμμένοι ἄνευ δύσεως ἠφανίσθησαν, ubi non hoc sentit Aristoteles, cometas non apparere in occasu, sed saepe supra horizontem dissipari, evanescere atque exstingui. Quodsi hoc modo Plinium accipiemus, nihil habet incommodi. Sed pleraque alia invenies, si quando ipsam disputationem per otium inspexeris, ex quibus diligentiam auctoris et doctrinae copiam existimare poteris. Illud autem abs te peto, ut, cum hunc libellum accipies, hoc consilio praecipue tibi mitti statuas, ut tibi ostendamus, nos amicitiae tuae propter excellentem virtutem ac doctrinam tuam cupidissimos esse. Bene vale.

No. 1036. **12. Mart.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 183.

Doctiss. viro Ioachimo Camerario Bambergensi, amico summo.

S. D. Mitto tibi scriptum tuum, cui videbis me epistolam praeposuisse, quam mihi extorsit ὁ κακογράφος, feci profecto invitus, ut deformarem ea, quae abs te diligentissime ornatissimeque tractata sunt. Illud enim nihil me movit, ne si nos mutuo praedicaremus, risum praeberemus ἢ ἀνθηφολόγῳ*), ἢ τισιν ἄλλοις τοῖς παρ' ὑμῖν. Caeterum apud *Gauricum*, summam inii gratiam, quem habes operis tui candidissimum laudatorem, ac contendit a me, ut suis verbis te salutarem. Audio eum in hoc genere disciplinarum excellere; sed de epistola hactenus, quam spero te aequi boni que consulturum esse. Illud vereor, ut excusare tibi possim, de loco Ptolemaei. Nolebam videri te aut reprehendere Ptolemaeum, aut non assequi, quorum alterum etsi nihil habebat turpitudinis, tamen ipsa dubitatio significationem reprehensionis habebat, praesertim cum tu alicubi posuisses exemplum, quo everti Ptolemaei sententiam diceres. Multum igitur de ea re cum nostris disputavi, scripsi aliquoties, quid dici posset, et timidissime mutavi: quid posuerim videbis. Certum est enim Ptolemaeum eo in loco non loqui de ullis cometis, nisi his solis, qui in cardinibus in ortu et occasu apparent, hi profecto incurrerent in radios, si nimis vicini essent soli. Quod autem de spatio dicit, videtur mihi a tempore aestimandum esse ortus aut occasus, ita ut et latitudinis ratio habeatur, non tantum ii gradus quaerantur, quibus cometa in Signifero a sole distat, ut si occidit duabus horis cometa post solem, intelligatur XXX gradibus distare, si ἐν πλάτει accipiatur illa spatii descriptio, nihil habebit obscuri, et in tuum cometen conveniet. Verum haec ego non posui, ne irrideremur a technicis, qui interdum plus aequo morosi sunt. Illud tantum dixi, Ptolemaeum de solis illis loqui in prima parte sententiae suae, qui sint in cardinibus. Ac noster certe discesserat a cardine, hoc est, a puncto occasus sic satis procul. Hoc in genere dictum spero a doctis non posse reprehendi. Certe nostris satisfacit, et *Gaurico*. Crede mihi, mi Ioachime, saepe somnum excussit mihi haec res. Nolim enim tibi ullam molestiam obiicere tuorum scriptorum depravatione, si quid autem peccavi, te per amicitiam nostram oro, ut condones amicitiae, quam scio te pro tua virtute ac fide pluris facere, quam hanc disputatiunculam, praesertim cum nihil dolo fecerim. Expecto igitur tuas literas, teque rogo, ut hac me sollicitudine quam primum liberes, quo mihi gratius facere nihil potes. Bene vale. III. Id. Martii.

Philippus.

*) Erasmo, cuius epistolas floridas iniverat in literis d. 26. Sept. 1531.

No. 1037. **17. Mart.**

Frid. Myconio.

Edita a *Sneggassio*, in cuius libro est ep. 55.

D. *Friderico Myconio* ——

S. D. Gaudeo clementiorem apud vos aerem fieri, cum ob alias causas, tum quod etiam tibi

tionem. Oro autem, ut Christus te diu servet in Ecclesiae ministerio, ubi vides, quam paucos habeamus fidos ac prudentes Oeconomos Mysteriorum Dei. *Reichabacho* dicas, me negotium ipsius commendasse D. Cancellario. *Partunum* etiam ei commendavi; sed vos habebitis occasionem opinor, iam cum *Pontano* loquendi in itinere. Faciet enim, nisi fallor, iter istac ad pacificationem profecturus institutam a *Palatino* et *Moguntino* *)). Bene vale, et saepe rescribe. Mitto tibi *propositiones de poenitentia*. Nihil enim habebam hoc tempore aliud. Dominica Iudica.

Philippus.

No. 1038. 23. Mart.

Georg. Spalatino.

Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 107., cui Spalatinus sua manu in tergo adscripsit: ann. 1532.

Viro optimo D. Georgio Spalatino, amico suo,

S. D. Hac una ratione, mi *Spalatine*, puellae illi, de qua scribis, consuli potest, si ipsa supplicet principi, ut res a *Luthero* iudicetur. Id facile impetrabit, modo supplicatio scripta sit apte. Nos enim non possumus causam ex aula ad nos transferre sine principis auctoritate. Sic autem efficere poteris, ut ad *Lutherum* reiiciatur. Praeter hoc unum consilium reperire nihil potuimus. Christus fortunet consilia conventus vestri **), et flectat principum animos ad pacem. Bene vale, et saluta meis verbis D. *Pontanum* et D. *Augustinum*. Pridie Palmarum.

Φίλιππος.

No. 1039. 4. April.

Eidem.

Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 105., cui Spalatinus sua manu adscripsit: ann. 1532.

Viro optimo D. Georgio Spalatino, amico suo summo,

S. D. Audivimus *Bonaventuram* tuum, *Ionas*, *Pomeranus* et ego. Postea etiam cum *Luthero* deliberavimus, utrum permittenda sit ei administratio sacramentorum, cum non sit initiatus more veteri. Postquam autem intellexit *Lutherus*, hunc diu iam tractasse sacramenta, eamque rem nihil habituram offensionis, iubet ei committi ecclesiolam, si mores tibi probentur. Doctrina etsi nequaquam est perfecta, tamen videtur isti loco utcunque par esse. Vellemus tamen, te audire eum concionantem. Nam in concione videntur illi illiterati plus valere quam in disputatione, ubi pugnantes sententiae conferendae et explicandae sunt subtilius. Ego eum praecipue propter facundiam et profectus spem probavi. De ludi *Bornensis* magistro nullo modo putat *Lutherus* defraudandam esse ecclesiam *Bornensem* *), quam scimus alioqui aerarium habere pertenue. Novi nihil habemus quod quidem te ignorare arbitremur. Nam Turcicam fugam haud dubie nosti. Bene vale cum coniuge et filia, futura pia ac divite. Quod sit faustum felixque. Iterum vale.

Φίλιππος.

*) Vid. ea de re Sleidan. Comment. lib. VIII. p. 222. sq.

**) Loquitur de conventu Evangelicorum Suinforti ineunte Apr. habito, cui Spalatinus quoque interfuit.

No. 1040. 6. Apr.

I. Ionae.

Epistol. lib. V. p. 100.

Iusto Ionae.

S. D. *Paulum* tibi commendo, etsi scio, te pro tua humanitate ita affici eius miseriis atque aerumnis, ut commendatione aliena nihil opus habeat. Iussi eum literas postulare ab uxore tua, quam heri vidi apud Doctorem cum *Iona* tuo. Doctor recte valet. Novi nihil hic habemus, *εἰ μὴ μυστήριόν τι περὶ Ἀλβέρτου ἀρχιερέως, ὅσπερ ἔγραψε πρὸς τὸν ἡμέτερον ἡγεμόνα, ὅτι ὁ αὐτοκράτωρ συγχωρεῖ αὐτῷ καὶ Παλατίνῳ περὶ τῆς εἰρήνης διαλέγεσθαι τοῖς ἡμετέροις.*

Trevirensis Archiepiscopus mortuus est, cuius interitu magnam iacturam fecit Resp. Deus respiciat nos. De negotiis aliis brevi coram. Scribe, utrum hoc epistolium acceperis, non enim libenter vellem illa graece scripta pervenire in alienas manus. Bene vale. Sonnabend post Pascha.

*) Vid. Lutheri epistola ad Spalatinum d. 4. Apr. 1532. Loquitur de *Iohanne Mohr*.

N.*) non fuit mecum, credo iam nunc despiciens nos spe fortunae melioris elatus. Saluta meis verbis reverenter collegas tuos.

Philippus.

No. 1041. **16. Apr.**

Ioachimo Marchioni.

Edita quidem est a Pezelio in Melanthonis Consil. latin. P. I. p. 140., sed non accurate. Ioachimus Marchio autographon misit ad Albertum, Ducem Prussiae, quod adhuc est in tabulario regio, ex quo epistolam edidit Faber in epistolis Melanthonis ad Albertum Ducem. p. 280. — Eadem epistola vernaculo sermone legitur in c. Goth. Mehn. I. p. 176. et in cod. Guelpherb. no. 8, 6. f. 376. Haec versio germanica cum autographo latino ubique consentit, unde intelligitur, quam temere mutaverit verba Melanthonis Pezelius.

Illustri Principi ac Domino Domino Ioachimo Marchioni Brandenburgensi Principi Pomeraniae, Burggravio Noribergensi etc. Domino suo clementissimo [1]).

S. D. Illustrissime Princeps. De usu coenae domini sic sentio, idque Augustae in conventu ego et alii publice diximus et scripsimus. Cum certum sit, Christum instituisse usum utriusque speciei [2]) pro tota Ecclesia, non recte faciunt Pontifices, qui prohibent [3]) sacramenti partem.

Sed cum in Ceremoniis excuset necessitas, populus utens parte [4]) tantum, neque tamen approbans prohibitionem, excusatus est: cogitur enim uti sacramentis quem ad modum porriguntur, non enim [5]) habet administrationem Sacramentorum. Sic Iudaeos excusabat necessitas, qui habebant praeceptum de mactandis hostiis in templo. At in exilio Babylonico non poterant servare hanc legem. Excusabat igitur eos necessitas. Vir et uxor iure divino ita iuncti sunt, ne separari debeant. Si quis autem rapiat alicuius uxorem, vir excusatus est, quod separatur ab uxore. Aut si magistratus cogat virum militare, necessitas excusat eum quod ab uxore longo tempore abest. Nec maior est obligatio ad ceremoniam, quam obligatio ad fidem coniugalem.

Cum autem Cels. V. non habeat administrationem Sacramentorum, nec hos qui Sacramenta administrant cogere debeat aut [6]) possit, meum consilium est, ut Cels. V. una specie utatur. Nec dubitet quin ita recte faciat, propter has duas causas [7]), necessitatem et libertatem christianam. Necessitatem enim excusat libertas christiana, quae docet [8]), quae res simpliciter necessariae sint, quae res impediri, aut aliquando in necessitate omitti possint. Fiducia misericordiae propter Christum promissae simpliciter necessaria est. Et propter hanc ceremonia instituta est. Usus ceremoniae non est ita necessarius, quin aliquando impeditus omitti possit [9]). Cum autem Paulus vetet, aliquid facere dubitante conscientia, ideo Cels. V. bene muniat et confirmet conscientiam hac doctrina libertatis. Nos prohibitionem damnamus. Et libertas christiana non concedit prohiberi institutum Christi. Sed de usu dispensat haec libertas. Et interim requirit alia longe maiora, scilicet verum timorem dei in animo, veram fiduciam misericordiae Christi. In his spiritualibus rebus exerceat se Cels. V. et interim aequo animo patiatur hanc necessitatem tanquam in carcere. et sciat [10]) libertatem christianam in tali casu dispensare de usu; sicut David dispensabat de panibus sacris, non tollebat legem. Sed de usu tempore necessitatis dispensabat. Nec existimet Cels. V. libertatem christianam rem levem aut vilem esse, sed sciat [11]) longe alium cultum, scilicet timoris et fidei, a nobis requiri [12]), quam ceremonias [13]). Haec iudico esse recta, pia et certa. Et ad hunc modum aliis multis [14]) viris bonis consului. Et cum offerremus nos [15]) Augustae, sic excusaturos esse [16]) Ecclesiam, theologi contendebant, ut etiam prohibitionem approbaremus, quod facere non potuimus. Res periculosissima est conscientia dubitans. Ideo non sinat Cels. V. conscientiam contra has rationes per-

---

*) A. D. *Paleus.*

1) Inscriptio apud Pezel.: *„Ad Marchionem Electorem de usu utriusque partis coenae domini. anno 1532."*

2) Pez. *partis.*

3) Pez. *proh. alteram.*

4) Pez. *parte una.*

5) Pez. *quia non.*

6) *debeat aut* non habet Pez.

7) Pez. contraxit haec sic: *meum consil. est, ut Cels. V. consideret has duas causas.*

8) Pro *necessitatem excusat* etc. Pez. dedit: *Nam christiana libertas docet.*

9) Verba: *fiducia misericord. — omitti possit*, Pezel. non edidit.

10) Pro: *et sciat*, Pez. dedit: *pertinet enim ad.*

11) *sciat* non habet Pez.

12) Pez. *requirit.*

13) Pez. *ceremoniam.*

14) *multis* abest a textu Pez.

15) Pro *nos* Pez. *confessionem nostram.*

16) Pez. *excusantes.*

turbari. Ceterum si haec non satisfacient[17]) Cels. V., scribam hac de re plura, si Cels. V. voluerit. Haec scripsi ad ea mandata, quae Cels. V. dedit *Carloni*, nobis exponenda. Cetera sunt dissimulanda Cels. V. et toleranda[18]). Et sine peccato Cels. V. tolerare potest. Commendo me Cels. Vestrae et rogo, ut Cels. V. si quo modo potuerit, horum comitiorum[19]) tempore pacis consilia adiuvare dignetur. Bene ac feliciter valeat Cels. V. Dinstags post Iubilate[20]).

Cels. V.

deditissimus

Philippus Melanthon.

No. 1042. (paulo post.)

Eidem.

† Ex autographo in cod. Monac. I. ep. 177. et in cod. Guelpherb. no. 8. 6. fol. 377.

Es hat Philippus aufs andere Ansuchen Churf. Gnaden zu Brandenburg also geantwortet: *)

Dieweil öffentlich ist, daß unser Herr Christus beede Theile des Sacraments seines Leibes und Blutes zugleich für die ganze Kirche geordnet hat, will ich das Verboth der einen Gestalt, und die Verfolgung, so derhalben geschieht, nicht entschuldigen, und mein Gewissen damit beladen. Ich bitte auch um Gottes Willen, jedermann wolle zur Linderung dieser Verfolgung helfen. Denn ob man gleich der Kirche Gehorsam anziehen wollte, so soll doch die Kirche nicht so hart seyn in Sachen, da der Gläubigen Gewissen dennoch wider Gottes Wort streben. So ist die Verfolgung dieser Zeit gerichtet zu Unterdrückung vieler andrer Artikel christlicher Lehre, welche wichtiger und nöthiger sind, denn der Artikel beeder Gestalt. Nachdem aber viel Leut seyn, denen das Sacrament nicht anders gereicht wird, denn in einerlei Gestalt, ist die Frage, ob die Leute, so solche Gewohnheit leiden, und nicht selbst Macht[1]) haben, die Administration des heil. Sacraments zu ändern, mögen ohne Sünde einerlei Gestalt nehmen.

Wiewohl ich nun weiß, daß davon mancherlei Disputationes sind: die Päpstlichen ziehen an den Gehorsam; dagegen wird allegirt, daß der Gehorsam nicht binde wider Gottes Wort und Ordnung, und werden die damit hart geängstigt. Darum zu Unterricht muß andere beständige Ursache haben, und setze drei Ursach oder Fälle; der erste, die Leut, so in einem[2]) Lande sind, da sie nicht mögen beide Gestalt haben, die sind von wegen der Unmöglichkeit[3]) entschuldigt. Denn man soll christliche Freiheit verstehen und groß achten in Fällen der Noth und Liebe, wie unser Herr Christus den David anzeucht, der das geweihte Brod aß wider das Gesetz, und spricht: *dominus est filius hominis etiam sabbathi.* Item: *Regnum coelorum seu Dei intra vos est*; Gottes Reich und christliche Heiligkeit sollen im Herzen seyn. Als wenn einer glaubt, und könnte die Taufe nicht haben, würde er dennoch selig; denn das Sacrament ist um des Glaubens willen. Daß man auch hier sagen wollte, ein solcher, der unterrichtet ist, daß beede Gestalt von Christo geordnet sind, in einem solchen Lande soll er das Sacrament nicht nehmen, ist auch nicht genug; denn er ist schuldig, Aergerniß zuvorzukommen[4]), und sonst zu Trost seines Gewissens und Bekenntniß seines Glaubens das Sacrament zu empfahen.

Der andere Fall, wo einer hätte Weib, Kind, Land, Leute, welche eine Gestalt brauchen, und nicht anders unterrichtet sind, oder sonst schwach sind, diese Person soll die Verpflicht zu seinem ehelichen Gemahel, seinen Kindern und Landen höher und größer achten, denn die Verpflicht der Ceremonien. Ein Weib soll nicht von ihrem Manne und Kinde, und sonderlich ohne Willen des Mannes, sich begeben. In diesem Fall soll abermals christliche Freiheit dispensiren, und soll hoch geachtet werden; wie sie denn groß, und eine hohe Gabe und Gnade ist, und lehret Liebe, das ist nöthige Verpflichtung, höher zu achten, denn die Ceremonien in vielen Fällen. Darum spricht die Schrift: *misericordiam volo magis quam sacrificium*; Liebe sei größer denn das Opfer. Und dieser Fall hat sich nun etliche Mal zugetragen, darum habe ich allezeit so gerathen.

---

17) Pez. *sufficiant.*

18) Pez. addit: *aliquantisper.*

19) Ratisbonae mense Aprili habitorum ann. 1532.

20) Pez. addit 1532. Cod. Guelph. ann. 1541, ex errore.

*) Inscriptio in codicibus. Videt quisque, Marchionem contra prius consilium quaedam dixisse, quae Melanthon hic refutare studet. Quanquam fortasse mense Maio scripta est haec epist., tamen eam hic, quum ad priorem spectet, statim adiunximus.

1) Cod. Guelph. *mehr* pro *Macht.*

2) *einem* abest a cod. Guelph.

3) Cod. Guelph. *Unnöthigkeit.*

4) C. Guelph. *zu verhüten.*

Der vierte Fall ist von Schwachen, denen es ja nicht zu rathen, daß sie in Zweifel etwas Neues vornehmen, oder, ob sie schon genugsam unterrichtet, darnach nicht darob leiden können, wie Paulus lehret zu den Römern.

In diesen dreien Fällen dispensirt Gott selbst in seinen Ceremonien, von ihm selbst geordnet; wie denn klar ist aus angezeigten Sprüchen, und sonst. Derhalben halt ich, daß solche Leute entschuldiget sind, so sie eine neue Gestalt in gedachten Fällen gebrauchen; denn man soll christliche Freiheit wohl verstehen, und im Fall der Noth und Liebe wissen zu gebrauchen. Daß aber dagegen möchte gesagt werden, hiermit würde alle Confession und Bekenntniß nachbleiben [i. e. wegfallen], ist Antwort: ein Christ soll bekennen, so er von der Lehre gefragt wird; (aber) Lehre und Gebrauch der Ceremonien hat Unterschied.

Noch ist der vierte Fall, ob einer seine Pfarre verlassen soll, der nicht verpflichtet ist, bei Weib und Kindern zu bleiben; item, der genugsam unterrichtet ist, und sich ergibt zu leiden, und kann an die Orte kommen, da er beede Gestalt hat. Antwort: ich will keinen Christen, der also bekennen will, verdammen, aber ich will dagegen diejenigen, so in ihren Pfarren bleiben, und sonst rechte Christen sind, auch nicht verdammen. Denn obgleich das Verboth unrecht ist, so haben doch diejenigen Entschuldigung, die es leiden. Allein da sehe ein jeder zu, daß er sonst recht glaube und lebe. Item, daß er nicht rechte Lehre verfolgen helfe; bekenne auch die Lehre, so er gefragt wird.

Was aber hier der Kirchen Gehorsam belanget, acht ich denselben auch hoch. Es sind aber viel mehr Sachen streitig, denn allein von beeder Gestalt, von welchen ich hier nicht rede. Derhalben ist nicht noth, weiter vom Kirchen-Gehorsam hier zu disputiren. 2c.

(Philippus Melanchton.) *)

No. 1043. (fortasse hoc temp.)

Studiosis.

Ex apographo in cod. Basil. 89. p. 65.

(*Studiosis in Academia.*)

Astraeam pulsam ex civitatibus et imperiis finxit poëta aliquamdiu in rure concionatam esse generi hominum adhuc minus corrupto. Nunc quidem propemodum tantum in scholis philosophatur. Ideo decet nos eam colere et libenter audire. Enarrabo igitur *quintum Ethicorum*, ut in eo libello concionantem *iustitiam* studiosi audiant. Quod ut faciant invitet eos magnitudo utilitatis. Nam hae disputationes cum moribus prosunt, tum vero praeparant ingenia ad iuris doctrinam et plerasque Theologorum materias. Quare hic libellus retinendus est et inculcandus adolescentibus. Tanta autem venustas est in methodo et stilo orationis apud *Aristotelem*, nullam ut pulchriorem imaginem iustitiae quisque pingere potuerit. Est autem utilissimum, tenere imaginem praestantissimae virtutis, quae nos non solum de nostris moribus admoneat, sed etiam ostendat, qualia vestigia impresserit Deus animis hominum. Nam discrimen honestorum et turpium est expressissima imago Dei. Incipiam autem, Deo dante, cras hora sexta.

*) Nomen subscriptum habet cod. Guelph.

No. 1044. (22. Apr.)

Hervordiensibus.

Edita in Lutheri epist. ex autographo in Supplem. Lips. p. 68. no. 177. Walch. opp. Luth. T. XXI. p. 340. in den Unschuld. Nachricht. ann. 1726. p. 898. In epist. Luth. a de Wettio editis T. IV. p. 358. — Hanc epistolam non a Luthero sed a Melanthone compositam esse, stilus satis docet, et Lutherus eo tempore ita laborabat capite, ut literas scribere non valeret. — Res vero de qua scribunt Lutherus et Mel. haec fuit: Senatus et Parochus Hervordienses Monasterium Fratrum communis vitae tollere, eique iura parochialia detrahere conati erant, quare res haec ad Lutherum et Melanthonem arbitros delata fuerat. Vid. etiam Lutheri epist. ad Senatum Hervord. et fratres d. 31. Ian. 1532. (apud de Wett. T. IV. p. 383 sqq.)

Denen ehrsamen, weisen, [illegible] Männern *) zu Hervorde.

Ehrsame, weise, günstige Freund. Wir haben eure Schriften empfangen, und mit Fleiß gelesen und bewogen, haben auch eure Gesandten gehört, welche nach der Länge angezeigt haben, aus welchen Ursachen bei euch bedacht würde, daß die Fratres keine eigene Communion halten sollen. Dabei haben sie auch angezeigt, daß nicht der Prädicanten und Stadt Gemüth sey, zu handeln, daß die Fratres ihre Wohnung und Habitum verlassen sollen. Wo nun ihr die Sache freundlich und ohne Zwang, Bedräuung oder gewaltsame Handlung dahin richten könntet, daß sie zu euren und ganzer Stadt Communio auch gehen wollten, wäre es fein und wohl-

*) Praefectis Monasterii.

gethan, und brächt ein gut Exempel auch bei vielen andern; wie wir denn ihnen auch geschrieben haben, doch so fern, daß ihr sie auch in ihrer Wohnung, Gütern und Administratio lasset, und habt ihr kein Recht sie zu irren. Wo aber die Fratres ihr eigen Communio behalten wollen, und sich durch freundliche Handlung nicht zu eurer Communio begeben, ist unser Bedenken, daß ihr sie in keinem Wege zwingen oder dringen sollt, ihre Communio zu verlassen, dieweil sie sie doch nicht halten dem Evangelio entgegen. Denn das ist öffentlich, daß sie Pfarrecht haben, wie sonst oft in einer Stadt viel Pfarren sind. Es folgt auch nicht, daß darum ein jeder Bürger eine Pfarr aufrichten wolle in seinem Haus; denn solches ist keinem erlaubt. Darzu ist ein großer Unterscheid zwischen einer gemeinen und öffentlichen Versammlunge, und zwischen einem Hausgesind; denn was ein Bürger in seinem Haus handelt, heißt heimlich gehandelt. Weiter so wisset ihr als die Verständigen, daß man nicht in fremde Oberkeit greifen soll. Dieweil nun die Fratres nicht eure Unterthanen sind, habt ihr sie nicht zu dringen oder zu zwingen.

Dieß ist unser Rath, und bitten, ihr wollet's aufs freundlichste verstehen. Darüber bitten wir auch, ihr wollet ansehen, daß die Zeit selbst wird Rath finden. Es sind ehrliche alte Personen, der man billig verschonen soll, und wollet als die Verständigen nicht gestatten, daß jemand Frevel an ihnen übe; denn Gott auch Leute unter ihnen (hat), der er sich annimmt. Euch freundlich zu dienen sind wir willig*).

Martinus Luther.
Philippus.

No. 1045. **22. Apr.**

Monachis Hervordiens.

Edita in Lutheri epistolis apud de Wettium T. IV. p. 360. (antea in den Unsch. Nachr. Ann. 1726. p. 891. in Schützii epist. Luth. T. II. p. 262. Apograph. in cod. Goth. 185.) — Autographon a Melanthone scriptum, cui Lutherus nomen suum subscripsit, asservatur in bibl. Regia Berolinensi, ex quo eam hic dedimus, nulla nisi textus de Wettii varia lectione addita. Caeterum epistolam a Melanthone, Luthero aegrotante, compositam esse, dubio caret.

Venerabilibus viris, Domino Gerhardo Xantis, Patri domus Fratrum, et collegis ipsius in Herfordia, suis amicis,

S. D.[1]) Venerabiles Viri. Mittimus vobis exemplum literarum, quas dedimus ad Novemviros, in quibus omnino dehortamur eos a violentis consiliis. Nihil iuris iis concedimus in res aut corpora aut ordinationem vestram. Clare etiam posuimus, vos parochiam propriam tenere posse, postquam et doctrinam Evangelii et ritus consentientes Evangelio habetis[2]). Itaque de nostro consilio aut sententia nemo vos coget aliquid mutare in ordinatione vestra; sed tamen addidimus, nos scripturos esse de communione. Exempli causa prodesset vos uti communione reliquae ecclesiae, idque si faceretis, tota res pacata videretur[3]). Fortassis etiam multos cives abhorrentes adhuc ab Evangelio vestro exemplo ad Evangelium invitaretis. Nec mutare vos habitum aut deserere praesens vitae genus velimus. Itaque vestri iudicii erit, utrum hac in re velitis morem gerere civibus. Nos enim neutiquam sentimus vos cogendos esse, et clare approbavimus ritus vestros, quantum ex libello vestro iudicare possumus. Quare si mavultis retinere vestram parochiam, non improbamus. De habitu et possessionibus monasterii, de tota oeconomia vestra ita pronuntiamus: simpliciter ea in potestate[4]) vestra esse. Nam civitas in vos nihil habet imperii, nec nos ulli[5]) unquam auctores erimus aliena occupandi. Si quid autem praeterea de hoc negotio agent cives vestri, rogamus, ut vos moderate respondeatis. Bene valete. Postridie Dom. Iubil. MDXXXII.

Duos aureos, quos nuncio dedistis nobis donandos, reddidimus nuncio, ut vobis restituat. Non enim licebit nobis accipere propter improborum sermones, nec sumus aspernati benivolentiam vestram erga nos. Sed nolumus[6]) praebere calumniatoribus maledicendi occasionem. Iterum valete.

No. 1046. **22. Apr.**

Annae Lymborch.

Edita in Lutheri epistolis (Walch. T. XXI. p 345. de Wette T. IV. p. 361.) quia Lutherus huic epistolae subscripsit. At composita et scripta est a Melanthone, aegrotante Luthero, ut docet autographon Melanthonis quod habetur in Bibl. Regia Berolinensi.

---

*) *Mense Ianuario*, quod additur in Suppl. Lips., abest a textu in den Unsch. Nachr., et recte.

1) de Wette: *Gratiam et pacem.*

2) de Wett. *haberetis.*

3) de Wett. *totae res pacatae viderentur.*

4) de Wett. *possessione.*

5) de Wett. *nulli.*

6) de Wett. *nolumus.*

Der Hochwürdigen, Edlen und Wohlgebohrnen Domina Anna von Lymborch, des Hochedlen Stifts Herworden Abbatissin, unsrer gnädigen Domina.

Gnade und Friede durch unsern Herrn Jesum Christum. Hochwürdige gnädige Domina. Wir haben unser Bedenken den würdigen Herren, den Fratribus zu Herworden, zugestellt, darin wir mit höchstem Fleiß geschrieben und gerathen haben, daß die Stadt nicht in fremde Obrigkeit greifen oder Gewalt üben soll. Dazu haben wir geschrieben, daß die Fratres mögen ein eigen Pfarr haben und behalten, wie Ew. Gn. aus unsern Schriften allenthalben vernehmen werden. Wir bitten aber hiemit, Ew. G. wöllen als die Obrigkeit, und die geneigt ist, Gottes Lob und Ehre zu fördern, auf beiden Seiten zu Frieden helfen. Ew. Gn. zu dienen sind wir allezeit willig. Datum Wittenberg postridie Dominicae Iubilate anno 1532.

Ew. G.

williger

Martinus Luther.

No. 1047. (hoc temp.)

G. Spalatino.

† Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 108., cui Spalatinus sua manu adscripsit: ann. 1532.

Viro optimo, D. Georgio Spalatino, amico praecipuo,

S. D. Gratissimam rem fecit nobis D. *Pontanus* Cancellarius, quod de negotiis vestri conventus *) tam accurate scripsit ad *Lutherum* et me, teque rogamus, ut meo nomine agas gratias *Pontano* pro hoc officio. Ideo enim non scribo ad eum, quod eius occupationes mihi notae sint, nec libenter addere aliquid oneris velim.

Dei beneficio salvae sunt familiae *Pontani* et d. *Augustini*. Spero tuam familiam etiam salvam esse. *Pontani* filii scribunt patri; te rogo, ut literas exhibeas ei. Novi prorsus nihil habemus, nisi quod heri mihi scriptum est ex Cracovia, *Dantiscum* regi scripsisse, ut videat quoquo modo, ut pacem cum Turcis faciat. Nam in aliis nihil esse spei; Gallum multa moliri contra Caesarem; Papam exercere sycophantites; hoc enim verbo utitur. Scribit etiam, *Tartarorum* latrones, qui in Europam transierant, caesos esse. *Marchio* brevi ibit ad conventum. Bene vale. Postridie..... ..... *)

Philippus.

*) Conventus Suinfortensis.

No. 1048. 26. Apr.

Eidem.

† Ex autogr. Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 109., cui Spalatinus ipse adscripsit: „ann. 1532."

Viro optimo D. Georgio Spalatino, apud Illustriss. Principem, Iohannem Fridericum, Ducem Saxoniae, amico suo,

S. D. Etsi certum non erat, utrum nuncius *Cronebergii* deprehensurus vos esset in Francis, dedi tamen ei has literas, ut, si forte ad vos pervenisset, aliquid a nobis afferret. Utinam reipublicae pacem pariant istic vestrae actiones **). Sed principia adhuc non magnam spem ostenderunt tranquillitatis. Ac meo iudicio futilis ruina impendet Pontificibus, quae etsi nobis non est profutura, tamen afferet maximam mutationem iis rebus, quas ipsi propugnant. Nec dubitem affirmare, instare ἐπίτασιν, nec procul abesse. Haec aestas erit testis harum rerum. Christus respiciat ac servet miseras mulieres atque orphanos, in quos saevire crudelissimi hypocritae conantur. *Pomeranus* est apud *Brunswicenses*, retentus in itinere ***), ut eius urbis ecclesiam pacaret. Pro his curis retinendi status ecclesiastici, factio Pontificia reddit illam gratiam, ut nos cupiat interfectos. *Lutherus* vos omnes salutat, et mediocriter valet. Caetera hic pristinum statum habent. Bene vale. Dedissem nuncio libellos aliquot, sed non volebam eum onerare, praesertim cum dubium esset, utrum ad vos rediret. Ex *Cracovia* accepi literas de *Turcico* apparatu, mitiores vulgi rumoribus, sed tamen non nihil periculi ostendentibus, praesertim Italiae. Tuum officium gratissimum nobis est, quod his iam ad nos dedisti literas. Bene vale, vir optime, cum amicis omnibus. Freitags post Iubilate.

Philippus.

*) Legi non potest verbum.

**) Erat Spalatinus in Conventu Suinfortensi.

***) Vid. Lutheri epist. ad Pomeranum d. 24. Nov. 1532. Rediit Pomeranus Vitebergam mense Maio.

No. 1049. (a. 1532.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 185.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi, amico summo,

S. D. Hanc epistolam dedi *Ulrico Sillingo*, qui hoc semestri gessit dictaturam Academiae nostrae, Vir optimus ac modestissimus est, et in philosophia bene eruditus, nec rudis est graecarum literarum. Olim in Italia *Lazarum**) audivit, hic vero nostros professores literarum et philosophiae studiosissime audivit. Commendo igitur tibi hominem, ut eum salutes atque excipias. Verti quintum Ethicorum magno cum labore, et addidi commentariolum. Hunc libellum ipsi dedicavi **), ac de versione omnino a te peto, ut tuum mihi iudicium perscribas, postquam legeris. Nondum enim erant absoluti libelli, cum *Sillingus* abituriret, etsi chalcographus nunc properat, ut unum atque alterum exemplum secum auferat *Sillingus*. Ego cum habebo exempla, tibi mittam.

Dedi literas ad te et *Gaurico* Astronomo, quem velim te honorifice excipere et commendare principibus civibus, ut homo Italus videat, esse in Germania suorum studiorum admiratores. De Republ. nihil habeo. Nam Francicae transactiones quomodo procedant melius tenes quam nos. Bene ac feliciter vale. Postridie Cal. Maii.

Philippus.

No. 1050. (hoc temp.)

Ulr. Sillingo.

Epist. nuncupatoria praemissa libro: Ad primum, secundum, tertium et quintum Ethicorum Aristot. commentarii. Phil. Mel. Viteb. 1532. 8. 14. pl. Legitur etiam in opp. Mel. Basil. T. IV. p. 188. sq., unde hic eam praefationem transcripsimus.

*Clarissimo viro equestris ord. Rectori Academiae Vitebergensis Ulrico Sillingo***), compatri suo Philippus Melanthon.*

Cum in magistratum tuum inciderint et enarratio et editio *quinti* libri *Ethicorum*, duxi *has* de iustitia disputationes tibi praecipue dedicandas esse, quod maxime pertinet argumentum ad magistratus, quos hic noster Aristoteles sapienter appellat iuris atque iustitiae custodes. Et tu magistratum ita gessisti, ut non solum honestissimam iustitiae famam, sed etiam, quod difficillimum est, parem gravitatis atque humanitatis laudem consecutus sis. Libenter igitur hunc libellum e Graeco conversum tibi inscripsi, ut hoc officio quasi testimonium bene administratae reipublicae tibi darem. Ad haec cum et naturae bonitate ad amandam, colendamque iustitiam ducaris, et literis ac doctrina ita institutus sis, ut haec philosophiae studia praeclare intelligas, et mirum in modum ames: non dubitavi, quin magnae voluptati futurum esset, tibi videre verem iustitiae effigiem in hoc scripto eamque melius aliquanto expressam, magisque expolitam, quam qualis vulgo in scholis circumfertur.

Neque vero facile dixerim quanto cum labore verterim hunc librum e Graeco. Sed id existimandum his relinquo, qui in eodem genere aliquando periculum fecerunt ac norunt, quam difficile sit, tam exilibus ac minutiis sententiis addere lumen et perspicuitatem in lingua Latina, quod quidem me ubique consecutum esse, non ausim praedicare. Nonnulli in vertendo in locis parum intellectis de suo affingunt auctoribus novas sententias. Alii non intellecta reddunt ambigua, ne deprehendi queat inscitia eorum, quorum alterum impudentis est ingenii, alterum, quod meo iudicio etiam flagitiosius est, perversi atque astuti. Ego vero, etsi non superstitiose annumeravi verba verbis, tamen eam fidem, quae in interprete praecipue requiritur, summo studio praestiti, ut germanam auctoris sententiam reddere conarer, idque quam maxime plane ac dilucide possem. Quid autem assecutus sim, iudicium erit doctorum. Non enim permitto iudicium de hoc genere ineptis illis, qui vulgo perhiberi Aristotelici volunt; cum nulla liberali doctrina instructi sint, qui tantum abest, ut Aristotelem teneant, vix ut umbram eius procul aspiciant.

Quo autem consilio hunc libellum praecipue verterim non ignoras. Habet enim disputationes quasdam plenas suavitatis et ad vitam, inprimis utiles, quare cum vellem eum quam familiarissimum fieri iuvenibus, ita conatus sum vertere, ne obscuritas quemquam a lectione absterreat. Habes igitur a me munus aptum et studiis et moribus

*) Bonamicum.

**) Commemorat Strobelius in bibl. Melanth. editionem anno 1530. Sillingo dicatam, quae etiam extat in biblioth. Noribergensi. Haec vero epist. haud dubie scripta est anno 1532. Prodiisse igitur videtur edit. 2. huius libri hoc anno.

***) Schilling legitur in textu Basil.

tuis, quod cum accipies, haec ipsa te iustitia, quae omnium officiorum aestimatrix est aequissima, hortabitur, ut nos et studia nostra vicissim tua auctoritate, quantum poteris, tueri velis. Bene vale.

No. 1051. (fere d. 18. Maii.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 186.

Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo summo Noribergae.

S. D. Ego vero non eo scripsi verecundius, quod vel de humanitate vel de constantia tua dubitarem: sed quia amicis verecunde uti soleo, quippe quos statuam mihi virtutis causa colendos esse. Quare quicquid illud est, non enim omnia memini, quod in illis literis te offendit, boni consulas velim, iudicesque, profectum esse ab animo non solum amico, sed etiam honorifice de te sentiente. Neque ego possum amicus esse ulli, de quo non sentio honorifice, sed hac commemoratione inter nos nihil admodum opus est. Nihil est quod libello tuo succenseas, nam mihi ad exemplum pertinere videtur edi hoc genus scriptorum, ut haec aetas ad philosophiae studia invitetur, atque hanc ipsam ob causam libenter edidi, teque adhortor, ut studium philosophiae, in quod auspicato ingressus videris, ingenti animo urgeas, ne absterreri te sinas vel ineptorum quorundam iudiciis, qui nihil mirantur nisi suas ineruditas literas, vel quod ipsa philosophia ita dissipata iacet et indoctorum disputationibus corrupta, ut vix quid sequamur et qua cursum teneamus, invenire possimus. Invenies autem aliquid, cum et ad veteres respexeris, et ad illas tuas humaniores literas contuleris ea, quae de philosophia veteres scripserunt. Etenim si qua est Resp. futura bonis omnibus eniteridum est, ut adolescentia ad hoc studiorum genus attrahatur, qua in re ego quoque, quantum potero, nisi me statim hi civiles tumultus oppriment, elaborabo, deque his rebus, quoties animum ab aliis curis Ecclesiasticarum rerum abduco, cogito plurimum, qua ratione mederi huic parti τῶν πολιτειῶν, quam ego non duco infirmam esse, possimus. Ad quaestiones tuas respondeo, non quod arbitrer ignota esse tibi, quae collegimus *Milichius* et ego, sed ut intelligas studium nostrum.

De pacificatione *Sueinfortensi* nihil habeo, quod scribam, et tu haud dubie, priusquam hae literae ad te pervenient, certiora scies. Principia adhuc exiguam spem pacis ostendunt. Quidam nondum assunt, ut ego quidem interpretor, quo absentes facilius cavillari atque evertere acta possint, sed tota res est ut vides ἐν γούνασι θεοῦ, quem spero exitum gubernaturum esse. Et si volet nos perire, meminerimus nos oportere victimas fieri.

Ex literis quibusdam Helveticis intelligo, magnam desperationem omnium rerum in ea natione esse.

Hanc epistolam dedi *Gaurico* Mathematico, viro docto et humanissimo, quem velim te excipere ac salutare familiariter. Solet et versiculos facere, quare *Eobani* nomen valde amat, habet secum duos iuvenes, alterum Italum, alterum Germanum, doctissimos in Astronomia; fuit hic nobiscum toto quatriduo. Bene vale.

Philippus.

No. 1052. (fere d. 18. vel 19. Maii.)

Hier. Baumgartnero.

Epistol. lib. VI. p. 83. — Nunc ex autographo in cod. Monac. I. p. 56. accurate descripta. Inscriptioni epistolae Baumgartnerus sua manu adscripsit: „d. 22. Maii 1532. [vide], accepi] per Georg Frolich, Ratisbonae." — Hunc diem et annum editor libri sexti in fine epistolae addidit, quasi eo die scripta fuerit.

Ornatissimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noribergensi.

S. D. Quod rarius ad te scribo, non fit oblivione officiorum erga me tuorum, quorum recordatio mihi gratissima est, sed versor in miserrimis curis atque occupationibus, quae caetera officia saepe impediunt. Quare meum silentium boni consulas.

Nunc dedi literas *Gaurico* Neapolitano, Astronomo, viro docto et humanissimo, quem cum intelligerem cupidissimum esse videndae urbis vestrae, duxi ei literas ad te quoque dandas esse, quod inter ornamenta urbis vestrae, quae spectare cupit, meo iudicio, verissima ornamenta existimari debeant boni ac docti viri, tui similes. Quare rogo, ut eum non graveris excipere et salutare,

Vir est humanissimus, et in sua arte facile Princeps. Nec rudis est aliarum literarum. Nobiscum fuit toto quatriduo. Bene ac feliciter vale.

Philippus.

No. 1053. **19. Maii.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Cameran. p. 189.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo summo,

S. D. Existimo tibi nota esse omnia Francici conventus acta, quorum exitus cum sit incertissimus, nihil erat quod de eis scriberem. Non enim dubito, quin Pontificius ille summo studio hanc pacificationem impediturus sit. Idem fecit Augustae, cum intelligeret in eam sententiam propendere animum Caesaris et certorum principum, ne quid pronunciaretur, sed reiiceretur res ad concilium, sicut antea saepe decretum erat, publicae tranquillitatis causa, hic aliquoties *Campegius* adiit Caesarem, faces ei subditurus, et his verbis scio usum fuisse, non se agere Pontificis, sed Christi causam. Et nunc literis sua manu scriptis evocavit ad hanc rem *τὸν Περικλέα vicinum*[1]), quem tum quoque administrum istarum rerum habuit. Et habet quendam alterum *γεωργὸν*[2]) huius fundi, qui si gubernabunt hoc consilium, quid sperandum est, nisi ut *ἐπίτασις* accidat talis, qualis est in Smalcaldensi somnio picta. Et non admodum dissimile somnium nuper meum fuit, de quo tamen nihil affirmo.

Mitto tibi quintum librum Ethicorum, quem ut perlegas valde te oro, et observes, si quid aliter fuisse reddendum existimabis, scis enim quam parum habeam otii, et profecto saepe divinandum est in Aristotele propter brevitatem. Novi autem tuam et diligentiam in hoc genere *καὶ δεινότητα*: gratissimum mihi feceris, si quid emendaveris. Ego in ambiguis locis verti id, quod simplicissimum et mollissimum videbatur, sed expecto censuram tuam, non encomium. Bene vale, feriis Pentecostes.

Φίλιππος.

---

1) Bavarum.

2) Georgium Ducem.

No. 1054. **19. Maii.**

I. Brentio.

Libr. VI. epistol. p. 375. — Nunc ex autographo Melanth. in cod. Monac. I. p. 378. accurate descripta.

Clarissimo viro, D. Iohanni Brentio, docenti Evangelium in Salinis Suevorum, suo amico,

S. D. Non potui facere, quin ad te literas darem, praesertim tam idoneum tabellarium nactus, etsi nihil habebam quod scriberem. Nam publica omnia, quae quidem expetis scire, nosse te arbitror, de actis *Suinfordensibus*, de expectatione conventus *Norinbergensis*. Video tot profana negotia admisceri Evangelio, et praetextu religionis causas suscipi, ut nihil aliud dicam, longissime distantes a controversiis Ecclesiasticis, ut verear *ἐπίτασιν* gravem fore: Deus det nobis *καταστροφὴν* placidam. Audi mirum et plane Pontificium *στρατήγημα*. *Papam* dicunt polliceri Gallo, se electionem *Ferdinandi* improbaturum esse, et alia in hanc sententiam multa. Omnino sic existimo, et videntur id quaedam vaticinia significare, Pontificem Romanum nondum defunctum esse bellis Caesarianis, sed habiturum insuper alias tragoedias. Mitto tibi V. *τῶν ἠθικῶν* a me versum, quem volo te interdum legere, ac mihi significare, utrum satis dilucide videatur conversus. Bene vale, die Pentecostes.

Philippus.

No. 1055. **20. Maii.**

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 80.

Iusto Ionae.

S. D. Dei beneficio tui omnes salvi sunt. Et caetera hic in eo statu sunt, in quo erant te abeunte. *Cygnei* receperunt conditiones, quas proposuimus *), et ut significationem praeberent reconciliatae gratiae, miserunt Pastori et *Cordato* decem Ioachimicos, ex quibus dedimus 6 Pastori, *Cordato* 4. Iunior Princeps **) hic fuit biduo, ut

---

*) De discordia inter Pastores et Senatum istius urbis vid. epp. Lutheri an. 1531. d. 17. Apr., d. 1. Maii, d. 16. Maii, 21. Iun.

**) Ioannes Fridericus, filius Electoris.

inspiceret aggerem et propugnacula. Fuit Dei beneficio valde hilaris. Eramus enim apud eum *Lutherus*, *Pontanus*, *Pomeranus* *) et ego, nec semel dicebat, cum quidem multis horis produxissemus sermones, se diutius mansurum hic esse, nisi patri promisisset de reditu in eum diem. Non audio Theologos Noribergam **) ituros. καὶ ταῦτα μὲν περὶ πολιτικῶν.

Heri diligenter egimus cum tuis rusticis, Herr Johann Sax, *Franciscus* et ego, de vino advehendo. Illi respondebant, se non gravatim gesturos esse tibi morem, si Torgam aut ad aliud vicinum oppidum mitterentur. Sed equos debiles hoc tempore, nullo modo sufficere tam procul vehendo oneri. Non est visum e re tua fore, si cogerentur. Nam inviti nihil boni facturi erant. De industria cunctati essent in itinere ad sumptus augendos, ac fortassis equos studio perdidissent, ut tibi damnum afferrent. Neque tamen eo die invenire aurigam potuimus. Cras speramus nos habituros esse, qui cum validis equis istuc veniat. Bene vale. Donnerstag post Pentecosten.

Philippus.

No. 1056. **30. Maii.**

Io. Hesso.

Edita a Pezelio in libro III. epist. p. 221. (edit. Londin. III. ep. 129.) — Nunc accuratius ex ipso autographo Mel. in cod. Rehd. Vratislav. Vol. V.

Iohanni Hesso

S. D. Accepimus tuas literas *Lutherus* et ego de *Bohemo Medico*, redditas a *Michaele Carnoviano*. Sed, mi Hesse, invidit nobis omnibus fortuna *Bohemum* illum medicum. Nam paucis diebus post, cum iam accepisset tuas literas humanissime scriptas, decessit e vita, extinctus, ut multi suspicantur, veneno a quodam ὁμοτέχνῳ. Maximum sui desiderium reliquit amicis omnibus. Erat enim et probus, et in curanda mentagra ac pestilentia felicissimus. Cuius rei multa possim[1]) exempla narrare. Itaque et aemuli, cum alioqui detraherent ei caeteras artis laudes[2]), tamen haec duo praeconia relinquere, ut cogebantur. At[3]) mihi visus est etiam de aliis morbis prudenter iudicare. Ego plane familiariter doleo, eum nobis tam immatura morte ereptum esse. Sed postquam ita Deo visum est, fati vis ferenda est. Haec ad te scripsi, ut intelligeres, nuncio *Michaeli* non fidem aut diligentiam, sed fortunam defuisse. Commendo igitur tibi *Michaelem*, si qua in re adiuvare poteris.

Novi plane nihil habemus. Nam de pacificatione, quam *Moguntinus* molitur, votum adhuc magis est, quam spes. Utrinque certorum hominum cupiditate consilia pacis impediuntur, etsi noster Princeps non desinit summo studio ac fide de pace agere. *Christus* fortunet honesta consilia. De *Turcis* hic silentium est, de quibus si quid habes certi, obsecro te, ut mihi significes. Bene ac feliciter vale. *Lutherus* iussit tibi suis verbis salutem adscribi. Donnerstag[4]) μετὰ τὴν τῆς ἁγίας τριάδος.

Philippus.

*) Hic enim ex itineribus in Saxoniam inferiorem factis Vitebergam redierat.

**) Ad conventum, d. 8. Iun. habendum.

1) Pez. *possem multa.*

2) Pez. *artes et laudes.*

3) Pez. *ac.*

4) Pez. *Feria V.*

No. 1057. **(mense Maio.)**

(Duci Sax. Electori.)

† Ex autographo in tabul. Vinar. Reg. H. fol. 65. no. 17. transscriptum in cod. Goth. 452. p. 309. (Non legitur in epist. Lutheri edit. de Wette.)

(Iudicium Duci Sax. Electori factum.)

D. *Lutheri*, D. *Ionae*, D. *Pomerani*, D. *Crucigeri* und *Melanchthonis* Bedenken von der künftigen Handlung von einem beständigen Religionsfrieden im Römischen Reiche. 1544. (Ex nota marginali Lutheri intelligitur hoc iudicium a Melanthone scriptum esse.)

Im Fall, daß man von einem Anstand oder äußerlichen und weltlichen Frieden in deutscher Nation handeln würde, ist wohl zu achten, daß man viel Condition und Verstrickungen suchen wird, diesen Theil, der Confession anhängig, zu versäumen und die Lehre zu verhindern. Nun können wir nicht alle ihre Ränke bedenken. Es ist aber aus den vorigen Handlungen wohl abzunehmen, daß sie diese drei Stücke suchen werden; nämlich, daß wir in andere Herrschaften nicht Prädicanten senden, oder die Lehre an solchen Orten in kei-

nein Wege finden. Dieser Artikel ist wider Gott; denn, wie Paulus spricht, das Evangelium soll nicht gebunden seyn. Dieses ist der vornehmsten Gottesdienste einer, christliche Lehre und rechte Gottesdienste ausbreiten und fördern wo man kann, besonders mit solcher Maaße, mit Predigen und Prediger senden ohne gewaltsames Vornehmen. Und bedarf dieses ganz keiner Disputation, diesen Artikel kann man nicht willigen.

Zum andern werden sie vielleicht suchen, daß man niemand mehr in die Bündniß annehmen wolle. Wiewohl Bündnisse machen zu solcher christlicher Hülfe göttlich und recht ist, (denn jeder Regente ist auch ohne Bündniß dem andern in solchem Falle treue Hülfe schuldig und pflichtig, wie leicht zu erklären und zu beweisen, und Joh. 3. stehet geschrieben: daran erkennt man die Liebe, wie Christus sein Leben für uns gegeben, also sollen wir auch unser Leben für die Brüder geben); doch sehen wir, daß so viele Untreue in Bündnissen mit unterläuft, daß wir nicht sehen, daß man große Hülfe oder Trost davon zu gewarten. Darum sehe ein jeder, was er für sich schuldig ist. Ein frommer christlicher Herr kann sich nicht verpflichten, einem andern in solcher Sache Hülfe zu thun. Dieses ist geredt von eigner und privat Hülfe. Dieses gehet die Bündnisse nichts an; denn er kann nichts trösten von fremden untreuen Bundesverwandten. Darum so die andern die Bündniß wollten einziehen lassen, und wollten also der Liebe vergessen und andern nicht helfen, kann ein frommer und treuer Bundesverwandter sie dazu nicht zwingen, und ist deßhalben entschuldigt, so er auch invitus tolerirt, daß andere nicht angenommen werden, denn wie kann er die andern zwingen, Hülfe zuzusagen?

Wissen derohalben auf diesen Artikel nichts anders zu bedenken, denn daß in diesem Fall die Bundesverwandten fleißig erinnert werden, daß sie Hülfe schuldig sind; wollen sie aber nicht mit Ernst helfen, was ist's, daß man viel Trosts zusagt, und folget darnach kein Schutz. Christus hat der Welt Untreue wohl gewußt, darum saget er vom Predigen, und will, daß wir die Fährlichkeit Gott befehlen; der lasse seine Kirche nicht untergehen, sagt nichts von Bündnissen und der großen Könige und Fürsten Treue *). Also mögen wir auch diese unsre Fährlichkeit Gott befehlen, sollen aber gleichwohl die Regenten vermahnen, erinnern, und ihnen anzeigen, daß sie schuldig wären fromme Christen in Schutz zu nehmen, wie der Psalm spricht: wohl dem, der sich des Elenden annimmt *). Begeben sich auch Leute aus andern Herrschaften in Städte oder Lande, da das heilige Evangelium gepredigt wird, da ist die Obrigkeit daselbst schuldig, sie zu schützen wider unrechte Gewalt.

Zum dritten, vom Kammergerichte ist in keinem Weg zu willigen, daß sie sollten wider die jetzigen oder andere, so künftig die christliche Lehre würden annehmen, zu procediren Macht haben von wegen der Lehre, oder andere Sachen die Kirchenbestellung mit Lehre oder Gütern belangend. Denn das ist öffentlich, daß das Kammergerichte ein ganz weltlich Gerichte ist, und hat von der Lehre und Kirchenbestellung nichts zu richten. Zu dem ist öffentlich, daß sie uns zum heftigsten entgegen sind.

Wo sie auch die Restitution suchen wollten, ist unser Bedenken, daß die Herren schuldig sind, die Kirchengüther in rechten Brauch zu bringen, ihre Pfarren, Schulen und Hospital ziemlich versorgen; das sollten sie thun, und darob halten. Wollen sie es aber dem Papste schenken, oder sonst ohne Nutz umbringen, das können wir nicht wehren. Dennoch wollen wir durch Gottes Gnade sagen, was Recht ist. Mehr können wir nicht dazu thun.

Die Kirche muß vornemlich die letzte Zeit große Untreue erfahren, wie Daniel sagt: viel werden sich verrätherisch zu ihnen halten. Gott helfe uns.

Es ist auch erwähnet, daß vorfallen möchte, daß man von der Form eines Concilii reden würde. Wiewohl wir nun ganz nicht zweifeln, daß Papst und König kein frei Concilium können oder werden leiden, werden sich auch deshalben keiner Form nimmermehr vergleichen können; so wäre dennoch gut, daß wir darauf bedacht wären, und wollen dieser Sachen weiter nachdenken, und Ew. Churf. Gnaden davon berichten lassen.

Es müßen erstlich Papst, Könige und Fürsten willigen, daß die Richter beeidet würden, frei nach Gottes Wort und eigenem christlichen Gewissen zu urtheilen, und nicht nach Menschensatzungen und Schul-Opinion, auch nicht ansehen päpstliche Autorität, oder angemaaßte Gewalt oder Gewohnheit. Da wird vorfallen, ob man einschließen wollte zu Gottes Wort den Brauch der ersten christlichen Kirchen zu der Apostel Zeit, oder wie dieses zu bedenken.

Item, man möchte die Articul, davon zu sprechen, stellen, als nämlich von der Confession; damit wäre auf-

*) Lutherus in margine adscripsit: „i. e. non promittit, quod sint fideles futuri, sicut ipse est; sed promittit, se affore, si foedera initia servaverint, sicut fecit in lege tota."

*) Lutherus sua manu in margine adscripsit: „aliud est dicere: die Könige sollen's thun, die Könige werden's thun; prima pars incerta est, de qua Philippus; altera pars certa, de qua non loquitur Philippus."

gehoben, daß nicht vonnöthen seyn würde, die vier alten Concilien in den Eid zu setzen.

Item, von Wahl der Personen durch beider Part Bewilligung.

Martinus Luther D.
Iustus Ionas D.
Iohannes Pomeranus D.
Caspar Creutziger D.
Philippus Melanchthon.

No. 1058. **2. Iun.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 188.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi, amico summo,

S. D. Venerunt huc quidam adolescentes, qui praedicant se literas a te sibi datas amisisse in itinere, quae res mihi accidit permolesta. Nunquam enim avidius expectavi tuas literas, praesertim cum diu nihil acceperim, et ego non solum de *Gaurico* et nostris philosophicis sermonibus, sed etiam de Conventibus multa ex te scire cupiam. Quare te oro, si quid fuit in illis literis, quod me arbitraris scire voluisse, fuerunt autem haud dubie multa, ne graveris eadem rursus scribere, et addere, si quid interim occurrit.

Ego novi nihil habeo, nisi quod hic mihi homo peritus narravit de Turcis, in Pannonia exiguas copias esse, nec de irruptione in Germaniam quidquam agi, tantum muniri quasdam arces Pannoniae adversus utrumque Regem. De pacificatione bona spes esset, si possemus ἀντὶ χάριτος δοῦναι χάριν, sed res non est nostris in manu, qui quidem pacis valde cupidi sunt. Sed fata urgent Germaniam, si motus fuerit excitatus, ut scis me vereri, etsi spero in praesentia mollem fore καταστροφὴν, tamen quantum mali in longinquum allaturus sit Germaniae atque Ecclesiae, utinam hi prospicerent, qui nunc ferocissime omnem pacis mentionem repudiant.

De quinto Ethicorum amabo te, scribas mihi tuam censuram. In commentario ipse quaedam, cum erit plus otii, conabor reddere clariora. Mihi crede, non solum in Philosophia, sed etiam in aliis superioribus disputationibus multa quotidie dediscere cogor, nec sine negotio me a prioribus opinionibus abduco. Tuas literas expecto, nihil enim habebam, quod scriberem. Doct. *Augustinum* ac caeteros per occasionem salutabis. Bene vale IIII. Non. Iunii.

Philippus.

No. 1059. **5. Iun.**

G. Spalatino.

† Ex autogr. Phil. in cod. Basil. F. 101. epist. 110., cui Spalatinus ipse adscripsit: ann. 1532.

Viro optimo Georgio Spalatino, amico suo summo,

S. D. Christus gubernet ac fortunet pacis consilia, qui cum hoc velit honore coli, ut Deus pacis atque consolationis appelletur, haud dubie haec a se peti eaque largiri volet. Idque faciet; non enim sinit ecclesiam funditus interire. Novi quod scribam nihil habeo, sed officio adducor, ut has ad vos literas dem, ut sitis animis aequioribus. Dei beneficio salvae sunt familiae doctorum nostrorum, D. *Pomerani*, D. *Benedicti*, et D. *Augustini*, quod te velim eis dicere. Iussi etiam, ut per hunc tabellarium scriberent. *Lutherus* sic satis valet, nam his diebus praelegit iterum, et meliuscule valet *Gregorius Pontani* filius. Si meus affinis Petrus *Hares* istic est, salutabis eum amanter meis verbis, eumque rogabis, ut D. *Locero* caussam *Mycilli* diligenter commendet. Scribam utrique cum audiero, eos istic esse. Saluta reverenter meis verbis doctores καὶ τὸν Ὀσίανδρον. Bene vale. 5. Iunii.

Philippus.

No. 1060. **22. Iun.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 198.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo summo Noribergae,

S. D. Has literas dedi *Sebaldo* affini meo, sodali tuo veteri, qui certi negotii causa ad conventum Ratisbonensem proficiscitur, etsi quid scriberem, plane non habebam, praeter hoc unum, me mirum in modum anxie tuas literas expectare,

quod facile potes suspicari; diu enim nullas accepi, et pleraque geruntur apud vos et in vicinia vestra, quae plurimum refert nos scire. De conventu Noribergensi nihil huc perlatum est, nisi πρῶτον δρᾶμα, de exitu suspicari aliquid possumus, ex his edictis, quae apud nos et apud vicinos proponuntur de comparandis exercitibus, qua in re etsi bellum Turcicum praetexitur, tamen multi suspicantur longe aliud agi in utraque parte. Nec ego leviter angor sollicitudine et cura harum rerum, etsi spero καταστροφὴν tolerabilem.

De rebus, quae apud vos actae sunt, etsi ex nostris prius scire pleraque potero, quam tu possis rescribere, tamen si quid habes, gratum mihi feceris, si nobis perscripseris. Easdem enim res ex tuis narrationibus et opinionibus melius intelligam. Non dubium est, quosdam summo studio pacificationem impedire. Id sciebam priusquam in Francis conveniretur. Motus impendet, Ioachime, magnus, auctores qui futuri sint, etsi praevideo, non audeo tamen perscribere. Etiam aliquid agi occulte intelligo, de quibus utinam possem omnes cogitationes extinguere. Multa autem vulnera Germaniae sunt, quibus medicina opus est, sed tu scis curationes saepe peccare. Me si hi tumultus oppresserint, commendo tibi memoriam nostrae amicitiae. Non valde angor metu privatorum periculorum, sed Reipublicae miseret me, maximeque Ecclesiae, quam etsi Pontifices iam olim tyrannide oppresserunt, tamen hic motus etiam graviter affliget. Nullam habeo spem, quoquo res inclinabit, fore, ut unquam sententiam liberam dicere possimus de dogmatibus. Et profecto ea res necessaria est, si quam concordiam firmam et piam constitui volumus, si quis forte, bello moto, proposuerit adhortationem, ne quis impediat suum consilium, se publica causa moveri, et omnes vires atque consilia ad id unum collaturum esse, ut dogmata rite iudicari et constitui, ut sanari ambiguae mentes possint, quid putas effecturus est? Quis hic, inquis, erit? Nescio, neque existere quenquam velim. Sed ita res se habent, nihil ut non metuendum esse videatur. Itaque mirabiliter et his cogitationibus exerceor, sed non debeo scribere omnia quae vellem. Bene ac feliciter vale. IX. Cal. Iul.

Φίλιππος.

No. 1061. **24. Iun.**

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 194.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo summo,

S. D. Vides, mi Ioachime, in his pacificationibus non hoc agi, ut religioni consulatur, sed simulari nescio qualia foedera ad tempus per metum. Itaque nihil mirum est, non procedere has transactiones. Quomodo enim putemus favere Deum talibus consiliis? Epitasis igitur alia restat, et in hunc annum concurrunt omnia signa, eclipsis, cometes, et dirarum coniunctionum minae. Post eam epitasin existimo fore, ut de ipsa doctrina et religione disputetur. Interim oremus Deum, ut exitum gubernet.

Conventum Noribergensem puto dimissum iam esse, quo magis te iterum oro, ut mihi aliquando scribas, quicquid erit.

Hic adolescens febri coactus est hinc discedere, rogavit me, ut se commendarem amicis, ut eorum opera aliquod famulicium, aut in schola aliqua, aut apud aliquem civem consequi possit. Scis me in hoc genere tibi non saepe molestum esse, tamen huius hominis probitate et calamitate moveor, si qua erit occasio, quod sine tuo incommodo fieri velim, quaeso te, ut eius rationem habeas. Bene vale, VIII. Cal. Iulii.

Philippus.

No. 1062. **26. Iun.**

G. Spalatino.

† Ex apogr. Dresd. in cod. 140. p. 82ª. ep. 41. a Chiliano facto, descripta a Cl. Gersdorfio.

Ad Spalatinum.

S. D. Vetus est dictum: *Gaudeant bene nati*, et sumtum est, ut mihi videtur, ex quodam Aristotelis loco. Si quid autem veri habet, ut ego quidem statuo, etiam tum gratulabere geneseos tuis suavissimis filiabus. Significationes morum et ingenii sunt illustres et optimae in utraque, nec vero dubito minorem natu aptissimam fore ad literas, et inprimis amantem religionis, spero etiam longaevam fore. Altera maior natu iisdem studiis

delectabitur, sed habebit casus difficiliores ac fortassis partus pericula *). Minori Saturnus etiam valetudinis pericula minatur, sed non atrocia. Maiori promittit Iupiter divitias. Sed mittam descriptionem singularum partium. Nunc mitto responsum de monacho desertore, cuius perfidiam utinam insigni exemplo punirent magistratus, si ad poenam retrahi posset. *Eccius* theologus, deprehensus in adulterio, aliquot vulnera accepit satis periculosa. Vetus non solum moechus, sed etiam gladiator est, nescio an armis se texerit, an vero fuga vitam redemerit. Talia exempla coelibatus parit, quem ipsi omni genere crudelitatis defendunt. Bene vale. 26. Iunii 1532.

Philippus.

No. 1063. 27. Iun.

Georgio Pr. Anhalt.

Select. epist. p. 272. Iterum lib. I. epistolar. p. 88. (edit. Lond. lib. I, ep. 40.)

Illustrissimo et Reverendissimo Principi ac Domino, Domino Georgio Principi in Anhalt, Comiti Ascaniae, etc.

S. D. Etsi deerat mihi argumentum, quod quidem literis dignum videretur, tamen petenti Domino *Nicolao* **) dedi hanc epistolam, qui affirmabat hoc meum officium Celsitudini tuae, praesertim in hac valetudine, gratam fore. Quanquam enim C. tua nequaquam frangeretur animo, et valetudinis imbecillitatem caeterasque difficultates summa constantia perferret: tamen aiebat D. *Nicolaus* interdum C. tuam oblectationem aliquam etiam ex studiosorum sermonibus aut literis quaerere. Ego vero non dubitabam, quin C. tua magno robore animi praesentes difficultates sustineret. Tenet enim ea quae ad consolationem et in doctrina christiana et in aliis literis gravissime proponuntur, quae a me colligi hoc loco nihil opus est. Una illa est efficacissima consolatio, quod scimus Ecclesiam esse subiectam afflictioni, cumque hanc Diabolus immaniter oderit, nullis non scandalis ac iniuriis nos oppugnat. Ergo erigamus nos, et meminerimus non esse cedendum Diabolo. Vincet tandem *Christus*, et interim nos baptizatos inter tot mala servabit et gubernabit, si ab ipso opem implorabimus. Ac vere existimo plurimos pios ubique terrarum esse, qui et ipsi exercentur variis casibus. Horum omnium gemitus exaudiri et respici a *Christo* statuamus, nosque ad hos aggregemus, ac simul petamus, ne sinat nos opprimi rabie ac furore Diaboli, ne perire nos obrutos scandalis sinat. Magna, ut mihi videtur, consolatio est, intelligere unde tam saevi impetus in nos fiant, et scire hunc verum esse Dei cultum, confugere ad auxilium Domini nostri *Iesu Christi*, qui vult in infirmis vincere. Haec sapientia ignota est Philosophiae, quae tamen et ipsa colligit plurima, quae si non remedium, tamen oblectationem aliquam adferunt; sed utriusque generis argumenta veriora scit C. tua, quam ut a me recitari opus sit. De *Synodo* est silentium. Caesar dicitur redire in *Hispanias*, etsi nondum hoc affirmare possim. Nam literae *Noricae* erant ambigue scriptae. Sed de *Sabaudiensi* affirmabant, *Sabaudiensem* ducem ita transegisse cum *Gallo*. Cedit Regi *Gallico* ducatum *Sabaudiensem*, pro quo vicissim dat ei *Gallus* ducatum *Borboniensem*. Ita *Gallus* aditum in *Italiam* retinet. Fuerunt una Caesar et Papa. Sed *Gallus* ad eos non venit, excusans valetudinem. D. *Nicolaus* vocatur ab Ecclesia *Fribergensi*, sed nisi re vobiscum deliberata etc. nihil statuet. Bene valeat C. T. 27. Iunii.

P. M.

*) „D. Philippus in alia quadam epistola, ad eundem scripsit, primogenitae genesin esse multo meliorem." Haec Chilianus in margin. adscripsit.

**) Nic. Hausmann.

No. 1064. 29. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 189.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo summo,

S. D. Tuas literas accepi hodie, in quibus Genesin Regiam petis. Quod autem de *Gaurico* significas, quale sit, non plane potui intelligere. Aberat enim epistola illa, nescio cuius amici tui, quam te mittere ais de illius sermonibus. Id eo scribo, ut scias eam periisse, nisi consulto retinuisti. Quicquid autem est, non valde moror, novimus enim totius illius gentis ingenia et voluntates erga nos. Ego quicquid ei tribui officii, propterea feci, ne prorsus feri et contemptores

[illegible] videretur; in quibus iste quadam [illegible] versatur. Iure autem in eo humanitas desiderari potest, si omnia nostrorum hominum vel studia vel officia contemnit. Sequitur quaedam disputatio de periculis illorum; qui nostra pacificatione videntur excludi. Legisti, quantum intelligo, nostras rationes, quae a nobis ita perscriptae sunt, ne per nos stare videretur, quo minus pax coiret; non solum nobis, sed hoc quidem tempore universae Germaniae valde necessaria, etsi vix ullam spem pacis habuimus unquam. Scripsi enim tibi de quodam *), quare putem eum impedire istam pacificationem; qui etsi audax non est, id quod et genesis illius videtur ostendere, tamen publico quodam fato videtur trahi ad efficiendam conversionem reipubl. maximam. Et non solum Romani, sed etiam vicini nostri **) malunt omnia deflagrare, quam nos incolumes esse. Sed quicquid erit, Ecclesiae video plurimum impendere mali. Res sic agitur, quasi studio quidam veritatem obruere velint. Quam sceleste etiam sinunt disciplinam omnem universam Ecclesiae interire, vides. Cur hoc non agitur, ut cum dubitationes de maximis rebus haereant tacite in animis omnium ubique, de dogmatibus explicandis ratio ineatur? O mi Ioachime, quam velim hoc fieri et rite fieri. Et mea consilia semper eo tantum spectarunt, donec spem aliquam habui, haec fore meliora. sed omitto has querelas, nam meus animus est tibi satis cognitus, et non ignoras haec mala diu iam ἀνήκεστα esse.

Mitto tibi geneses eorum, quorum petiisti, ac alterius quidem ***) et altera circumfertur, sed *Gauricus* affirmabat hanc veram esse, si recte memini. Mars erat in fovea, in eo catalogo, quem *Cornelius Scepperus* habebat. Neque hic multo aliter se habet.

Carion habet τοῦ χρονίωνος, quae paululum ab hac differt, in qua Saturnus et Mars sunt in Quinta, sed exemplum non habeo; misissem enim alioqui. Postremo, ut etiam laeti aliquid scribam, vidi carmen cuiusdam Itali, quem *Gauricus* dicebat fuisse *Pontani* praeceptorem, in quo planetarum motus mirifice describuntur. In fine addit vaticinium de coniunctione quadam magna, in qua de his ecclesiasticis discordiis satis clementer vaticinatur, caetera quo pertineant, μαντικῆς ἔργον.

In V. Ethicorum deprehendi quaedam errata, quae tamen valde difficile erit ἐπανορθοῦν. Si adhuc Noribergae sunt nostri, dices salutem Doct. *Ioanni*; *Pontano* et aliis, et dices eorum familias salvas esse. Bene vale. III. Cal. Iulii.

Pontani praeceptor *Laurentius Miniatensis.*

At quoque quae nostris iam iam ventura sub annis
Est melior, nostrae legis vix pauca refringet.
Aspera quae nimium sacris et dura ferendis,
Et genus omne mali tollet, pompasque sacrorum,
Ac regem dabit innocuum, qui terminet orbem.
Hic reget Imperio populos, gentemque rebellem
Imperio subdet, toti et dominabitur orbi.

Philippus.

*) Principe iuniore C. W.
**) Dux Georgius et Marchio C. W.
***) Ferdinandi C. W.

No. 1065. (Iun.)

Io. Obernburgero.

Mel. Select. epist. p. 297. — Iterum libro I. epist. p. 408. (edit. Londin. lib. I. ep. 119.)

Ad Iohannem Obernburger, Secretarium Caroli V. Imperatoris,

S. D. Cum conventus imperii miseriarum pleni sint, tamen interdum hoc habent boni, quod amicitias pariant inter ignotos, qui forte ibi conveniunt. Itaque etsi non delector recordatione comitiorum *Augustanorum*, in quibus tristi ac atroci sententia damnati sumus; tamen hoc privatim me debere illi conventui iudico, quod facultatem mihi praebuit, cum nonnullis bonis viris amicitiae contrahendae, in quibus te vel praecipuo loco propter humanitatem ingenii tui et orationis suavitatem ponere soleo. Nam hae tuae dotes mirifice me tibi devinxerunt. Illud accidit mihi perincommode, quod tua consuetudine non perinde frui potui ac volebam, propter religionum rixas, in quas meo quodam fato incidi, de quibus hoc te oro, quod est humanitate tua atque suavitate dignissimum, ne privatas necessitudines propter publicas illas controversias aut dirimendas aut minus colendas esse putes, praesertim cum ego sine aliqua cupiditate in negotiis istis verser, et simplici animo ea, quae ad retinendam, stabiliendam atque ornandam religionis puritatem conducunt, quaesiverim, idque ita, ut appareret mihi studium pacis non deesse. Etenim si quis alius,

ego maxime odi has violentas digladiationes, praesertim de religione, nec probo φιλονεικίαν. Haec eo ad te scribo, ut tibi nostrorum congressuum memoriam renovem, ac ut intelligas, me tuae amicitiae cupidissimum esse. Quod si ostenderis te a nostra amicitia non abhorrere, maxime confirmabis meum de tua humanitate iudicium. Dedi autem has literas cuidam Iurisconsulto, qui causam istuc affert minime odiosam, meque rogavit, ut se alicui ex vestro ordine commendarem. Ego cum ingenium tuum magnopere amem, ad neminem malui quam ad te scribere, teque oro, ut huius hominis causam habeas commendatam. De Republica nihil libet scribere. Video hoc pertinaciter a nostris adversariis agi, ut res ad arma deducatur. Quod si fiet, etsi stultum videtur de futuro aliquid adfirmare, tamen ego hoc propemodum praedicere ausim, καταστροφὴν futuram esse neque Ecclesiae neque adversariis utilem. Cuius meae opinionis non difficile mihi fuerit multa et certa argumenta colligere, sed haec permittenda sunt fatis. Clarissimo atque optimo viro D. *Alfonso Valdesio*, ut me reverenter atque amanter commendes, te etiam atque etiam oro. Bene vale. Mense Iunio. Anno 1532.

No. 1066. **8. Iul.**

Henrico ab Einsiedel.

Edita in *Kappii* Nachlese I. p. 202. ex autographo Philippi.

Dem Ehrenvesten und gestrengen Herrn Heinrich von Einsiedel, Rittern, meinem günstigen Herrn.

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrenvester, gestrenger Herr. Ich kann mich sehr wohl erinnern aller Schriften und Unterreden, so sich in die funfzehn Jahr von dieser Frag*) zugetragen, und wiewohl diese Meinung erstlich vom ehrwürdigen Herrn Doct. Martino allein also begriffen, so ist doch hernach diese Sache stattlicher, und von ihm mit andern fleißiger disputirt worden.

Und können sich Ew. Ehrenvest selbst leichtlich unterrichten aus diesem Exempel: so ein Fürst einem Unterthan sein Weib wegführen wollte, und der Mann könnte sie schützen, so wäre er das zu thun schuldig, unangesehen daß er ein Unterthan wäre, und thät hierin christlich und recht, wenn er gleich seinen Herrn in der Gegenwehr umbrächte. Und das aus diesem Grunde: das Evangelium ist eine Lehre von ewigen Dingen, und will in diesem zeitlichen Leben natürliches und kaiserliches Recht nicht austilgen. Nun ist der Schutz natürliches Recht; item, natürliches Recht ist wahrhaft göttliches Recht. Nun sind die jetzigen Sachen also: diesem Fürsten wird gedräuet ohne Urtheil und Recht; und sind viele Sachen, darin ganz offenbarlich ist was Recht ist, als der Priester Ehe, Meßkauf, Verboth des Sacraments etc. Nun ist in öffentlicher iniuria atroci einem jeden der Schutz, die Defensio natürlich erlaubt. Darum thun die Fürsten recht, und sind die fremden Völker, Hispanier und Italiener, so Ewr Blut begehren, nicht anders denn wie Mörder zu achten in diesem Fall. Das alles ist die einfältige, klare Wahrheit, der wolle Gott Beistand thun, wie zu hoffen. Ich sende Ew. Ehrenvest die Copie wieder, und hab mit wenig Worten erinnert, in welchen Punkten hernach weiter davon disputiret worden; hoff Ew. Ehrenvest habe Berichts genug. So aber Ew. Ehrenvest mehr Berichts haben wollt, erbieth ich mich, weiter zu schreiben. Es sind auch Armenier die ersten gewesen, die sich wider Maximum den Kaiser von wegen des Glaubens geschützt haben. Gott bewahr E. E. Datum 8. Iulii.

E. E.

williger

Philippus Melanthon.

*) Nimirum: an liceat principibus et nobilibus evangelicis subditos suos defendere adversus Imperatorem eiusque mandata ad doctrinam divinam spectantes.

No. 1067. **1. Aug.**

Norinbergensibus.

Epistola Theologorum Witebergensium, cui etiam Melanthon subscripsit, ad Norinbergenses, simulque iudicium de forma sacrorum iisdem missum, videatur in Epistolis Lutheri (apud de Wettium T. IV. p. 387.).

No. 1068. **(ineunte Aug.)**

G. Spalatino.

† Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 112., cui Spalatinus ipse adscripsit: „anno 1532."

Viro optimo D. Georgio Spalatino, amico summo,

S. D. Gratulamur tibi ac nobis felicem reditum, et precamur, ut Christus te servet diu incolumem

et tuis et reipublicae. Novi nihil habebam, etsi heri vesperi accepi literas ex Noriberga. Sed de *Turcis* nihil habebam. De *Landgravio* puto te audisse, quod assentiatur vestrae sententiae de pace, quem scis aliquamdiu dubitasse, utrum pacem mallet quam bellum. Et contatio illa seu dubitatio valde suspecta nonnullis fuit. Sed Christus gubernet animos principum ad laudem Evangelii, et propter suam gloriam scandala averruncet. *Ionas* nunc respondet *Mustelae*, cuius extat libellus veneni plenus de bonis operibus. Titulus est: *Agricolae Phagi* *). *Crotus* edidit. Bene vale,

Philippus.

No. 1069. **9. Aug.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 172.

Viro optimo Ioachimo Camerario, amico suo summo,

S. D. Apud alios libentius soleo praedicare tuam prudentiam, quam mihi non uno tempore neque in una re videor perspexisse. Neque tamen minoris facio singularem fidem in consiliis dandis tuam. Voluntatem vero eximiam etiam exosculor. De quibus intelligo natam esse epistolam, quam proxime ad me misisti plenam gravitatis, constantiae et benevolentiae, in qua sapienter colligis multa, disputas diserte, mones amanter. Sed scito sperare me in iis, de quibus scribis, ita cantum fuisse, ut nihil periculi esse existimem. Tibi quidem et scripsi et scripturus sum posthac, quicquid in mentem venerit, παῤῥησιαζόμενος, sine omni metu. Quod si erga alios quoque libertate forte nostra usi fuerimus, quis me tandem poterit reprehendere? Nam si scribimus ita fere ad amicos, quemadmodum cum illis colloqui consuevimus, fieri nequit, ut, quasi a iuratis testimonium diceretur, ita omnia exquisite et circumspecte proferantur. Quis autem erit tam inhumanus, qui illa evulgare, aut si quid evulgatum forte sit, eo in meam perniciem abuti velit? Nam exemplum illud furti quod adducis, me non admodum movet. Quid enim simile? Ego neminem laedendi animo, nemini obtrectandi voluntate, non odio incitatus, non commotus ira, nulla impulsus malevolentia, aut narro in literis quae audivi αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι plerumque, aut refero comperta, aut addo interdum quid ego iudicem, quid sperem, metuam, suspicer, optem. Haec fraudi mihi non esse debebunt, atque adeo ne possunt quidem praetermitti. Sed tu δικαστήρια etiam commemoras. Ego vero ut amans bonarum artium et studiorum humanitatis illius ἀκριβοδικαίου quasi forum exceptione quadam tum declinabo, et sequar τὸ τοῦ ἐπιεικοῦς. Vel appellabo etiam omnium bonorum fidem et aequitatem. Sed nihil ut spero opus erit disceptatione. Tibi quidem gratias habeo, et utar consilio tuo, et iis, quae amantissime subiicis, parebo. Vale, V. Id. Augusti.

Philippus.

*) „Pro defensione bonorum operum adversus novos evangelistas. Auctore *Agricola Phago* [*Georgio Wicelio*]. Hoc „libello invenies prostratum Lutheranismum amice lector. „Praecedit epistola ad *Crotum* Rubianum." (In fine libri:) „Excudit Lipsiae Michael Blum, anno a Christo nato „M.D.XXXII. 8." (liber rariss.) — Ionas respondit Wicelio, qui postea iterum edidit: Georgii Wicelii confutatio calumniosae responsionis *Iusti Ionae*, id est *Iodoci Koch*, una cum assertione bonorum operum. 1533. Lipsiae. 4.

No. 1070. **10. Aug.**

Testimonium Megalo datum.

† Ex apographo in cod. Goth. 127. in fol. p. 180. (Melanthonis esse adscripsit manu sua Paulus Eberus.)

Decanus collegii facultatis artium Academiae Vitebergensis salutem dicit omnibus lecturis has literas.

Petivit a nobis testimonium de suis moribus, studiis et gradu iuvenis probus et eruditus *Guilielmus Megalus Herbipolensis.* Id ei summa voluntate impertivimus. Testamur igitur, hunc Guilielmum in academia nostra circiter triennium summa cum modestia et diligentiae laude vixisse, eique decretum esse primum gradum tirocinii in philosophia, quem vocant baccalaureatum, ut ad reliquos gradus proveheretur, per quos hominibus doctis aditus fit ad rempublicam. Speramus enim, ingenium eius aliquid futurum usui reipublicae. Nam et mores eius sunt modestissimi atque humanissimi, et in iis artibus, quae initio tradi solent in scholis praeclare profecit. Neque solum his communibus dicendi exercitationibus, in quibus feliciter versatus est, operam dedit, sed

etiam elementa philosophiae de coelestibus motibus et Physices attigit. Ad haec singulari dexteritate ingenii praeditus est, quae praecipue nobis spem facit, industriam eius olim reipublicae utilem futuram esse. Etsi autem his virtutibus facile sibi Guilielmus ipse studia voluntatesque bonorum et doctorum virorum conciliabit, tamen et nos hoc testimonio eum omnibus bonis viris commendatum *) esse duximus. Neque vero obscurum est, quam sit utile reipublicae bona et modesta ingenia provehere et adiuvare, idque praecipue decet facere eos, qui ipsis studiis literarum praesunt, apud quos inprimis testimonium de gradu prodesse huic Guilielmo optamus, et bonos viros omnes rogamus, ut eum propter optimos mores et singularem doctrinam complectantur et iuvent, cum quia haec officia virtuti debent omnes, tum quia in talibus ingeniis excitandis et ornandis de republica bene et praeclare merebuntur. Ac ne quis de auctoritate literarum dubitet, obsignavimus eas sigillo Collegii facultatis artium. Datae Wittebergae MDXXXII., die X. Augusti.

No. 1071. 18. Aug.

Academicis.

Editum in Steph. Riccii Miscellaneis no. LIV., ex quibus illud nobis descripsit Cl. Foerstemann.

„*Intimatio P. M. in funere Illustriss. Principis Ioannis, Ducis Saxoniae, (Electoris) Wittebergae a. d. 14. Calend. Septb.* **) *anno domini* 1532."

Exemptus est rebus humanis Princeps Opt. *Ioannes*, Dux Saxoniae, cui volumus, ut hoc postremum officium hodie praestetis, ut funus deducatis circiter horam septimam ante meridiem. Conveníetis autem omnes ad templum arcis. Quod Xenophon dixit, bonum principem bono patri simillimum esse, id vere in hunc principem conveniebat. Vere enim paternum animum erga suos habebat. Tanta humanitas meretur, ut nos quoque humani animi officia praestemus, et eius funus pro studio deducamus, et nostris precibus salutem universae Reipublicae. Deo commendamus, quae profecto hoc extincto magno in periculo est.

*) commendandum?

**) Id esset d. 19. Aug., sed sepultus est Princeps Elect. d. 18. Aug.

No. 1072. 20. Aug.

G. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 39 b. ep. 52. descripta a Cl. Gersdorfio.

Ad Spalatinum.

S. D. Die dominico *) proximo hic ingenti publico luctu Principem optimum Ducem *Iohannem* sepelivimus. Quod scire te arbitror. Christus det felicia auspicia filio successuro in patriam administrationem. De *Turcis* si quid habes, quaeso te, ut nobis significes. Nos enim prorsus nihil habemus novi. *Lutherus* in funere concionem habuit de remissione peccatorum sane luculentam. Ego dixi etiam λόγον ἐπιτάφιον, quem excudi curavi **). Bene vale. Dinstags post Assumptionem B. Mariae 1532.

Philippus.

No. 1073. (exeunte Aug.)

Frid. Myconio.

Edita a Snegassio, ubi est ep. 52.

D. Friderico Myconio

S. D. Mi Friderice, *Franciscus* N. ad vos proficiscitur, exploraturus nescio quid de suis sacerdotiis. Eam rem ita agi vellem, ne *Osualdus* offenderetur. Est enim habenda ei gratia pro opera hactenus navata. Nemo alius extorsisset a sacerdotibus ea, quae ipse extorsit. Idque dicas *Francisco*. Volo te quoque, quantum facere potes, conservare cum eo λυκοφιλίαν saltem, si non potest coire vera amicitia. Vides enim, quo in statu sint omnia. Dissimulatione et patientia nostra oportet nos retinere voluntates hominum. De morte Principis *Iohannis* ***) audisse te existimo. Christus det felicia auspicia Duci *Iohanni Friderico*. Bene vale.

Philippus.

*) i. e. d. 18. Aug.

**) Vid. Epigramm. Melanth. p. 95.

***) Mortuus est d. 16. Aug. 1532.

No. 1074. 14. Sept.

Ioachimo Pr. Anhalt.

Primum edita in Sculteti annal. ad ann. 1532. p. 374. Postea a Beckmanno in Access. p. 116., ubi etiam legitur Principis responsum, quod hic addidimus. — Apographon huius epist. est etiam in cod. Goth. 401. p. 120.

Illustri ac generoso principi ac D., D. Ioachimo, Principi ad Anhald, Comiti Ascaniae, ac Domino Bernburgensi, domino suo clementissimo,

S. D. Cum esset hinc ad ecclesiam administrandam in ditione Celsitudinis Vestrae discessurus D. *Nicolaus Hausmann*, a me contendit, ut sibi literas ad C. V. darem. Ego, etsi non dubitabam, quin in tam generosis ingeniis et naturis inter caeteras virtutes summa insit etiam humanitas: tamen pudore deterritus essem a scribendo, si quid amico viro optimo vehementer petenti negare potuissem. Primum itaque oro C. V. pro sua prudentia atque humanitate digna Principe, ut boni consulat meam hac in re facilitatem. Deinde quanquam scio, C. V. fratres, principes optimos, C. V. ea fide, gravitate atque clementia praeditos esse, ut hos, qui se ad fidem[1]) ac tutelam C. V. conferunt, summa pietate tueamini ac tegatis; tamen officii nostri est, id quoque verecunde rogare, ut testemur, nos agnoscere beneficium vestrum. Quare oro, ut C. V. clementer excipiat atque amplectatur[2]) hunc bonum virum, quem quidem comperietis sine ulla privata cupiditate, sine studio rixandi in eo doctrinae genere versari, quo vere illustrantur Christi beneficia, et in bonis mentibus vera pietas alitur[3]). Hunc cum audieritis, spero, C. V. intellecturam esse, id genus doctrinae, quod sequimur[4]) immerito a quibusdam, qui (quod iniquissimum est), pronuntiant de rebus incognitis nullo non genere contumeliae affici. Porro C. V. rem facit dignissimam bono Principe, qui religionis et aliarum literarum studia, quae reipublicae sunt utilia, et amat et colit. Neque dubito, quin ingens utilitas ad rempublicam Christi[5]) ex his studiis vestris perventura sit, si quando Deus hos motus consilio et ratione componi concedet[6]). Quam autem veriorem laudem expetere[7]) bonus Princeps potest, quam ut reipublicae salutem et religionis dignitatem adiuvisse intelligatur? Ego me Celsitudini V. reverenter commendo, eique polliceor, me pro virili daturum operam, ut ex his controversiis excerpam atque illustriora reddam[8]) ea, quae ad pietatem atque concordiam ecclesiarum plurimum profutura sunt. Bene valeat Cels. V. Die Septbr. 14. ann. 1532.

Responsum principis Ioachimi.

Literis tuis legendis, doctissime atque carissime Philippe, impendio delectatus sum, ut quarum singula verba, nedum versus singuli haud vulgare in nostrum magistrum Nicolaum Hausmannum domumque Anhaltinam, ac in ipsam christianam pietatem studium prae se ferant, pro quo nomine meo velim, ut tu quoque de me meisque amantissimam et clementissimam voluntatem tibi pollicearis. D. Nicolao *Hausmanno* tam studiose abs te commendato non sum defuturus. Plura ex ore. Vale.

No. 1075. 30. Septb.

Ge. Spalatino.

† Ex autogr. Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 114. Inscriptioni Spalatinus adscripsit annum 1532.

Viro optimo D. Georgio Spalatino, amico suo summo,

S. D. Audivimus sacerdotem D. *Conradum Brun**), ne tibi commendaremus hominem prorsus inexploratum. Videtur sane tenuiter doctus; sed cum nunc primum applicet animum ad hoc genus doctrinae, spero, eum, sicubi fuerit nactus διακονίαν τινα, futurum studiosiorem. Et videtur ad aliquem diaconatum exiguum idoneus esse. Commendant igitur tibi hominem D. *Martinus*, *Ionas*, *Pomeranus* et ego. Nuper etiam dedi literas cuidam misero sacerdoti ad te, cuius rationem habebimus, si qua erit occasio; et spero, in-

1) Scult. *fidem vestram ac tutelam conferunt.*
2) Scult. *complect.*
3) Cod. G. *colitur.*
4) Est lacuna in codice.
5) Scultet. *Christianam.*

6) *si quando* etc. omissa sunt in cod., et Beckm. pro *motus* habet *mores.*
7) Scult. *et petere.*
8) Scult. *faciam.*
*) Quis ille fuerit, nescio. Alium huius nominis, Iohannem de Brun, Lutherus d. 17. Iun. 1532. commendat Senatui urbis Susati.

tra paucos dies nos habituros esse occasionem. *Conradus Brun* narrabat, spem sibi aliquam ostensam esse consequendae *diaconiae Zur Eich.* Ea in re te valde oramus, ut ipsum adiuves. Bene vale. Nostrum consilium de negotio matrimoniali narravit tibi d. *Schlainhauffen.* Montags post Michaelis.

Philippus tuus.

No. 1076. Septb.

Alberto, Archiep.

Epistola nuncupatoria, praemissa libro: „Commentarii in epistolam Pauli ad Romanos, recens scripti a Philippo Melan. Anno 1.5.2.2. (in fine:) impressum Vitebergae in edibus Iosephi Clug.” 8. — Ex hac prima editione hic epistolam descripsi. Liber, saepius editus, postea, et quidem anno 1540. a Melanthone recognitus et locupletatus, dicatus est Philippo Landgravio Hassiae.

Reverendissimo et Illustrissimo Principi ac Domino, D. Alberto, Archiepiscopo Moguntino ac Magdeburgensi, praesulum Germaniae primati, Administratori Halberstatensi, Marchioni Brandenburgensi, Burggravio Noribergensi etc.
S. D.

Cum non solum propter summam generis tui nobilitatem, sed etiam propter excellentem sapientiam tuam statuerem, te summa humanitate atque clementia praeditum esse; nam et in generosis naturis vel praecipue solet lucere bonitas, et nunquam a vera sapientia divelli humanitas potest, speravi te, Princeps Clarissime, boni consulturum esse, si hunc meum commentarium tibi offerrem, praesertim cum mos vetus ac publicus tibi non sit ignotus, quo scripta etiam infimarum artium dedicari summis principibus solent. Semper enim hic mos habitus est literis, vel quod praecipue viderentur indigere praesidio summorum ordinum, vel quod haec cura ad principes etiam pertinere existimaretur, ut cognoscerent qualia scripta legerent homines, propterea quod opiniones hominum ac mores imitantur scripta, quae versantur in manibus populi. Atque ob hanc causam maxime prodest exhibere principibus scripta de religione. Porro me hoc tempore multae necessariae causae hortantur, hunc commentarium edere. Nam ante aliquot annos edita est Sylvula quaedam commentariorum in Romanos et Corinthios meo nomine, quam ego plane non agnosco *). Hanc ut opprimerem, paravi enarrationem locupletiorem in Romanos. Neque vero ignoro, multos esse, qui totum hoc studii genus damnant, quod collocatur in illustrandas sacras literas; quorum iudicia scio tibi sapientissimo principi nullo modo probari. Nam si religiones non tantum utilitatis, sed veritatis causa colendae sunt, ut ego quidem statuo, profecto necesse est, nos vere cognoscere ea, quae divinitus de eis tradita sunt. Quod cum ita sit, simul illud etiam sentiendum erit, nullum Deo gratiorem cultum exhiberi posse, quam studium cognoscendae caelestis doctrinae. Haec est vere λογικὴ λατρεία verbum Dei cognoscere, amare, amplecti, illustrare, sequi, adhibere in consilium de omnibus vitae casibus ac negotiis. Quare et David initio suorum carminum pronunciat, beatum esse eum, qui legem dei meditatur die ac nocte. Itaque magis adiuvandi quam deterrendi aut reprehendendi sunt, si qui conferunt studium ad explicandos sacros libros, si tamen id pie ac religiose faciunt. Ego pro virili germanam ac simplicem sententiam et secum consentientem ac consentaneam reliquis scripturis ac dogmatibus Ecclesiae inquisivi ac patefacere conatus sum. Non enim delector illo interpretandi genere, in quo singula dicta transformantur in infinitas sententias. Quid enim haberet certi religio? Quam possent habere piae mentes firmam de Dei voluntate sententiam, si hic ludus permissus esset ingeniis? Nihil enim tam simpliciter, tam plane dictum est, unde acuti homines non possint velut ex eadem cera mille formas ducere. Quid quod mediocris cuiusdam diligentiae est, si quis amat hanc varietatem, centones excerptis veterum interpretationibus consuere, quae dissimillimae sunt, et de rebus maximis dissentiunt? Sed magis hoc agebam, ut quantum possem explicarem e dubitatione animos, quam ut plus quaestionum sererem. Neque interim non consideravi, quid mihi cum aliis conveniat, quam quisque habeat iudicii sui causam; quod eo dico, ut si quid offenderit aliquis, quod discrepat ab aliis non obscuri nominis auctoribus, sciat me eos adhibuisse in consilium. Ego vero etsi haec non sunt per-

*) Incertus sum, utrum Melanthon loquatur de libello: „annotationes Phil. Mel. in epistolas Pauli ad Romanos et Corinthios”, primum a Luthero, invito Melanthone, a. 1522. edito et saepius recuso, an de alio quodam commentario.

polita, vulgo enim pleraque tenuius tractata esse quam poscebat rerum magnitudo, tamen de summa negotii hoc vere affirmare possum, me magna cura fecisse id, quod scribentibus Plato gravissime praecipit: ἄνω καὶ κάτω στρέφων ἐν χρόνῳ, diu multumque re agitata et communicata cum peritioribus explicare Pauli causam quam planissime conatus sum, et complexus sum res utiles et de spirituali et de corporali vita. Christi beneficium illustravi quantum potui, quod nisi recte cognoscatur, verus Dei cultus existere nullus potest. Deinde civilia officia honestissimis laudibus ornavi, ut adversus fanaticas opiniones novi cuiusdam generis Monachorum, quod nunc exoritur, iuventutem praemunirem. Mitto autem ad te, clarissime Princeps, potissimum, non solum quia auctoritate praestas omnibus aliis Germaniae pontificibus, et in hoc imperio, quod in terris summum est, principem locum in dicenda sententia tenes, sed multo magis propter excellentem sapientiam tuam, ut de nostra voluntate deque genere doctrinae potius ex his nostris scriptis iudicium facias, quam ex iniustissimis calumniis, quas ubique terrarum spargunt contra nos quidam sycophantae, homines indocti et imperiti rerum Christianarum, qui tot iam annis principum iracundiam inflammare contra nos, et accendere in Germania civile et infinitum bellum conantur, tanta praediti impietate, ut vaticinia scripturae rideant, quae praedicunt, postremis temporibus fore, ut horribilem saevitiam hypocritae in Ecclesia in pios exerceant. Deinde tanta amentia, tantus furor est, ut nec periculo Ecclesiae deterreantur, quae, si res ad arma deducitur, ita dissipabitur, ut nunquam ad omnem posteritatem iterum coitura videatur. Postremo tanta barbaries est et naturae crudelitas, nihil ut exitio patriae moveantur. Ab his violentis consiliis vidimus te abhorrere. Quare in te boni omnes intuentur, non solum in Germania, sed etiam apud exteras nationes, in te omnium oculi coniecti sunt, qui Ecclesiae Christi ad omnem posteritatem bene consultum volunt. Omnes honestae artes, omnes res bonae tuam fidem ac sapientiam implorant, ut consilium atque auctoritatem tuam conferas ad faciendam medicinam dissidentibus Ecclesiis mitiorem, et ad prohibendam dissipationem atque vastitatem Ecclesiarum. Christus pronunciat pacificos et beatos et filios Dei esse. Quid autem poterat polliceri amplius atque honorificentius, quam ut sibi eos aequaret, ac suum cum eis honorem communicaret? Tanta praemia pacificatori proposita sunt.

Sed nihil opus est apud te longius de hac re disputare. Vides enim quantum pace opus sit, ut, postquam vetus doctrinae forma, quam in Ecclesiam monachi invexerunt, suo quodam fato nunc senescit, ratio ineatur, ut ad posteritatem certa quaedam forma doctrinae christianae transmittatur. Quod nisi fiet, existent infinitae θεομαχίαι. Ac profecto curam huius rei acuere tempora debent. Significat enim scriptura plurimum periculi habituram Ecclesiam postremis temporibus. Neque vero constitui de doctrina inter arma poterit. Et bellum concedet licentiam ingeniis ferocibus et turbulentis serendi perniciosas controversias. O ferreos animos, si quos haec pericula nihil movent, de quibus nihil apud te dixissem, cuius sapientiam et studium erga religionem christianam et norunt et praedicant omnes boni viri, nisi summa doloris acerbitas hanc mihi querelam expressisset. Nunc te oro, ut hanc lucubrationem clementer accipias, quam quidem spero non inutilem paci futuram esse. Non pudet me Evangelii, inquit Paulus, quare nec nos pudeat diligenter audire concionantem Paulum et Evangelium planissime tradentem. Et quia passim obstrepunt interpretes varii, germanam et simplicem sententiam quaeramus ex ipso auctore. Nam sine Pauli doctrina nec beneficia Christi satis intelligere, nec certam aut firmam consolationem tenere humanae mentes possunt, nec cultus Deo gratus ac verus existere potest, quod cur ita dicam, in ipso commentario ostendam. Deus servet te, Princeps Clarissime, et gubernet tuam mentem ad illustrandam et amplificandam gloriam Christi et ad salutem Ecclesiae Christianae. Amen. Anno M.D.XXXII.

Philippus Melanthon.

No. 1077. 12. Oct.

Ev. Roggio.

Epist. lib. VI. p. 304.

Everhardo Roggio, Dantiscano, Consuli Culmensi,

S. D. Honestissime Vir et carissime frater. Citat vetus scriptor Clemens Alexandrinus ex Sophocle dulcissimum versum, quem saepe recito, et tibi eum libenter scribo, quia est imago animi et mo-

rum tuorum, et constantiae in omni officio: ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Cum igitur sciam te et naturae bonitate virtutem amare, et pectus tuum domicilium esse Dei, non dubito te et nostrae veteris amicitiae, quae pias causas habuit, memorem esse. Gratum mihi facies, si quando ad me scribes. Filius tui fratris Dei beneficio recte valet et discit. Oro Deum, ut et ipsum et nos faciat σκεύη ἐλέους. Mitto tibi exemplum narrationis *Epistolae ad Romanos* scriptae, quae testis est vocem doctrinae eandem in nostra Academia et Ecclesia sonare, quam coram audivisti. Bene vale et rescribe. Die 12. Octobr.

No. 1078. 18. Oct.

Io. Hesso.

Epist. lib. III. p. 226. (edit. Lond. lib. III. ep. 134.) Apographon in cod. Bav. Vol. II. p. 614.

Iohanni Hesso

S. D. *Curionem* semper propter singularem doctrinam in universa philosophia et summum candorem feci plurimi: quare cum iter ad vos haberet, duxi eum tibi commendandum esse. Spero te talem virum propter excellentem † doctrinam et virtutem ultro complexurum esse: peto tamen abs te pro nostra amicitia, ut eum etiam nostra causa amanter excipias, et diligenter adiuves in his negotiis, quorum causa proficiscitur. Scio optime collocari in eum[1]) beneficium: atque idem tu iudicabis, cum hominem familiarius nosse coeperis. Quicquid in eum vel studii vel beneficiorum contuleris, putabo in me ipsum collatum esse. Valde enim volo eius dignitati et commodis consultum. *Romanos* meos haud dubie iam vidisti, in quibus *Pauli* causam exposui diligenter: sed tuum iudicium requiro. Bene vale. 1532. Die *Lucae*.

No. 1079. (h. t.)

G. Spalatino.

† Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. epist. 106. Inscriptioni addit Spalatinus sua manu annum 1532.

Viro optimo, D. Georgio Spalatino, amico suo,

S. D. Nuper pollicitus sum D. *Iacobo Ziglero*, sacerdoti *Cygneo*, habituros nos eius rationem, ubi primum διακονία aliqua aut sacerdotium tale vacuum fieret, quod ipsi commendari possit. Idem et tibi et ipsi, meo et aliorum visitatorum nomine polliceor. Scis, in his rebus occasione opus esse. Nec dubito, quin brevi occasionem aliquam habituri simus. Te quoque rogo, ut tu, si prius poteris eum iuvare, hominem miserum et animo perquam imbecilli respicias. Deliberatur nunc et de visitatione, quae si procedet, poterit huic misero facile consuli. Scis, hoc esse in formulis Iurisconsultorum et contractibus bonae fidei, ut quantum possint, polliceantur se facturos esse. Mi *Spalatine*, non dubites, nos optima fide tantum quantum possumus hac in re facturos esse. Non requires, opinor, amplius. Τὰ ὑπομνήματά μου εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἑωρακέναι σε οἶμαι. Elaboravi diligenter, ut explicarem res nostras, et scire tuum iudicium cupio. Bene vale.

Φίλιππος.

1) *in eo* cod. B.

No. 1080. (fere 24. Oct.)

Eidem.

† Ex autographo Mel. in cod. Basil. F. 101. epist 118. Spalatinus manu sua inscriptioni adiecit annum 1532.

Viro optimo D. Georgio Spalatino, amico summo,

S. D. Mi Spalatine. Valde afficimur calamitate senis istius, de quo scribis, idque literae *Lutheri* testantur, vehementer scriptae nuper ad principem *). Nec aliter ego hac in re, atque ipse, affectus sum. Si igitur sperare potuissemus, e re futurum istorum miserorum iterum ad principem scribere, libenter id fecissemus. *Lutherus* omnino verebatur, fore, ut magis offenderetur princeps. Ideo putavit ipsos prius debere deprecari poenam. Interim nos cum *Pontano* colloquemur, quod spes sit negotii perficiendi, et explorabimus, an prosit scribere ad principem. Nam hic praefectus valde nunc dissuadebat. De libris omnia recte curabuntur. Bene vale.

Φίλιππος.

*) Haud dubie epistola Lutheri d. 17. Oct. ann. 1532.

No. 1081. 24. Oct.

Erasmo Roterod.

Edita Ep. p. 87. Epist. lib. I. p. 899. (edit. Lond. lib. I. ep. 115.)

Erasmo Roterodamo.

S. D. Cum nactus essem certum ac fidum tabellarium, facere non potui, quin ad te literas darem, praesertim in hoc officii genere amanter abs te provocatus ante aliquot menses. Toto biennio, dum versor in negotiis ac rixis, a quibus prorsus abhorret natura mea, nihil mihi contigit, in quo perinde ut in illis tuis suavissimis literis acquievi. Quare velim tibi persuadeas officium illud tuum non solum gravissimum, sed etiam iucundissimum fuisse, εἰκότως γὰρ περὶ πλείστου ποιοῦμαι τὴν ἀνδρὸς γνησίως φιλοσόφου εὔνοιαν· διότι ἐν ταῖς βαναύσοις τῶν ἀπαιδεύτων φιλίαις οὐδὲν οὔτε φίλον, οὔτε πιστὸν ὑπάρχει. Scriberem ad te de rebus aliis, quae partim nunc aguntur, partim impendent, si quam Reipubl. utilitatem deliberationes nostrae adferre possent. Sed quia nihil moderati placet utrique parti, nostra consilia repudiantur. Illud tamen oro te quantum possum, ut etiam tuam auctoritatem, si qua erit occasio, ad pacem faciendam conferas, et horteris eos, qui rerum potiuntur, ne bello civili magis dissipent Ecclesias. Quis enim belli civilis exitus esse potest, quam omnium rerum vastitas? Et ego nihil dubito falli quosdam, qui spes habent immoderatas, eamque ob causam undique faces admovent mitissimo ingenio Caesaris, ut eum ad bellum movendum accendant. Mea consilia quod ad ipsas disputationes attinet, spero a prudentibus et intelligi et probari. Controversias multas praecidi, deinde quasdam ad pietatem necessarias bona fide illustrare studeo. Conor etiam in honorem adducere τὸ ἀξίωμα τῆς πολιτείας ἐκκλησιαστικῆς. Huius mei iudicii ac voluntatis quicquid accidat, testes erunt commentarii in *Romanos* nunc editi; tu si quid poteris adferre opis labenti Reipubl. effice, ut quod ille fieri inquit in bonis poëmatis, in hoc quasi ultimo actu vitae tuae, totus orbis terrarum sapientiam tuam praecipue perspiciat. Contulit se *Friburgum* quidam adolescens *Theodoricus Reiffenstein*, natus in familia studiosissima tui nominis. Habuit avunculum iuvenem optimum, qui multum apud te *Loconii* fuit. Quare te oro, ut hunc adolescentem et propter studia maiorum suorum ergà te, et propter meam commendationem complecti velis. Apud nos satis commodis moribus fuit, ac spero eum confirmatum tuis praeceptis non indignum tua consuetudine fore. Vale. 9. Calend. Novemb. Anno 1532.

No. 1082. (Deest.)

Ioachimo Anhaltino.

Edita in Sculteti annal. ad ann. 1532. p. 375. et in Beckmanni accession. p. 126.

Illustri Principi ac Domino, Dom. Ioachimo, Principi ad Anhald, Comiti Ascaniarum, Domino Bernburgensi, Domino suo Clementiss.

S. D. Postquam C. T. proximas literas meas bene consuluit, cuius rei gravissimum est argumentum, quod tam amanter C. V. rescripsit, non dubitavi rursus hoc tempore ad C. V. literas dare. Ita mihi praedicat D. *Nicolaus* (*Hausmann*)[1]) studium ergà doctrinam christianam in fratribus C. V. ac C. T., ut facere[2]) non potuerim, quin talem animum vobis etiam per literas gratularer. David inquit Ps. 46.: *Quando ad Deum scuta*[3]) *terrae veniunt, exaltatur Deus valde*; vocat enim Principes scuta[3]) terrae. Et quidem praefatus est: *Principes una*[4]) *congregari cum populo Dei Abrahae.* Cum autem Vates optimus senserit, gloriam Dei illustriorem fieri, cum Principes evangelium amplectuntur, sane[5]) gaudemus, vos adeo incensos esse studio pietatis, ac sperandum est, Ecclesiae profuturum exemplum vestrum, ut gloria Dei fiat illustrior. Opto itaque ut Christus studium Vestrum ad universae Reipublicae salutem gubernet. Illud autem necessarium duxi scribere: nollem hortari quemquam[6]) ad hoc genus doctrinae, in quo versor, si arbitrarer res exiguas aut incertas aut parum necessarias tradi; nec Principes decet amplecti curiosas et inutiles disputationes, quas Paulus κενοφωνίας appellat. Cum autem constet, res maxime necessarias ad consolandas conscientias et ad veram pietatem de poeni-

1) *Hausmann* abest a textu Scult.
2) Beckm. *tacere.*
3) Beckm. utroque loco *sancti*, *sanctos* pro *scuta.*
4) Scult. *etiam* pro *una.*
5) Scult. *iure.*
6) Beckm. *quemque.*

tentia, de abiicienda dubitatione, de certa fiducia misericordiae, et pleraque alia explicari, in quibus est summa pietatis, non possum non favere[7]) studio eorum, qui hanc doctrinam propius aspiciunt. Quodsi C. V. considerabit res universae Ecclesiae necessarias in hoc doctrinae genere proponi, non dubito, quin pro vestra pietate erga universam Ecclesiam consilia eorum nullo modo probaturi sitis unquam, qui res tantas delere atque opprimere conantur. Recudo nunc *germanicum Apologum*, quem[8]) spero multum lucis allaturum esse nostrae causae. Cum erit absolutus[9]), mittam C. T. Commendo me reverenter et fratribus C. V. Principibus optimis, et C. V. Bene valeat C. V. 1532.[10]).

Cels. V. deditiss.

Philippus Melanchthon.

No. 1083. 24. Decb.

Bernh. Rothmanno.

Edita ex apographo in *a Seelen* Philocal. epistol. p. 4. Addita etiam est libro: Phil. Mel. sententiae de coena domini ex scriptis eius collectae per Ioh. Westphalum. Norinb. 1557. Pars epistolae, videl. a verbis: *incertus rumor hic allatus* etc. legitur etiam in der Gründlichen und wahrhaftigen Historia von der Augsb. Confession etc. p. 170. — De eadem re scripsit Lutherus ad Rothmannum d. 23. Decb. Vid. de Wett. T. IV. p. 426.

Venerando viro, Bernardo Rothmanno, docenti Evangelium Monasterii in Westphalia, S. D. Tuas literas accepi, mi *Bernharde*, ante mensem, tibique habeo gratiam, qui scribendi consuetudinem inter nos institutam conservare studes. Iuvenem mihi commendatum libenter complectar, ac iuvabo quocunque officii genere potero. Idque ei pollicitus sum. De civium negotio scio nuper admodum deliberatum esse in conventu confoederatorum nostrorum, ac puto, iam tuos cives extra periculum esse. Scribas[1]) mihi tamen primo quoque tempore, quomodo se res habeat. Non dubito, quin tu moderate facias omnia. Metuo tamen vulgi naturam, ne[2]) interdum libertate satis moderate utatur. Incertus etiam rumor hic allatus est, in urbe vestra palam probari Zinglii[3]) dogma de coena domini. Ego nec rumoribus istis fidem plane habeo, nec tibi placere puto, si qui Cingliφρονοῦσι. Etsi autem non hoc mihi sumo, mi Bernharde, ut aliquid tibi praecipiam; tamen pro nostra inter nos amicitia duxi ad te scribendum esse, ut potius alia salubriora doceas, quam illas *Cinglii* disputationes. Facile est conscientias coniicere in dubitationem, liberare dubitatione difficillimum est. Ideo malim, te eligere in docendo certa, et quae fiduciam in piis mentibus confirment, non quae excitent[4]) dubitationem. Habemus satis multa, quae necesse est inculcare, de beneficio Christi, de vitanda dubitatione, de vera invocatione, et in his malim te versari. Quorsum opus est, illas prophanas disputationes, quod nusquam nisi in coelo sit Christus, et quod sedeat uni affixus loco, spargere? Certe scriptura iubet invocare Christum. Fatendum igitur est, eum adesse vere et verbo et signo, cum eo utimur, ubi promisit, se adesse velle (sicut et Deus vere aderat ad propitiatorium propter promissionem), velle consolari. Et nostri non probant illam μεταμορφῶσιν, qua Papistae dicunt corpus in species illas includi, quasi vinum in lagenam. Sed adesse vere dicunt Christum in coena, quod nihil habet incommodi. Neque ego ignoro, hic ab ingeniosis hominibus multa quaeri posse, et credo, te, hominem ingenio acri praeditum, exerceri his disputationibus. Sed te etiam atque etiam oro, ne iudicium praecipites. Non ignoro, doctos viros alicubi applaudere dogmati *Cingliano*, et habent concinnas rationes. Sed in hoc non sunt omnia. Praesentia, quam dixi, habet ἀναλογίαν fidei. Haec scripsi simplici animo, adductus amore tui, teque rogo, ut in bonam partem accipias, mihique rescribas et de tua sententia et de statu ecclesiae tuae. Ego me neque Episcopum tibi neque paedagogum facio. Sed cum ingenium tuum amem et probem, malui, id versari in bonis et necessariis locis doctrinae christianae illustrandis, quam in disputationibus prophanis. Bene vale. Pridie die natalis domini. 1532.

Philippus Melanchthon.

---

7) Beckm. *facere.*

8) Scult. *germanicam apologium, quam.*

9) Scult. *absoluta.*

10) Annus abest a textu Sculteti, et subscriptio a textu Beckm.

1) Westph. *scribes.*

2) Westph. *ut.*

3) v. Seelen: *evangelii.*

4) v. Seel. *exercent.*

No. 1084. (h. a.?)

Ant. Corvino.

Epist. lib. V. p. 504.

Antonio Corvino, Pastori Ecclesiae Wicenhusianae,

S. D. Satis graves et magnas causas mutui amoris habemus, videlicet ut communi animo et consilio Ecclesiam Christi iuvemus. Sed ut te etiam vehementius amem, admiratio ingenii tui facit, quod profecto mihi egregie probatur. Habes genus dicendi felix, amplum, sonans *καὶ ἀνθηρόν*. Ideo non desinam, te hortari, et ut hanc scribendi facultatem arte et usu conformes, et ut eam ad Christi gloriam conferas.

Tuas conciones habet chalcographus iam diu, ac mihi promisit, se excusurum esse, promisi et ego meam operam in castigando. Sed ille non statim habuit vacua praela. Verum, ut primum erunt aliquae paginae absolutae, mittam tibi.

Dialogum legi, et placet. Sed *Croto* *) parcendum est: etsi non tractatur aspere, tamen habeo causam, cur eum magis irritari nolim.

De votis monasticis placuit utrumque scriptum, *Poppii* et tuum.

Gottingensis Concionator, si non potest ibi adversus famem tueri se et familiam, liber est, iuxta Evangelium: debet *ὁ κατηχούμενος τῷ κατηχοῦντι* victum, ut scis. Reliquis scripsi; te rogo, ut me fratribus commendes, et ores pro Ecclesia Christum.

Philippus.

*) Fortasse propter editum librum Wicelii, de quo vid. epist. ad Spalatinum post 1. Aug. scriptam.

No. 1085. (h. a.)

Mart. Fabro.

† Ex apogr. in cod. Mehn. III. p. 81 b.

Martino Fabro *).

Nescio quomodo acciderit, ut sine meis literis ad vos rediret ille iuvenis, qui huc tuam epistolam attulerat. Nam ego quidem illi receperam me daturum literas. Mea officia erga te, quanquam nullo modo tanta sunt quanta praedicas, tamen me delectavit tua gratitudo, quam in his proximis literis perspexi. Et hoc vere dicere ausim, non defuisse mihi unquam studium tibi gratificandi. Fortuna magis defuit. Ad praefectum quom scribi velis, significa. Sed hunc puerum, qui has literas perfert, intelligo accersi ad eam conditionem, quam tu ambis. Nec tu tamen desiste apud praefectum tuum negotium agere. Vale.

*) Martinus Faber anno 1527. docuit filios Reiffensteinii. (Vide epist. d. 6. Iun., 20. Iun. et 1. Septb. ann. 1527. ad Reiffensteinium scriptas. Idem versabatur Vitebergae d. 26. Sept. 1531. Ergo videtur anno 1532. in vallem Ioachimicam venisse.

No. 1086. (h. a.)

Eidem.

† Ex apogr. in cod. Mehn. III. p. 81 b.

Martino Fabro.

Non prius scivi, te in *vallem Ioachimicam* rediisse, quam heri narravit mihi hospes quidam noster, qui huc advenerat. Et quidem gaudebam, te invenisse nidum non tantum ubi tuis rebus, sed etiam aliorum studiis consuleres. Hoc mihi molestum fuit, quod nihil scripseras ad nos. Nolui enim te nostrae amicitiae memoriam deponere. Quare da operam, ut frequentes istinc literae ad nos adveniant. Vale feliciter.

No. 1087. (h. a.)

Iudicium.

De quaestione: an liceat nobili in rebus ad religionem spectantibus non obedire principi suo? quam perscripserunt sententiam Lutherus, Ionas et Melanthon, editam in Kappii Nachlese etc. p. 162. et a de Wettio epistolis Lutheri insertam T. IV. p. 428., quam quaere in Lutheri epistolis.

No. 1088. 1. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 197 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico suo summo,

S. D. Opto ut hic annus faustus felixque sit tibi, nobis et universae Reipub. Hinc enim ordiri libuit, cum haec scriberem Calendis Ianuariis. Quod ad te diu iam nihil dedi litterarum, in caussa non solum occupationes meae sunt, sed etiam alia quaedam, quae hic recensere non possum. Mitto tibi etiam Xenium, quo nullum reperire aptius potui, ὑποθέσεις Psalmorum*), spero tibi gratum munus fore. Addidi et vetus *νόμισμα*, eo quod nihil viderim eius generis sculptum elegantius. Et scio te mirari artificia, et habere istic artifices, qui haec iudicare possint.

De Cometa addidi Sarmaticum scriptum, ut rideas vanitatem istorum scriptorum. Valde autem te oro, mihi ut significes, quid iudicent alii. Nam mihi pertinax et saevum malum minari videtur id sidus, quia fuit in ortu, et motum habuit tardiss. et sero deflagravit. Illud observavi. Cum Ptolemaei sententia de signis XI. recte visum est convenire. Et hercle conveniebat superioris anni**) Cometa. Verum isti artifices nostri non adhibent in iudicando prudentiam. Ita περὶ μετεώρων loquuntur, quasi de his pronunciarent, quae apparent in ipsa Solis regione ac Zodiaco. ἐν πλάτει iudicandum est; sed hanc disputationem in praesentia omittam, scribam enim alias plura.

Περὶ πολιτικῶν nihil habeo, nisi quod omnino ita statuo, si Elvetii, ut audio, bellum instaurabunt, *Macedonem* excitabunt, et accident illa quae semper timui.

Eobanus, quod faustum felixque sit, migrabit Erfordiam. Hic ego disputo, quid de reliquis vobis futurum sit. Nostro *Hieronymo* diu iam nihil negotii Erfordiae est. Itaque non habeo, per quem aliquid agam. Et scio voluntates potentum abhorrere vel maxime a tota schola. *Eobanus* privatorum diligentia atque consilio revocatus est. Existimo vestram scholam dimissuros esse tuos cives. Nunc igitur valde te velim mihi significare, *εἰ ἐθέλεις παρ' ἡμετέροις διάγειν, καὶ γὰρ οὐ πάνυ ἀρέσκει μοι τῶν ἡμεδαπῶν τινα ὕπουλα, ὅμως τάχα εὖ τίθεσθαι αὐτὰ δυνήσεται ἀνὴρ φιλόσοφος καὶ μέτριος.* Omnino velim te mihi hac de re mox respondere. Vix a meipso impetrare potui, ut hoc scriberem ad te, scripsi tamen tandem fretus nostra amicitia. Quodsi mecum ea disputare possum, cur non et tecum communicem? quicum profecto omnia non secus ac mecum loqui et soleo et opto, sed raro datur eius rei facultas. Scripsissem plura, nisi interpellarent me negotia nostra, quibus minime delector.

Apologiam germanicam et locum *περὶ δικαιοσύνης* tractavi *ἀκριβέστερον*, quem velim te inspicere. Si meos *Romanos* vidisti, animadvertere potuisti, quam accurate et *μεθοδικῶς* eam rem explicare voluerim. Et spero prudentes probaturos esse. Illud enim egi, ut necessaria illustrarem, et quaestiones plerasque partim falsas partim inutiles praeciderem. Vale optime ac felicissime mi Ioachime. Et rescribe. Calend. Ianu.

Φίλιππος.

*) Quemnam librum intelligat, nescio. Neque Mylius neque Strobelius ad ann. 1532. et 1533. librum Melanthonis nominant, ad quem haec referri possint. Sunt igitur sine dubio Lutheri argumenta in Psalmos, de quibus vid. ep. d. 5. Ian. ad Herzheimerum.

**) i. e. anni 1531. et 1532.

No. 1089. (ineunte Ian.)

G. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 30b. ep. 39., descripta nobis a Clar. Gersdorfio.

Ad Spalatinum.

S. D. Curavimus ut libri mitterentur Illustrissimo Principi ante natalem domini. Utinam vero probetur Principi nostrum consilium in emendis tam variis libris. Audio enim voluisse principem tantum theologicos ac nostrates libros emi, sed meministi nos quoque ea de re disputantes in literis Principis hoc scriptum legere, ut varii seu omnis generis latini et germanici libri emerentur. Quaeso te scribe mihi planius, utrum Princeps probaverit hanc varietatem. Quod misisti natalem Principis, habeo tibi maximam gratiam. Sed valde optarim fuisse matutinam genesim. Nunc cum videam vespertinam esse, magni, mihi crede, agones huic viro impendent. Sed mittam tibi nostrum iudicium. Pastorem *), tibi remitto. In toto non est corpore mica salis. Addidi et recognitam *germanicam Apologiam.* Duos locos integros retexui, de peccato originis *καὶ περὶ δικαιοσύνης,* quos rogo ut inspicias, spero profuturos conscientiis piis. Illustravi enim ut mihi quidem videor planissime *τὰ περὶ δικαιοσύνης,* teque rogo, ut iudicium mihi tuum perscribas. Bene vale ac feliciter cum coniuge et filia. Anno 1533.

Φίλιππος.

No. 1090. 5. Ian.

Herzheimero.

Et Manlii farrag. p. 188 sqq. collt apographis in cod. Goth. 401. p. 79., cod. Bavari II. p. 791., cod. Lips. ep. 112. et cod. Mehn. p. 72.

Viro optimo ex equestri ordine, D. Ioanni Iordano Hertzheimero, in aula principis Moguntini degenti, patrono suo.

S. D. Non existimo, parum videri gratum aut memorem, qui [1]) sero gratias agit [2]), cum in animis perpetua gratitudo esse debeat [3]); tametsi mox decreveram rescribere, postquam accepi una cum tuis literis munus illustrissimi principis. Sed forte accidit, ut hic meus nuncius tunc, ignorante me, nescio quo profectus sit. Itaque primum hoc te oro propter tuam humanitatem, ut hanc meam moram boni consulas; deinde ut eam apud illustrissimum principem †diligenter" [4]) excuses. Valde enim praestare cupio, ne me hominem ingratum esse iudicet. Quanquam enim libellum non misi hoc consilio, ut flagitarem *ἀντίδωρον*, tamen hoc nomine praecipue mihi gratum est principis munus, quod inde coniecturam facio, neque eum hostili adversus me animo esse, neque ei valde inscriptionem, aut illam meam in praefatione commemorationem, in qua studium pacis in eo praedico, displicuisse. Meministi autem, me tibi permittere iudicium, utrum putares libellum exhibendum esse. Nunc postquam beneficio tuo ad principem pervenit, peto abs te, ut inchoatum beneficium †mihi" [5]) perficias, ac principi illustrissimo meis verbis reverenter agas gratias, primum, quod meum officium non sit aspernatus; deinde etiam pro amplissimo munere mihi misso, quod quidem ego ita accipio tanquam singularis erga me benevolentiae ipsius testimonium. Utinam vero et scriptum ipsum sapientissimo principi placeat, aut certe voluntas mea. nam res ipsae non sunt perpolitae et pro dignitate satis ornatae. Etsi hoc spero me consecuturum [6]) esse, ut causam ad pietatem maxime necessariam [7]) melius intellecturi sint lectores. Hoc enim profecto egi, ut ambigentes ac dubitantes animos sanarem, non ut accenderem ac magis inflammarem discordias. Vetus haec ecclesiae consuetudo est, subiicere scripta iudicio episcoporum. Neque ego quicquam edidi unquam, de quo non voluerim permittere iudicium doctis ac bonis. Nullius vero iudicium malim subire, quam tui principis, cuius prudentia in omni genere perspecta est universae Germaniae. Sed tristi quodam ac saevo [8]) temporum fato accidit, ut criticos habeamus non ipsos episcopos; sed alios quosdam ex vulgo [9]) homines indoctos, stultos, crudeles, qui religiones omnes suaviter irrident, eamque ob causam magna vi

---

*) Intelligit librum, fortasse Pastorem Hermae.

1) *quod* cod. Lips.

2) *agam* cod. L.

3) *debebat* cod. L.

4) Addunt cod. M. et cod. Lips.

5) Addunt codd. omnes *mihi.*

6) *consecutum*, cod. Goth. et cod. M.

7) *causas — necessarias* cod. B.

8) Manl. *tristi ac saevo quodam.*

9) *ex vulgo* non leguntur in cod. L.

obsistunt, ne perferantur atque cognoscantur ea, quae divinitus tradita sunt de religione. Utinam remotis illis pestibus principes ipsi iudicium de nobis facerent [10])! Sed omitto in praesentia hanc querelam. Tuum iudicium expecto de meo scripto. Spero, te interim aliquando inspexisse.

Mitto tibi *Lutheri* argumenta in Psalmos, quae spero tibi summae voluptati futura esse. Nullus enim extat ullius aetatis quamlibet magnus commentarius, qui plus lucis afferat Psalmis. Et pro talibus beneficiis, quae reddatur auctori gratia [11]) ab his, qui non desinunt principes ad saevitiam hortari, non ignoras. Sed ferendum est et sperandum, ut ille sapientissimus rex apud Poëtam inquit, οἰστέον καὶ ἐλπιστέον. De *Pomerani* scripto nimis acerbe iudicant, qui interpretantur, eum abolere baptismum. † Mitto, quid ipse sentiat, quidque interpretetur" [12]). Cum autem constet ex aliis ipsius libris et perpetua consuetudine, nihil eum de baptismo aliorum docere a pietate aut communi ecclesiae consuetudine, incivile est, exagitare [13]) unum atque alterum † eius" [14]) verbum obscure scriptum. Polliceatur tamen, se velle huic offensioni mederi in altera editione, quam nunc adornat, et [15]) tollere verba, quae aliquid visa sunt habere incommodi. Ego, ut eius sententiam penitus cognoscerem [16]), quaestiones, propemodum ut fit in foro, ei praescripsi, ad quas diserte respondit. Bene vale et rescribe. Pridie Epiphaniae, anno 1533.

No. 1091. (hoc temp.)

Cph. Ruellio.

Manlii farrag. p. 357.

Christophoro Ruellio

S. D. Quod iterum ad me scribis, specimen mihi praebes egregium non modo diligentiae tuae in literarum studiis, sed etiam humanitatis, quae vim habet maximam ad assuefaciendum animum ad omnia virtutis officia: ac plane virtutum praeciparum nutrix est. Gratulor igitur hanc indolem: et precor Christum, ut studiis fratris tui faveat. Quod polliceris te praeceptori fore obsequentem: facile est, inquit ille, imperium in bonos. Itaque te quoque praeditum tali humanitate et suavitate ingenii spero nusquam recta monentibus aut parentibus aut praeceptoribus defuturum esse. Patri tuo, viro optimo, salutem dices meis verbis reverenter: ac narrabis, me principi *Moguntino* meos Romanos misisse, eumque honorificum munus donasse. Bene vale.

No. 1092. (fere mense Ian.)

Studiosis in Academia.

Ex Steph. Riccii Miscell. no. XXII. descripsit Foerstemann.

„*Intimatio P. M. de quinto libro Ethicorum Aristotelis repetendo.*"

In editione scholiorum Ethices perscripsi ea, quae in tertio libro traditurus eram, et sunt loci quidam non inutiles, cumque nihil restet, in quo dictando prosit admodum collocare tempus, et his, qui nullos habent textus neque Graecos neque Latinos, interpretatio illa Graeca, quam institui, nihil neque voluptatis neque utilitatis afferre queat, decrevi repetere quintum Ethicorum, et cum Graeca lectione conferre, ut et ii, qui Graecos libros habent, collata nostra interpretatione melius intelligant auctorem Graece loquentem, et alii habeant interim, quid agant, dum legunt Latinum textum et eruditissimas cogitationes tanti scriptoris diligentius expendunt. Ac profecto nullus est inter libros Aristotelicos suavior quinto. Ego tamen domi apparabo ad eundem modum ex reliquis libris optimum aliquem, ut paulatim reliquos etiam explicatos et illustratos adipiscamini.

No. 1093. (Ian.)

Iisdem.

Edita in Riccii Miscell. no. XXXVII. et descripta a Foerstemanno.

„*Intimatio P. M. in secundam Olynthiacam Demosthenis.*"

Pollicitus sum me rursus aliquid Demosthenis enarraturum esse. Quare ut fidem meam liberem,

---

10) Cod. Goth. 401. *princeps ipse — faceret.*
11) Cod. B. *reddantur — gratiae.*
12) Haec addunt cod. L., cod. M. et cod. Bav.
13) Cod. Lips. *exagerare.*
14) *eius* addunt codd. omnes.
15) *et* in utroque cod. Goth. sequitur verbum *mederi.*
16) Cod. L. *cognoscatis*, cod. 401. *cognosceretis*, cod. M. *intelligeretis.*

decrevi Deo volente cras incipere interpretationem secundae Olynthiacae, et certam habeo consilii causam, cur ab illa exordiendum duxerim. Quanquam autem non ignoro, qualia sint iudicia de toto hoc genere studiorum Latinae et Graecae linguae, tamen spero aliquibus nostram operam in hac re gratam fore. Quod si haec nostra studia vere sunt virtutis studia, meminerimus ea expetenda atque colenda esse propter dignitatem, et adhibendam esse constantiam, ac patientiam adversus agrestium quorundam et barbarorum iudicia. Nulla enim virtus sine fortitudine coli ac retineri potest. Bene vale. 1553.

No. 1094. 9. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 199 sqq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi,

S. D. Heri tuas litteras accepi plenas rerum plurimarum. Sed illud vellem clarius esse scriptum, an omnino putes post discessum *Eobani* reliquam tuos scholam conservaturos esse. Nam neque ego istinc te velim avellere, si qua mediocris fuerit manendi ratio. Etsi enim ista vestra schola parum frequens visa est, tamen animadverti plurimos optime institutos a vobis huc venisse, quod eo dico, quo minus te navatae huius operae poeniteat. Sin autem dimissuri vos quoque viderentur, nec tu a nostris abhorreres, putavi me iure nostrae amicitiae de ea re aliquam cogitationem suscipere debere. Quod enim iubes me hanc curam deponere, non profecto, si velim, queam. *κοινὰ γὰρ ἄχη τῶν φίλων.* Velim igitur te rursus et de illorum consilio, si quid habes, et de tua voluntate scribere, quam si sciam, facilius explicare ea possim, quae in utramque partem mihi veniunt in mentem. Non parum etiam huius anni aut certe proximi impendentes motus timeo. Vides enim quantum ubique prodigiorum, quae concursationes? *φαινόμενον* mihi missum est, quod conspectum est ad *Oenipontem*. Camelus circundatus flamma et quidem respectans, Lupus respectans ac vomens flammam. Leo prodiens extra montium fauces, quem in ipso aditu faucium stans cataphractus quasi blandiens excipit. Altera enim manu iubam contrectat, altera tenet pedem, quem ei leo porrigit velut salutans. Haec monstra petunt aquilam, quae uno pede insistit collem, altero petit vicinum collem, nec attingit. Neque potest esse dubium, quin Camelus respectans fugam Turcicam significet, Lupus Hungarum, Leo, *ὡς δοκεῖ, σημαίνει τὸν τημενίδην**), *καὶ ὁ κατάφρακτος ἢ Ἐλουετίους ἢ Βοΐους.*

De *Serveto* rogas quid sentiam. Ego vero video satis acutum ac vafrum esse in disputando, sed plane gravitatem ei non tribuo. Et habet, ut mihi videtur, confusas imaginationes, nec satis explicatas earum rerum, quas agitat, cogitationes. De iustificatione manifeste delirat. *περὶ τῆς τριάδος* scis me semper veritum esse, fore ut haec aliquando erumperent. Bone Deus, quales tragoedias excitabit haec quaestio ad posteros, *εἰ ἔστιν ὑπόστασις ὁ λόγος, εἰ ἔστιν ὑπόστασις τὸ πνεῦμα.* Ego me refero ad illas scripturae voces, quae iubent invocare Christum, quod est, ei honorem divinitatis tribuere, et plenum consolationis est. *τὰς δὲ ἰδέας τῶν ὑποστάσεων, καὶ διαφορὰς ἀκριβῶς ζητεῖν, οὐ πάνυ συμφέρει.* Illud me pessime habet, cum eaedem res agitatae sint a Paulo Samosateno, nihil extare, praeter levia quaedam apud Epiphanium, unde intelligi possit, quid iudicarint quidve secuti sint hi, qui eum damnarunt. Mirum in modum crucior, cum illam et veterum et nostrae aetatis *ἱεραρχῶν* negligentiam atque incuriam considero. Quid censes Concilium fore, si tamen conveniet, nisi *τυραννίδα*, aut pontificum aut aliorum, *ἢ μάχας τῶν θεολόγων κενταυρικάς.* Quis enim hoc agit, ut dubitantes conscientiae sanentur, ut veritas eruatur e tenebris, ut gloria Dei illustretur? sed spero nos de his rebus brevi coram collocuturos esse. Decrevi enim hoc vere ad te exspatiari, si ullo modo licebit.

Micyllum Francofordiae adhuc esse arbitror. Volui eum Edelbergae collocare, et principio amanter a meis civibus exceptus est, et bene sperare iussus. Sed ipse dum mox flagitat stipendii accessionem, nonnihil impedivit eam actionem. Nunc rursus venit in spem consequendae conditionis Edelbergensis, sed si poterit apud vos esse, haud dubie praeferet urbem et sodalitium hoc omnibus scholis. Invitatus est enim et a Marpurgensibus.

---

*) Landgravium. C. W.

Polybium tibi dono, missum mihi ab Anspaciensi quodam. Ibi sunt illa αἰθιοπικά, de quibus memini te ad me scribere. Sed Polybius valde mihi placuit, eoque putavi dignum esse codicem tua bibliotheca. Nam ego contentus sum eo, quem excudit *Secerius*. Meo iudicio sapienter et perspicue narrat eas res, quarum memoriam voluit ad posteros extendere. sed tuum iudicium de eo audire valde cupio.

Gaudeo te Euripidis et Sophoclis Thebanas fabulas enarrare, nam, quantum ego quidem iudicare possum, nullae sunt meliores in utriusque Poëmatis omnibus: scis mihi semper mirum in modum Phoenissas placuisse.

De *Francisco* quod scire cupis, ita se res habet: docet adhuc graece, ac nunc Hesiodum luculenter enarrat: hac proxima aestate enarravit Aratum. Gratum mihi est, quod meos familiares complecteris atque ornas, amantque hi te vicissim et reverenter colunt. Hunc adolescentem *Albertum* auditorem vestrum tibi commendo. Est enim perstudiosus tui, et cupidissimus bonarum litterarum. Me rogavit, ut a te peterem, ut sibi potestatem faceres interdum te adeundi et consulendi de suis studiis. Nam valetudinis caussa domum remittitur, ubi commorabitur aliquandiu, idque tempus decrevit in studiis etiam ponere, cum erit potestas audiendi te ac caeteros professores. Iussi ut *Schonerum* diligenter audiat, hic enim et *Milichium* audivit.

Dorii res minores sunt, ut ego quidem suspicor, illis triumphis, qui passim editi leguntur. Vidi enim litteras Patris scriptas, in quibus erat, tantum teneri *Patras*, et alia quaedam in littore castella oppugnari. *Methonem* non teneri, ac duces speculatos etiam dissuasisse oppugnationem. De Corona spem aliquam habebant. Recte stomacharis, quod quidam bene promittunt Turcis, ego enim omnino spero mitiores esse. Gratulor tibi natam filiolam, et Christum precor, ut te ac matrem et totam familiam tuam servet. Optime ac felicissime vale. V. Id. Februarii.

Φίλιππος.

No. 1095. 15. Febr.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 83. — Nunc ex autographo Melanth. in cod. Monac. I. p. 57.

Clarissimo viro, Hieronymo Baumgartnero, senatori Noribergensi, suo amico.

S. D. Non [illegible] quod de consiliis atque actionibus nostrorum, sed ita fit κατὰ τὴν παροιμίαν, πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδοι, etc. Primus vir est optimus et amantissimus pacis; sed ille, quo de scribis, animum habet mirabiliter violentum, et eget, ac mihi saepe visus est cupere omnia in casum dare. Si Caesar ordine petet restitui Monachos, et similes, non vult *Lutherus* ad arma decurri; sed si personae Principis periculum moliuntur, permittit illi uti suo iure, si quod Iureconsulti ei promittunt.*) Ego non dissimulo me, propterea quod nostros noram, fuisse pacis cupidiorem Augustae. Non enim credas facile, quam longe absint ab illa Evangelica constantia et moderatione nonnulli, quam iactant; sed, ut video, motus fatalis est. Nos orationibus nostris commendabimus rem Christo.

Audio vacuum esse quoddam exiguum stipendium: est autem hic adolescens, filius civis Noribergensis, adolescenti nomen est *Alberto Webber*. Patrem vocat *Georgium Webber*. Videtur mihi bonum et commodum ingenium esse, ac dignum, quod vestra liberalitate alatur, et a puerili doctrina praeclare instructus est. Oro igitur te, ut commendes eum Senatui. Hoc beneficium, crede mihi, bene collocaveris. Ignosces autem mihi, quod haec negotia tibi impono. Est enim tibi homini doctissimo, litterarum causa, haec molestia devoranda, quae te praecipuum habent patronum in vestra Republica. Bene vale. 15. Februarii.

Φίλιππος.

No. 1096. (fere Febr.)

Bernh. Rothmanno.

Edita in libro: Series episcoporum Monasteriensium, eorundemque vitae ac gesta in ecclesia, conscripta ab Herm. *Koch*, P. IV. (Monasterii 1805.) p. 199. Repetita a Histemakero in dem Neuen literaer. Anzeiger (1806.) p. 101. Contulimus apographon huius epist. vetustiss. ex autographo factum, asservatum in bibl. Regia Hannoverana. — De emendatione sacrorum in urbe Monasterii vid. Sleidan. Comment. lib. X. p. 267 sq. — Coepit Rothmannus iam anno 1532. sacra emendare, et haec Melanthonis epistola scripta est in initiis huius emendationis, ergo fere mense Febr. anni 1533.

*) Spanh. edidit: *permittunt*; sed scriptum est: *promittunt*.

Viro optimo, D. Bernhardo Rothmanno, Evangelii ministro apud Monasterienses Westphaliae, suo amico[1]),

S. D. Officiose facis, quod nostri[2]) congressus et amicitiae inter nos constitutae memoriam retines. Ego vicissim dabo operam, ut intelligas, mihi studium bene de te merendi nusquam[3]) defuisse. Amo enim te et propter ingenii suavitatem, quam ex tua oratione cognovi, et propter rectissimam[4]) voluntatem ergâ doctrinam Christi, quae hoc tempore tanto in odio est, ut singularem constantiae atque pietatis laudem mereantur, si qui eam[5]) docere aut profiteri non gravantur.

Tuas quaestiones *Luthero* non exhibui. Id non factum[6]) oblivione tui, sed, cum esset occupatior, ego forte seposui nec postea[7]) reperi. Si quid itaque voles, iterum scribes. Nunc ad ea, quae sunt in literis tuis, respondebo breviter. Ac primum de genere doctrinae, mi Bernharde, te propter gloriam Christi oro, ut, quod facis hactenus, autor esto plebi tuae, ut senatui pareat, nec properet ad immutandos[8]) ecclesiae ritus. Nam cum nulla res admodum immutationis[9]) opus habeat nisi missarum prophanatio, eaque[10]) re non peccet populus sed sacrificuli, qui quandam ibi civitatem[11]) habent, nec sunt Senatus oppidani imperio subiecti: quid opus est cum periculo immutare[12]) caetera[13]), quae ad populum pertinent? Illud agat populus, ut fideliter discat ea, quae proprie ad ipsorum conscientias pertinent[14]), de fide in Christum, de poenitentia, de magistratuum auctoritate, de caritate, et in hanc sententiam proderit[15]) meo iudicio hortari populum, qui natura est φιλόνειχος[16]). At, motis rebus publicis, quae procellae, quae tempestates postea existent[17]), nos experiundo cognovimus. Nihil initio mutavit *Lutherus*, sed erant alii quidam plus satis feroces. Nec probavit ullam mutationem *Lutherus*[18]) postea nisi missae privatae abrogationem et monachorum, ut ita dicam, manumissionem[19]), atque haec sero constitui permisit[20]).

Haec summa est consilii mei, quod si sequeris[21]), res ostendet, non inutile esse. Sacerdotes mariti omnibus ritibus uti possunt cum suis collegis, tantum de missa viderint, ut, si abstinere nondum possunt, impias tamen opiniones abiiciant[22]) de faciendo sacrificio pro aliis. Ita utantur ea tanquam laici, synaxi utentes ad confirmandas et docendas conscientias. Hoc nihil obest eis, quod[23]) non palam profitentur coniugium. Dissimulavit enim et Abraham coniugium propter tyrannidem. Omnino decet in quaestionibus talibus, quae pertinent ad mores et ritus, summam adhibere ἐπιείχειαν; quare facile patior, omnes ritus, in quibus non est manifesta impietas, servari. Et in impiis[24]) omnino prius docendi sunt homines, quam aliquid publice mutetur. Illud te moneo, ne ad inquisitores *Coloniam* protrahi te patiaris. Huc potius tibi[25]) fugiendum censeo.

Philippus.

No. 1097. **28. Febr.**

Chph. Ruellio.

Manlii farrag. p. 357 sq.

Christophoro Ruellio

S. D. Dei beneficio heri ad Salinas pervenimus, non sine negotio eluctati ex altissimis nivibus, quae viam ita obruebant, ut agnosci non posset. Sed, Deo ducente, nusquam procul via aberravimus. Haec patri tuo, viro optimo, meis verbis narrato. Scio enim ei curae esse nostrum iter. Tuos praeceptores meis verbis saluta. In Salinis de Vite-

1) Sic inscribitur in apographo. Koch. habet: Philippus D. Bernhardo Rotmanno Evangelii ministro apud Monasterium Westphaliae.
2) Koch. *mei.*
3) Koch. *nunquam.*
4) Koch. *certissimam.*
5) Cod. H. *iam.*
6) K. addit *non.*
7) Cod. *forte.*
8) K. *mutandos.*
9) K. *mutatione.*
10) K. *in re.*
11) K. *immunitatem*, et *habent* desideratur.
12) K. *mutare.*
13) Cod. *caeterum.*
14) Exciderunt haec e textu Koch.
15) K. *poteris.*
16) K. *novitatis amator.*
17) Koch. *existant.*
18) *sed erant — — Lutherus*, desiderantur in cod. Hann.
19) K. *missionem.*
20) K. *atque hoc sero permisit.*
21) K. *sequaris.*
22) K. *abiicient.*
23) K. *qui.*
24) Pro *impiis* cod. Hann. *inprimis.*
25) *tibi* non habet K.

[illegible] nihil novi audivimus, nisi nuptias. Cras autem D. praefectum nostrae pompam nuptialem celebraturus est. *Cochlaeus* hic in Saxonia adest, deliberat cum *Graeco* de editione [illegible] scripti. Bene vale. Die Dominica Esto mihi, 1533. Patri gratias ages nostris verbis pro omnibus beneficiis, quae in nos summa humanitate contulit.

No. 1098. (m. Febr.)

Georg. ab Erbach.

Epistola nuncupatoria praemissa libro: Encomium Demosthenis ex Luciano iam primum versum et aeditum, autore Philippo Melanchthone. Additae sunt duae gravissimae Orationes Isocratis latine versae. 8. (s. l. et anno. In fine vero legitur:) Haganoae ex officina Seceriana. anno salutis M.D.XXXIII. die 19. mensis Martii. (Ignorarunt hunc librum et Strobelius et Rotermundus.)

Clarissimo viro D. Georgio Comiti ab Erpach, Palatinatus Rheni Archipincernae, Praesidi Alsatiae etc. Domino suo Clementi, Philippus Melanchthon S.

Cum pro ea admiratione, quam de te, Clarissime vir, quo tempore et Lipsiae te primum videbam, et de rebus gravissimis, ut tum forte inciderant, cum summa prudentia summaque facundia disserentem audiebam, concepi, singulari quodam studio erga te accensus fuissem, iam olim equidem optavi, animum atque voluntatem hanc meam digno atque idoneo aliquo argumento tibi declarare posse. Ea enim pulcherrimarum rerum propria quaedam vis est, ut non solum animorum nostrorum sensus recordatione sui afficiant atque oblectent, verum etiam eiusmodi desiderio impletos a se dimittant, ut quantumvis procul amotus atque sepositus fueris, subinde tamen recurrere et ad ea, quae abeunt, praesens referri tibi videare. Et quemadmodum in excellentibus picturis ac tabulis accidere nobis ipsi videmus, ut oculi nostri contemplando satiari fere nunquam possint, semperque novum aliquid spectantibus nobis sese offerat, quod discedentes ultro alliciat detineatque, ita ipsa virtus quoque sensus atque cogitationes nostras trahit, neque unquam a sui admiratione quiescere longiusve recedere permittit. Itaque etiam fit, ut non modo ipsi intra nos earum rerum, quarum studio et amore ita tenemur, voluptatem capere contenti simus, verum etiam nescio qua vi compulsi aliis quoque eadem illa, quibus [illegible] afficimur, [illegible] [illegible] ac proximo cuique [illegible]. Proinde cum eodem modo erga te, Clariss. vir, ego quoque commotus et incensus iam diu essem, cuperemque studium atque affectum hunc meum etiam opere, ac ceu manifesto aliquo signo, testatum facere, nuper posteaquam Lucianicum in Demosthenem Encomium scholae nostrae publice interpretandum coepissem, ipsumque libellum, pro meo more ac modo, Latina oratione vertissem, operam hanc nostram dedicandam tibi tuoque nomini inscribendam mihi esse putavi: non aliam certe ob causam, quam ut singularem istam tuam eloquentiam singulari quoque eloquentiae exemplo, non meo quidem illo, sed eius, cui Encomium hoc dictum est, publice commendarem. Nam cum tanta tua in dicendo prudentia tantaque copia tibi sit, quantam vix puto me ullo antea in homine, qui quidem eius aetatis foret, cuius tu eo tempore natus eras, usquam animadvertisse: quid rectius aut dignius potui, quam eo argumento eoque in authore voluntatem tibi meam declarare, qui et ipse omnis eloquentiae parens merito habetur, et ab altero etiam ipso eloquentiss. nova quadam eloquendi ratione laudatur. Nam ut hoc quoque hic addam, eiusmodi in hoc Encomio laudandi figura Lucianus usus est, ut singulari quodam et laudum et orationis genere Demosthenis claritatem ac virtutem memoriae animisque hominum commendare voluisse videatur. Non enim communibus illis rhetorum formulis ac locis insistit, neque etiam simplici ac recto dictu, ingenii, fortunae ac corporis dotes ornando atque amplificando prosequitur, sed nova quadam occasione ad ipsum causam velut attractus, dum Homeri, cuius cum illo contentionem inducit, laudibus occupatum se simulat, aliud plane agendo hoc ipsum agit, ut ostendat illum, quemadmodum corporis atque aliis externis dotibus longe Homero superiorem, ita ingenii felicitate animique constantia ac robore nulli clariss. virorum unquam inferiorem fuisse. Imo tanquam communia haec, a quibus alii totam plerumque laudandi materiam atque facultatem sibi petunt, pro parvo duceret aut plane contemneret, posthabitis aliis locis, continentiam solum atque fortitudinem, quibus immoraretur, et quae verbis amplificaret, potiss. delegit. Quarum alteram quidem

ille [illegible], ut nullis unquam [illegible] atque [illegible], quibus eo tempore Atheniens. Respub. praecipue infestabatur, adversus patriam [illegible] sit. Alterum autem ad extremum usque spiritum animi ita obstinato atque constanti custodivit, ut cum [illegible] et [illegible], si ad Antipatrum transiisset, proposita sibi videret, voluntariam mortem inhonestae vitae anteferendam sibi putarit. Praecipue vero in attollendo illius erga patriam amore operam sumpsit, quem tantum in illo fuisse indicat, ut non modo in classem et publica aedificia privatas facultates impenderit, verum etiam cum iam iterum ab infensis civibus per summam contumeliam urbe eiectus fuisset, mori tamen potius voluerit, quam cum Macedonibus adversus patriam, [illegible] ingratam consentire. Et ad hanc quidem [illegible], ille domestico [illegible] testimonio, aut [illegible] aliquando historia petito utitur, sed quod [illegible] praecipuum [illegible] est, ab ipsa hostium atque Barbarorum confessione, quae nihil ad confirmandam Demosthenis laudem gravius esse poterat, fidem verbis facit. Quo sane in loco illud admiratione dignum mihi maxime videri solet, quod duobus diversarum gentium clariss. eloquentiae luminibus, patriae autem utrinque fidelissimis tutoribus atque patronis, non modo simili ferme fato perire contigit, verum etiam quod iidem eodem exemplo maximum virtutum atque [illegible], ab hostibus atque ipsis, quorum odio atque tyrannide perierat, retulere. Nam quod hic Lucianus de Antipatri, Philippi, [illegible] testimonio confirmat, idem fere a Plutarcho de Cicerone et Augusto, cuius [illegible] fuerat, traditum videtur. Cum enim [illegible] Caesaris nepotibus quidam [illegible] libellum legenda [illegible] intervenisse [illegible] Caesare, [illegible] posset, [illegible], Caesar [illegible] libello [illegible] plurimam eius partem [illegible], reddidisse [illegible] verbis dixisse: [illegible] fuit o fili, [illegible] patriae. Dignum [illegible] plus laudum et gloriae Ciceroni [illegible], quam vel laticia vel supplicatio illa, de qua ille [illegible] gloriari solebat. Quod [illegible] testimonium praeclarius esse [illegible] etiam ita [illegible] opes et [illegible] [illegible] habet? Nam ea profecto virtutis vis atque potestas est, ut animos ac sensus nostros, utcunque erga ipsos homines odio aliave [illegible] affecti sumus, cum honesta ac praeclara illorum facta cernimus, incredibili quodam studio atque amore accensos et inflammatos reddat. Itaque etiam Ulysses, ut apud Sophoclem fingitur, cum improviso Aiacis, cum quo tum summo odio ipse dissidebat, mortem deprehendisset, dextramque illam, qua non modo antea pro Graecis strenue pugnarat, sed etiam tunc contra se ipsum, dum praesentem ignominiam evitare studebat, fortiter usus fuerat, aspexisset, cum cetera illius viri praeclara facinora verbis extulisset, tandem haec quoque addidit, credo ipsa virtute ita extorquente, ut diceret: νικᾷ γάρ ἡ ἀρετή με τῆς ἔχθρας πολύ. Ut enim rectiss. dictum a poeta est, τὰ γάρ τοι καλὰ καὶ παρὰ ἐχθροῖς καλά. Hoc igitur tanti viri, et non solum ab omnibus, tum Graecis tum Latinis, verum etiam ab ipsis hostibus ac barbaris tantopere laudati, Encomium, in quo, si ad argumentum respicias, singulare quoddam praeclariss. virtutum exemplum, si vero ad ipsum libellum, [illegible] quoddam [illegible] ipsius eloquentiae specimen propositum, ut a Luciano quidem compositum, a nobis autem Latina oratione [illegible] est, tibi, Clariss. vir, tuoque nomini dedico: simul, ut a principio dixi, quo ex hoc velut argumento [illegible] erga te mea certa tibi constaret, simul etiam ut [illegible] in hoc Demosthene ipsam virtutem, eiusque [illegible] [illegible] tanquam in speculo aliquo intuearis. Clariss. horum maiorum tuorum in mentem tibi veniret, qui et partim ipsi per se, partim apud Illustriss. viros ac Principes summo cum splendore [illegible] prudentia semper vixere, ita haud dubie una cum reliqua generis nobilitate, praeclarissimarum virtutum haereditatem atque successionem tanquam per manus traditam tibi reliquerunt. Et quemadmodum praestantissimus poeta de Ascanio ait, ita te quoque in [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] Hector. Tu vero, Clariss. vir, si pro nostro [illegible] erga te studio vicissim [illegible] tibi commendatos habueris, beneficium [illegible] ita gratissimum [illegible] esse. Vale.

No. 1099. **15. Mart.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 202.

Viro optimo Ioachimo Camerario Q. Bambergensi Noribergae.

S. D. Heri primum accepi tuas litteras et alteras amici nostri *Georgii* scriptas ante mensem. Nam sacerdos, cui tradidistis, duxit secum uxorem ac liberos, turbam minime expeditam, quae iter eius multis modis remorata est. Narravit enim mihi longam fabulam, sed ea mora, ut spero, non oberit nobis. Erit enim mihi res curae, ut primo quoque tempore perficiatur. Utinam in tempore litteras accepissem, nam mense Februario fuit hic ὁ ἡγεμὼν, et satis hilariter. Aderant et hi, qui tibi volunt optime, scio enim te his, qui iudicio valent in aula, propter virtutem carum esse. Nunc incidit etiam alia quaedam nostrorum profectio, quanquam nihil adhuc habeo certi: sed ita sperant nonnulli. Francofordiae conventuros esse principes, (περὶ τῆς ἐπιχειροτονήσεως*). Ego tamen suscipiam hanc nostram actionem, quam *Χριστὸς* fortunet, κοινὴ γὰρ φίλων ἀρχὴ, ut nuper tibi scripsi.

De *Stromeri* filio respondebo, ut petis, ὄντως. Dimisi ante annos aliquot scholam domesticam propter haec negotia publica, quae me saepe domo evocabant, nec nunc mihi multum concedunt ad ea studia colenda otii, quae maxime amo. Ideo errat *Stromerus*, quod apud me filium optime collocari posse putat. Hoc responderem etiam, si ille nobis esset quam est magis amicus, cum sit amicissimus. Sed si volet huc mittere, idoneos praeceptores inveniet, aut *Vitum Vuinshemium*, aut *Amerbacchum*, quorum uterque docet optime. Et *Amerbacchi* orationem sane probo. Et apud hos habebit συμφοιτητῶν frequentiam, quam scis etiam necessariam esse discentibus, ζηλοῖ γὰρ γείτονα γείτων. Quid mecum solus ageret, deinde quoties mihi non vacat inspicere studia eorum, qui mecum sunt? Nihil puto te requirere amplius; si huc mittet, erit mihi curae, ut optime collocetur.

Mitto tibi picturam prodigiorum, quae nuper descripsi tibi cum ipsam γραφὴν non possem invenire, cum quidem mittere decrevissem. Scire cupio, an *Πολύβιον* acceperis, de quo te oro, ut tuum etiam mihi indicium perscribas, nam mihi videtur gravissimus et optimus autor esse.

Senecam multum lego. Tertullianus prorsus facit iniuriam, cum citat eum in hanc sententiam, quasi sentiat τὸν λόγον non esse ὑπόστασιν. Ille vero clariss. scribit hoc, quod publice sentimus, τὸν λόγον esse hypostasin, non ut interpretatur Servetus, sed ut nos loquimur. Irenaeus subobscurus est, sed de his rebus tecum coram brevi, ut spero.

De Elvetiis quicquid habebis, quaeso ut perscribas nobis, nam apud nos variant rumores. Haec scripsi, ut vides, properans, et profecto animo minime otioso. Eram enim multis de causis ac magnis valde perturbatus. Te vale feliciss. et fruere tua tranquillitate et studiis. *Dureri* paginam accepi, et reliquum expecto, habeo ipsius germanica omnia, etsi mihi non sunt usui, tamen libenter asservo, propter memoriam summi atque optimi viri. Iterum vale feliciter cum universa familia. Pridie τῆς κυριακῆς Oculi.

Φίλιππος.

*) Propter electionem Regis Roman.

No. 1100. **22. Mart.**

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 179. (edit. Londin. lib. II. ep. 169.)

D. Georgio Principi in Anhalt.

S. D. Illustrissime Princeps. Celsitudini Vestrae mitto meum de cantionibus iudicium, quas reperi in Missalibus a die Paschatos usque ad Pentecosten. Prudens lector facile agnoscet in veteribus cantionibus nihil esse vitii, sequentias quasdam ac superstitiosas ceremonias [illegible], quae facile corrigi et praeteriri possunt. Mea tamen haec semper fuit sententia, ut publici ritus Ecclesiarum diligenter conservarentur, quatenus [illegible]. Nunc Christum oro, ut C. V. et Illustrissimum fratrem C. V. semper gubernet, et ad illustrandam gloriam Evangelii, et ad Ecclesiae salutem. Deus praecipue requirit haec duo a Principibus, ut ornent Evangelium, et tueantur Ecclesiam. Quare nihil dubito, quin aliquando poenas Deo gravissimas daturi sint isti, qui nunc horribilem saevitiam passim exercent in pios, et defendunt impios cultus

et impiam doctrinam, [illegible], quo minus illucescat hominibus Evangelium. Gaudeo igitur, Celsitudinem vestram et illustres fratres Celsitudinis vestrae non fieri participes eius crudelitatis, et Christum adorare [illegible] gubernet ac defendat, et ut vestra pietas aliquid boni afferat universae Ecclesiae. Bene valeat C. V. et me commendatum habeat. Pridie Dominicae *Laetare* *).

No. 1101. (Mart.)

Mart. Bucero.

† Ex autographo Melanthonis in tabular. Eccles. Evangel. Argentoratensis mihi descripta a Clar. *Strobelio*. — Adscriptus est inscriptioni annus 1533.

Venerabili viro D. Martino Bucero, concionatori Ecclesiae Argentinensis.

S. D. Quod te salutavi in literis ad *Bedrotum*, feci candide et ex animo, idque officium, si ita interpretaris, recte iudicas. Non enim abhorreo a tua amicitia. Qua moderatione usus sim in illo negotio, de quo tantum **) esse dissensio inter amicos et nostros putatur, non ignoras. Certe meus animus semper spectavit eo, ut re explicata hominum animi a dubitatione liberarentur. Scio te quoque concordiae sarciendae studiosum fuisse. Sed quales successus utriusque nostrum consilia habuerint, non est opus his recitare. Feramus igitur τὰ ἀναγκαῖα. Illud tamen te oro, quantum possum, ut des operam, magis ut contentiones istae sedentur atque consilescant, quam ut excitentur et inflammentur.

Quod vero petis a nobis formulam, quid putemus illi faciendum, qui cum velit propagare ad suos Evangelicam doctrinam, tamen id ita facere cogitat, ut quam minimum mutet? legi *Luthero* tuas literas, nec dubito quin, si ab ipso petam, cum erit valetudo melior, facile adduci possit, ut sententiam perscribat ***). Sed res est, ut vides, huiusmodi, de qua propter varietatem iudiciorum non est tutum pronunciare. In ipso negotio gubernari haec melius possunt. Si quis est huiusmodi qui formidet mutationes, is recipiat initio doctrinam Evangelii, eamque diligenter et modeste tradi curet, et explicari res necessarias, praesertim cum mutari nihil debeat, nisi antea auditores diu multumque instituti sint. Bona pars harum mutationum, quae extiterunt in vestris et nostris ecclesiis, magis a populo orta est quam ab ipsis doctoribus. Gaudebat enim populus immatura libertate, et tamen non patitur natura humanorum morum, ut sine ullo ordine, sine ulla disciplina fiant omnia. Ego nec probo omnia quae vulgus facit, nec possum prohibere. Idem accidit haud dubie vobis. Tamen mihi res posset, ut quam minimum in publicis ritibus mutaretur. Sed hoc quod summam parit offensionem quomodo putaremus moderari sine missarum emendatione, quas vides quanta vi defendant? Expecto eadem de re tuas literas, libenter enim tecum disputabo copiosius de hoc ipso negotio. *Henricum* *) tibi commendo, modestus iuvenis est ac probus et perstudiosus. Bene vale. *Gerbelio* et *Bedrotto* meis verbis salutem dicito. Non enim licuit nunc scribere. Mense Martio.

Philippus.

*) 1533, ut videtur; ineunte enim hoc anno forma sacrorum a Georgio et fratre eius mutata est.

**) [illegible] legendum esse.

***) Id Lutherus non fecisse videtur; certe nulla huius argumenti habetur epistola ad Bucerum.

No. 1102. (fere hoc temp.)

Sabinus ad Principem quendam.

Manlii farrag. p. 465 seq. — Apographon in cod. Goth. 401. p. 91b.

Georgii Sabini ad Principem quendam Epistola.

Cum Celsitudo vestra singulari me benevolentia complexa sit, nihil magis velim quam vicissim meam gratitudinem V. C. testatam effici. Non minus enim mihi laborandum esse statuo, ut pietatem ac fidem meam C. V. probem, quam ut de studiis meis bene sentiat. Itaque polliceor C. V. me per omnem vitam daturum operam, ut omnes intelligant, me nihil maius atque antiquius vestra benevolentia ducere: quam quidem multis de causis plurimi facio. Primum enim plurimum refert, tegi et defendi a C. V. Deinde ipsa me vetustatis vestrae admiratio movet, ut non possim non amare C. V., postquam cognovi tantam humanitatem cum caeteris virtutibus coniunctam esse. Quare statuo, mihi summa pietate et gratitudine per

*) Henricum Copum.

[illegible] vitam V. C. colendam esse. Cum autem spem omnem studiorum in C. V. positam habeam, decrevi exponere C. V. studiorum meorum conditionem. Diu iam molior profectionem in Italiam *), ubi et Iuri discendo et eloquentiae studiis operam dare cupio: et ad hoc me multi prudentes et eruditi viri hortantur, propterea quod hanc dicendi et scribendi facultatem putant uberiorem et suaviorem fore doctorum consuetudine in Italia, qui in hoc genere nostris hominibus longe antecellunt, et habet ipsa peregrinatio per se aliquem fructum. Hactenus autem impediit haec mea consilia angustia rei familiaris: quae non est ignota C. V. Quare supplex oro, ut C. V. subsidium inopiae meae ferat, ut inchoata studia absolvere possim. Fortassis impudenter facere videor, quod cum antea a V. C. libris instructus sim, nunc ausim insuper maiora petere. Sed novit C. V. vetus proverbium, Pudorem egenti inutilem esse. Et cum nemo intelligat vim et dignitatem artium, quam C. V., spero fore, ut C. V. boni consulat petitionem meam studiorum causa susceptam. Si quid autem profecero Dei beneficio, totum me addicam V. C. efficiamque, ut intelligat haec vestra beneficia apud hominem gratum posita esse. Valeat C. V.

*) quo profectus est Sabinus mense Iul. 1533, et unde rediit anno 1534.

No. 1103. **6. April.**

Ioi. Langero.

Ex apographo in cod. Bav. Vol. II. p. 825. primum edita a Schlegelio in vita Langeri p. [illegible]. Praeter apographon Bavari contuli autographon in cod. Mehn. III. p. 68 b.

Venerabili viro, D. Ioanni Langero, concionatori Ecclesiae Coburgensis 1).

Cum nesciam, quibus in Francia vestra Ecclesiarum inspectio commissa sit, duxi ad te scribendum esse, vir optime, teque rogo, ut hanc meam epistolam 2) D. Visitatoribus ostendas, et hoc negotium, de quo scribo, eis diligenter commendes. Memini, me eadem de re etiam ante 3) ad te literas dare, sed res ad inspectionem tunc relecta est. *Philippus* **), Pastor Calensis, habet sacerdotium [illegible] in Regiomonte et domunculam, et, nisi 4) fallor, Princeps scripsit ad Regiomontanos, ne ei eripiatur id 5) sacerdotium. Neque 6) solet fieri, neque honestum est, eripi his, qui sunt in ministerio verbi, si quae alibi habent sacerdotia. Nunc Regiomontani rapuerunt 7) Philippo sacerdotium et aedes, adhaec supellectilem, quam in aedibus habuit, vel eiecerunt vel diripuerunt. Obsecro, sicne 8) tractandi sunt sacerdotes 9), qui docent Evangelium? Haec gratia Evangelio redditur? Et habuit Philippus difficilia principia in administratione, nec sine illo suo sacerdotio 10) tolerare sumptus novae Oeconomiae potest. Oro igitur et te et visitatores per Christum, ut Philippo 11) Regiomontanum illud sacerdotium 12) atque aedes serventur 13). Nulla est crudelitas magis odio digna, quam quae in sacerdotes exercetur. Hanc certe non diu est toleraturus Deus. Quare 14) decet vos, quibus inspectio commissa est, re diligenter et humaniter cognita, tegere miseros 15) sacerdotes adversus iniuriam et 16) vulgi immanitatem, quam profecto qui alunt sua dissimulatione non bene consulunt Ecclesiae. Haec scripsi tantum deprecans, nihil enim sumo mihi iuris in aliena inspectione. Novi, quantis difficultatibus res Philippi impeditae sint 17); novi etiam inopiam. Et est in publica functione. Horum insidiis 18) affici, certe humanum 19). Commendo igitur tibi totum negotium summa fide 20) agendum. Bene vale. Dominica Palmarum 21).

Philippus Melanthon.

---

1) Sic cod. Mehn. — In c. Bav. „M. Ioanni Langero, Pastori Coburgensi."
2) Cod. M. *epistolam meam.*
3) *ante* abest a c. M.
**) Phil. Faber.

4) Cod. M. *nisi.*
5) *id*] c. M. *hoc.*
6) Cod. M. *Neque vero.*
7) Cod. M. *eripuerunt.*
8) *sicne*] c. Bav. et Schl. *sic.*
9) *sacerdotes* non habet c. M.
10) Cod. M. *sacerdotiolo.*
11) Cod. M. *Philippi.*
12) Cod. M. *sacerdotiolum.*
13) Cod. M. *conserventur.*
14) Cod. Bav. et Schl. *Quod* pro *Quare.*
15) *miseros*] c. Bav. et Schl. *commissos.*
16) *et* non habet c. Bav.
17) *sint*] c. Bav. et Schl. *sunt.*
18) *Insidiis?* — [illegible]
19) Cod. Mehn.: *Horum insidiis certe affici humanum non est.*
20) Cod. Bav. et Schl. *summa fide.*
21) *Bene vale, Dom. P.*] c. M. non habet, sed addit annum: 1533. Et recte. Illo enim anno altera [illegible] illius regionis visitatio fuit. Cod. Bavar. [illegible] annum: 1534, haud dubie ex coniectura.

No. 1104. 6. April.

Nic. Kindtio.

Ex apographo in cod. Bav. Vol. II. p. 505. iam edita a *Schlegelio* in [illegible] p. 115. [illegible], praeter cod. Bav., apographa in cod. Mehn. IV. p. 50 b. et in cod. Basil. 39. p. 82 b.

Phil. Mel. Doctori Nicolao Kindt.

Scripsi concionatori Coburgensi, ac rogavi eum, ut et ipse et alii visitatores Francicarum ecclesiarum essent auctores Regiomontanis, ne eripiant sacerdotiolum Regiomontanum[1]) *Philippo*, Pastori Calensi. Hanc causam ut vos quoque suscipiatis valde rogo. Nam Philippus hoc anno habuit messem infelicem, et est novus oeconomus, et vir ingenio et doctrina tali, ut dignus sit, quem diligenter et ingeniose iuvemus. Et quid alibi secuti estis in inspectione[2]), nescio; sed nos nihil cuique tali[3]) eripiendum[4]) duximus, qui etiamsi alio in loco tamen serviat[5]) in Evangelio. Causa est aequissima et humanissima, quare te rogo, ut habeas Philippum commendatum. Vale.

No. 1105. 14. April.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 204 sqq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo summo

S. D. Hic adolescens, cui has dedi litteras, cum valetudinis caussa hinc expatiari cogeretur, decrevit passim salutare Mathematum professores, cumque eis colloqui de istis doctrinis, avidissimus est enim audiendi perfectos artifices; eamque ob caussam literas ei dedi etiam ad *Apianum*, et ad *Tansieterum*. Nomen huic *Ioann. Manio*. plane valet ingenio, ac divinitus rapi ad has artes videtur, ὥσπερ οἱ τῶν θεῶν ἑρμηνεῖς. Sed nostras litterulas negligit, quibus quia non est instructus, quanto careat ornamento non animadvertit. Caeterum ipse sine doctore suis mentis pluribus [illegible] eruditus Ptolemaei tenebris, quae facile ei demonstrat, et ad usum accommodat. Vidit hic partim suo sumtu, partim nostrae Academiae liberalitate. Duximus enim tale ingenium alendum esse ad usum publicum. Tu facies mihi gratum, si eum commendaveris cum *Schonero*, tum etiam pluribus aliis harum artium cultoribus. Opinor te solere ad *Apianum* scribere aut ad alios nonnullos huius generis artifices. Nihil enim petit hic adolescens, nisi haec communia officia, quae sine tuo incommodo praestare poteris.

De negotio *Hopelii* scire cupio, an ipse aliquid egerit, cum istic adessent principes. Nam cum ego accepissem litteras ipsius ad XVI. Cal. April., princeps noster VIII. Cal. iter ad vos suscepit, cum ego audissem apud Usipetes aliquanto post conventuros esse, ac memini me scribere ad te de eius conventus fama. De Norico conventu prorsus nihil audieram, et subito incidisse suspicor. Neque postea tabellarios habui ullos ad vos. Existimo tamen *Hopelium*, si qua fuit occasio, cum *Pontano* collocutum esse de isto negotio; et cum redierint audiam, nec desinam urgere, si quid adhuc agendum restat. Novi nihil habemus, nisi vicinorum*) terrores, qui cogunt novis exemplis suos homines, ut veteri ritu in mysteriis utantur. Tu quam habeas spem de his, quae videntur impendere hoc anno, significato, etsi adhuc parari nihil video. Scribe etiam aliquid de vestro conventu, καὶ περὶ τῆς συνόδου, quam Caesar promittit. Bene vale. Postridie τῆς πάσχατος.

Philippus.

No. 1106. 15. April.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 206 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Recte coniicis me fuisse ignarum huius profectionis nostri Ducis. Ego enim audieram antea, conventuros esse quosdam ad Usipetes. Nosti hoc genus negotiorum, nullus Euripus tam est instabilis. Scripsi tibi his diebus per quendam

1) Sic scripsi pro *Regiomontano*, ut habet c. Bav. et Schleg. — Vid. epist. anteced. — Cod. Mehn. et cod. Basil. *Regiomontano* non habent, et praetermiserunt, ut videtur, propterea, quod supervacaneum haberent hoc verbum.
2) Cod. Bav. *suspectione*.
3) Cod. Bav. et Schl. *tale*.
4) Cod. Bav. et Schl. *recipiendum*.
5) Cod. Bav. *serviret*.

*) Misnensium. C. W.

adolescentem de hac re, sed ad te is perveniet tardius, quam hae litterae; agam summa fide, si quid agendum restat. Et scio bonos viros apud nos tui esse studiosissimos. Me velim expectes, possum enim minore incommodo meo expatiari, quam tu tuo, et in his molestiis omnino mihi opus est illis remissionibus.

Est hic quidam scholasticus, *Paulus Eberus Kyzingensis*, commendatus mihi a *Mica*, discipulus vester bene litteratus et valde studiosus, qui habuit hoc anno duodecim aureos beneficio vestrae civitatis ex testamento cuiusdam Horni: res administratur per *Colerum*. Rogavit autem me adolescens, ut ad *Colerum* scriberem, quod ego non gravatim facturus eram, sed video quandam tibi cum eo familiaritatem esse. Ideo duxi ad te scribendum esse, ut caussam adolescentis apud eum agas. Petit sibi prorogari illud stipendiolum, scio te libenter patrocinari studiosis, quare hoc onus imponi tibi patieris. Ipse adolescens est moribus optimis, et dignus quem iuvemus; si tamen erit opus me scribere ad *Colerum*, faciam. Nunc enim speravi me plus profuturum adolescenti tua commendatione, quam meis litteris. Bene vale. Tertiis feriis pascatos. Scio *Colerum* *τῇ φύσει φιλόσοφον εἶναι*, ideo spero eum et nobis et nostri studiosis bene cupere.

Philippus.

No. 1107. **18. Apr.**

Hier. Baumgartnero.

Lib. VI. p. 85 sq. — Nunc ex autographo Melanthonis in cod. Monac. I. p. 58. accurate descripta. — Apographon in cod. Bas. 89. p. 33.

Viro Clariss. Hieronymo Bomgartnero, senatori Noriberg. suo amico.

S. D. Quod ad te rarius scribo, Vir optime, quidvis in causa potius esse iudices, quam tuae erga me benevolentiae oblivionem. Ego enim te propter excellens ingenium semper feci plurimi, et cum me amanter omni officii genere a te coli viderim, ingratus sim, si debere me tibi dissimulem. Sed haec tempora, quae te quoque, ut video, non leviter exercent, non solum haec communia officia, sed paene omnia mihi studia literarum excutiunt. Vides, quo, non dico, inclinent, sed plane ruant omnia.

Legi tuam epistolam non sine magno dolore, in qua significas, quae te causae moveant, ut de deserenda Republica cogites. Esset illud quidem his miserrimis temporibus praecipue nobis optandum, ut latere liceret, neque ego tibi quicquam praescribo; sed tamen vides, mi Hieronyme, in qua quasi statione collocatus sis, quam, nisi Respublica prorsus oppressa est tyrannide, nolim te deserere. Sed non vacat nunc multa scribere. Spero te consilia tua ad publicam utilitatem accommodaturum esse.

Hic iuvenis *Iohannes Sumerer* Noribergensis sic satis literatus est, et pauper. Petit unum ex stipendiis minoribus, quod nunc audivit vacuum fore. Erit tuae humanitatis adiuvare adolescentem civem et studiosum, et pauperem. Idque ut facias, te etiam atque etiam oro; scis quam dura ac iniqua sint haec tempora talibus ingeniis. Ideo te doctrina tali praeditum tueri studiosos decet. Bene vale, 1533. die Veneris *μετὰ τὴν πάσχατος*.

Philippus Melantho.

No. 1108. **18. Apr.**

Senatui Norinberg.

De Wettius hanc epistolam edidit in Epistolis Lutheri T. IV. p. 444 sq, eamque se accepisse professus est: „aus dem Original mitgetheilt vom Herrn Pfarrer Nopitsch." Si Nopitsch vere habuit autographon, certum est illud non manu Lutheri scriptum esse, sed fortasse a scriba descriptum, cui Lutherus et Melanthon sua quisque manu subscripserunt. Epistolam enim a Melanthone conscriptam esse loquendi genus perspicue docet, quare eam hic dedimus. Scripsit quidem *de Murr.* (I. p. 209.), autographon asservari Norinbergae in arcula lignea bibliothecae, sed Cl. *Rannerus*, quem hac de re consului, illud invenire non potuit. — Contuli apographa vetustissima in cod. Galli II. p. 285. et in cod. Palatin. 435. p. 5. — De argumento epistolae conferantur epp. Lutheri d. d. 20. Iul. et d. 8. Oct., et epist. Melanthonis d. d. 8. Oct. huius anni.

Den Ehrbarn und Weisen Burgermeistern und Rath der Stadt Nurmberg, unsern günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch unsern Herrn Jesum Christum. Ehrbare, weise, günstige Herrn. Uff E. W. Fragen haben wir uns unter einander unterredt, und wissen[1]) die offentlich gemein absolutio nit zu straffen und zu verwerfen, aus dieser Ursach, denn auch die Predig des h. Evangelii selb ist im Grund und eigentlich ein absolutio, darin Vergebung der Sünden verkündigt wird,

---

1) Codd. wissen; de Wette: wissen ex mendo.

vielen Personen in gemein und öffenlich, oder einer Person allein, öffentlich oder heimlich: derhalben mag die absolutio öffenlich in gemein, und auch besonders heimlich gebraucht werden, wie die Predig in gemein oder heimlich geschehen möcht, und man sonst möcht viele in gemein, oder Jemand besonders allein trösten. Denn obwohl nit alle daran gläuben, darumb ist die absolutio nit zu verwerfen, denn alle absolutio, sie geschehe in gemein oder besonders, muß doch also verstanden werden, daß sie Glauben foddert[2]) und denen hilft, so daran glauben, wie auch das Evangelium selb allen Menschen in aller Welt Vergebung verkündigt, und Niemand von dieser universali ausnimpt; aber es foddert gleichwohl unsern Glauben, und hilft diejenige nit, so nit daran gläuben[3]), und muß dennoch die universalis bleiben. Daß aber hie mag bedacht werden, daß Niemand der privat absolution begehren werde, so man die gemein hat und bleiben läßt, dazu sagen wir, daß es die Gestalt hat in rechtem Anliegen, daß die Gewissen gleichwohl dieses besondern Trosts bedürfen. Denn man muß die Gewissen unterrichten, daß der Trost des Evangelii eim Jeden insonderheit gelte, und muß derhalben das Evangelium durch Wort und Sacrament insonderheit Jedem[4]) applicirn, wie ihr als die Verständigen wisset, daß insonderheit ein jedes Gewissen darob streitet, ob ihm auch diese grosse Gnad, die Christus anbeut, gehöre. Da ist leichtlich zu verstehen, daß man die privat absolutio daneben nit soll fallen lassen, und diese applicatio erhellt[5]) auch deutlicher den Verstand des Evangelii und der Gewalt der Schlüssel. Denn der gemeinen absolution würden sehr wenig Leut wissen zu gebrauchen oder sich ihrer annehmen, so sie daneben diese[6]) applicatio nit erinnert, daß sie sich auch der gegemeinen absolutio annehmen sollen, als sey sie Jedes [d. i. eines Jeden] besonders, und daß eben dieses das eigen Ampt und Werk des Evangelii sey, gewißlich Sünd vergeben aus Gnaden. Aus diesen Ursachen halten wir, daß die gemein absolutio nit zu verwerfen, auch nit abzuthun sey, und daß man dennoch daneben die privat applicatio und[7]) absolutio erhalten soll. Gott bewahr E. W. allzeit gnädiglich. E. W. zu diesen seyn wir allzeit bereit williglich. Datum Wittenberg Freitags nach dem Ostertag, anno 1533.

D. Martinus Luther.
Philippus Melanchthon[8]).

2) Codd. foddert; de Wette: forder.

3) und hilft — glauben] praetermissa sunt in cod. Pal.

4) Jedem] abest a c. Pal.

5) De Wette edidit erhält, sed addidit, autographon habere: erhelt. Sic etiam c. Pal., sed c. Gall. erholt.

6) De Wette: dieser, codd. diese.

7) De Wette: s. (?), quod esset *sive*; sed codd. und.

8) Gott bewahr et quae sequuntur praetermissa sunt in c. Palat.

No. 1109. **26. Apr.**

Studiosis in Academia.

Ex Miscellaneis Steph. Riccii, num. XXXVIII., adiectis libro: Phil. Mel. argumenta s. dispositiones rhetoricae in eclog. Virgilii. (Leucop. 1565. 8.)

„*Intimatio Phil. Mel. in quartam Philippicam Demosthenis*, 1533."

Speravi me suavitate secundae Olynthiacae invitaturum esse auditores ad *Demosthenem* cognoscendum. Quid enim dulcius aut melius ea oratione cogitari potest? Sed, ut video, surda est haec aetas ad hos auctores audiendos. Vix enim paucos retinui auditores, qui mei honoris causa deserere me noluerunt, quibus propter suum erga me officium habeo gratiam. Ego tamen meum officium pergam facere vel invitis dicetur in conviviis, adhuc praelegi veteres et laudatos scriptores. Cras incipiam *Demosthenis quartam Philippicam*. Witteb. ad 6. Cal. Maii.

No. 1110. **(ex. Apr.)**

Iusto Waldhusano.

† Ex autographo Melanth. in bibl. Regia Hannover.

Iusto Walthusano, praeceptori liberorum d. doctoris Ioannis Ruellii,

S. D. Scis me de studiis puerorum quos doces sollicitum esse. Nam periculum aliqua ex parte ad me pertinet. Ego enim pro te, quasi vadatus, spopondi. Itaque recte facis, quod ad me et de tuis et de illorum studiis scribis. Tuae literae mihi valde placuerunt; animadverto enim, te proficere, et accuratius nunc scribere, quod mihi magnae voluptati est. Proderit enim haec tua diligentia etiam discipulis. Tu modo perge, teque ipse in hoc genere diligenter exerceto. Amabo te

des operam, ut pueros efficias grammaticos perfectos, ac veros artifices. Mihi crede, tibi ipsi etiam ea diligentia plurimum afferet utilitatis. Bene vale et scribe ad me quam saepissime.

Philippus.

(Adscripsit Iustus: „*accepi has literas d. 6. Maii 33.*")

No. 1111. 26. Maii.

G. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. ep. 43., descripta a Clariss. Gersdorfio.

Ad Spalatinum.

S. D. De collegio vestro scio *Lutherum* tibi respondisse *). Itaque significabis nobis an literas eius acceperis. Non placebat ei novam concionem institui in templo vestri collegii. Et profecto multae graves causae sunt, cur id nullo modo concedendum sit. Ut enim omittam cetera argumenta, quid futurum esset, si eius loci concionator non esset futurus in potestate pastoris? Et scis canonicos non velle gubernari ab urbano pastore. Quas autem tragoedias excitatura esset ista libertas? Sunt aliae multae causae, de quibus inter nos collocuti sumus. Non poteritis retinere tranquillitatem ecclesiarum vestrarum, si illic novi coetus fieri permiseritis. Bembum *Georgius Sabinus* dedit excudendum typographo me vetante. Sed habebis integrum et incorruptum tuum exemplar. Bene vale. Postridie Exaudi 1533.

Philippus.

*) Lutheri epist. d. 24. Maii 1533. apud de Wette, T. IV. p. 460., Walch. T. XXI. p. 1248.

No. 1112. (Maio.)

Studiosis in Acad.

Ex *Riccii* Miscell. no. XXXIX. descripsit Foerstemann. Contuli apographon in cod. Basil. 39, p. 53 b.

Intimatio P. M. in Problemata Aristotelis.

Memini virum optimum et excellenti doctrina praeditum Iohannem *Stofflerum*, cum Tubingae Mathematicen profiteretur, deplorantem ignaviam Iuventutis et Philosophiae contemptum, dicere solitum, se, si unius horae spatio semel tradere universam Mathematicen scholasticis posset, tamen sic affectos esse Iuvenes, ut videatur¹) aegre exoraturus, ut usuram sibi unius alterius horae tribuerent. Non dicam autem, quanto iustius queri possimus de huius aetatis iuventute, quae superbissime contemnit eas literas et artes, quibus adolescentia maxime perpoliri debet. Sed omittam²) in praesentia querelam, tantum rogabo moderatos scholasticos et rogabo propter Deum, qui certe offenditur contemptu literarum, ut dent nobis operam enarraturis, Deo volente, ex Aristotele primum problema partis seu sectionis Tricesimae³). Cum satis multi sint hic Graeci codices, non deest facultas describendi⁴). Praelegam autem ea hora, qua Demosthenem hactenus⁵) interpretatus⁶) sum. Ideo enim Philippicas omitto, quia brevi prodibunt conversae. Et M. *Franciscus Vinariensis* nunc eam orationem praelegit, quae est longe optima. Nos etsi⁷) aliquando ad Demosthenem redibimus, tamen tribuemus aliquid etiam operae philosophicis libellis⁸), et curabo aliquos⁹) brevi excudi. Porro in hoc Problemate non solum Physica quaedam sunt digna cognitione, sed etiam tanta est suavitas orationis, ut nihil dici possit dulcius, et vel hic unus locus satis testari poterit Aristotelem elegantissime locutum esse. 1534¹⁰).

No. 1113. (fere in. Iun.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 207 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico suo summo Norinbergae.

S. D. Utinam licuisset una cum *Vito* proficisci, sed me remorantur adhuc non solum privata impedimenta, sed etiam alia quaedam. Et filius subito

1) Sic cod. Bas., sed Ricc. *videretur.*
2) Cod. Bas. *omitto.*
3) Pro *tricesimae* cod. B. habet: *cui titulus est* ὀφρηεοι...(?)
4) Cod. Bas. *distribuendi.*
5) *hacten.* abest a cod. B.
6) Cod. Bas. *interpretaturus.*
7) Ricc. *et.*
8) Ricc. *operis Philippicis.*
9) Ricc. *quaedam.*
10) Annus non legitur in cod., sed puto anno 1533 scriptam esse hanc schedam postquam Demosth. orationes praelegerat.

aegrotare coepit, et sic satis periculosam febrim habet. De causa *Hopelii* quod tu putas magnum in illo itinere principum occasionem fuisse futuram, secus est. Nam in illis congressibus huiusmodi negotia arte dissimulant, praesertim quia τὰ τῶν φίλων ἀρχῇ non admodum ad se pertinere putant. Pontanus mihi dixit, contra quam tu putasti, convenisse principes, sed huius rei mentio consulto dilata est. Nunc omnino pollicetur mihi summa fide se rem curaturum esse. Et principem ait libenter suscipere hanc causam. Nam is, cuius res agitur, optime audit apud nostros, praedicaturque ab omnibus vir esse optimus, quo testimonio certe laetari te scio. Bene vale. Non possum plura scribere de nostris rebus, omnia scit *Vitus*. Me velim omnino expectes.

Veniet istuc fortasse *Italus* quidam, qui olim Monachus fuit, cui cibum et victum amplius biennio dedi, nunc praetextu litterarum mearum mendicat, si ad te venerit, ne recipias hominem in aedes, nec dederis multum. Est enim homo ingratus, morosus, impostor, et improbus. Bene vale.

Philippus.

No. 1114. (paulo post.)

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 208.

Ioachimo Camerario,

S. D. Ulricus *Pindarus* rogavit me, cum hinc iam abiisset, ut sibi decem aureos Norimbergae curarem. Ea de re scribit *Erasmus* patri, id indices fratri *Ulrici*, si abest *Ulricus*, ut petat ab *Ebnero*. Nihil de hac re dixi meo ministro. Et tantum decem aureos volo meo nomine Ulrico dari. Vale.

Philippus.

No. 1115. (6. Iun.?)

Chph. Ruellio.

Manlii farrag. p. 369 sq. — Apographon in cod. Monac. 90. Tom. VII. p. 401. — Quum Lutherus Chr. Ruellio puero de studiis eius scribat d. 9. Iun., haec epist. Melanth. fortasse eodem tempore data est.

Christophoro Ruellio

S. D. Cum pro meo erga te amore de studiis tuis cogitem, duxi te admonendum esse de quadam parte primarum exercitationum. Tempus est, meo iudicio, ut incipias prosodiam discere, ut coneris versus facere. Quod etsi initio subdifficile videbitur, tamen paulatim usus hanc exercitationem et iucundiorem et faciliorem efficiet. Quare [1]) nolim te difficultate primi conatus deterreri atque animo frangi, praesertim cum haec exercitatio maximas pariat utilitates. Res est per se liberalis et digna tua natura, intelligere hanc in versibus [2]) iungendis musicam. Videtur enim † mihi natura tua [3]) ad has humanissimas artes apta [4]) esse, in quibus cum eloquentia, tum poëtica inest. Deinde latini sermonis copiam atque elegantiam adfert: et grammaticus eris melior, et omnino iudicium acuet haec exercitatio de omni ratione scribendi. Ego autem ita statuo, summo studio tibi incumbendum esse in omnia, quae ad eloquentiam conducunt, teque hunc finem tuorum studiorum proponere debere [5]), ut adferas ad Rempublicam dicendi facultatem, quae quale [6]) habeat ornamentum, facile poteris audire ex patre tuo, viro optimo et prudentissimo. Hoc consilium expone praeceptori tuo, et quid decreverit rescribito. Vale, anno 1533 [7]).

No. 1116. (mense Iun.)

Iudicium.

Iudicium de concilio a Pontifice Romano promisso et indicto et de ratione pacis restituendae, haud dubie in usum Principis Electoris scriptum, cui subscripserunt Lutherus, Ionas, Bugenhagen et Melanthon, videatur in Lutheri operibus, apud Walch. T. XVI. p. 2275. et apud de Wettium in epp. Lutheri T. IV. p. 455 sqq.

No. 1117. (med. Iun.)

Iudicium de concilio.

Ex apographo in cod. Goth. 188. p. 243. et in cod. Galli D. p. 86. — Miserat Pontifex Romanus Hugonem Rangonum, episcopum Rheginum, legatum suum (in cuius lo-

---

1) *Quare*] Manl. *Quia.*
2) Cod. Mon. *verbis.*
3) *mihi natura tua*] desiderantur in textu Manl.
4) Manl. *aptus.*
5) Cod. Mon. *debes.*
6) Cod. Mon. *quantum.*
7) Cod. Mon. 1535, bis male.

cum paulo post successit Paulus Vergerius) in Germaniam et ad Ducem Saxon. Electorem, ut eum permoveret, ut ipse quoque [illegible] concilio futuro interesset. Quae cum legato Pontificio a Duce Sax. Elect. acta fuerint, ea leguntur in opp. Luth. (Walch. T. XVI. p. 2275 sqq.) partim etiam in opp. Melanth. (Weimar. T. II. p. 652.) et conscripta sunt in cod. Goth. 262. — Petiverat Princeps Elector a Theologis Witeb., ut suam sententiam de propositionibus pontificiis perscriberent, quam quatuor scriptis exposuerunt, quorum tribus, a Luthero conceptis, Melanthon simul subscripsit suum nomen, quarto autem non item, pro quo potius hoc addidisse videtur iudicium, quod in cod. Goth. ita inscriptum est:

„Consilium P. M. de mandato concilio congregando per legatos Romanos indicto principi Electori."

So viel ich's verstehe, halte ich davor, daß sich's nicht anders geziemen oder leiden will, denn daß man sich erbiethe zu compariren cum asseveratione [1]) etc.; und doch protestire, daß man sich jetzund darein [2]) nicht verpflichte, wie im andern Artikel gesucht wird. Denn sollten wir das Concilium abschlagen, so müßten wir doch in der Fahr [3]) seyn, da wir sonst inne seyn [4]), und werden andre Nationen noch mehr wider uns erbittert, als die wir das Concilium scheuen, item hindern das Gute, das andre Nationes dadurch hoffen. Denn alle Nationes sehen jetzund auf diesen Theil. Item, so der Papst seinen Vortheil merken wird, so macht er doch ein Concilium und citirt uns. Dann so wäre es dieser Lehre viel unrühmlicher [5]), wenn wir dann die Cognition scheuen würden, und so man dann compariren müßte, ists besser, man erbiethe sich jetzund darzu, und so es zum Concilio kommet, kann man einen leidlichen Proceß und Verhör erlangen, wie zugesagt ist, daß es liberum seyn soll; so ist es gut. Kann man das nicht erlangen, so hat es bessere [6]) Entschuldigung.

Man mag auch Ursach anzeigen, warum man sich wegere zu verpflichten. Denn der Papst sagt, er wolle ein Concilium halten nach Gewohnheit der Kirchen, bis anher gehalten. Nun ist die Gewohnheit, so jetzt gehalten wird, viel anders, denn wie es in den alten Conciliis gehalten ist. Denn in den alten Conciliis hat man müssen aus Gottes Wort richten, wie zu sehen ist Actuum 15., und sonst in Actis der folgenden löblichen Concilien. Aber hernach unter dem Papstthum [7]) haben sie viel eine andre Weise gehalten, richten nach ihren eigenen Constitutionibus und eigener Gewalt, wie offenbarlich [8]) ist. Nun weiß man, daß wir die Constitutiones [9]), so wider Gottes Wort sind, anfechten; darum kann diese Sache nicht aus den Constitutionibus geurtheilt werden, sondern muß aus Gottes Wort geurtheilt werden [10]), dieweil das Gegentheil rühmen [11]), ihre Lehre und constitutiones seyen recht und gegründet in Gottes Wort. Item, diese exactio [12]) der Verpflichtung ist neu, und wird hier gebraucht, allein Verhinderung des Concilii zu verursachen, daß sie das Concilium wegern.

Zuletzt halt ich, sollt gut seyn, daß man Kais. Majest. mit Fleiß vermahnet, daß sie wolle bedenken, wie im Reich bewogen wäre, ein frei Concilium zu halten, das auch die hohe Noth der ganzen Christenheit fordert. Darum seine Majestät die Sachen dahin bearbeiten [13]) wollt, daß die Händel ordentlich und nach Nothdurft [14]) verhöret würden, so er anders viel Guts zu schaffen gedenket.

1) Cod. Gall. [illegible].
2) darein non habet cod. Goth.
3) Cod. Goth. doch in Gefahr.
4) i. e. in welcher wir uns einmal befunden.
5) Cod. Gall. unmöglicher.
6) Cod. Gall. so hat man desto besser. Fortasse Mel. scripsit: so hat man des besser.
7) Cod. Gall. dem Papst.
8) Cod. Gall. öffentlich.
9) Cod. Gall. [illegible]
10) Verba: sondern muß etc. [illegible] cod. Goth.
11) Cod. Gall. rühmet.
12) Cod. Gall. *exercitatio.*
13) Cod. Gall. [illegible].
14) nach Nothdurft rectius cod. Gall. pro: nach der [illegible] nach, ut habet cod. Goth.

No. 1118.

Ant. Corvino.

Epist. lib. V. p. 190 sqq.

Viro venerabili, D. Antonio Corvino, docenti Evangelium in Cattis, suo amico.

S. D. Respondit *Lutherus* *), nec dissuasit consilium instituendae excommunicationis, vides enim, quam iaceat autoritas sacerdotum apud nostros. Et certe politica excommunicatio mutanda non est. Scripsi *Adamo* eadem de re. De restitutione habes Pauli regulam: Qui furatus est, iam non furetur deinceps. Tantisper autem furatur, dum aliena volens possidet. Si habet alienum, debet restituere. Alioqui enim censetur perpetuo furari. Sin autem non habet, nec potest restituere, cum non teneat volens alienum,

*) Vid. Luth. epist. ad Theod. [illegible] 1533.

[illegible] [illegible] patet. Expende, quaeso, [illegible] [illegible] [illegible] ille, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ([illegible] hic ita [illegible] [illegible] *Lutherus* et ego. Placet tamen mihi, [illegible] [illegible], [illegible] habeatur ratio aequitatis, quae est optima omnium legum, etiam [illegible] [illegible] interpres.

De forma [illegible] [illegible] vetulas, placeret [illegible] magis [illegible] forma Pauli: Propter fornicationem habeat unusquisque uxorem suam. [illegible] Saepe [illegible] et [illegible] incidere in veterem formam illam: Crescite etc.

De studii ratione, mi *Corvine*, ex tua oratione video tibi ingenium contigisse felix, quod [illegible] [illegible]. Et animadverto, te adhibere [illegible] [illegible], quam ut augeas, te adhortor. [illegible] [illegible] [illegible] legendos autores optimos maximeque Ciceronem. In Theologicis [illegible] [illegible] [illegible] methodum. Ad hanc, vides, me omnes controversias diligenter revocare in [illegible] nis et in quibusdam Apologiae locis. Spero, tibi quaedam mea exempla profutura esse. Latinam *apologiam* totam retexam. Bene vale. Postridie Iohannis Baptistae 1533.

Φίλιππος.

No. 1119. (med. Iul.)

Io. Hesso.

Epist. lib. VI. p. 351. — Apographon in cod. Bavar. II. p. 614. Autographon est in cod. Rehd. Vratislav. Vol. V, quod contulit nobis S. V. Schulzius.

Iohanni Hesso

S. D. Hic bonus vir *Henrich Oltinger* Chalcographus est *). Audivit, expeti officinam χαλκογραφικήν in urbe vestra. Id quoquo modo se habet, te rogo ut eum adiuves pro tua summa humanitate erga bonos et pauperes. Nam hic vir bonus est, et tenuior, quam ut certare cum locupletioribus officinis potuerit in Magdeburg, ubi hactenus degit. Scis enim officinas tenuiores a locupletioribus opprimi. Amabo te, iuvea hominem, quantum poteris.

De Synodo scripsi nuper ad *Ambrosium*. Plena minarum postulata sunt, ut promittant se Principes [1]) approbaturos esse Synodi sententias, et coacturos armis ad officium, si qui dissentient. Parisiis *Beda Natalis* urbe pulsus est, cum aliis quibusdam Sycophantis, qui adversus quendam *Gerardum* furiose vociferati sunt ac seditiose quidem. Nunc *Gerardus* libere docet Evangelium in ipsa Lutetia. Haec certa sunt, et mihi ex Parisiis ab optimis viris diligenter perscripta. Bene vale.

† Philippus Melanthon."

*) Cf. epist. ad Hessum d. 12. Iun. 1533.

1) se Principes] [illegible]

No. 1120. 22. Iul.

G. Spalatino.

† Ex autographo Philippi in cod. Rehd. Vratisl. Vol. V. descripta nobis a S. V. Schulzio. — Alia manu, haud dubie Spalatini, autographo inscripta sunt: „De Gallicum [illegible] [illegible] redeunte Eberhardo Brisgero. 1533." Vides, per Brisgerum Spalatinus epistolam accepit.

Viro optimo D. Georgio Spalatino, amico suo,

S. D. *Brisgerum* non volui sine nostris literis dimittere *). Accepi libros ex ipsa Parisiorum urbe scriptos nuper adeo, die Iohannis Baptistae, in quibus mira historia est. *Gerardus* quispiam in aula Reginae Navarrae Evangelium docet magna, ut scribunt, animi constantia. Adversus hunc nuper post pascha Parisiis duo vociferati sunt seditiosiss. Regi minantes ipsi, nisi *Gerardum* removeat a concionibus. *Beda*, qui fuit huius fabulae auctor, una cum istis duobus clamatoribus iussus est ex urbe Lutetia abire. Senex quidam theologus hanc contumeliam theologici ordinis adeo aegre tulit, ut delirio vitam amiserit. *Gerardus* libere concionatur, et imperatum theologis, si quid habeant negotii adversus eum, ut iure agant. Designati etiam huic causae evangelicae non iniqui, apud quos cognitio fieri debeat. Curabo edi exemplum literarum, in quibus est haec historia. Ibi cognosces omnia planius. Haec velim te significare aulicis. Sunt enim certa et significationem probent, indicia bonorum ibi non esse iniqua doctrinae nostrae. Christus Evangelii gloriam augeat! Obsecro te, significa mihi de Aristarchis in conventu vestro, an relecta sit epistola, aut exemtus locus, in quo significamus

*) Vitebergae Brisgerum tum [illegible] [illegible] inde [illegible] [illegible] rediisse, intelligitur etiam ex epist. Lutheri ad Spalatinum d. 22. Iul. h. a.

nos non impedituros concilium. Bene vale. Die Magdalenae 1533.

Philippus.

No. 1121. 23. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 209 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo, Noribergae,

S. D. Tua assiduitas in scribendo, gratissima mihi est, cui ego quo minus aliquandiu responderim, non tam domesticae res, quam aliae occupationes in caussa fuerunt.

De *Coleri* filio maxime velim gratum facere viro optimo et amanti nostrae Philosophiae, sed iudico melius collocari adolescentem apud eos, qui habent domesticas scholas. Scis enim opus esse discentibus litterato sodalitio, faciam tamen quicquid tu censueris. Novi nos nihil habemus.

De fratre tantum dixit mihi *Pontanus* nuncium missum esse. Postea abfuit *Pontanus*, ut quid actum sit, nondum scire possim. Sed dubitare non debes, quin, quantum nos quidem possumus, studia nostrorum non defutura sint huic negotio, omnium enim bonorum summa est erga te voluntas.

Quibus legibus et autoramentis Synodum promittat ὁ ἀρχιερεύς, non dubito, quin scias. Pollicetur se habiturum Synodum veteri more hactenus servato: deinde postulat, ut promittant, se omnes Synodi sententiis obtemperaturos esse, et armis ad officium coacturos, si qui dissentient. nihil sunt nisi minae πάνυ τυραννικαί. Nos responsionem honestam ac moderatam ξυνεγράψαμεν, de qua non admodum pertimesco ὀβελισμοὺς Aristarchicos, nam nobis consilii factique ratio constat. In conventu Smalcaldensi, quid actum sit, melius te puto scire, quam nos. Nostri enim nondum huc redierunt.

De Ptolemaeo, etsi mihi quaedam venerunt in mentem, tamen quia non sum artifex, reieci rem ad *Μειλίχιον*. Amabo te, maturato editionem Ptolemaei, nec deterreare unius atque alterius loci nondum explicati obscuritate. Usus enim postea καὶ δεύτεραι φροντίδες καὶ ξυνομιλίαι perpolient. Nosti *Apellis* exemplum, qui proponebat picturas, ut admonitus meliores redderet, revocatas in officinam.

De novo *Cometa* coram συμφιλοσοφήσομεν. Horribilis flamma est, et valde septentrionalis, quod me vehementer terret. Cum *Sabino*, Deo volente, brevi veniam, qui parat iter in Italiam. Bene vale, X. Cal. Augusti.

Φίλιππος.

No. 1122. (Iul.)

Mart. Ruellio.

Manlii farrag. p. 332.

Martino Ruellio

S. D. Gaudeo tibi meas literas, gratas et iucundas esse. Nulli enim magis talibus adhortationibus delectantur, quam hi qui sua sponte ad virtutem colendam incitati sunt. Ideo spero te quoque natura ad virtutem colendam duci. Dabis igitur operam, ut quo te vocat natura tua, et patris viri optimi authoritas, et praeceptorum monita, magno studio optimas artes et virtutis doctrinam discas. Tuae literae fuerunt mihi gratissimae: tibique persuadeas volo, gratum te mihi esse facturum, si ad me saepissime scripseris: et, ut spero, remunerabor te, ut ait Hesiodus, eadem mensura, atque etiam uberiore. Bene vale. Mense Iulio, Anno 1533.

No. 1123. (Iul.)

I. Brentio.

Epist. lib. VI. p. 377 sqq. — Nunc ex autographo in cod. Monac. h. p. 377. editam.

Viro optimo, D. Iohanni Brentio, docenti Evangelium in Salinis Suevicis, suo amico

S. D. In *Serveto* multae notae comparent fanatici spiritus. Nam de iustificatione vides eum defulere doctrinam fidei, neque aliud docere, quam Augustini qualitatem. De discrimine veteris et novi Testamenti aperte delirat, cum Prophetis adimit Spiritum sanctum. At Petrus inquit de Prophetis, τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ. Περὶ τοῦ λόγου, εἰ ἐστιν ὑπόστασις, iniuriam facit Tertulliano, et, ut mihi videtur, etiam Irenaeo, diligenter enim horum inquisivi sententias. Sed

non dubito, quin paullo post magnae de hac re controversiae exoriturae sint. Etsi autem sunt pleraque, quae iure reprehendi possunt, ἐν τοῖς σχολαστικοῖς διδασκάλοις, καὶ αὐτῶν πατρὶ, περὶ τῆς διχοτομήσεως τῶν δύο φύσεων ἐν Χριστῷ, oportet enim statuere filium Dei naturalem humiliatum esse: tamen hoc mihi nequaquam placet, quod *Servetus* non facit Christum vere naturalem filium, καὶ γνήσιον Dei, hoc est, habentem σωματικῶς aliquid substantiae Dei. Hoc est illius controversiae caput καὶ σύνεχον. Si enim habet Christus aliquid divinae naturae substantialiter, sicut necesse est, sequitur λόγον non significare tantum ipsum patrem cogitantem, aut vocem transeuntem, sed aliquam in Christo manentem naturam. Haec velim cogites, deque eis mihi rescribas. Praelego nunc iterum *locos communes*, ut novam editionem atque emendationem adornem, in his etiam haec attigi. De *Synodo* scis quid Pontifex petat, ut prius promittant Principes se ipsius sententiam approbaturos esse, et armis ad officium coacturos si quis dissentiat; et pollicetur se habiturum Synodum usitato more. Bene vale. 1533. mense Iulio.

† Φίλιππος.

No. 1124. **30. Iul.**

I. Ionae.

† Ex autographo Philippi in cod. Rehd. Vol. V. descripta a S. V. Schulzio. — Ex subscripto nomine Melanthon, intelligitur, scriptam esse hanc epist. post ann. 1530. Videtur scripta anno 1533., quo Ionas denuo inspiciebat ecclesias.

D. Iusto Ionae, doctori Theologiae, praeposito ecclesiae Wittebergensis, amico suo summo

S. D. Pastor ecclesiae *Pricensis*, qui antea gubernavit Worlicensem ecclesiam, cupit evocari in *Mysiam*. Nec reprehendo causam istius cupiditatis. *Marchia* plus quam barbarica est. Et nunc in hac ἀκαταστασίᾳ ecclesiarum maxime exercet barbariem suam erga pastores. Quaeso igitur, ut eius rationem habeas, sicubi erit occasio. Nescio an sit vobis opus, aliunde accersere pastores; sed tamen si quid est loci, quaeso, ut huius miseri rationem habeas. Et tamen videtur mediocriter idoneus. Bene vale. 30. Iulii.

Philippus Melanthon.

No. 1125. **2. Aug.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 210 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo, Noribergae.

S. D. Quod de negotiis conventus istius, tam diligenter tamque copiose ad me scripsisti bis duobus mensibus totis, gratiam tibi et debeo et habeo maximam. Fuit enim mihi profecto officium tuum iucundissimum: ac facile patior te in tabulis expensi mihi non postremo loco scribere. Nunquam enim iisdem de rebus certiora habebat aula, quam nos. τὴν καταστροφὴν nondum plane sciebam, cum haec scriberem: tantum significant ex aula nostros in itinere esse, et seu pacem seu inducias esse, de quibus tamen quidam adhuc deliberent, an sint hoc beneficio Caesaris usuri. Nihil possum disputare priusquam audiero nostros, aut certe tuas litteras habuero. Interim et agam gratias Deo, qui hactenus nos mira bonitate texit, et precabor, ut mitia remedia sanandis his Ecclesiarum dissidiis adhibeat, si res ad Synodum deducitur: sed nolo disputare.

Senatui urbis vestrae respondimus de illa sua politia Ecclesiastica, sed pauca rescripsimus *). Nam et ille ipse liber, quem miserunt, perbrevis est, καὶ παιδαγωγικὸς μᾶλλον ἢ πολιτικός. legisse te opinor, et mittere longiores disputationes quid proderat? Et ego νομοθεσίας, in quibus multa insunt barbara et agrestia, non amo, nec video, quid prosit ferre leges, quas nemo accipit, et ut accipiantur, brevi video fore, ut rursus mutentur. Tuas litteras avidissime expecto. Bene vale. Postrid. Cal. August.

Philippus.

No. 1126. **12. Aug.**

I. Stratib.

Ex libro: In Selectiores M. T. Ciceronis orationes Philippi Melanchthonis, Ioann. Velcurionis aliorumque — enarrationes, — editae per Steph. Riccium T. I. p. 607.

*) Non extat hoc scriptum. Aliud d. d. 8. Oct. h. a. legitur in epist. Lutheri.

*Ornatissimo et facundissimo viro D. Iohanni Stratio**), *Oratori apud Castellanum Calisiensem, suo amico,*

S. P.**) Plane remunerabor te μέτρῳ τῷ μέτρῳ, ut praecipit Hesiodus. Nam pro brevi epistola brevem remittam, quod quidem mihi concedi aequius est, quod, ut vides, natura sum inops verborum, cum te animadverterim mirifica quadam copia atque ubertate orationis praeditum esse. Sed meum ingenium, etiamsi quod fuit, consumpserunt vel aerumnae vel rixae istae in quas nescio quo fato incidi. Sed omitto haec. Valde gaudeo, te memoriam mei retinere, teque insigni humanitate praeditum esse duco, quod in ista mea misera fortuna me non aspernaris. Hoc est esse hominum, non temporum amicum. Itaque habeo tibi gratiam, si qua in re vicissim declarare possem meam erga te benevolentiam, efficerem profecto, ut intelligeres, te a me fieri plurimi. Nec opinor, te, hominem litteratum, fructu magis amicitiae metiri***), quam benevolentia mutua. Iuvenes, quos mihi commendas, complectar omni studio. Bene vale. 12. Aug. anno 1533.

Phil. Melanch.

No. 1127. 13. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 211 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico suo summo, Noribergae,

S. D. Hic iuvenis *Hamburgensis*, versatus in nostra schola annis aliquot, officii causa amicum quendam suum ad vos proficiscentem secutus est, non tam videndae urbis vestrae cupiditate accensus, quam studio tui atque *Eobani*. Hanc ob causam me rogavit, ut sibi litteras ad te darem. Etsi autem intelligo, quantum tibi negotii faciam hoc genere commendationum, tamen huic iuveni non potui non dare litteras, amo enim eum propter ingenii magnitudinem. Puto te vidisse Eclogam, quam nobis scripsit abeuntibus ad conventum Augustanum acute et eleganter: in colloquio animadvertes eum abundare ingenio. Nihil autem peto, nisi ut aditus ei ad te pateat, quem nosse cupit, et cuius frui doctissimis sermonibus optat.

Conditiones pacis acceptae sunt. Fortassis igitur erunt aliquantisper ἀλκυόνεια. Nam ut diuturna haec pax ut sit, optandum quidem, sed quid est, quod fore spem faciat? Propemodum ita suspicor: Turcas etiam conteri, postquam vident non exoriri in Germania seditionem, id quod ipsi speraverunt. Audisse enim te puto, quam miris technis, ut id fieret, multorum animos tentati fuerint.

Quod *Eobanus* cogitat *Marpurgum*, si procedet res, novam deliberationem tibi quoque de universa schola afferet. Erfordiae etiam nuper etiam disputatum esse de sacramentis, vobis, ut audio, nimis contentur. Verum aliquid consilii tempus afferet, ὁ βέλτιστος σύμβουλος. Plura non potui scribere. Bene vale. Id. Augusti. Saluta *Eobanum* et caeteros amicos.

Philippus.

No. 1128. (id. Sept.)

Georgio Rhaw.

Epistola praefationis loco praemissa libello: Aelii Donati methodus seu declinandi coniugandique prima elementa, pro pueris alphabetariis, rerum grammaticarum prorsus ignaris, cum epistola Phil. Melanth. Francof. ad Oder. ex officina Andreae Eichorn. (s. a.) 8. — Curarunt hanc editionem hypodidascali Torgenses, ut intelligitur ex eorum epistola ad Georgium Rhaw, patrem, data Torgae, Calend. Sept. 1533, qua ipsi Donatum excudendum miserunt, quae etiam libello praemissa est. Addidisse videtur Melanthon suam epist. ineunte mense Sept. — Commemoravit hanc epist. Mylius in chronol. libr. Mel. ad ann. 1533.

Philippus Melanthon Georgio Rhaw, Georgii filio, indolis egregiae puero

S. D. Gratulor tibi Georgi suavissime, primum indolem ad literas et honestas artes egregiam divinitus donatam, deinde et patris, viri optimi, animum et iudicium, quod videlicet te ad literas adhibet, et statim e teneris rectissime doceri et optimis imbui vult. Magna haec profecto felicitas est. Quare et precor, ut Deus provehat consilium patris, et te adhortor, ut memineris divini oraculi, quod praecipit, ut parentibus obtemperes. Itaque omnibus ingenii viribus conniti te decet, ut discas, et penitus infigas animo haec elementa grammatices, quae ad utilitatem tuam et tuorum

---

*) Dicitur a Riccio: *Io. Stratius Belga.*

**) Haud dubie scripsit Mel. *S. D.*

***) In libro: *meteri*, ex mendo.

[illegible] proposita [illegible]. Magna [illegible] proposita est. Deus enim pollicetur ingeniis [illegible], qui [illegible] patentibus. Et haec initia aditum patefaciunt ad agnitionem [illegible], quae [illegible] doctrina non potest intelligi. Audies autem, Evangelium esse pretiosam margaritam, caelo allatam, quod [illegible] Christum nobis monstrat. Quicquid [illegible] fores aperit, id charissimum [illegible] equidem cum in schola [illegible], te non solum inter aequales [illegible] sed una versantur purissimi Angeli [illegible] vestrorum et custodes corporum. Sic enim inquit Christus: Angeli eorum semper vident faciem patris. Hi vos comitantur [illegible], [illegible] reducunt. Hoc [illegible] quod quidem [illegible] voluptatem capit ex assiduitate discentium, et piis studiis [illegible] et Deo praedicant vestra studia, Deo vos commendat. Quare caveto, ne vel [illegible] vel mali mores offendant et abigant hos vigilantissimos custodes. Accipe igitur haec prima artis initia hoc animo, ut Deo, ut piis angelis, ut patri amantissimo tuo memineris te diligentiam discendi debere. Et te commonefaciant officii praemia coelesti voce promissa. Prodest autem in artibus tradendis initio communia quaedam proponere, per quae gradus fit ad caetera. [illegible] hoc libellus continet Etymologiae principia, quibus praeceptis non solum reliquam Grammaticae partem facilius disces, sed etiam loqui latine incipies. Ad hunc usum interpretationes Grammaticae additae sunt et ut discant pueri proprie [illegible] et [illegible] interpretari, et ut statim loqui latine assuescant. Praecipua enim opera tibi danda est, statim, ut assuefacias te ad latine loquendum. Lumen enim praeceptorum est haec consuetudo loquendi, praeterea format, et efficit [illegible] elegantiorem. Qui enim sero incipiunt latine loqui, neque perfectam doctrinam consequuntur unquam, et perpetuo horridum quiddam [illegible]. Quare summo studio assuefacias te a prima pueritia et ad latinum sermonem et ad pronunciationis venustatem. Christus servet te, et gubernet ac provehat studia tua.

Ad Puerum.

Discite Grammaticam pueri, qui caetera vultis Discere, namque viam prima elementa dabunt.

No. [illegible] 19. Sept.

Christiano Beiero.

Ex apographo in cod. Wolf. Hamburg. descripta a S. V. Olshausenio.

Magnifico viro Domino Christiano Beier iuris utriusque Doctori, illustrissimi principis Ducis Saxoniae Electoris Cancellario, amico nostro.

S. D. Magnifice Domine Cancellarie. Dedimus literas *) ad illustrissimum Principem, Ducem Saxoniae *Electorem* Dominum nostrum clementissimum, in quibus duo negotia complexi sumus necessaria nostrae universitati. Cum autem sciamus vos pro vestra doctrina et prudentia praecipue favere optimis studiis: duximus vobis etiam causam scholae nostrae commendandam esse. Licentiatus *Planeus* plerisque non solvit stipendia, ac negat se posse in posterum solvere. Habet excusationes, quae quantum valeant nunc intelligi poterit [illegible] rationibus. Nos enim ideo distulimus ad principem [illegible], quia nisi relatis rationibus non potest indicari an reditus sufficiant. Nunc igitur rogamus principem, ut clementer curet solvi nobis stipendia. Sunt enim aliquot lectores, qui neque aliis rebus vacant occupati scholae laboribus, neque habent quidquam praeter haec stipendia. Hi non possunt hic durare, si non solvatur. Commendabitis igitur illustrissimo Principi hanc rem, ut videtis necessariam ad conservandam scholam. Praeterea in literis ad illustrissimum Principem scriptis, admonemus eum de fundatione universitatis, cuius spem aliquam [illegible] clementer ostendisse in auspiciis suae administrationis. Quanquam autem scimus rem [illegible] non posse perfici [illegible], praesertim in tantis occupationibus: tamen rogamus, ut velitis eum adhortari per occasionem ad fundationem illam maturandam. Multum et vestra et aliorum consiliariorum ad quos scripsimus autoritas valitura est. Sed maxime decet [illegible] tueri atque ornare studia, quia vim eorum et dignitatem magis perspiciunt. Ideo speramus vos libenter hanc curam suscepturos esse. Nos vicissim si quo officii genere de vobis bene mereri poterimus, summa id voluntate faciemus. Bene

*) Non extare videntur hae literae.

valete. Vitebergae, die 19. Septembris Anno 1533.

Rector, Magistri, et Doctores
Academiae Vitebergensis.

No. 1130. **20. Sept.**

Guil. Reiffenstein.

† Ex apographo in codice Bavari. Vol. III. p. [illegible]

Viro optimo D. Guilielmo Reifenstein, Stolbergae, amico suo summo

S. D. Dei beneficio recte valent et discunt liberi vestri. Sed *Martino* non convenit cum hoc coelo nostro, quod ego ipse expertus sum, tabescentibus inimicum esse. Est enim aër tenuis propter arenas, et propter paludes iners. Thuringicum coelum expertus sum mihi quoque melius convenire propter aërem pinguem, et halitus non ex paludibus, sed ex terra orientes, qui alunt et foecundant corpora. Sed Deus me in hac Scythia sicut Promethea ad Caucasum alligavit. Concedas rogo *Martino*, ut liceat ei hinc abesse valetudinis causa. Nam *Marcellus* poterit gubernare studia puerorum sine ipso, praesertim cum ego quoque aliqua laboris parte levem *Marcellum*. Bene vale. Pridie divi Matthaei 1533.

Phil. Mel.

No. 1131. **(fere mense Sept.)**

Lectori.

Praefatio praemissa actis editis de legati Pontificii mense Iun. 1533. actionibus cum Duce Saxon. Electore, quae eodem anno lingua vernacula, et eodem etiam lingua latina prodierunt, sic inscripta: „Rom. Caesareae Maiest. Oratoris et Pontificii Nuncii commemoratio ad Ducem Io. Fridericum Saxoniae Electorem de habendo concilio generali. Articuli ab eodem nuncio eidem Electori exhibiti etc." Wileb. ap. Georg. Rhau. MDXXXIII. 4. — Legitur haec Melanthonis de synodo epistola in eius Select. epist. p. 137. Iterum libro I. epist. p. 210. (edit. Londin. lib. I. ep. 71.), porro in Melanth. Opp. Witeberg. T. IV. p. 759. et in Mel. Consil. latin. P. II. p. 143, ubi inscripta est: „De synodis anno 1530. Consultatio."

Lectori.

S. D. Etsi multi disputant, utrum expediat Synodum cogere, et pericula atque incommoda colligunt, quae videatur allatura, tamen cum in tot conventibus Principes *Germaniae*, re diligenter deliberata, Synodum expetiverint, quumque invictissimus Imperator *Carolus* Augustus censeat Synodum habendam esse, quam stultum arrogantia a talibus iudiciis dissentire? Nam hi quoque expenderunt et contulerunt inter se commoda et incommoda. Nulla enim consilia magnarum rerum vacant periculis, quae cum ingens aliqua utilitas petitur, non semper recusanda sunt. Et plerumque ratione regi ac mitigari possunt. Certe id quod de Synodo metuunt, Imperatoris ac caeterorum Principum consilio et fide caveri potest. Neque vero non vidit incommoda Synodorum vetus Ecclesia, quae tamen sancte constituit, ut in qualibet dioecesi bis quotannis Doctores Ecclesiarum convenirent. Praeterea quoties extiterunt in Ecclesia dissensiones de dogmatibus, inde usque ab ultimis temporibus Synodos coegerunt, primum Apostoli, postea Principes optimi ac sapientissimi, *Constantinus*, *Theodosius*, et alii. Neque vero aut Apostoli aut illi sapientissimi Principes Synodos habituri erant, si existimassent eas semper magis ad dissipandas, quam ad constituendas Ecclesias facere. Cum igitur hoc tempore multae ac difficiles controversiae de maximis rebus in Ecclesia motae sint, optandum est, ut exemplum et Apostolorum et laudatissimorum Principum imitetur haec aetas. Idque videmus Imperatorem pio studio conari. Nam quod alii disputant, nihil opus esse Synodo, sed armis concordiam restituendam esse, non valde vituperandum consilium videretur, si de rebus profanis aut levibus certamen esset. Nunc eiusmodi causa est, ut concordia ne armis quidem constitui possit unquam, nisi prius consulatur conscientiis; nulla enim potest esse durabilis concordia, si animorum iudicia dissentiant. Nam aliquot articuli eorum qui repurgarunt Ecclesiasticam doctrinam, ita veri et perspicui sunt, ut nemo sanus eos in dubium vocet. Tantum Sycophantae quidam, ventris causa, calumniantur eos; et continent res necessarias ad pietatem. Tales articuli non poterunt extorqueri bonis ulla sententia. Et fac extorqueri posse, quid minus decet in Ecclesia, quam cum manifesta veritate belligerari? *Plato* enim ait eas demum Respublicas beatas esse, quae suum nomen sonantes ipsae, consentanea appellationi faciant. Vocant autem scripturae Ecclesiam columnam veritatis. Illa vero Ecclesia minime sonat id nomen, quae manifestam veritatem delere

concilii. Deinde sunt articuli quidam non omnibus pariter perspicui, sed sunt multi boni apud omnes gentes, quorum animi de tantis rebus controversis ambigunt, et acerbissime cruciantur hac dubitatione: his profecto debent consulere pastores Ecclesiarum, siquidem volunt esse Pastores, non Tyranni. Quid enim fuerit crudelius, quid Ecclesia indignius, quam tales interficere potius, quam sanare? Itaque si unquam antea, nunc maxime opus est Synodo, cum res multae et magnae controvertuntur, quarum explicatio et necessaria est Ecclesiae et flagitatur a bonis omnibus apud omnes gentes. Nec ratio est alia ulla, qua Ecclesiis consuli possit. Quod autem *Epicurei* quidam rident haec negotia, alii securi negant quidquam esse vitii in usitata doctrina, quam et pepererunt et defendunt Monachi, horum iudiciis impiis et crudelibus reclamant omnes boni. Non enim sunt obscura vota bonorum apud omnes gentes, quorum exaudire gemitus, affici lacrymis flagitantium Synodum, Pontifices decebat. Quam horribiliter accusat Deus hos qui ita regnant in Ecclesia, ut, veritate oppressa, bonas mentes excrucient et gloriam *Christi* obruant, nec studeant summis calamitatibus Ecclesiae mederi? Plena est comminationibus in hanc sententiam scriptura. Quare et laudanda voluntas est optimi Imperatoris, qui remedia publicis malis quaerit; et orandus est *Christus*, ut gubernet mentes omnium Principum et Pontificum, ad illustrandam Dei gloriam, et ad revocandam Ecclesiam ad veram pietatem. Saepe antea superioribus seculis Synodi coactae sunt non de doctrina, sed de opibus Pontificum, quae etiamsi fuerint causae ad publicam concordiam Ecclesiarum retinendam necessariae, non enim repugnamus nec politiam Ecclesiasticam improbamus, tamen quanto magis nunc opus est Synodo, cum non de paucorum opibus, sed de doctrina, quae ad omnes pertinet, dissensiones ortae sunt inexplicabiles, quarum ut nunc Ecclesiae communibus votis expetunt cognitionem ac diiudicationem, ita palam etiam flagitare aliquando incipient. Ad Caesaris quidem voluntas optima satis cognita est universae *Europae*, et poterit in his sequentibus narrationibus perspici; nec defuturi sunt utilitati publicae in Synodo nostri Principes, ut eorum responsio testatur. Sed in multis locis saevitia tanta nunc exercetur in pios, quae quidem quotidie exasperatur, ut vix quidquam moderati Ecclesiae expectare possint. Verum res est, ut dici solet, in Dei genibus. Ab hoc petant omnes pii ardentibus votis, ut suam Ecclesiam respiciat ac restituat, et sanctificet eam verbo suo. Haec cum precamur, Pontificem habemus *Christum*, idem pro sua Ecclesia rogantem a Patre. Sic enim inquit: *Sanctifica eos in veritate*; *sermo tuus veritas est.* Cum huius Pontificis votis, nostra vota, nostras preces coniungamus. Neque vero dubium est, quin huiusmodi precibus Deus faveat. Bene vale, [Christiane Lector] *).

No. 1132. **1. Oct.**

Concionatoribus Erfordensibus.

Epistola Lutheri, cui etiam Ionas et Melanthon subscripserunt ad concionatores Erfordiae, vid. in Lutheri epistolis apud de Wett. T. IV. p. 477 sqq.

No. 1133. **8. Oct.**

Senatui Norimberg.

Editum est hoc scriptum, ut Lutheri, in epp. Lutheri Witteb. XII. p. 206., Ien. VII. p. 349., Altenb. VII. p. 398., Lips. XXI. p. 338., Halens. XXI. p. 421., a de Wettio in epp. Luth. T. IV. p. 480 sqq. — Sed idem, ut Melanthonis, edidit Pezel. in Mel. christlichen Bedenken p. 122. — Apographa duo antiquissima sunt in cod. Palat. 435., alterum p. 6 b, et alterum accuratius descriptum p. 19b. — Forma epistolae Melanthonem prodit auctorem. Sequutus sum apographon posterius in cod. Palat. quippe integerrimum. De re ipsa vid. praeterea epp. Lutheri d. 18. Apr. et d. 20. Iul. 1533. apud de Wettium l. l. p. 444. et p. 470.

An den Rath zu Nürnberg.

Gottes Gnad und Fried durch Christum Jesum unsern Herrn[1]). Ehrbare, Ehrsame, weise**), günstige Herrn. Nachdem uns die Uneinigkeit, so sich zwischen den Herrn Prädicanten bei Euch[2]) zugetragen, von Herzen leid ist, und seid zum höchsten geneigt sind, allen Fleiß fürzuwenden, so viel uns immer müglich seyn mag[3]), diese Uneinigkeit zu stillen und Aergerniß zu verhüten[4]): hab ich, Doctor Martinus, nicht unterlassen[5]), vor die-

---

*) Haec verba a Peucero videntur addita esse.

1) Sic apogr. alt. in cod. Pal. Reliqui: Gottes Gnade durch unsern Herrn Christum Jesum.

**) weise, excidit ap. de Wett.

2) bei euch non habet apogr. 1. Palat.; de Wett. addit: hat.

3) seyn mag, non habet Pez.

4) Pez. wehren.

5) Pro unterlassen, Pez. unterwegen lassen können.

ser Zeit in gemein und in Sonderheit[6]) die Herren Prädicanten (wiewohl mir[7]) des Herrn Osiander Meinung dazumal noch nicht eigentlich[8]) bewußt[9])) zu Einigkeit und Frieden treulich zu vermahnen[10]). Und dieweil E. W. uns beider Theils[11]) Schriften zu besehen zugeschickt, haben wir dieselben mit Fleiß gelesen und bewogen, und hab ich, D. Martinus, abermal an den Herrn Osiandrum geschrieben[12]), und ihme meine Meinung von dieser Sachen angezeigt. Gott geb Gnad, daß es diene zu Fried und Einigkeit, wie zu verhoffen. Denn wir zweifeln nicht, beide Theile meinen es treulich[13]) und mit gutem christlichen Herzen, und suchen in dieser Sachen nichts anders denn gemeine Besserung.

Und ist auf E. W. Frage[14]) diese unser Antwort und Meinung. Wiewohl wir die Privat absolutio für sehr christlich und tröstlich halten, und daß sie soll in der Kirchen erhalten werden, aus Ursachen, die wir E. W. zuvor[15]) und sonst geschrieben haben: so können und wollen wir doch die Gewissen nicht so hart beschweren, als sollt keine Vergebung der Sünden seyn ohn allein durch Privatabsolution[16]). Denn auch die Heiligen von Anfang der Welt bis zu der Zeit[17]) Christi[18]) nicht privatam absolutionem gehabt haben, sondern sie haben sich müssen trösten der gemeinen[19]) Promission und ihren Glauben darauf bauen. Und ob schon David von einem[20]) Fall eine Privatabsolution gehabt, so hat er doch von andern Sünden vor und nach sich müssen halten an die gemeine Absolution[21]) und Predigt, wie auch Esaias und andre. Nu aber das Evangelium geoffenbaret, verkündigt es Vergebung der Sünden[22]) in gemein und in Sonderheit.

[illegible] ist das [illegible] Herr[23]) [illegible] das Gewissen [illegible] nicht [illegible], [illegible] barmherzig seyn, sondern von [illegible] auch[24]) gnädig seyn wolle. [illegible] die [illegible] und promissiones gemeine [illegible][25]) [illegible] ein jeder merken, daß sie universales [illegible] und soll sich selbs davon nicht[26]) ausschließen, [illegible] nehmen als eines eigens[27]) und besondern [illegible], [illegible] weil Gott allen[28]) gebothen hat, seine Verheißung zu glauben. Und [illegible] wenig daran[29]) [illegible] will er sie doch alles andern[30]) halten, so sich darauf verlassen; wie St. Paulus spricht Röm. 3. Numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuavit[31])? [illegible] wollt auch folgen, so keine Vergebung[32]) wäre ohne durch die Privatabsolution? Wie können [illegible] den blöden Gewissen rathen, so die Privatabsolutio nicht so oft hören[33]) können, als sie mit Schrecken und Angst angefochten werden, nicht allein in täglichen[34]) Sünden, sondern auch in schweren hohen Sachen? Wie sollen sich[35]) auch diejenigen trösten, so mit dem Tode übereilet würden auf dem Lande oder sonst, da sie[36]) in der Eil nicht möchten Priester haben? Wie sich auch solchs viel[37]) zutragen mag an Oertern[38]), da das Evangelium verfolget wird, daß[39]) einem rechten Christen auch wohl kein Pfarrherr die Absolution will mittheilen[40]). So ist christlich Leben und Wesen ein solch ewiger Streit[41]), darin man für und für wider der Sünd Schrecken Vergebung [illegible].

Zum Andern so wissen wir vor Gott [illegible] anders[42]) zu richten, denn daß[43]) die gemeine Predigt[44])

6) Vid. Luth. ep. d. 29. Iul. h. a. ad Concionat. ap. de Wett. IV. 465 sqq. et ep. d. 20. Iul. h. a. ad Linckium l. l. 470 sq.

7) Apogr. Palat. wir.

8) Pez. dazumal nicht.

9) Apogr. Pal. gewußt.

10) Apogr. 2. Pal. erinnern.

11) Theils addunt apogr. Pal.

12) Vid. Luth. ep. d. 8. Oct. h. a. ad Osiandrum ap. de Wette IV. 483 sqq.

13) Pez. gut.

14) Pez. Fragen.

15) Vid. scriptum Lutheri et Mel. ad Senatum Narimb. d. 18. Apr. 1533.

16) Pez. ohne *privatam absolutionem*.

17) Apogr. Palat. Predigt.

18) Pez. die Heiligen von der Welt an.

19) Pez. durch gemeine.

20) Pez. seinen.

21) Pez. Promission.

22) der Sünden abest ab apogr. 2. Pal.

23) der Herr [illegible] apogr. 2. Pal.

24) auch addidi ex apogr. Pal.

25) Pez. gemein.

26) Pez. niemand.

27) Sic apogr. 2.; reliqui eigen.

28) de Wett. allein, mendose.

29) Pez. [illegible]

30) Pez. denen.

31) Apographa Palat. *evacuat*. (Nonne corrigend. *evacuabit*?)

32) Pez. addit der Sünde.

33) Pez. haben.

34) Apogr. Palat. 1. [illegible]

35) de W. et Pez. sie, mendose.

36) Pro verbis: nicht allein in täglichen etc. Pez. tantum habet: auf der Hand oder Haus, daß sie in der Eile.

37) Pez. wohl.

38) Codd. Pal. Orten.

39) Pez. daß auch.

40) Pez. daß auch einem rechten Christen ein Pfarrherr will keine Absolution mittheilen.

41) Apogr. Pal. 1. Fried.

42) de Wett. nichts anders.

43) Pez. so wissen wir auch für gewiß, daß:

44) de Wett. das gemeine Predigt.

deß [illegible] das Wort halt, daß sie Vergebung der Sünden im Herzen[45]) wirket in denen, so ihr es schmeckt in Gewissen dadurch mit[46]) Glauben trösten und aufrichten, wie St. Paulus spricht: Das Evangelium ist eine Kraft Gottes, dadurch selig werden alle, so daran glauben. Und 2. Corinth. 3. nennet er das Evangelium ein Amt des heiligen Geistes, das Leben und Gerechtigkeit bringe. Und: Fides ex auditu est, auditus per verbum Dei; welches alles fürnehmlich vom ministerio verbi [illegible] beides, in gemein und sonderlich[47]) gehandelt billig in summa; dieweil das gemein[48]) Evangelium Gottes Wort ist, dem wir zu glauben aus Gottes Befehl und Geboth[49]) schuldig sind, wo derselbige[50]) Glaub ist, da muß ja[51]) Vergebung und Seligkeit seyn. Also ist das Evangelium selbs[52]) eine gemeine Absolution, denn es ist eine Verheißung, deren sich alle und ein jeder insonderheit annehmen soll[53]), aus Gottes Befehl und Geboth. Darum können wir die gemeine Absolution nicht als unchristlich verbiethen und condemniren, dieweil sie doch dazu dienet, daß sie die Zuhörer erinnert[54]), daß sich[55]) ein jeder deß Evangelii annehmen soll, daß es eine Absolution sey, und ihme auch gehöre, wie denn E. W. Form[56]) zu solchen Erinnerung gestellet ist.

Daß aber dagegen gesagt wird, man könne den Haufen nicht absolviren, darin[57]) viel sind, die man billiger binden sollt; man soll auch keinen absolviren, der es nicht begehrt etc.; darauf ist zu wissen, daß zweierlei ist predigen und Iurisdictio. Die Iurisdictio gehört zu öffentlichen Sünden; darneben sind viel mehr heimlicher Sünde, welche man nicht anders binden und strafen kann, denn in gemein durchs Predigtamt. Also bindet die Predigt alle Ungläubige, und gibt dagegen zugleich allen Gläubigen Vergebung. Ja auch derjenige[58]), so durch die Iurisdictio gebunden, wenn er durch die Predigt wieder zum Gehorsam und Glauben käme, so wäre ihme von Gott vergeben, wiewohl er sich hernach mit der Kirchen auch wiederum versöhnen soll, als die er auch beleidigt hat[59]). Daß auch gedachte Absolution conditionalis ist, ist sie wie sonst eine gemeine Predigt, und eine jede Absolutio, beide gemein und privat, hat die conditio des Glaubens; denn ohne Glauben entbindet sie nicht, und ist darum nicht ein feil Schlüssel[60]). Denn der Glaube bauet nicht auf unsre Würdigkeit, sondern ist nur so viel, daß einer die Absolution annimmt, und Ja dazu spricht.

Dieß ist aufs kürzest unsre einfältige Meinung, die wir E. W. nicht derhalben zuschreiben jemand[61]) zu beschweren, oder größer Uneinigkeit[62]) anzurichten, sondern dieweil ihr begehrt, unsre Meinung zu wissen. Denn[63]) wir von Herzen wünschen und begehren, daß Gott Gnad verleihe, daß euer Kirchen in Fried und Einigkeit bleiben[64]) und in Erkenntniß[65]) Christi und allen guten Früchten zunehmen möge. Derhalben bitten wir ganz freundlich, E. W. wollen auf freundliche Wege gedenken, hierinnen zu handeln, wie wir nicht zweifeln, daß E. W. dazu selbs geneigt sey. Und ist dieß unser Bedenken, dieweil man deß einig[66]) auf beiden Seiten[67]), daß die Privatabsolution christlich und zu erhalten[68]) sey, daß beide Theile die Leut zu gedachter Privatabsolutio[69]) einhelliglich vermahnen. Und dieweil Herrn Osiandro beschwerlich, die gemeine Absolutio zu treiben[70]) und zu halten, daß er dazu nicht gedrungen würde, aber doch dem Frieden zu gut den andern[71]) Theil, welcher die gemein[72]) Absolution hält, unangefochten ließe[73]) und dagegen er auch vom andern Theil unangefochten bliebe[74]), sondern daß beide Theil zur Privatabsolutio die Leute zugleich vermahneten.

Dieß, achten wir, sollt ein Weg seyn, der niemands Gewissen beschwerlich und zum Frieden dienstlich wäre. So hoffen wir auch, beide Theile seyn zum

45) Pez. Vergebung im Gewissen.
46) Pez. in denen so sich dadurch im.
47) de Wett. insonderheit; codd. sonderlich; Pez. besonderlich.
48) gemein non habet Pez.
49) und Geboth Pez. non habet.
50) Pez. der.
51) Pez. auch.
52) selbs abest ap. Pez.
53) de Wett. solten.
54) Apogr. Pal. 1. examiniren; Pez. vermahnet.
55) Apogr. Pal. sich also.
56) de W. euer Form; Pez. E. W. Schrift ferner.
57) Pez. denn ihr.
58) Sic recte apogr. Pal. [illegible] Reliqui demjenigen.
59) als die etc. Pez. praetermisit.
60) de W. Feyl-Schlüssel; Pez. [illegible] Schlüssel.
61) Pez. jemand damit.
62) Pez. oder Unmuth.
63) Pez. Und thun.
64) de Wett. et Pez. Kirche — bleibe.
65) Pez. reiner Erkenntniß.
66) Pez. man einig ist.
67) Apogr. 2. Pal. Theilen.
68) Pez. christlich zu halten.
69) Pez. zu solchen *privatis absolutionibus*.
70) zu treiben non habet Pez.
71) Pez. der ander.
72) gemein excidit ap. Pez.
73) Pez. bleibe.
74) und dagegen etc. non habet Pez.

Frieden geneigt, als die [75]) in solcher Sach [76]) nicht anders denn Besserung, und nicht Spaltung und [77]) Aergerniß suchen. So hat Herr Osiander ein christlich gut Bedenken vom Binden, welchs doch allein zu öffentlichen Sünden gehört. Und was wir von solcher Excommunication bedacht, und E. W. vor dieser Zeit [78]) zugeschrieben, deß [79]) weiß sich E. W. ohn Zweifel wohl zu erinnern. Gott verleihe E. W. Gnad und Fried, Amen. Geben zu Wittemberg, Mittwoch nach Francisci anno 1533 [80]).

Martinus Luther D.
Johann Bugenhagen, Pomer.
Justus Jonas D.
Philippus Melanthon.
Caspar Creutziger.

No. 1134. 10. Oct.

Mart. Bucero.

† Ex autographo Melanthonis in tabulario Ecclesiae Evang. Argentorat. mihi descripta a Cl. *Strobelio.*

Doctissimo viro D. Martino Bucero, docenti Euangelium Argentinae, amico suo.

S. D. Dialogum tuum accepi primum, cum haec scriberem; itaque de eo copiosius alias respondebo. Nunc tamen de meo animo persuasissimum tibi esse volo, te a me vere ac plurimum amari. Quod facis, ea, quae ad piam ecclesiarum concordiam factura videntur, diligenter et moliaris et urgeas. Ea in re studium ac diligentiam tibi meam polliceor quantum quantum praestare omnino possum. Nam mihi ne hoc quidem dissidium *περὶ μιᾶς ζητήσεως* placet, et vides ut dissimulem profecto quadam spe, quod futurum arbitror, si nos familiariter et amanter colloqui possemus, (nam unus subitus congressus, praesertim hominum qui vincere cuperent, non potuit mederi tanto malo) ut iniri ratio possit tollendi dissidii penitus. Autem *) utinam saltem nos aliquando possemus una commentari atque communicare de doctrina. Fata sunt, ut vides, dirae Ecclesiae propter mundi vitia.

In his regionibus novi, quod quidem scire cupias, nihil est. *Erfordia* et noster *ἄρχων* de rebus nugacissimis inter se tumultuantur, et optandum est, ut Christus hos tumultus compescat *). Audio, captivum teneri apud vos nebulonem quendam pellificem **), qui totum Balticum et Belgicum anabaptisticis et aliis fanaticis opinionibus implevit. Novi hominem. Proderit eum detineri, ne amplius nocere possit. Probo igitur consilium vestri Senatus et tuum. Bene vale. Postridie post Dionysii festum. 1533.

Φιλιππος.

Salutа amicos *Gerbelium* et *Pedrotum.*

No. 1135. (15. Oct.)

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 35 sq. — Puto Melanthonem hanc et sequentem epistolam scripsisse mense Octobri anni 1533., quum dissidium Principis Electoris cum Erfordiensibus fuerit inde a mense Oct. usque ad Decbr. illius anni, ut epistolae docent. Vid. epist. ad Bucerum d. 10. Oct. Composita fuit lis d. 5. Decb., ut intelligitur ex epistola eiusdem diei ad Camerar. Fortasse Melanthon utramque epistolam scripsit Lipsiae in nundinis.

Iusto Ionae.

S. D. Mitto vobis *Buceri* literas, ad *Lutherum* et me scriptas. Quarum illae, quas mihi misit, liberalius scriptae sunt. Nam in literis Lutheri philosophatur nescio quid, quod nec nos intelleximus, nec vos, opinor, intellecturos esse. Meas descripsi literis grandiusculis, ut legi facilius possent [1]). Volui enim te levare labore. De *Erfordia* valde crucias nos [2]). Magnopere scire cupio, si quid tamen habes, quod proferre licet,

---

75) Pez. die so.
76) Libri impr. solchen Sachen.
77) Pez. noch.
78) Pez. für diesem. Ceterum cf. supra not. 15.
79) Libri impr. das.
80) Libri impr. et Apogr. Palat. 1. habent ann. 1539., sed apogr. 2. recte ann. 1533.
*) *Autem*? Vix sic. Fortasse: Utinam autem.

*) De isto dissidio vid. ep. d. 15. Oct. ad Ionam scripta.
**) *pellificem*? Vix ita. Fortasse: *pestiferum.* Loqui videtur de Serveto.

1) Vidi ipse autographa Buceri et expertus sum quam difficiles lectu sint literae a Bucero pictae.
2) Dissidium fuit illo tempore inter Principem Electorem et Erfordiam de nescio qua re. Seckendorfius eam non attigit in hist. Lutheranismi. Commemoratur vero ista lis in epistolis Melanth. d. 20. Nov., d. 5. Decb. huius anni, et in epp. Lutheri ad Hausmannum d. 15. Oct. et d. 17. Decb. h. a. — De eadem re et de altercatione inter Ducem Georgium et Principem Elect., Vitus Dieterich, qui tum Vitebergae vivebat, scripsit in epist. (non edita) ad Feselium d. 1. Ian. 1534.: „Pax inter principes nostros sancitur; negotium cum Erphordensibus transactum est, utrumque cum magna nostri Ducis Electoris gratia apud omnes."

utrum aliquid quaeris habeant isti rumores de *Moguntino*. Et ecce! afferuntur atrociores de eadem urbe, quae non libet scribere. Bene vale.

Φίλιππος.

No. 1136. (16. Oct.)

Eidem.

Epist. lib. V. p. 88 sqq.

Iusto Ionae

S. D. Cum heri dedi litteras ad te *Lucae* Pictori, nondum acceperam tuas, quae tamen postea statim redditae sunt. Tuum officium est mihi gratissimum, daboque operam, ut remunerer te *αὐτῷ τῷ μέτρῳ.* De tuo negotio....*) *Crucigeri* heri Princeps pronunciavit, liberos esse vestros his novis et inusitatis oneribus. *Pontanus* dicebat Principem nonnihil commotum fuisse †τοῦ ἐθνάρχου iniquitate"**). *Winshemio* mandatum de stipendiis nostris, ut pecunia ex nundinis Witebergam mittatur. *περὶ Ἐρφορδίας* heri narravit mihi ἔξαρχος nonnihil factum mitiorem Principis animum, aiebat graviter [dictas] sententias esse ab omnibus, qui adsunt, et improbata consilia violenta. Itaque bene speremus et oremus Christum. Bene vale, et saluta nostros. Cras spero nosredituros. Remoratur enim nos iunior Princeps, qui una, Deo volente, rediturus est. *Buelinus* etiam agit *περὶ κοινῆς εἰρήνης καὶ περὶ Ἐρφορδίας.* Iterum vale. Suaviolum gemellis, *καὶ τῇ μητρί.* Freitags.

Φίλιππος.

No. 1137. 22. Oct.

Io. Agricolae.

Edita a *Schelhornio* in amoenitat. liter. Vol. I. p. 85, ubi tamen manca est. Nunc integre edita ex autographo Philippi in cod. Rehdig. Vratisl. Vol. V. Contuli etiam apographon in cod. Bav. I. p. 848., e quo haud dubie Schelhorn. hanc epist. edidit, quum ubique eius textus cum cod. B. conveniat.

Viro optimo D. Iohanni Agricolae, Islebiae docenti ac propugnanti evangelium Christi, amico suo.

S. D. Tuum officium gratissimum est et mihi et amicis caeteris. Legerunt enim tuas literas *Lutheri*, et *Ionas*, qui polliciti sunt ambo, se ad te scripturos esse[1]. Christus evangelii sui gloriam defendat in tantis periculis, quae et a fanaticis spiritibus undique oriuntur, et impendent etiam aliunde. †Nostri, qui tantis clamoribus „vituperaverunt ἀναρχίαν priorum principum, „quantum tragoediarum excitarunt intra unum „annum, quas ut sedare Christus velit, omnibus „votis optamus. Puto, tibi negotium Erfordia„num[2]) et pleraque alia notiora esse, quam mihi. „Sed hoc me excruciat, principem, cum ipse et „iudicii satis habeat et vir sit optimus, tamen „adeo facilem esse, ut tantum permittat certis ho„minibus, in quibus etiam communis sensus de„siderari iure possit."[3]).

De *Mustela*[4]) certo tibi persuadebis, ingenium vere monasticum, ut sic dicam, esse. Fuerunt mihi ante quadriennium aut amplius magnae cum eo contentiones de rebus politicis. Miserat enim ad me ac *Ionam* duos libellos eodem fere argumento*). In altero scripserat ordine novam *πολιτείαν*[5]) de abolendis ludis nuptiarum ac conviviis[6]), de litibus in foro simplicius iudicandis, de principum cancellariis, ne causae diu extraherentur[7]). Erat plane *πολιτεία* Platonis. Admonui hominem, cum suspicarer eum sibi valde placere, mollissime. Ecce autem, quanto ille exarsit odio mei! quam atrociter de me questus est! Reperi enim eam querelam in libris *Campani*. In altero libello erat enarratio Actorum Apostolicorum, sed fere idem argumentum. Voluit enim, eum librum imaginem esse suae illius politiae. Itaque statues, eum leviter tinctum esse literis, sed tamen monachum esse, hoc est, sine vero et recto iudicio. In controversia *τῆς δικαιο-*

*) Quaedam legi non potuerunt, quod exemplar esset laceratum. (Not. Saub.)

**) Addit A. D.

1) Vid. Luth. epist. ad Agric. d. 22. Oct. 1533.

2) Vid. epist. Mel. ad Camerar. d. 5. Decb. 1533.

3) Haec non descripsit Bavarus, quare et desiderantur apud Schelh.

4) i. e. *Wicelio.*

*) Anno 1527. *Wicelius*, quum esset parochus Nimecensis, eique multa in ordine et regimine ecclesiae evangelicae displicerent, scripsit, ut ipse narrat in epistolis suis, librum, inscriptum *Hypothymosine*, illumque misit Melanthoni, et *Aphorismos ex Actis Apostolorum*, quos misit Ionae; in utroque libro dissimilitudinem ecclesiae evangelicae a vetere illa exposuerat. Erat, ut ipse loquitur, „submonens vellicansque tum ipsos evangelistas summates (theologos), tum principes evangelicos, ut rationem sanctae Dei ecclesiae accuratiorem haberent." Vid. ea de re *Strobelii* Beiträge zur Literat. II. p. 298.

5) Cod. B. et Schelh. *politium.*

6) Cod. B. *et conviviorum.*

7) Schelh. *extrahantur.*

σύνης [8]) homo τετυφωμένος non intelligit, nec Lutherum nec Erasmum. Nam etsi Erasmus partim operibus partim fide pronunciari homines iustos indicat, tamen fidem intelligit de fiducia misericordiae, et quidem sentit, principaliter iustos pronunciari per misericordiae fiduciam, minus principaliter et ab exigua parte propter opera. Requirit igitur fiduciam misericordiae, et docet, hanc non niti operibus. Haec sunt, ut vides, πιθανόλογα [9]), et posterior particula non procul a nostris abest. At ille Wicelius [10]) nusquam requirit fiduciam misericordiae; confundit stulte fidem et opera. Nusquam docet suum theatrum, quantum tribui fidei, quantum operibus velit. Ac [11]) optarim eum interrogari, cum ita commisceat in iustificatione fidem et opera, quantum velit cuilibet parti tribui, et quid interesse putet. Comperies eum plane non intelligere, quid dicat. Urgebis igitur hominem, quem nihil dubites [12]) pessima conscientia redire ad papisticam factionem. Noti sunt enim mihi [13]) ipsius sermones περὶ εὐχαριστίας, in quibus aperte ostendit se sentire cum Cinglio. Nunc quo ore, qua fronte potest † aut" sacrificare ipse, aut probare papisticam missam? Hinc haud dubie in eo illa signa perturbati animi. Ac, si volueris, facile haec elicies. Vide, quomodo purgat se περὶ τριάδος: at [14]) de eucharistia non purgat se, cum [15]) ei utrumque obiecerit Ionas.

Duxi scribendum esse ad Iustum Menium, ut mihi historiam tumultus Strutiani, quem audio magna ex parte ortam esse a Wicelio, totam perscribat *). Prodest enim, extare exempla, ex quibus iudicare [16]) de eius spiritu possit † etiam populus". Christus servet te. † Nostrae res plenae sunt periculorum. Interdum de te et aliis „quibusdam amicis cogitans, gaudere ... „loco esse, sint certe minus habere periculi, sed „confido, Christo nos curae esse. Misopolitian „excruciat acerrime, de quo non libet scribere. „Sed aliquando coram." [17]) Bene vale. Ego te oro, ut, quod facis, nostram amicitiam conserves. Idem ego summa fide facturus sum. Iterum vale.

Melanthon.

8) Cod. B. et Sch. simplificationis.
9) Cod. B. et Sch. πιθανολογία.
10) Cod. B. Wicelius iste.
11) Cod. B. et Sch. At.
12) Cod. B. et Sch. dubitabis.
13) Cod. B. et Sch. multi pro mihi.
14) Cod. B. et Sch. addunt ille.
15) Cod. B. et Sch. etsi.
*) Wicelius, postquam provinciam suam ipse deseruerat, contulit se in oppidum Vach prope Isenacum, usque dum anno 1533. a Comite a Mansfeld vocaretur Islebiam, ut esset concionator templi divo Andreae dicati, quam urbem iterum deseruit anno 1538. — Menium non respondisse Melanthoni intelligitur ex epistola d. 12. Mart. 1536. ad Myconium.
16) Cod. B. et Sch. iudicari.
17) Non habent haec cod. B. et Schelh.

No. 1188. (Oct. huius anni?)

(Chr. Beiero.)

† Legitur haec epistola inter alias Melanthonis epistolas in apographis cod. Goth. 401. p. 98 b., in cod. Mehn. III. p. 76 et in cod. Basil. 139. p. 33 b., in quo inscribitur Greg. Pontano. Sed puto, illam esse scriptam ad Christ. Beierum. Referenda enim videtur ad querelas in Epist. Academiae ad Beierum d. d. 19. Septb. 1535., ad quas Beierus fortasse respondit: se aegre ferre quod doctores Academiae nullam sui habeant rationem, quasi ipse Academiam non curet. Quod si verum est, scripta esse videtur haec epist. mense Octb. h. a. — Etsi Melanthonis calamo exarata sit, unusquisque tamen videt, eum nomine Academiae scripsisse.

(Ad Cancellarium Ducis Saxon. Electoris, Christianum Beierum.)

Quanquam mandata dedimus clarissimo viro [1]) D. Iusto Ionae, Praeposito, proficiscenti ad aulam, ut vobis exponat universae Academiae erga vos benevolentiam, et excuset diuturnum silentium nostrum: tamen duximus etiam ei literas dandas esse, ut in his quoque perspiceretis, nos et honoris vestri, quem in Academia summa cum dignitate geritis, et beneficiorum vestrorum memoriam summa fide conservare. Quod vero aliquamdiu nullam significationem huius nostrae voluntatis ostendimus, neque ad vos de promotionibus aut aliis negotiis Academiae scripsimus, petimus, ne existimetis, nos secus aut de vobis aut de honoris vestri gradu sensisse unquam, sed condonetis hoc nostrum silentium his turbulentis temporibus, quae et privata et publica officia interdum impediunt.

Haec multo ante duximus ad vos esse scribenda, sed distulimus donec aliquis ex nostro senatu ad vos proficisceretur, qui coram tota de re nostram sententiam vobis copiose exponere posset.

1) viro abest cod. Goth.

[illegible], [illegible] honoris vestri ratio[illegible] patronum praeclare [illegible] publice et privatim meritum negli[illegible]. Quare [illegible] literas ad vos dedimus, ut extet apud vos aliquod officii nostri testimonium. Nam [illegible] Cancellarium, et deinceps per [illegible] promotiones aut alia negotia incident, libenter honoris vestri rationem habebimus. Et petimus vicissim, ut Cancellarium memineritis patronum esse scholae, et velitis eam pro viribus tueri atque ornare; quod quidem vos hactenus fecisse cognovimus. Et talis vir doctrinae studiis favere[2]) ubique solet. Sed cum[3]) singulari studio illustrissimi principes[4]) dederint vos huic scholae patronum, praecipue eam tueri velitis[5]), praesertim cum hic pulcherrime floreant omnium optimarum artium studia. Quae ex re si quis ad rempublicam fructus[6]), ut speramus, rediturus, gratia etiam debetur his, qui scholam sua auctoritate[7]) defendunt. Commendamus igitur vobis universam Academiam; et petimus, ut pro benevolentia vestra erga nos perpetuo commendetis eam et nos Illustrissimo Principi diligenter. Bene valete.

No. 1139. (Oct.)

Io. Stratio.

Ex libro: In selectiores M. T. Ciceronis orationes Philippi Mel. [illegible] aliorumque enarrationes, — ed. per M. *Steph. Riccium* T. I. p. 608.

Clarissimo viro D. Iohanni Stratio Oratori, amico suo, Posnaniae.

S. P.[*]) Etsi non satis sciebam, cuiusmodi provincia esset, ad quam vocas aliquem graece doctum, egi tamen cum hoc iuvene[**]), ut ad vos proficisceretur, qui latine et graece ita callet, ut non solum elementa tradere, sed etiam authores graecos mediocriter enarrare possit. Itaque si haec mediocritas ei negotio, de quo scribis, par esse potest, habes hominem idoneum. Nam et ea diligentia ac moderatione in omni officio praeditus est, ut sperem eius humanitatem tibi voluptati fore, et cum harum omnium literarum scientiam non contemnendam habet, tum vero etiam philosophiam degustavit. Multos annos me privatim et publice audivit, ubi facultatem penitus inspiciendi ipsius ingenium habui. Nihil unquam deprehendi asperum, intractabile, aut ferum. Hanc apud te praedicationem testimonii pondus habere volo, tibique meam fidem obligo, ne me putes declamatoris more ῥητορεύειν. Sed si doctrinam aliquam absolutam requiris, non erit tibi hic iuvenis molestus. Proficiscitur ita, ut tibi permittat, ut de se pro tuo arbitrio statuas. Ac magnum specimen humanitatis suae praebet, quod sine ulla pactione meam tantum secutus authoritatem iter tam longinquum suscepit. Commendo igitur eum tibi complectendum non solum propter suas ipsius dotes, sed etiam propter amicitiam, quae ei mecum est, meis primum beneficiis constituta, postea ipsius alita humanitate.

Haec scripsi breviter, tantum ut intelligeres, quo consilio iuvenem miserim. Nec dubito, quin et de moribus et de doctrina iudicium pro tua prudentia statim in primo congressu facturus sis accuratius, quam a me perscribi potuit.

Quid in Germania habeamus novarum fabularum, scripsi *Hegendorfino*. Bene vale. Nomen est iuveni *Stephano Riccio* Calensi. Commendabis me diligenter et Clarissimo Comiti, et D. Doctori *Iohanni* Medico, cuius valde mihi et doctrinam et humanitatem vestri homines praedicant. Et mihi quoddam commune foedus est cum his medicis omnibus, qui Philosophiae dediti sunt διὰ τὴν κοινὴν φιλοσοφίαν. Gratum mihi feceris, si mihi aditum ad eius amicitiam patefeceris. Neque hoc quisquam melius potest, quam tu propter orationis copiam ac suavitatem. Bene vale, et meas ineptas literas boni consule. Witebergae, mense Octobri 1533.

Phil. Melanch.

No. 1140. (eod. temp.)

Steph. Riccio.

Ex libro: In selectiores M. T. Ciceronis orationes Philippi Mel. Iohann. Velcurionis, aliorumque — enarrationes, editae per M. *Steph. Riccium* T. I. p. 608.

---

2) Cod. Goth. *doctrinae favere et studiis.*
3) *cum*] Cod. Bas. *nisi.*
4) Cod. Mehn. *illustrissimus princeps*, cod. Goth. *illustrissimi principis*; rectius cod. Bas. *principes*, puto Ioannem Ducem Sax. Elect. et Io. Fridericum.
5) *velitis*] cod. Goth. *debetis.*
6) *fructus* abest a cod. Goth.
7) Cod. Goth. *voluntate.*
*) Potius: *S. D.*
**) Steph. Riccio. Rediit Riccius, ut ex epistolis aliquibus Stratii ad eum intelligitur, Vitebergam anno 1536.

Iuveni Studioso Stephano Riccio, Colensi, Lipsiae apud Georgium Reichen.

S. P.*) Commendavi te *Stralio* liberaliter **), ac bene precor, ut bene eveniat quod instituimus. Tu dabis operam, non solum ut diligentia singulari, sed etiam arte quadam studia bonorum tibi concilies atque colligas. Scribe mihi ex Lipsia, an has meas literas acceperis, ac statim, cum veneris Posnaniam, de rebus omnibus me certiorem reddito. Eris enim mihi curae. Bene vale et rescribe. Witebergae, 1533.

Phil. Melanch.

No. 1141. 2. Nov.

Io. Feselio.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. no. VI. p. 6.

Venerabili viro, D. Iohanni Feselio, Pastori Ecclesiae Coburgensis, amico suo

S. D. Venerabilis vir. Scio te libenter bene mereri de bonis viris. Non enim ignoro, quam diligenter nobis commendet domesticos fidei [1]). Tamen has ad te literas dedi, rogatus a domino *Blasio*, ut te commonefacerem. Scis, ei adhuc pensionem deberi [2]), et ut audio prorogabit ei princeps hoc beneficium; quare te rogo, ut diligenter cures totum negotium D. *Blasii*, et moneas quaestorem, ut ad diem solvat. Ea in re putes, te non solum D. *Blasio*, sed mihi quoque gratum facere. Opinor autem, te mihi propter publicos labores non invitum gratificari. Et scis D. *Blasium* dignum esse propter eximiam pietatem et probitatem, quem amemus ac iuvemus. Erit igitur humanitatis tuae, non deesse ei.

Nos novi nihil habemus, Dei beneficio. Christus gubernet te et tuos *συμπαίδας*. Saluta meis verbis venerabilem virum D. Concionatorem. Bene vale.

Ph. M.

*) Etiam hic Mel. haud dubie scripsit, ut semper, *S. D.*

**) In epist. antecedente, quam Reichio misit, qui ipse eam secum ferret Posnaniam.

1) Haec profecto mendosa pro: Non enim ignoro quam diligenter commendantur a nobis homines domestici vestrae fidei.

2) Quid fuerit intelligitur ex epistola Viti Theodori ad Feselium, quae in eod. cod. p. 14 b. habetur haec:

Iohanni Feselio.

S. in Christo. Opus est bono viro D. *Blasio Stocklin* tua opera, mi Feseli. Ea ut potiri posset, mea quoque commendatione apud te voluit uti. Negotium autem est huiusmodi. Habet quindecim fl. ex beneficio Illustr. Principis Electoris de illis redditibus, quibus *Rauscherus* usus est. Eos quaestor vester *Valentinus Stein* numerabit. Quia autem neminem tum (habet?), qui suo nomine eam petat, a te id rogari voluit. Quare, mi Feseli, in meam quoque gratiam hanc operam ei praesta, ut pecuniam a quaestore exigas, et cum commodus dabitur nuncius huc mittas, pro quo officio et ipsum et me habebis ad omnia quae voles paratissimum. Bene vale. pridie Martini 1533.

T. Vitus.

No. 1142. 8. Nov.

Laz. Spenglero.

Epistol. lib. VI. p. 265 sq. — Nunc ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 294.

Ornatissimo viro, D. Lazaro Spenglero, Senatori Noribergensi, suo patrono.

S. D. Vidi litteras vestras de Doctore *Curione* scriptas, ac valde gavisus sum amicitiam ei vestram contigisse. Dignus est enim propter egregiam doctrinam et probitatem, quem boni viri amanter complectantur.

Quare si potestis eum iuvare, non dubitetis vos collocare beneficium in virum bonum; quod ipsum vestra humanitate dignissimum est. Loquitur non satis clare propter uvulae vitium, quod ex morbo quodam ortum est, sed tamen satis intelligi potest. Et illam vocis infirmitatem compensat aliis multis dotibus, egregia doctrina et pietate. Rogo igitur vos, ut eum commendatum habeatis. Experiemini eum esse virum modestum amantemque tranquillitatis. Ego si quo officio gratum vobis facere possum, faciam summa voluptate. Bene valete, et per occasionem *Ioachimo Camerario* meis verbis salutem perscribite. Die 8. Novembris, anno 1533.

† Philippus Melanthon.

No. 1143. 20. Nov.

(Io. Hesso.

Epist. lib. VI. p. 339 sq. — Apographon in cod. Bav. p. 615. — Autographon Mel. est in cod. Rehdig. Vratislav. Vol. II., quod nobis contulit S. V. *Schulzius*.

Iohanni Hesso.

S. D. Substiterunt hic biduum duo *Poloni* ex Italia in patriam redeuntes, quorum alter magis

iuri civili deditus videbitur, alter nostrae Philosophiae, quam scio te quoque amare, perstudiosus. Coniungit enim eloquentiae studia cum veteri Peripateticorum doctrina, Doctore *Lasaro Bohemico*. Ac mihi vel praecipue his studiis dignus visus est. Tanta est ingenii ac morum suavitas. Quare magnam voluptatem ex hoc congressu nostro cepi. Rogaverunt autem me discessuri, ut sibi literas ad amicos Vratislavienses darem: ego vero ita eis praedicavi et tuam et *Meceleri* humanitatem, ut plane accenderim vestri studio atque[1]) amore, dedique has ad te literas, ut adeundi atque compellandi tui occasionem haberent, teque uterentur προξένῳ ad *Mecelerum*, et si quos alios putabis adeundos; *Saurum* videlicet, aut certe *Henckelum*[2]). Etsi scio te pro tua summa humanitate tales hospites excepturum esse officiosissime, tamen ut mea causa aliquid addas studii ad ea officia, quae in eos collaturus es tua sponte, te etiam atque etiam oro. Scio mihi gratiam habebis, quod facultatem tibi dederim cognoscendi huius iuvenis, quo ego ex ista natione nihil vidi amabilius. Amabis igitur, et ut Homerice dicam, φιλήσεις eum, et humanitatis ipsius, et mea causa.

In Germania nihil est novi, praeter tumultus *Erfordienses*. Noster ἄρχων cum *Erfordianis* de nescio quibus nugis, de Iure inutili quodam contendit; ac vereor nisi Christus prohibebit, eam rem parituram esse magnos motus. ἀλλὰ ταῦτα θεοῦ ἐν γούνασι. *Mecelerum* salutabis reverenter meis verbis et *Henckelum*[2]), eisque meo nomine etiam hos hospites commendabis. Bene vale. 1533. Postridie Elisabethae optimae Turingorum Dominae. Salutant te amici.

† Φίλιππος.

No. 1144. **30. Nov.**

Io. Feselio.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. no. VI. p. 6 b.

M. Iohanni Feselio, (Pastori Eccles. Coburgensis.)

S. D. Exposuit mihi D. *Blasius Stocklein*, vir pius et modestissimus tibique non ignotus, deberi sibi quiddam ex sacerdotio quodam Coburgensi. Ait, rem tibi notam esse*). Non ignoro autem, variis artibus hoc tempore ecclesiasticos reditus interverti a multis. Ideo me rogavit D. *Blasius*, ut suam causam tibi commendarem. Existimo autem, te ipsius *Blasii* causa facturum esse summa fide omnia, praesertim in causa aequissima: tamen te oro, quantum possum, ut non solum studium ac vigilantiam ad hanc rem adhibeas, ut extorqueas quod debetur *Blasio*, sed etiam omni ratione pugnes. Etenim, quantum intelligo, magno certamine magnaque contentione opus est. Hac in re oro, ut ostendas, quanti meam amicitiam meaque erga te officia facias. Nam, si hoc negotium diligenter egeris, amicitiae nostrae satisfecisse te iudicabo, ac praeclare de me bene meritum esse. Adiungas tibi omnes, quos nobis amicos esse arbitraberis, non secus ac si mea res ageretur. Nam *Blasii* fortuna non aliter ac mea afficior propter ipsius summam probitatem. Bene vale. Dominica adventus prima 1533.

No. 1145. **5. Decb.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 212 sqq.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico suo summo,

S. D. Dicam vere, toto hoc anno privata res nulla accidit mihi optatior tuis proximis litteris, non solum quod essent plenae tui amoris erga me summi, sed multo magis, quod significabant te recte valere, deinde etiam ingenti animo contra fortunam munitum ac paratum esse.

Sabinum non arbitrabar ad te venturum esse. Has litteras *Spenglero* misi, ut tibi reddi curet, ubicunque eris. De mea valetudine intelligo sparsos esse, ut fit, rumores atrociores. Diarrhoea laboravi per triduum aut quatriduum, quam facile depuli siti et inedia. nosti mea remedia. Caeterum miseriae me curaeque ac labores paene enecant, sed animo me sustento. pudet enim parum fortem videri apud te, cum tam excelso animo te esse videam in rebus asperrimis. Sed hic me annus inclementer exercuit, privata, quae sunt plurima, omitto.

Quam putas cruciavit me expectatio negotiorum, quae nostro ἄρχοντι fuere, primum cum Duce *Georgio*, deinde cum *Erfordia*? Verum

---

1) atque] Lib. VI. om.
2) Lib. VI.: *Henckelium.*
*) Vid. ep. d. d. 3. Nov. 1533.

Dei beneficio laeta utriusque rei καταστροφὴ consecuta est. Nam cum utrisque transacta sunt omnia. Ab *Erfordia* magnum malum metuebam. *Brunsvicensis*, ut ferebatur, promiserat eis auxilia, narrabantur et alia multa, nec Erfordienses adeo confidenter arbitrabamur ausuros lacessere nostrum, nisi aliquid magni et sperarent et molirentur. Fuit enim, ut ostendit exitus, re cognita, manifesta contumacia, incitabant et nostrum multi perditi. Nosti τὸν Ἀρμίνιον*). Quanquam autem nostro dolebat iniuria et contemtus, tamen se repressit, et moderatione egregia usus est, quamvis optarim eum aliquanto minus permisisse praesidiariis in Turingia: nunc composita res est, nostro restituta sunt vetera Iura. ζημίαι etiam irrogatae, ἀλλὰ τοῦτο μυστήριόν ἐστι. Sane gaudeo et ago Deo gratias non extitisse ex his principiis publicum incendium.

Habes de nostris regionibus omnia, περὶ ἐκκλησιαστικῶν coram colloquemur, nolo enim te ad me excurrere, sed ego te quaeram ubicunque eris. Me expectatio illorum negotiorum etiam aliqua ex parte remorata est. Est intervallum, ut vides, Ecclesiasticarum turbarum, sed ut in morbis oppressa natura. Verum de his coram.

Venio ad Philosophiam nostram, *Physicen* adornamus, quam edet *Milichius*. habet illas communes disputationes, quae in scholis tradi solebant, sed elegimus elegantiores atque utiliores. Atque omnino do operam, ut plurimum habeat illecebrarum: cupio enim, ut scis, excutere veternum nostris hominibus, quibus possum modis: inserui suavissimas disputationes et dignas homine Philosopho. Cum autem in *Galeno* verseris, quo nos quoque utimur, te rogo, ut nobis impertias, si quos locos invenies, quos arbitraberе nobis profuturos, de Temperamentis, deque aliis, quae Physici magis quam Medici quaerunt. Cupimus inserere partes humani corporis, quas si collegisti, quaeso ut nobis communices. Christus servet te et coniugem et liberos tuos incolumes. Obsecro te diligenter, cura valetudinem tuam et tuorum. Gaudeo te ex urbe statim discessisse. *Michaelum* extra periculum esse gaudeo. De voluntatibus civium nihil est quod sitis soliciti. Deus ostendet vobis aliquam sedem. Ea de re etiam coram tecum disputabo. Bene ac feliciter vale. Non. Decembri.

Φίλιππος.

*) Landgravium. C. W.

No. 1146. 7. Dec.

Io. Stratio.

Ex libro: In selectiores M. T. Ciceronis orationes Philippi Melanth. — aliorumque enarrationes, editas per Steph. Riccium T. I. p. 610.

Clarissimo viro, D. Iohanni Stratio Oratori, suo patrono. (Posnaniae.)

S. P.*) Spero ad te pervenisse adolescentem, quem istuc misi**), qui quomodo tibi placeat, vehementer sollicitus sum, etsi ea te humanitate praeditum scio, ut, etiamsi doctrina non satisfacit, tamen suavitate ingenii et morum eius delectere. Mihi autem magnae voluptati fuerit, si cognovero eum tibi probari. Quare significabis tuum de eo iudicium.

De rebus germanicis nihil habeo, quod scribam. Dei beneficio Halcyonia sunt. Atque utinam haec tranquillitas sit diuturna. Metuebamus paulo ante bellum futurum nostro Duci cum *Erffordiensibus*. Ea res etiam vicinos implicuisset bello. Sed Dei beneficio res composita est per *Moguntinum* et Ducem *Georgium*. Italicae res vobis notiores sunt quam mihi, quanquam nuper ad me Patavio scripsit *Sabinus*. Is nihil nisi quasdam suspiciones significat propterea, quod ἀρχιερεὺς ad Gallum concesserit. Bene vale et me ama. Postridie divi Nicolai. Witebergae 1533.

Phil. Mel.

*) Immo? S. D.

**) Stephanum Riccium.

No. 1147. 7. Decb.

Eidem.

Ex eodem libro *Steph. Riccii*: In selectiores M. T. Ciceronis orationes Philippi Mel. — enarrationes etc. T. I. p. 611.

Clarissimo viro D. Iohanni Stratio Oratori, suo patrono. (Posnaniae.)

S. P.*) Cum hodie alteras literas perscripsissem, ecce eadem hora afferuntur tuae, plenae laudis *Stephani*, quae mihi ob eam causam fuerunt iucundissimae, quod officium meum tibi probari cognovi. Nihil enim malo, quam te intelligere,

me tui esse amantissimum. Si *Stephanus* me amat ac de se aliquando bene meritum iudicat, hac in re declaret, quanti me faciat, ut omni genere officii te sibi devinciat. Quod si non faciet, iudicabo eum adversus me parum gratum fuisse. Porro cum principia, Dei beneficio, sint ut volumus, magnum negotium sustinet *Stephanus*, ut haec tua iudicia tueatur. De rebus germanicis scripsi in alteris literis. Amabo te, mi Strati, domino *Iohanni* medico me diligentissime commendes. Mirifice capit animum meum ipsius oratio. Plane, ut Homerus ait, γλυκίων μέλιτος ῥέει αὐδὴ ab ipsius ore. Tanta est suavitas. Etsi respondebo ipse, tamen me tibi patrono ad eum opus est, ut intelligat, me valde ipsius amicitiam appetere. Bene ac feliciter vale. Postridie divi Nicolai. Witebergae, 1533.

Phil. Mel.

No. 1148. 7. Decb.

Steph. Riccio.

Ex libro: In selectiores M. T. Ciceronis orationes Philippi Mel. — aliorumque — enarrationes, — edit. per *Steph. Riccium* T. I. p. 612.

Stephano (Reich) apud D. Stratium, Posnaniae.

S. D. Hodie cum ad D. *Stratium* de te literas perscripsissem, ecce eadem hora et D. *Stratii* et tuas literas accepi. Valde gavisus sum Stratii humanitatem ac liberalitatem nostro iudicio respondere. Meministi enim, quam largiter de eo tibi pollicitus sim. Nec ulla Stratii laus est, quod honorifica de se iudicia virtute tuetur. Nunc tuum est, mi Stephane, cum Stratii tum aliorum bonorum virorum benevolentiam omni ratione ac studio, denique etiam artificio quodam colligere, ac operam dare, ut collectam retineas. Haec quoque pars tum prudentiae tum virtutis est, bonorum voluntates conciliare. Et inprimis decet nos, qui haec humaniora studia colimus, etiamsi quid interdum offendit, dissimulare ac perferre, facile obsequi aliis. Multum in latinis litteris proderit tibi Stratii consuetudo, ac plane erit pro Academia. Ideo vereri eum et colere debebis, καὶ θεραπεύειν ἐκτενέστερον. Medici, quem video elegantissime doctum esse, familiaritas valde tibi expetenda est. Quod si etiam is tractat τὰ μαθήματα, duce eo ad Philosophiam aspirato. *Christophoro Hegendorfino* salutem dices meis verbis reverenter. Non enim vacabat omnibus scribere. Et novi nihil erat. Tantum scitote, Dei beneficio Duces Saxoniae bene iam inter se convenire transactis iis rebus, de quibus aliquot annis domesticae quaedam inter eos dissensiones fuerunt. Ab *Erfordiensibus* metuebam magnum malum; sed Dei beneficio ea quoque res composita est, et certamen diremptum. Haec de patria sciebam vobis fore iucunda. Witebergae die 7. Decembris 1533.

Phil. Melanch.

No. 1149. 12. Decb.

Alesius ad Spalatinum.

Ex *I. A. L. Wegscheideri* Progr. Hal. Sax. 1827. p. 7 sq.

Insignis pietatis et eruditionis viro Domino Magistro Georgio Spalatino, docenti evangelium inter Aldemburg, suo domino et fautori observando.

S. D. Civilius quidem fecissem, si beneficium, quod a Te nunc impetrare cupio, per Tuos amicos postulassem, quam per me ipsum, qui forsan non aliter quam facie aut nomine sum Tibi cognitus. Atque id quidem constitui. Nam dominus Philippus recepit se scripturum pro me Tuae humanitati. Verum tam subito praeter omnem exspectationem currum, ecclesias visitaturus, conscendit, ut non licuerit illi vel lineam scribere. Sed scio, Te tanta esse humanitate erga omnes, tam propensum esse ad exhibendum omnia officiorum genera studiosis, ut non dubitem, Te etiam pro mea supplicatione rem, quam postulo, curaturum. Noveris autem, illustrissimum principem dominum nostrum Ducem Saxoniae *Electorem* pro sua magnificentia ad preces domini Doctoris *Martini*, D. *Philippi*, D. *Praepositi* et D. *Pomerani* concessisse mihi dimidium illius praebendae in *Aldenburgh*, cuius dominus D. *Cruciger* alteram partem habet, pro biennio, et hanc suam donationem literis suo annulo signatis ante festum Ursulae firmasse. Has Tibi donationis literas misissem nunc, nisi persuasus essem, testimonium doctorum *Ionae* et *Crucigeri* etiam sine illis literis in hac re quoque fidem habiturum. Quare Te pro Tua pietate

obnixe precor, ut cum illis, quorum interest hanc pecuniam persolvere, sic agas, quatenus mea portio mihi quantocius aut etiam doctori *Crucigero* mittatur. Nam praeterquam quod magna penuria urgeor, multa etiam debeo, quae ad festum Michaelis solvere pollicitus sum, quod crediderim nuncium meum, quem ante annum paene in patriam misi, praeterita aestate rediturum. Quare rem mihi longe gratissimam feceris, si curaveris nunc ad ferias Natalis Domini dimidium pecuniae mihi dari. Haec si pro me feceris, is haud dubie Tibi redditurus est, qui dixit sibi factum, quicquid suorum minimo praestitum esset. Ego autem quas potero grates referam, et faciam alios meos praeceptores et Tuos amicos meo nomine referre. Vale. Witebergae, postridie Damasi *).
Tui amans et observans
Alexander Alesius Scotus.

No. 1150. 19. Decb.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 80 sq.

Iusto Ionae, Praeposito Viteberg.

S. D. Christus servet familiam tuam universam salvam et incolumem. Quod mihi ad eas literas, quas ad te dedi, ut primum veni in praefecturam *Liebenwerdensem* **), nihil rescribis, quamlibet aliam esse caussam malo, quam tuas domesticas curas. Itaque anxie tuas literas expecto, et de tuis et de caeteris rebus omnibus. De inspectione coram loquemur. Si nihil aliud, ἐργοδιώκτης sum, ut citius redire liceat. *Hertzbergam* venimus die Mercurii. Ac quoniam libenter scribo εὔφημα, sacerdotes utroque in loco aliquot reperi praeclare instructos cum a doctrina, tum ab aliis virtutibus, bono pastore dignis. Sed me misere excruciat cura posteritatis, similes successores vix

*) Annus quidem additus non est, sed ex subscriptione Spalatini patet, hanc epistolam scriptam esse anno 1533, qui quomodo conveniat cum iis, quae narrantur in *Becmani* Notitia universitatis Francofurtanae p. 84, dispiciant alii, quibus contigit inspicere tabularium academiae Francofurtanae. Anno 1537. Alesium nostrum Londini commoratum esse narrat Becmanus. Ceterum annum 1533. a Spalatini manu notatum aperte legi in aversa parte harum literarum, testatur *Ebertus* V. Cl., qui repetitis vicibus easdem inspexit in bibliotheca Guelferbytana. [Nota *Wegscheideri*.]

**) Inspectionem ecclesiarum in illa regione exeunte anno 1533. et ineunte anno 1534. fuisse, intelligitur ex epist. Mel. d. d. 8. Febr. 1534.

ulli habebunt, πολλοὶ δὲ κακούς, nosti Homeri versum. Principem serius intelligo venisse *) ad vos opinione nostra. Amabo te, scribe, si quid habes περὶ ἡγεμόνος καὶ περὶ πολιτικῶν. Bene vale. Freitags post Luciae. Saluta *Lutherum*.
Philippus.

No. 1151. (Decb.)

Guil. Reiffenstein.

† Ex apographo in cod. Basil. 89. p. 29 b.

Viro optimo, D. Guilielmo Ryffenstein, amico suo.

Quaeso vos, mi Guilielme, ut curetis hunc fasciculum literarum mitti *Coloniam* ad *Caesareum*, et scribatis *Caesareo*, ut nobis mittat vicissim, si quid acceperit responsi. Est hic quidam *Scotus* **), homo probus et exul, cuius plurimum refert, has literas perferri Lavoniam [Leoraniam?]. Et scio, vos hospitibus pro vestra humanitate libenter gratificari. Filii vestri, Dei beneficio, bene valent et feliciter discunt.

No. 1152. (hoc anno?)

Guil. Reiffenstein.

Manlii farrag. p. 241. Apographa in cod. Goth. 401. p. 104. et cod. Basil. 89. p. 29 b. — Apographum est etiam in cod. Vindobon. 53., quod mecum conferre non potui.

Guilielmo Reiffenstein Philippus Melanchthon

S. D. Remitto tibi alterum ex numismatis aureis: id videlicet, quod recens factum est. Quod si alterum propter vetustatem tibi magis placet, libenter illud restituam. Non enim mihi tanti est ullum numisma, ut pluris quam amicitiam tuam faciam: utrum [1]) mihi reliqueris, erit apud me inter multa alia hoc quoque tuae ergaa me benevolentiae pignus.

Nuper tibi per Northusanum quendam misimus literas [2]); si accepisti, intellexisti quae cau-

*) Adfuerat Princeps Elector cum legato Pontificio Vitebergae d. 16. Dec. 1533.

**) Videtur esse *Alesius* Scotus, qui anno 1533. exul venit Vitebergam.

1) Sic e codd. pro *alterum si* edidi.

2) Cod. Bas. *quendam nuncium scripsimus ad literas* etc.

sae fuerint, cur tam sero fidem meam liberem, tibique tuam restituam. Mirifice cupiebam propter multas causas te in his nundinis visere. Sed hic me quaedam publica negotia obligant[3]). D. *Michaeli* dicas meis verbis multam salutem: quem quidem ego, si ad nundinas venissem, non dimisissem, nisi empto murrhino vase, quo genere supellectilis mire delectatus sum aliquandiu. Sed ignoscas mihi iocanti. Vale.

No. 1153. (hoc anno.)

Io. Spangenbergio.

Edita in Manlii farrag. p. 218 sq. et iterum in d. fortges. Sammlung von alten und neuen theol. Sachen (Unschuld. Nachr.) Jahrg. 1728. p. 502.

Praestantissimo Domino Iohanni Spangenbergio, docenti Evangelium in Northusia, amico suo, Phil. Melanchthon *).

Doleo exortum esse dissidium inter te et unum collegam. Neque dubito, quin ea res magnopere te exerceat intelligentem, quantum officiat gloriae Evangelii fama dissidii et quos ludos praebeat adversariis. Colligerem autem omnia, quae arbitrarer ad te consolandum prodesse, nisi ea tibi nota esse statuerem. Multum in huiusmodi scandalis me consolatur, quod scio esse *ἀναγκαῖα κακά*, quae diabolus excitat odio Evangelii, ut deterreantur[1]) homines a doctrinae genere, et ut nos quoque frangat, ne doceamus. Itaque te contra has diaboli insidias erigere debes, et ingenti animo despicere has offensiones, et tamen ratione etiam atque arte mederi. Facile vinces adversarium, si dissimulatis iniuriis pergas docere ea, quae utilia sunt conscientiis, et ornant gloriam Christi. Hoc enim doctrinae genere retinentur auditoria. Tuus adversarius rixabitur de puerilibus illis spectaculis conservandis, aut ulciscetur suos affectus. In concionibus rem facit indignam isto loco. Non diu habebit populi studium[2]). Ac si qui ei applaudunt, videntur abuti eius impudentia. Incitant enim, non quia eius causam probent[3]), sed quia iuvat eos, quod Evangelium male audiat propter hanc dissensionem.

3) alligant cod. 401. et c. Bas.
*) *Ph. Mel*, om. Manl.
1) Manl. *deterreat.*
2) Manl. *studia.*
3. U. N. *probant.*

Christus te gubernet, ut fortiter feras has offensiones. Bene vale. 1533.

No. 1154. (hoc anno.)

Chph. Ruellio.

Manlii farrag. p. 345 sq.

Christophoro Ruellio

S. D. Ego boni viri conspectum, faustissimum omen esse interpretor. Itaque valde gavisus sum, cum forte in aulam, quo nos quoque vocati eramus, venisset pater, vir optimus, et hoc ipso tempore legatus de pace et tranquillitate totius Germaniae. Libenter igitur dedi ei petenti ad te literas, ut tecum communicarem hanc voluptatem, quam ex inopinato hoc congressu tui patris cepi. Sperabam enim me tibi facturum rem gratissimam. Nec vero habebam hoc tempore argumentum aliud. Nam adhortari te ad studia, quod saepe alias feci, non valde opus est: cum enim videam ultro te incitatum amore optimarum artium, gratulari tibi magis debeo, ac bene precari. Bene vale. Anno 1533.

No. 1155. (hoc anno.)

G. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 50b. ep. 88., descripta nobis a Cl. Gersdorfio.

Ad Spalatinum.

S. D. Scio hunc tabellarium tibi satis commendatum esse, dedi tamen ei literas, ut nobis quoque hominem probari intelligeres. Sicubi poteris ei prospicere, da operam, ut habeat aliquam *διώχησιν*. *Ionas* etiam eius rationem habiturus est, si qua erit occasio. Scripsit enim nomen eius in catalogo eorum, quibus per occasionem consuli in inspectione debet. Sed plures nunc accurrunt exules sacerdotes, quam putes. Nam Dux *Georgius* sine modo et sine fine saevit *). Sic defendunt isti *κακόλυκοι* ecclesiam proscribendis, pellendis, trucidandis miseris sacerdotibus viris optimis. Haec est digna hypocritis sanctimonia. Bene vale. 1533.

Philippus.

*) Vid. Lutheri epist. „an die um des Evangelii willen verjagten Leipziger" in opp. Lutheri a Walchio ed. T. X. p. 2228.

No. 1156. (hoc anno.)

Eidem.

† Ex apographo in cod. Dresd. C. 140. p. 69 a. ep. 94., descripta nobis a Cl. Gersdorfio. Ultima ep. pars iam edita est a Pezelio in Consil. latin. P. I. p. 644., eademque pars legitur in codd. Goth. 268. p. 195. et cod. 19. p. 69 b., et in cod. Bav. p. 69 b.

Ad Spalatinum.

S. Noster hic mos fuit hactenus, initiatos praeferre *ἀμυήτοις*, non solum quod populus libentius utitur initiatis, sed etiam quod illorum necessitati consulendum est. Neque enim fere aliis rebus ullis idonei sunt. At *ἀμύητοι* si sunt literati, facile inveniunt scholas, sin autem sunt illiterati, et *διὰ τὴν πλεονεξίαν* ambiunt sacra ministeria, odio digni sunt. Optarim igitur te quoque, quantum res sineret, praeferre initiatos. Nec est opus huc mittere *τοὺς ἀμυήτους*. Satis est eos a vobis, hoc est, cuiusque loci visitatoribus audiri et approbari, nec ad eam rem opus esse puto adhuc quidem publicis ceremoniis. Temporis ea in re habenda est ratio. Matrimoniales controversiae pleraeque omnes cognoscuntur a nostro pastore, qui quos vult adhibet; si qua Iuris quaestio incidit, reiicimus ad Iurisconsultos, qui etiam cum responderunt, tamen sententias pronunciari per pastores aut magistratus iis in locis oportet, ubi existit controversia. Et divortiis et aliis quibusdam casibus aut non respondent, aut serunt disputationes infinitas. Nam aliquoties iam accidit, ut cum nos reiecerimus causas ad Iurisconsultos, tandem ad nos rursus itum sit. Ipse annis aliquot plus quam sexcentas sententias scripsi. In tuo[1]) casu, de ea quam duxit quispiam ex alio prius gravidam, Iurisconsulti[2]) simpliciter iubent hanc[3]) retinere eum, qui publice duxit. Et mihi placet publicorum sponsalium fidem conservari[4]). Itaque si potest persuaderi iste, ut retineat, feceris id quod malunt Iurisconsulti[5]). Sin ille volet liberari, supplicet Principi. Ego privata auctoritate nihil statuam. Bene vale. 1538[*]).

Philippus.

1) A verbis *In tuo* incipit textus in Consil. et apograph. codd.
2) Pez. *Iureconsulti.*
3) *hanc* excidit ap. Pez.
4) Pez. *conservari.*
5) Pez. *Iureconsulti.*
*) Pez. *statuam. Vale.* 1534.

No. 1157. (hoc anno.)

Eidem.

† Ex apogr. Dresd. C. 140. p. 80 a. ep. 97., descripta a Cl. Gersdorfio.

Ad Spalatinum.

S. D. Diaconus *Coldicensis Ambrosius* bene de nostris visitatoribus meritus est. Cessit de duabus conditionibus propter illorum petitionem. Dignus est igitur, cui vicissim mos geratur. Petit aliquam in pago aliquo parochiam, ut ex ipso intelliges. Quanquam ego quidem miror, cur non malit apud *Augustinum*[**]) esse, hominem praeditum summa humanitate. Sed de causis non disputemus; nam mihi nulla videtur esse, nisi senium. Obsecro te propter illa, quae dixi, ipsius merita, habeas eius rationem. Cupit praefici parochiae in *Werschen*. Tam *Luthero* gratum feceris, ut hoc tempore gratius nihil facere possis. Novi nihil habemus. Est enim Dei beneficio nunc *εὐφημία* et tranquillitas. Bene vale. 1538.

Philippus.

**) Thamm Chron. Colditz. ap. Mencken. Scr. rer. German. Tom. 2. p. 700 D. behauptet: Augustinus Hummel sei nach Wolfg. Fuss Abgange nach Leisnig 1539. erst in Colditz angezogen und bis 1545 hier geblieben. Die Jahrzahl 1538 wäre demnach falsch. Allein Kamprad Chronik der Stadt Leisnig S. 206. versichert, daß Fuss, Augustin's unmittelbarer Amtsvorfahrer in Colditz, bereits 1534 nach Leisnig gekommen sei, und das Datum des obigen Briefes kann daher wohl richtig sein. Ueber den Ambrosius schweigen alle weitere Nachrichten. [Nota Gersdorfii.] — Augustinum Hymmel a. Hummel iam anno 1535. fuisse pastorem in oppido Coldiz, intelligitur ex ep. Lutheri ad eundem data d. 5. Apr. 1535. (apud de Wette T. IV. p. 596.). Vid. etiam Lutheri ep. ad eundem d. d. 27. Sept. 1537.

1534.

No. 1158. 2. Ian.

Barth. Amantio.

Epistola praemissa libro: Inscriptiones S. Sanctae vetustatis Pet. Apiani et Barth. Amantii. Ingolst. 1534. fol. descripta a Ballenst. in Collect. Vol. II. no. 26.

Doctissimo viro, D. Bartholomaeo Amantio, Professori bonarum literarum in academia Ingelstadiensi

S. D. Intelligo, te vetera quaedam monumenta collecta editurum esse, quorum tibi copiam magna ex parte fecerit vir clarissimus D. *Raymundus Fuggerus*. Ego vero et studium tuum et consilium, doctissime *Amanti*, magnopere probo. Nam monumenta illa non solum adferunt lumen historiis, sed etiam recta ingenia ad literarum atque antiquitatis admirationem exsuscitant, quae res meo iudicio bonarum artium studia alit. Ipsum vero *Fuggerum* iam antea sciebam et amare et intelligere literas, quod meo quidem iudicio in tali fortuna magno illi ornamento est. Sed illud gloriosius est, quod sine invidia edit ea, quae ipse maximo sumptu terra marique conquisivit. Quid enim splendidius est, quam tantas opes ad ornandas bonas literas conferre? Fuit ea laus memoria patrum nostrorum apud Italos familiae *Medicum*, qui, haud scio an soli, spretas a regibus omnibus literas quasi exsulantes hospitio exceperunt, et liberalitate sua optimas artes ab interitu vindicarunt, et ingeniosorum hominum studia iuverunt. Itaque propemodum huic uni familiae laus conservatarum literarum omnium gentium consensu tribuitur, qua nulla cogitari maior atque amplior potest. Ne ipsos quidem *Medicum* manes existimo magis opum atque imperiorum, quam huius beneficii recordatione delectari. Certe gentibus omnibus multo gratius est *Medicorum* nomen propter conservatas optimas disciplinas, quam propter caeteras res gestas quamlibet magnas.

Utinam vero *Fuggeri*, ut opibus feliciter aequarunt *Medicos*, ita hanc laudem conservandarum literarum etiam imitentur, praesertim his miserrimis temporibus, cum inter haec publica dissidia literarum studia magno in periculo sunt. Ac postquam specimen suae voluntatis iam ostendit nobis Dom. *Raymundus*, bona quaedam spes habet animum meum, patrocinium literarum et caeteros in ea familia suscepturos esse. Quod si fecerint, tum vero solidam et immortalem gloriam ad posteros relinquent, ut, quemadmodum apud omnes gentes *Medicum* nomen propter hoc beneficium gratissimum est, ita *Fuggeros* amet ac praedicet universa posteritas tanquam optimae rei inter homines conservatores. Haec laus magnis et praestantibus viris maxime expetenda est. Tu quoque praeclare facis, *Amanti*, quod nomen tuum posteris cum talium virorum memoria commendas. Bene vale. Postridie Calendar. Ianuar. 1534.

Ph. Mel.

No. 1159. 15. Ian.

Annae a Limpurg.

Epistolam Lutheri et Melanthonis ad Annam a Limpurg, Abbatissae Monasterii Hervordensis, a Luthero conceptam, (opp. Luth. ed. Walch. T. XXI. p. 366., Epist. Luth. ed. de Wett. T. IV. p. 501 sq.) quaere in epistolis Lutheri.

No. 1160. 20. Ian.

I. Brentio.

Epist. lib. VI. p. 380 sq. — Contuli autographon Mel. in cod. Monac. I. p. 360.

Viro optimo, D. Iohanni Brentio, docenti Evangelium in Salinis Suevicis, suo amico summo

S. D. Cum *Smalcius* in patriam revocatus esset, commendavimus tuum fratrem, adolescentem meo iudicio plenum humanitatis, cuidam Magistro conterraneo nostro, Badensi, viro optimo et amantissimo tui, cuius doctrinam et fidem ut probari nobis*) scias, docet idem *Pantani* Cancellarii nostri, quem nosti, filium optimae spei puerum. Et tu licet me rideas tanquam φίλαυτον, tamen certo velim ita me sentire existimes, nullis tribuo plus humanitatis, quam nostris conterraneis. Haec scripsi pluribus verbis, ut intelligas mihi fratrem tuum curae esse. Exhibuit mihi nuper scriptum πεζὸν sane, sed in quo agnoscas ingenii humanitatem. Iussi ut mihi frequentius exhibeat. Sed audies omnia ex ipso *Smalcio*. Περὶ ἐκκλησιαστικῶν nihil quod scribam habeo. Verum brevi fortassis colloquemur. Multa enim sunt, de quibus necesse est me tecum agere coram. Sed hoc alias.

Amabo te scribe mihi quamprimum quidquid habetis de exitu *conventus Suevici*, de negotio *Wirtenbergensi*, nam ea res haud dubie magnos motus excitabit. Sentio adversarios nostros magni quiddam moliri, Christus nos respiciat. Bene vale. 20. Ianuarii 1534.

Philippus.[2]

*) Spanh. mendose: *nos*.

No. 1161. **27. Ian.**

Ioach. Camerario.

(Epist. ad Camerar. p. 215 sq.)

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico summo.

S. D. Ego vero, mi *Ioachime*, in optimam partem accepi expostulatiunculam illam tuam, quae fuit in breviore epistolio, sed illud dolebam, sentiebam animum tuum aliis de rebus vehementer angi, eamque ob causam de nostro silentio, ut fit, queri asperius. Nunc ex proximis tuis literis *Hopelii* mortem, et alia quaedam tua vulnera cognovi, quae mihi profecto magnum dolorem afferunt: non enim aliter tuis secundis et adversis rebus quam meis afficior. Sed in his malis hoc mihi solatio est, quod video te non frangi animo, imo etiam tuas res adversas extenuare collatas ad aliorum tristes casus. Hanc animi moderationem valde tibi, mi *Ioachime*, gratulor: sic est enim profecto, etiamsi te duriter exercet fortuna, tamen non potest plus in te iuris habere, quam in hominem privatum, et hoc nomine felicem, quod nullis implicitus es eiusmodi negotiis aut curis, quae ullo modo τὴν συνείδησιν μιαίνειν possunt. Hac velim te consolatione sustentes, quam si considerabis, ut certe consideras, spero te caetera aequissimo animo laturum esse. In hanc sententiam cur scribam brevius καὶ ἀσαφέστερον, facile potes existimare, ne haec quidem sine summo dolore scripsi.

Pestilentiae malum abiisse cognovimus, tu de reditu tuo in urbem quid statueris, mihi velim significes, καὶ εἰ θέλεις παρ' ἡμῖν διάγειν βίον. Et si autem, ut spero, brevi coram colloquemur, tu tamen interim aliquid scribito. Novi nihil habemus, nisi fabulas de congressu Galli et ἀρχιερέως, quae tibi non possunt esse ignotae.

Maxime cupio scire exitum *conventus Suevici*: de negotio *Alarici*[1]), plane in eo sum, ut arbitrer, eam rem, nisi Deus prohibeat, universae Germaniae allaturam mutationem maximam. Vidi nuper iuvenis illius imaginem, et videtur esse honesti ingenii, ac magnae gravitate praediti. Utinam Genesin habere possemus. *Hippodamus*[2]) hanc occasionem elabi sibi non facile patietur, et incendent eum Pontificis conspirationes, sentio etiam asperiorem fieri ἐκεῖνον, ᾧ προσεφώνησα τοὺς Ῥωμαίους[3]). Omnino aliquid parari certum est. Bene ac feliciter vale, et fruere suavitate optimae feminae coniugis tuae ac suavissimorum liberorum feliciter. *Bucolica* tua omnino videre cupimus. *Galeno* valde delector. Tu quoque velim cum incides in locos venustos περὶ φράσεως, aut de humoribus, mihi eos indices. Iterum vale. VI. Cal. Februarii. Anno M.D.XXXIIII.

Philippus.

1) Wurtembergicus. C. W.
2) Landgravius. C. W.
3) Moguntinus. C. W.

No. 1162. (Ian.)

G. Spalatino.

[illegible] p. [illegible] descripta a Cl. Gersdorf.

Ad Spalatinum.

S. D. Hic bonus vir, cui has ad te literas dedimus, docuit pueritiam oppidi Vandalici *Lucae*. Et expertus est Vandalicam *μισανθρωπίαν*. Tenuit ludum literarium annos amplius duodecim; nunc cum coniuge et liberis eiicitur, tantum ideo, quia civis quidam ea conditione filium suum ditare conatur. Habuit olim sacerdotium hic bonus vir in urbe *Plaen*, de eo nunc tecum et cum ceteris inspectoribus aget. Ex ipso totum negotium intelliges, et fortasse audisti antea. Census quosdam petit, quorum nondum confirmata fuit donatio. Obsecro te propter Christum, ut eius causam adiuves. Homo probus est et eget, et eleemosynis Ecclesiae iuvandus esset, vel si non repeteret suum. Mihi etiam putes te gratum facere in eo iuvando. Procuratorem *Alesii* *) admone quaeso, ut pecuniam mittat. Haec negotia hominum pauperum eo tibi confidentius committo, quod scio, te affici afflictorum aerumnis, ut decet virum bonum et amantem *Χριστοῦ*. Scis illud **). Vidimus hic *Cochlaei* insulsissimas Philippicas ***) et prolixissimas. Bene vale. 1534.

Philippus.

No. 1163. 1. Febr.

Arn. Burenio.

Edita in *Arn. Burenii* orationibus, lit. Q. 8, 6.

Viro optimo Arnoldo Burenio

S. D. Quod rarius ad te scribo, *Arnolde* optime, quidvis potius in causa esse velim putes, quam oblivionem tui erga me amoris atque officiorum tuorum. Ego vero, *mi Arnolde*, incredibili desiderio tui afficior, quoties suavitatis ac doctrinae tuae mihi venit in mentem, ac saepe fortunam utriusque accusare soleo, quod non licet nobis amicitia nostra coram frui, nunc praesertim, cum et oblectationem ex studiis maiorem capere possemus, et plusculum opis afferre reipublicae literariae, postquam et tu veteris philosophiae studio flagras et ego [illegible] doctrinae genus [illegible] constitui. Nullam [illegible] aetati iucundiorem [illegible] levationem reperio. Itaque scribimus [illegible], quae non solum illas usitatas scholarum praeceptiunculas continent, sed sit referta eruditissimis disputationibus, sumptis cum ex *Galeno* *), tum ex aliis literis, quae et ad multas vitae partes prosunt, et bene institutis ingeniis pariunt voluptatem suavissimas. Sed haec alias copiosius. Redeo iam ad epistolae caput. [illegible] *ἡμεδαπούς*, [illegible] Ceterum ego ipse mihi etiam latebras quaero, atque utinam una possemus alicubi latitare. — [illegible] **). Bene ac feliciter vale. Calendis Februarii, A. 1534.

No. 1164. 5. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 216 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Norimbergae,

S. D. Heri accepi litteras tuas scriptas XII. Cal. Febr. in quibus vehementer obiurgas nos, propterea quod videamur sententiam mutasse *περὶ θρυλλουμένης ζητήσεως* [1]). Ego vero significavi tibi ante mensem, quae occasiones moverint nostrum, non ut sententiam mutaret, idem enim nunc quoque sentit quod olim, sed ut interpretaretur. Ac possunt incidere occasiones, quae cogant illo iure publico uti, non contra Dominum, sed contra hos, qui titulo Domini abutuntur, ut suum odium expleant. Non satis intelligere possum, utrum illas meas litteras acceperis. Nec iam de hac re itaque moveas mihi litem, neve disputes *περὶ τῶν* [illegible] nosti enim illud Xenophontis, *οὐ πάνυ χαλεπὸν εἶναι εὑρεῖν ἔργον, ἐφ' ᾧ οὐκ ἄν τις αἰτίαν ἔχοι· χαλεπὸν γὰρ οὕτω τι ποιῆσαι, ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν· χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτήτως τι ποιήσαντα μὴ ἀγνώμονι κριτῇ περιτυχεῖν.* Et

*) Alesii epistolam ad Spalatinum, d. 12. Decb. 1533., vide supra p. 690 sq.

**) Desideratur hic dictum cuiusdam scriptoris.

***) Intelligit, ut videtur, Cochlaei apologiam pro Georgio Duce Sax., quae fere mense Oct. 1533. prodiit.

*) Vid. ep. ad Camerar. d. 27. Ian. h. a.

**) Videntur hic quaedam consilio editoris praetermissa esse.

1) Vid. epist. ad Camerar. sequentem.

quantum sit ἐν τοῖς [illegible] τῶν πραγμάτων positum, te non fugit, sed fertur, ut metuo, res κατὰ [illegible] ad Imperii dissipationem, quod cum cogito, nunquam autem non cogito, incredibili dolore afficior. non tamen abiiciamus preces. Idem tu facito.

In Hessia in urbe *Casselia* φάντασμα quoddam aiunt noctu obambulare visum specie terribili et cum eiulatu. Puto hoc confictum esse, sed dabo operam, ut resciscam, teque reddam certiorem. Undique certe horribiles terrores nobis ostenduntur. Tu bene vale. Si *Erasmus Ebnerus* nondum istinc abiit, iube ut mihi mittat genesin R. *Ferdinandi*. Non. Februarii. *Petreius* Erfordiae pie mortuus est, et fratrem admonuit περὶ τῆς βεβηλότητος, ut corrigat eam.

Φίλιππος.

No. 1165. 7. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 218 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi Noribergae,

S. D. Cum ante biduum ad te litteras dedissem, misi statim nuncium, qui illas retraheret, sed cum is nondum redierit, duxi postea meum ministrum *Lipsiam* mittendum esse, cum hac posteriore epistola, cui et litteras τοῦ θεολόγου addidimus, ut curaret has quam primum inde ad vos mitti, teque magnopere oro, ut, si alterae priores ad te pervenerint, mihi ipsi quoque eas displicere atque improbari statuas. Magna varietas in hac deliberatione fuit animi ac iudicii mei. Sed quoniam tu nihil admodum requiris a nobis, nisi τῆς θέσεως explicationem de vocatione, reliquam disputationem omittam. Plane ita sentio, vocationem sine imperio concedere nobis recusationem. Nam cum vocatio fit sine imperio, prorsus similis est petitioni, qualis solet esse Eleemosynae, quam vocant, quae saepe habet recusationem, ut scis. Nec sunt leves caussae, propter quas defugere hoc negotium potes, quas ego eo non recenseo, ne te deterream. Etsi enim et ipse optarim, te cum dignitate in litteris nostris retineri posse, quae et ipsae ad Rempub. pertinent, tamen me vehementer etiam in altera parte perturbat cogitatio τῆς πολιτείας*). Puto eos, qui rem ad te detulerunt, inprimis hoc spectare, ut virum bonum deligant, nec me illa ἀταξία, quam allegas, valde movet. Sed delabor rursus in eam disputationem, quam dixi me omissurum esse. Interdum hoc quoque cogito, φιλοσοφητέον καὶ πατρίδι καὶ τοῖς [illegible]. Horum caussa magis etiam ad Rempubl. respiciendum est, in quibus etsi plurimum est vitiorum, tamen non omnino fugiendas esse colligo. Christum precor, ut etiam ingenium gubernet, ut id, quod optimum est et tibi et Reipubl. statuas, et ut, quicquid statueris, faustum felixque sit. Bene vale. III. **) Id. Februarii, Anno XXXIIII.

Φίλιππος.

No. 1166. 8. Febr.

Andreae. †

† Ex apographo, quod ex Philippi autographo factum est, cod. Goth. 188. in quarto, ep. 9.

Venerabili viro D. Andreae, Pastori ecclesiae Hertzberg. suo amico,

S. D. Dd. Visitatores non voluerunt nobilissimo *de Mylen* cum iniuria vel incommodo rusticorum gratificari; imo diserte dixerunt, rusticos non esse cum incommodo eiiciendos ex bonis. Adeo etiam cavebis, ne eiiciantur ex bonis. Ceterum iusserunt visitatores, vobis significari, ut, cum venient ad *Schweinitz*, haec causa ad nos iterum referatur***). Venient autem pro Reminiscere illo. Quare iubebis, huc hos rusticos vestros ad Dd. Visitatores venire. Interim ille *de Mylen* non perturbet hos rusticos. Bene vale. Domin. post Purific. Mar. 1534.

Phil. Mel. nomine Visitatorum.

No. 1167. (hoc temp.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 219 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico suo summo,

S. D. Respondimus tibi de una quadam parte deliberationis tuae, περὶ θέσεως δηλαδή. Nam

*) Vocabatur, ut esset minister Senatus.

**) Pro III. scribendum est VII., vide epist. antecedentem.

***) Visitatio in praefectura Liebenwerdensi fuerat mense Decembri 1533.

de summis negotiis rectius fuit nos confiteri nostram dubitationem. Non enim satis novimus Remp. vestram, καὶ καιρούς. Itaque cum multum disputaverimus, oro, quod ipse, oro Christum, ut gubernet tuam mentem ad salutem tuam, tuam cum dico, complector etiam liberorum ac Reipub. salutem. sed desino tibi odiosus esse, cum nihil afferam consilii.

De remedio petendo contra σύνηξιν, iam mihi *Pontanus* benigne pollicitus est suam operam. Nec dubitat principem etiam suam vobis χειρουργίαν missurum esse: affirmabat optimam esse principis voluntatem erga te ac fratrem tuum, sed ago: si nolis abiicis τὸν σχολαστικὸν βίον, responde mihi περὶ μετοικήσεως ἐς ἡμεδαπὸν γυμνάσιον. Nam ego quo minus ea de re vehementius contendam, temporibus etiam ac nostris periculis moveor. Tu quid tibi commodum sit, ξὺν ἀγαθῇ τύχῃ statuito. Bene vale.

Φίλιππος.

No. 1168. 1. Mart.

I. Hesso.

Epist. lib. VI. p. 846 sq. Autographon in cod. Bav. Vol. II. p. 616. — Autographon Mel. in cod. Vratisl. Rehdig. Vol. V. contulit nobis S. V. *Schulzius*.

Iohanni Hesso.

S. D. Et ego te, mi *Hesse*, oro, ut boni consulas, quod in hoc vulgari officio scribendi non satis sedulus sum. Impedior enim, ut scis, non solum occupationibus, sed etiam curis miserrimis, quae meum animum perpetua quadam carnificina exercent. Quis enim potest aequo animo has Ecclesiarum dissipationes καὶ τῶν διδασκάλων πάθη videre? Caeterum te sic amo, mi *Hesse*, ut te facile inter praecipuos amicos ponam. Hoc volo his meis literis testatum esse.

Tuae literae de Paedagogo τῶν πατριαρχῶν missae mihi fuere e *Lipsia*. Itaque egi mox cum nonnullis, quorum tamen expectare neminem properans nuncius potuit. Verum efficiam Deo volente, ut brevi aliquis ad te idoneus homo proficiscatur. Tuam et in re fidem sequor ipse, et sequi iubebo, quemcunque misero. Expectabis igitur a me aliquem brevi ad te istuc venturum. De rebus Germanicis quod scribam, nihil admodum habeo. Nam adhuc quidem tranquillitas est: sed restituto Duce *Wirtebergensi* *), ut ego quidem suspicor, brevi magnos motus pariet. Quod si fiet, etiam πρὸς τὰ ἐκκλησιαστικὰ pertinebit res. Nondum habeo quicquam certi, sed deliberationes meas nosti. brevi erit mirabilis μετάστασις. Bene vale. Dominica Reminiscere.

Φίλιππος.

No. 1169. 3. Mart.

Henr. ab Einsiedel.

Consilium Henrico ab Einsiedel scriptum a Luthero, Ionas, Melanthone et Bugenhagio (editum in *Kappii* Nachlese etc. Vol. I. p. 263. et apud *de Wettium* T. IV. p. 520 sq.) quaere in epp. Lutheri.

No. 1170. 4. Mart.

Senatui Torgensi.

† „Haec epistola ex autographo Mel. descripta est a Dn. *Michaele*, artis medicae, quam Torgaviae facit, Doctore." (Haec *Lunzius*.)

Dem Ehrbaren, Ehrsamen und Weisen Burgermeistern und Rath der Stadt Torga, meinen günstigen Herrn.

Meine willige Dienst zuvor. Ehrbare, Ehrsame, Weise, Günstige Herrn. Mich hat gebethen Jacobus Zuckenranfft, Benedicti Zuckenranffts eures Bürgers (Sohn), daß ich für ihn bitten wollt, daß ihr ihm freundlich das Stipendium, so er dieses vergangen Jahr aus eurer Stadt gemeinen Kasten gehabt hat, erstrecken wollt, daß er es zu seinem angefangenen Studio noch länger gebrauchen möchte. Diese seine Bitt hab ich ihm als sein Präceptor nicht gewißt abzuschlagen, sonderlich weil ich weiß, daß er ein armer Waise ist, und dennoch ein ziemliche gute Geschicklichkeit hat, wie zu vermerken aus seiner Rede. Denn ich habe ihn fleißig examinirt. Ich will euch auch nicht bergen, daß er mich bericht hat, wie er hart bei euch angeben sey, als sollte solch eure Hilf an ihm nicht wohl angelegt seyn. Nun will ich ihn nicht entschuldigen, sondern habe ihn vielmehr ernstlich gestraft. Dieweil er aber bis anher also studirt hat, daß zu merken ist, daß er diese kleine Zeit, so er hie gewesen, sich Latein zu reden und zu schreiben gebessert hat, hoffe ich, ihr werdet dabei selb abnehmen, daß er die Zeit so ganz übel nicht angelegt habe. Derhalben bitt ich ganz dienstlich, ihr wollet

*) Lib. VI.: *Wirtenbergensis*.

ihm gedachtes Stipendium noch eine Zeit lang verehren, und bedenken, daß eben jetzund seine beste Zeit ist, in welcher so er kann Hülf erlangen möge er so viel lernen, daß er darnach auch weiter zu gebrauchen und dienen kann. Denn ihr könnt selb, als die Verständigen, ermessen, daß ein Jahr gar eine kurze Zeit ist im Studio, wollet derhalben euch sein um Gottes willen, als eines Waisen, und von dem zu hoffen, daß es wohl angelegt werde, erbarmen, damit er nicht müsse vom Studio lassen. Daran hoff ich werdet ihr ein gut Almosen thun, so will ichs um euch meines geringen Vermögens verdienen. Gott bewahr euch allezeit. Dat. Wittberg Mittwochs nach Reminiscere 1534.

Philippus Melanthon.

No. 1171. 8. Mart.

Er. Ebnero.

Ex autographo edita in Strobelii Neuen Beyträgen zur Literat. III. 1. p. 191 sq.

Erasmo Ebnero, Iuveni Patricio, Noribergensi, suo amico.

S. D. Gaudeo, mi *Erasme*, te impetrasse ab amicis, ne te a literis abstrahant. Nec mihi improbatur tamen consilium de studio iuris civilis. Est enim consulendum dignitati, quam sic vocat populus. Neque scis autorem tibi semper fuisse, ne τέχνιον illud contemneres. Etenim non solum patefacit aditum ad rempublicam, sed meo iudicio plurimum etiam adiuvat atque acuit eos, qui in publicis consiliis versantur. Vides me quoque non prorsus abhorrere ab illo ipso doctrinae genere, et quaedam inde transferre ad nostrum usum. Illud tamen hortari te non desinam, ut tanta foelicitate ingenii, ut hanc nostram φιλοσοφίαν non prorsus abiicias. Etsi scio fore, ut olim cupidissime ad eam rediturus sis, inque ea una oblectaturus aetatem decursis et studiis iuvenilibus et honoribus. Et me et nostros amicos tibi commendo. Decet enim te hominem eruditum et virtutis causa et constanter amicitias colere. Bene vale. Ἐν τῇ κυριακῇ Oculi.

Philippus.

No. 1172. 8. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 220.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico summo.

S. D. Boni consules brevitatem litterarum mearum, nam *Basilius* citius opinione mea abiit, spero te nostras omnes accepisse, itaque responsum a te expecto. Remedium his diebus princeps hic coram promisit, curabo igitur rem, nam admonendus est princeps, cum in aulam redierit, περὶ τοῦ κατάγειν τὸν Οὐιρτεβεργήσιον. etsi nos nondum de ullo apparatu audimus, tamen intelligo rem agi a vicinis vestris, et, ut quidam credi sibi postulant, a Gallis magno studio: si quid audies, significabis. Ego iam alteris litteris in Angliam vocor, sed de hoc tecum coram. Bene vale. Postrid. Non. Mart.

Φίλιππος.

No. 1173. 11. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 220 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo summo.

S. D. Cum hinc abiisset princeps, triduo post statim misit mihi ungentum. Id tradidi *Georgio* Bibliopolae, qui videbatur diligentius perlaturus quam οἱ περὶ τὰ γράμματα [illegible]. Reddet autem tibi ungentum filius *Michaelis Cadensis*, cui has litteras dedi. De usu ungenti scripsit mihi *Bonica* cubicularius principis. Scribit et περὶ μύρου τινός, id quoque mittam, cum primum fuerit allatum. Nam Doctor *Caspar* Medicus nondum rediit.

Περὶ τῶν πολιτικῶν amabo te scribe nobis copiose, non enim dubito agi περὶ τῆς καθόδου, de qua nuper ad te. Anglus edidit capita quaedam certarum rerum, quae apud *Spenglerum* invenies. Hae duae caussae, ut ego quidem ratiocinor, reducent nobis τὸν αὐτοκράτορα, et dicitur iam parare reditum. Itaque quidam exultant gaudio, qui ut optare et sperare debemus, falsam spem concepere de Caesare, facturum illum, ut veteres errores et vitia Ecclesiae contra eos, qui oppu-

giant, defendere velit. Quod si conetur, quis scit tamen, an etiam hac in parte victoriam illi fata decernant, de quo, ut meminisse potes, saepe disputavimus. ὁ Βρανδιβοῦργος[1]) magnifice promittit, ut audio, φασὶ δὲ καὶ ἐπαγγέλλειν ὅμοια δοκοῦσι ταῖς φοινικικαῖς. Plane πρόστασίς ἐστι θορυβώδης totius huius Tragoediae. Christus καταστροφὴν det mollem et utilem Ecclesiae suae.

Noster *Arcesilas*[2]) renovat certamen cum *Erasmio*, quod mihi sane dolet, γεροντικὰ πάθη in utroque me sollicitant, sed expecto a te litteras et de tuo statu et de Republ. Bene ac feliciter vale, ὦ λῷστε ἀνδρῶν τε καὶ φίλων. V. Id. Mart.

Φίλιππος.

No. 1174. **12. Martii.**

Fr. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 56., nunc ex autographo Philippi in cod. Goth. 279. fol. 20.

*D. Friderico Myconio**)

S. D. Mihi quoque silentium nostrum molestum est: quare te rogo, ut tua assiduitate me ad scribendum invites. Illud vero molestissimum est, quod *Menius***) tantopere rogatus non misit mihi historiam *Mustelae*. Hanc velim te flagitare ab eo et mihi quam primum mittere. Novi si quid habes ex vicinia, amabo te significes. Non enim dubito, quin motus futurus sit de restituendo *Virtebergensi*. *Angliae rex* edidit articulos contra Rom. Pontificem, in quibus Romani Pontificis auctoritatem extenuat, et provocat ad Synodum. Omnia ubique spectant ad insignem mutationem. Orabis igitur Χριστὸν, ut tantas tempestates clementer gubernet. De sacerdotiis Gothanis non visum est scribere ad principem. Nam nos negotii circumstantias non satis scimus, et in aula scis haec leviter curari. Verum si ita tibi omnino videbitur, adiungemus nostram querelam ad vestras literas, videlicet nomine Inspectorum scriptas. Bene vale. 12. Martii.

Philippus.

---

1) March. Brandenburg.

2) Lutherus incensus ab Amsdorfio.

*) Snegass.: Viro venerabili D. Friderico Myconio amico suo. Zu Gotha.

**) Snegass. nomen suppressit, N. scribendo.

No. 1175. **15. Mart.**

M. Bucero.

Edita in Centuria epistol. theologicar. ad Ioannem Schwebelium p. 198. Nunc accuratius edita ex autographo, quod Argentorati in tabulario Eccles. Evang. asservatur, et ex quo mihi descripsit Clar. *Strobelius*.

Doctissimo viro D. Martino Bucero, docenti Evangelium Argentinae, suo amico,

S. D. Memini me in Conventu *Spirensi* hortari D. *Iacobum Sturmium*, ne Anabaptistas in urbem vestram reciperetis, futuros aliquando permolestos hospites. Vides † enim" in eo genere, cum summa inscitia coniunctam, incredibilem quandam αὐθάδειαν, et opiniones habent minime aptas civitatibus de bonorum communione et similes fanaticas persuasiones. Mihi perinde obsessi videntur, ut olim, qui subito † velut" ecstasi quadam rapiebantur ad quaerendas Divorum statuas. Sed venio ad disputationem tuam. Nos omnes hic iam olim ita sentimus, ac principi ante aliquot annos in eam sententiam scripsimus, pertinere ad Magistratus officium prohibere ac punire, ut cetera externa flagitia, ita blasphemas*), item seditiosas doctrinas, si tamen efferantur. Quod si haberem exemplum scripti, quod ad Principem nostrum misimus, adiicerem id his literis; sed nunc habere non potui, verum rationes et fontes obiter indicabo.

Primum de seditiosis doctrinis non opinor ambigi, certe Magistratui commissa est tutela pacis publicae, quare non debet tolerare eos, qui spargunt dogmata, quae dissolvunt civilem societatem, qualia sunt illa Anabaptistica de Platonica communione rerum, de non iurando, de paupertate, de non exercendis iudiciis, de non adeundis Magistratibus, de coniugiis non rebaptizatorum † etc." Nec enim tibi ignota sunt. Vides quam difficulter retineri etiam politica obedientia possit, si vel maxime ornetur, ut certe Paulus eam honorifice praedicat. Quid futurum est, si licentia detur τοῖς τετυφωμένοις, revellendi omnia vincula humanae societatis? Omnino Diabolicus quidam furor est, cui obsistere debent Magistratus, sicut aliis erroribus, a Diabolo immissis, ut parricidiis, incestibus obsistere debent. Idem iudicandum est de his, qui etiamsi non habent seditiosa dogmata, tamen per seditionem impetum in alios faciunt, cuiusmodi erant apud Augustinum Circumcelliones. Et fuerunt in Oriente mul-

---

*) Schwebel. *blasphemias*.

tarum sectarum turbulenti homines, qui soliti sunt, ut scis, in aliorum Ecclesias impetum facere, ac in ipsis templis ciere pugnas. Sed complures sunt etiam blasphemi[1]. De hac parte scio, quosdam solere dubitare. Voco autem blasphemos, qui articulos habent, qui proprie non pertinent ad civilem statum; sed continent θεωρίας ut de divinitate Christi et similes. Etsi enim[2]) gradus quidam sunt, tamen huc etiam refero baptismum infantum. Pronuntio[3]) itaque: blasphemas doctrinas a Magistratu prohibendas, arcendas et puniendas esse. Ratio est, quia Magistratui commissa est tutela totius legis, quod attinet ad externam disciplinam et externa facta. Quare delicta externa contra primam tabulam prohibere ac punire debet. Nec vero hoc dubium est. Vides in omnium gentium legibus extare poenas periurii, item blasphemiarum. Etsi autem possum allegare Mosaicae legis exemplum, tamen, eo omisso, videamus alia.

Apud Danielem Nabuchodonosar,[4]) rex ethnicus, conversus iam ad veram pietatem, legem edit[5]), in qua poenam minatur omnibus, dicentibus blasphemiam contra Deum Israel. Item Paulus inquit: lex posita est, *τοῖς ἀσεβέσι, καὶ ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις.*

Denique lex naturae non potest abrogari, quae[6]) ipsa praecipit potestatibus, ne patiantur Deum contumelia affici, sicut sonant verba secundi[7]) praecepti, quae profecto sunt legis naturae: *qui nomine Dei abusus fuerit, non erit impunitus.* Id natura scripsit in omnium sanorum sensibus, quare non solum concessum est, sed etiam mandatum est Magistratui, impias doctrinas abolere, et tueri pias in suis ditionibus. Ac[8]) sicut Doctores debent Magistratui ostendere, ad officium Magistratus pertinere, prohibere adulteria; ita in hoc articulo ostendere debent, quid sit officii[9]) Magistratuum. Deinde cur nos iam recta docentes defendunt Magistratus, cur aboleverunt impios cultus, si Magistratus non habet mandatum Dei, ut doctrinam Religionis veram tueatur, remota impia? Nosti versiculum:

Et nunc reges intelligite, qui iudicatis terram.

Haec copiose scripsit *Lutherus* in Psalmo 82: *Deus stetit in Synagoga Deorum.* Dei appellatio communicatur Magistratibus certe praecipue, ut Dei honorem ornent. Sed hic reclamant[10]): *atqui fides debet esse libera. Magistratus non potest efficere, ut sentiamus aliter.* Ad haec brevis est responsio. Nec fides cuiusque[11]), nec tacita in animis opinio pertinet ad iudicium Magistratus; sed externum exemplum, cum doctrina fertur, laedit gloriam Dei, offendit infirmos, etc. Ideo Magistratus obsistere debet, qui iudicat non de arcanis animi cogitationibus, sed de dicto, facto, quod prolatum est. Ideo non scripsimus prohibendas esse blasphemas doctrinas, si non efferantur. Sed obiiciunt exemplum nobis periculosum: si haec pertinent ad Magistratus, quoties igitur Magistratus iudicabit aliquos errare, saeviet in eos. Caesar igitur debet nos opprimere, quoniam ita iudicat, nos errare. Respondeo: certe debet errores et prohibere et punire. Sed extant leges Ecclesiasticae in scripturis et alibi, quae iubent, quomodo[12]) praecedere recta cognitio debet[13]). Non est enim solius Caesaris cognitio, sicut in urbibus haec cognitio non est tantum Magistratus prophani, sed est Doctorum. Viderit igitur Magistratus, ut recte iudicet. Deinde, ut in ceteris criminibus, ita his etiam[*]) gradus observandi sunt. Nec ego de genere poenae disputo. Arbitror, leges in Codice de rebaptizatione propter seditiones Circumcellionum tam atrociter scriptas esse. Magistratus prudens habebit discrimen personarum et criminum. Aliter tractandi sunt authores opinionum malarum, aliter hi, qui, errore lapsi, sanari possunt. Nos hic habuimus hominem furiosissimum *Austriacum*, qui, cum videretur natura seditiosus esse, tamen non est affectus ultimo supplicio; sed tolerabili carcere tantum eo retentus est, ne alibi noceat. Et nunc agnoscit errorem. Ait, se voluisse reformare mundum, nec se suum officium intellexisse. Omnino factus est moderatior. *Lutherus* rationem optimam in hac deliberatione de Anabaptistis afferebat. Dicebat, constare iam sine ulla dubi-

1) Schweb. *blasphemi sunt.*
2) Schw. *autem.*
3) *Pronuntio* abest a Schweb.
4) *Apud Nabuchodonosarem*, Schw.
5) Schw. *dedit.*
6) Schw. *quia.*
7) *secundi* excidit a textu Schw.
8) Schw. *At.*
9) Schw. *officium.*
10) Schw. *reclamat.*
11) Schw. *cuiusquam.*
12) *quando* Schw.
13) *debeat* Schw.
*) *his etiam*] Schw. *etiam his.*

tatione. Sectam Anabaptisticam Diabolicam esse, quia omnes habent opiniones supra ipsum Anabaptismum perniciosissimas. Ideo Magistratum sine dubitatione debere, ut sentio, non tam multis Anabaptismi ceremoniam considerare, quam ipsum sectae genus, quod certum sit a Diabolo ortum esse. Et vides, quas secum pestes trahat. Plerique omnes Monasticas habent opiniones de operibus, item seditiosas contra civilem vitam; item, ut aliud nihil profiteantur, certe nostrum totum ministerium damnant. Id non facturi, si spiritu Christi agerentur, etiamsi in una hac Ceremonia haec esset dissensio. Damnant item ministerium publici verbi; id autem impium et seditiosum est. Itaque non dubito suadere Magistratibus, ut obsistant Anabaptistis, poenas pro [14]) circumstantiis tamen moderare etiam suadeo, idemque [15]) ut suadeas tuis Magistratibus, te etiam atque etiam adhortor, et precor, ut Christus faveat tuo Ministerio teque gubernet. Habes non solum meam, sed omnium nostrorum sententiam de Anabaptistis. Fuerunt mihi cum multis hac de re certamina. Vide quaeso *Lutheri* enarrationem in Psalmum

Deus stetit in Synagoga Deorum.

Volo tibi persuasissimum esse, me et tui et tuorum amicorum esse amantissimum, καὶ ἐρῶς ὅτι *οὔτε λοιδορῶ ὑμᾶς, οὔτε δυσμενῶς περὶ ὑμῶν, ἢ* [16]) *καθ' ὑμῶν λέγω*. Et fortassis hic annus [17]) adferet occasionem colloquendi *περὶ δογμάτων*; impendet enim magna rerum mutatio in Germania. Doleo *Lutherum* renovare certamen cum *Erasmo*. Sed video haec esse plane *ἀναγκαῖα κακά*. Bene vale ac me ama, et rescribe. 1534, Dominica Laetare.

Philippus.

No. 1176. 22. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. [illegible] sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bamb. amico suo sum.

S. D. Posteaquam unguentum ad te misi, de quo litteras dedi filio *Michaelis Cadensis*, attulit no-

14) Schw. *Anabapt. ex circumst.*
15) Schw. *denique.*
16) Schw. *aut.*
17) Schw. *annus.*

[illegible] Medicus. Id dedi [illegible] Bollicitus [illegible] habitus, ut intellige, in [illegible] urbis [illegible]. [illegible] rus per [illegible], nisi hic mihi tam sancte promisisset. Medicus de usu mihi dixit, mane, item ante coenam, videlicet post concoctionem, ungendum esse laborans membrum hoc remedio, sed ita, ut quaedam mollis frictio praecedat, ait, remedium calidum esse, et cum aperiendi tum attrahendi caussa tam calidis utendum esse: haec sunt meo iudicio *εὔλογα*. Ait mitius esse unguentum antea missum. Christus faciat, ut sint felicia remedia, et ut feliciter revalescat puer.

De *Cygnea* fabulosum est, quod de adultero [illegible]. Pugna inter cognatos Romanos etiam non magna adeo atrox fuit, ut feratur. De Publ. rebus apud nos nunc mirum silentium est. Etsi enim sciebam *τὸν Μακεδόνα* aliquid moliri, tamen obsidio *Monasterii* in Vestvalia moratur eum. Fabulosum et illud puto, quod quidam iniqui nostris spargunt, *Geldrensem* [illegible] ditionem Caesaris, praetextu caussae *Monasteriensis*. Et ut verum sit, bene spero *περὶ Μακεδόνος*, fata ei prolixe promittunt, nec opprimebant his technis caussam religionis *οἱ [illegible] ἀρχιερεῖς*. Expecto litteras tuas de rebus omnibus vestris. Significabis autem mihi, an utrumque remedium ad te pervenerit. Bene ac feliciter vale. Tuas litteras accepi, ex quibus intellexi, ad te pervenisse responsionem nostram *περὶ τῆς θέσεως*, de qua nunc non disputabo, tantum precor Christum, ut tua consilia gubernet ad salutem tuam. Iterum vale feliciter. XI. Cal. April.

Philippus.

No. 1177. 29. Mart.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 228 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo.

S. D. Iam dederam alteras ei litteras ad te, cui remedium perferendum tradidi, cum venit *Paulus Eberus* ad me, ac rogat, ut sua studia ac sa-

literam suam tibi commendem. Ipse scribit ad *Colerum*, et orat ut sibi concedat diutius eo stipendio frui, quod ipsius beneficio habuit hactenus. Velim *Colero* persuasum esse, nusquam collocari eum pecuniam melius in ullum posse, quam in *Paulum*. Est enim, cum moribus optimis praeditus, tum vero verae ac Germanae Philosophiae praecipue studiosus, maximeque abhorret ab eius iuventutis opinionibus, quae nunc spreta vera doctrina tantum in illas artes irruit, quae videntur πρὸς τὰ ἄλφιτα facere, aut certe ad *κενοδοξίαν*. Quare te, mi *Ioachime*, etiam atque etiam oro, ut et meo et tuo nomine diligenter commendes *Colero Paulum*, eique hoc beneficium impetres, sine quo tueri studia vix poterit, scis nobis omni ratione tuendos esse eos, qui de veris studiis recte sentiunt, et, ut ait Plato, *γνησίως* philosophantur. Ac vero *Colerum* scio ea virtute esse praeditum, ut hoc genus studiosorum maxime complectendum atque ornandum sibi esse ducat. Est enim meo quidem iudicio cum *φύσει*, tum vero etiam *τῇ προαιρέσει φιλόσοφος*. In alteris litteris scripsi mirum esse silentium de Republ. apud nos, nisi quod obsidio *Monasteriensis θρυλλεῖται*. Caetera videntur studio occultari. Tuas litteras expecto. Bene ac feliciter vale. *τῇ κυριακῇ* Palmarum.

Φίλιππος.

No. 1178. **6. Apr.**

I. Hesso.

Epist. lib. VI. p. 341 sq. — Apographon in cod. Bav. Vol. II. p. 618. et cod. Mehn. III. p. 93. — Autographon Mel. in cod. Rehd. Vratislav. Vol. V. nobis contulit S. V. Schulzius.

Iohanni Hesso.

S. D. Quod faustum felixque sit. Mitto ad te adolescentem *Sebastianum Delicianum*, quem iudicavi idoneum esse ad docendos pueros illos *ὁμωνύμους τοῖς πατριάρχαις*. Est enim praeditus ingenio placidissimo et modestis moribus et eruditione satis magna pro ea aetate. Mysnensis est, cuius gentis linguam et ingenia cum Slesiacis maxime convenire iudico. Tribuo autem utrisque plus humanitatis quam vicinis Saxonibus, quos plane arbitror posteritatem esse Pyrrhae et Deucalionis, ortam e Saxis. Est autem adolescens meam fidem sequutus in hac profectione suscipienda. Nihil certi ei sum pollicitus, sed iussi eum totam rem fidei et humanitati tuae committere. Curabis igitur ut et victum habeat, et praeterea aliquid mercedis. Neminem tam procul mitterem ad incertam conditionem, nisi tua hoc fretus humanitate summa facerem. Habebat hic conditionem satis commodam, sed ego autor fui ei praeferendae Vratislaviae ac vestrae consuetudinis, huic alioqui non aspernandae conditioni. Totam rem tuae fidei et humanitati, mi *Hesse*, commendo. Quare dabis operam ne adolescens existimet, se a me deceptum esse, aut frustra me tibi tantum humanitatis tribuere.

Quid geratur in nostra Germania, perscriberem tibi copiosius si quid haberem explorati. *Monasterium* in Westvalis scis obsidione premi. Tenetur enim ab Anabaptistis, qui inde cives saniores eiecerunt. Multi suspicantur, *Hessum* et *Bavaros* moliri restitutionem Ducis *Wirtebergii*: sed adhuc quidem nihil moveri audio. Heri ex *Francofordia* literas accepi, quae tamen nondum habebant quidquam certius, quam quod modo narravi. Mitto tibi *Buceri* et *Carolostadii* literas, quas resignavi. Nam *Bucerus* mihi peramicus est, nec ego odiose rixor cum eo. Bene vale. Postridie Paschatos 1534.

† Philippus."

No. 1179. **(12. Apr.)**

G. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 68ᵃ. ep. 92. descripta a Cl. Gersdorf.

Ad Spalatinum.

S. Magnae mihi voluptati fuit congressus atque oratio *Crosnensis* Evangelistae *). Visus enim est praeditus singulari cum gravitate, tum humanitate. Sed illud perincommode cecidit, quod non est passus diutius se hic retineri, cupiebam enim ei meam erga ipsum benevolentiam, usitato genere officiorum, quae solent hospitibus tribui, declarare. Sed ipse maturandi reditus causas mihi satis graves commemorabat. Ego vero illud Homericum **) servare soleo: *χρὴ ξεῖνον ἐθέλοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.* Mitto

*) Pastorem Crosnensem Viteberga abiisse d. 12. April., intelligitur ex epistola Lutheri ad Spalatinum apud de Wett. T. IV. p. 529. Ergo fere d. 12. Apr. h. a. est scripta.

**) Odyss. 15, 74.

tibi chartam literarum *Sabini*, quas *Patavio* misit. Ex *Francofordia* multum sane literarum accepi, in quibus de Anglicis rebus deque Gallicis quaedam insunt, sed ut existimo tibi non ignota. Bene vale. Mense Aprili 1534.

Φίλιππος.

No. 1180. 18. Apr.

Maior ad Spangenbergium.

Manlii farrag. p. 456 sq.

Viro opt. ac doctiss. D. M. Ioanni Spangebergio, verbi Dei apud Northusanos ministro, amico summo suo, G. M. (Georg. Maior)

S. Brevitatem literarum eadem ratio, qua tu uteris, vir humanissime, excusabit. Non minus enim parum commoda valetudine ab iisdem Paschalibus feriis, quam tu, ego quoque nunc utor. febris quidem nondum invasit: sed languet tamen totum corpus, ac ad cibum nauseat stomachus: suntque alia plurima imminentis morbi indicia. Neque tamen scholasticus labor quicquam mihi imminuitur: imo ex discipulorum frequentia quotidie augetur. Confluunt enim nunc magno numero studiosi pueri. Poterant quidam hypodidascali multum levare laborem: sed pauci admodum sunt, qui serio urgeant suum officium, nisi ego praesens monitor semper adsistam. Itaque totus fere labor mihi incumbit, quanquam decem habeam συνέργους. Saepius mihi etiam molestiam auget hominum ingratitudo, qui pro immensis laboribus malam gratiam referunt: sed nescio quomodo in hanc querelam delapsus sim, quam tu tamen pro tuo candore et humanitate boni consules. Bene vale: ac valetudinem utriusque curet ac tueatur, in cuius manu nostra omnia sunt sita. 18. Aprilis, 1534.

No. 1181. 30. April.

Laz. Spenglero.

Epist. lib. VI. p. 256. — Hic ex autographo Melanth. in cod. Monac. I. p. 295.

Ornatissimo viro, D. Lazaro Spenglero, Senatori urbis Noricae, suo patrono

S. D. Quod interdum vobis causas amicorum commendo, spero vos pro vestra summa humanitate boni consulere. Scitis enim haec officia in vita necessaria esse. Quidam Bibliopola *Georgius Rotmair*, qui vobis has exhibet litteras, decrevit petere ius Civitatis vestrae. Ea in re petit, ut vestra autoritas et benevolentia ipsum adiuvet. Ingenio est modesto, et hactenus quidem bona fide hic negotiatus est. †Nescio leges urbis vestrae." Si quid tamen ei commodare potestis, ut consequatur ius Civitatis †mediocri pecunia"; quaeso vos per humanitatem vestram, et propter meam commendationem amanter eum adiuvetis. Bene valete. Pridie Calend. Maii 1534*).

†Philippus Melanthon."

No. 1182. 30. Apr.

Leonh. Fuchsio.

Epist. lib. VI. p. 271 sqq.

Clarissimo et doctissimo Viro, Dn. Leonharto Fuchsio, Philosopho, et Medicinae Doctori ac Professori, amico S. carissimo.

Postquam legi narrationem tuam εἰς τὸ ἕκτον Ἐπιδημιῶν, ita sum incensus studio atque amore tui, ut magnopere expetiverim amicitiam tuam. Etsi enim non exerceo Medicinam, tamen cognitio me delectat, ex qua quidem ad meum usum etiam aliquid transfero. Itaque tuus libellus ita mihi notus est, ut ungues mei, cuius rei testes habeo multos doctos viros, qui meo iudicio meaque praedicatione commoti tuum scriptum legunt, et secum passim in sinu circumferunt. Cum autem ad amorem excitandum nihil sit efficacius, quam virtutis atque doctrinae de altero opinio, facile poteris existimare, me tui amantissimum esse. Quare mihi pergratum est, quod me litteris tuis amantissime scriptis ad amicitiam invitasti, tibique polliceor, nusquam defuturum mihi in te colendo studium aut fidem. Tu posteaquam humanitatis tuae specimen egregium mihi praestitisti, quod prior ad amicitiam provocasti, haud dubie non dissenties rursus a te ipso. Sed dicam tibi, qua re et de me et de tota Repub. maxime mereri possis. Scis in scholis Physica, quae sic vocantur, Ἀριστοτέλεια vel potius Tartaretica aut similia, frigidis ac insulsis disputationibus referta esse. Nos igitur hic *Physicam* scribere instituimus, ac iam partem aliquam operis absolvimus. Fatebor tibi quod est commune vitium omnium

*) Lib. VI.: Anno CIƆIƆXXXIV.

artificum, placet mihi ipsa forma operis. Multas enim iam gravissimas disputationes et ad vitam utiles, et habentes liberalem doctrinam explicavi, et ut spero genere orationis etiam probabili. Nunc cum ad hominis et animae naturam accedimus, magnopere cupio inserere ἀνατομίαν, et partium naturas, varietates temperamentorum, id est, κράσεων, humanarum causas et species, quarum rerum nulla fit mentio in vulgaribus Physicis. Hic tua nobis opera plurimum prodesse poterit, si vel edas ipse, vel nobis mittas de his locis ea, quae maxime videbuntur digna cognitione. Nam *Alexandri Benedicti* pertenuis et puerilis libellus est. Vellem ex anatomicis *Galeni* confici iustum opus, adhibitis etiam usitatis hoc tempore nomenclaturis, hac de re quaeso ut deliberes. Non enim dubito, quin si sit otium iuvare studia cupias.

De Politicis quod a me petis, facerem libenter, nisi scirem nos plane ab illis ψευδοπολιτικοῖς, qui nunc sine ulla liberali doctrina dominantur, derideri. Nobis igitur et Musis philosophemur. Ideo ad utilitatem Scholarum mea studia dirigo. Bene vale, et rescribe. Prid. Cal. Maii, Anno 1534.

No. 1183. (Apr.)

Fr. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 44.

Viro optimo D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothensis, suo amico summo.

S. D. Mitto tibi sententiam de negotio matrimoniali cuiusdam in Quaestura *Reinhardsbornensi*: teque rogo, ut Quaestori eius loci significes, nos non approbare coniugium vitrici ac viduae privigni. Nam licentia vulgi omnino refrenanda est: sed si in aula aliud impetraverit, nihil ad nos. Te oro, mi *Friderice*, quantum potes, des operam, ne tibi sit rixandum περὶ πολιτικῶν πραγμάτων cum tuis civibus, et illum fictum amicum fucatis officiis retinere studeas, ne homines improbi desiderare in nobis civilitatem et comitatem possint. Omnino, ut vides, gravem servitutem servimus; qui iam docemus Evangelion: sed tu videbis mundum poenas huius crudelitatis daturum esse, et brevi id fiet. Nam haec aestas non erit tranquilla. *Macedo* haud dubie aliquid magni movebit*), nec me tam movent Turcici rumores, quam *Macedonis* fata. Bene vale.

Philippus.

No. 1184. 1. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 224 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico summo Noribergae,

S. D. Scire cupio, an acceperis utrunque remedium, misi enim per homines fidos, ut mihi quidem videbantur, et precor ut sint felicia. De nostris rebus nihil admodum quod scribam habeo, nam etsi arbitrabar famam ad vos perventuram esse de huius urbis incendiis, et de quodam latrunculo**), qui bellum indixit ditioni Saxonicae, tamen rem non puto dignam esse nostris litteris. Et ut spero beneficio Dei et vigilantia magistratuum hoc periculum facile depelletur.

Nunc *Lipsiam* proficiscar, moliuntur enim quidam διαλλαγάς τινας τῆς διδαχῆς, sed ego existimo paulo post longe alias διαλλαγὰς faciendas esse. ὁπότερος δὴ τῶν ἀντιστρατηγούντων victor erit, πρότασιν vides maximarum mutationum in Germania, ac meministi nos ista praedicere ante annos aliquot.

Amabo te, scribe mihi quam copiosissime περὶ Μακεδόνος, quicquid habebis. De *Sophocle* valde habeo tibi et ago gratiam. Bene vale et rescribe. Cal. Maii.

Philippus.

No. 1185. 1. Maii.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 225.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico suo summo, Noribergae,

S. D. Hodie tibi scripsi per *Basilium*, nunc tibi hunc iuvenem commendo, ut mihi quidem vide-

*) Videtur loqui de expeditione Philippi Landgravii ad restituendum Ulricum, Ducem Würtemberg., quae fuit mense Maii. Quod si ita est, epistola scripta est mense Apr. 1534.

**) *Hanss Kolhase* appellabatur, secundum Clav. Wolf. *Bolhase* (male), civis Berolinensis; de quo supplicium sumtum est Berolini 1540. — De incendiis illo tempore factis vid. Lutheri epp. ad Spalatinum et Hausmannum d. d. 12. Apr. 1534.

ter, modestum et humanum, nec illiteratum. Pharcensis est, sed nunc est legati Gallici, qui nuper Augustae fuit, comes. De meis sermonibus incensus est cupiditate videndi ac salutandi te, scis hoc genus μικρῶν φιλοφρονημάτων non esse adolescentibus negandum. Dedi ei petenti litteras ad legatum de negotiis religionis, ac de Synodo. dicit legatum vehementer contendisse cum Rom. Pontifice *Massyliae*, ne rem agat violenter. Bene ac feliciter vale.

Φίλιππος.

No. 1186. (hoc temp.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 225 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bamberg. amico suo summo,

S. D. Hanc epistolam dedi iuveni ex equestri ordine *Theodorico Pleningero*, qui cum in patriam rediturus esset per Noricum, salutare te cupiebat. Etsi enim hic operam dedit Iuri civili, tamen hanc nostram philosophiam etiam suspicit et colit studiose. Quare mihi cum eo non solum propter communem patriam, sed etiam propter studiorum societatem familiaritas fuit. Et ut mores tibi magis probentur, contubernalem scias fuisse *Sillingi* compatris mei viri optimi. Est autem tui percupidus, cum propter nostram amicitiam, tum etiam propter egregias virtutes tuas. Quare te quaeso, ut eum pro tua summa humanitate amanter excipias. Scriberem hac de re longius, nisi mihi tua in omni officii genere diligentia nota esset. Cognosces autem hunc iuvenem non solum eruditione, sed etiam modestia magna praeditum esse; quem quidem ob eam caussam magis amare debemus, quod eius *Plinii* nepos est, cui *Rodolphus Agricola* dedicavit libros Dialecticos. Nomen enim *Pleningerii* vertit in *Plinii* nomen. Remedium a Principe missum dedi ad te perferendum cuidam vestro civi: significabis igitur mihi an acceperis, bibliopola est *Petrus* nomine: sed mihi venit in mentem de tabe, si membrum luxatum aut fractum non recte curatum est, ante omnia danda erit opera, ut rursus recte consentiant iuncturae; si modo id fieri potest: sane scire cupio tabis caussam. In Italia dicuntur magni esse *Hispanorum* exercitus, quod aiunt, venturum ad turbandam Germaniam, horribile bellum impendet. Amabo te, perscribe mihi vestrorum coniecturas. Bene vale.

Philippus.

No. 1187. (3. Maii.)

Io. Friderico, Electori.

† Ex autographo in tabul. Vinar. Reg. H, fol. 88. no. 34. Non manu Philippi scriptum, sed a scriba descriptum, Philippi tamen manu passim mutatum, eiusdemque manu etiam inscriptum his verbis: „*Handlung zu Leipzig von der Religion; Unserm gnädigsten Herrn dem Churfürsten zu Sachsen zu überantworten.*" Habitus est conventus Lipsiae d. 29. et 30. Apr. auctoribus Archiepiscopo Moguntino et Georgio Duce Saxoniae. Convenerunt *Vehus* et *Türck*, Moguntini, *Iulius Pflug* et *Georgius Carlowitz*, legati Ducis Georgii, *Melanthon* et *Pontanus* legati Electoris. Vid. Seckend. hist. Luth. lib. III. p. 90., qui totam rem uberius narravit.

(Narratio de conventu Lipsiae.)

Zum Eingang ist geredt worden, daß dieses sollt ein ungefährlich gesellig Gespräch seyn, und sollt heimlich bleiben, allein, daß man unsern gnädigsten und gnädigen Herren beides Theils müßt Anzeigung thun, was davon gehandelt.

Darnach ist von der Ordnung der Artikel geredt, daß man die Ordnung halten soll, wie sie in der Verzeichniß ist der Augsburgischen Handlung. Was auch da concordirt, soll mit denselbigen Worten also bleiben. Die Ordnung haben wir nicht angefochten; aber die Worte der Augsburgischen Verzeichniß haben wir nicht wollen annehmen, als darin Eck etliche Worte seines Gefallens geschrieben hat ꝛc. Auch so man eine rechte beständige Concordia machen wollte, müßte man nicht also dunkel mit einander handeln, wie zuvor; und dieweil es je ein ungefährlich gesellig Gespräch seyn sollt, sollt man nicht hinter dem Berg halten, und die Leute mit Worten täuschen wollen. Also haben wir die Articul vorgenommen vom ersten, vom andern, das ist von der Erbsünde, vom dritten, sind wir einträchtig. Darnach sind wir kommen auf die Articul vom Glauben und Verdienst; davon haben wir lang disputirt, und hab ich declarirt, was unsre Lehre sey, und wie es zu verstehen, daß wir sagen: *sola fide*, daß die Person allein um Christus Willen gewißlich Gott gefalle; und darnach muß der Gläubige vor Gott auch solche Werke der Gerechtigkeit haben, daß er ein gut Gewissen habe, obgleich die Person Gott um anderer Ursach willen gefället.

Und wiewohl D. Wehe solches nicht anficht; so wollt er doch meine Stellung der Vergleichung nicht annehmen, denn er steckt in seiner Phantasey, daß er Gnad und Gerechtigkeit deutet nicht: Gottes gnädigen Willen und Gunst, sondern: unsre Verneuerung in uns. Er stellte etliche Form, die ich auch verwarf, und noch die Copien bei mir habe. Endlich stellet er diese Form zu Latein, die ich jetzt verdeutscht habe, wie folget:

„Die Gerechtigkeit wird erlangt ohne vorgehende „Verdienst der Reue oder Glaubens, oder Lieb oder „Hoffnung, oder ander Werk, sondern widerfährt uns „durch Gottes Gnad allein, die in Gotteswerk, so er „uns gerecht macht, wirkt erstlich in uns Glauben, da„durch wir an Gott, der uns gerecht macht, glauben, „und fest an seinem Wort und Verheißung der Gnade „hangen. Durch diesen Glauben aber wirket Gott in „uns die Liebe, dadurch wir Gerechtigkeit lieben und „Unrechtes hassen. Auch wirkt er Hoffnung, dadurch „wir vertrauen auf seine Barmherzigkeit, durch welche „allein die erschrockenen Gewissen getröstet werden. Und „lehren diejenigen recht, so in diesem Verstand sprechen, „daß der Glaube allein gerecht mache, nämlich daß sie „von der Gerechtmachung ausschließen Verdienst der „Lieb und ander Werk, und sagen, daß allein Gnade „und Barmherzigkeit uns gerecht mache. Aber gute „Werke von Gott gebothen muß man thun, nicht daß „Gerechtigkeit nicht umsonst um Christus willen erlangt „werde, sondern darum, daß Gott gute Werke gebothen „hat, daß auch Gerechtigkeit und Glaube nicht bleiben „kann ohne gute Werke, und ist noth, die sündliche „Lust in unserm Fleisch mit guten Werken zu tödten, „daß die Verneuerung des Geistes zunehme."

Dieses, wie erzählt, ist der Articul, wie er vom andern Theil gestellet; und wiewohl wir dennoch Bedenken hierin gehabt, die wir auch angezeigt; haben's aber nicht (i. e. so haben wir doch nicht) weiter gestritten, sondern also für uns dießmal diese Form für leidlich bleiben lassen.

Von der Messe.

Darnach begehrten wir, man sollt den Articul von der Communion vornehmen. Aber der andere Theil bedacht, man sollte zuvor von der Messe reden. Denn, so man von der Meß nicht einträchtig würde, wäre alle Handlung sonst vergebens, und mag es in rechter Wahrheit sagen, daß man uns mehr zumuthet der Messe halber denn zu Augsburg geschehen. Und nach langem Zanken ist der Gegentheil darauf gestanden, die Meß, nämlich die Nießung, sey ein Werk für Andere verdienstlich. Das haben wir nicht wollen zulassen. Da wir nun dieses Stücks nicht einträchtig worden, wollt Wehe nicht weiter schreiten zu andern Artikeln, und nach vielem reden stellte er doch ein Articul. Dagegen, wie öffentlich angezeigt, daß wir nicht darein willigen, doch damit wir also ein Ende machten, so wollten wir den Articul abschreiben, unsern gnädigsten Herrn zu berichten. Ob er aber recht und förmlich sey, daß es zu Einigkeit dienen möge; mag ein jeder verständiger richten.

Articul des Wehen von der Messe.

„Die Meß ist ein Opfer des Lobes, Gebeths, der „Bekänntniß des Glaubens, der Danksagung und Ge„dächtniß des Todes Christi, dazu von Christo einge„setzt, nicht daß durch Haltung der Meß eine neue Ge„nugthuung für der Welt Sünden geschehe, gleich als „hätte das Opfer am Kreuz Mangel, der durch die „Meß sollt erstattet werden, so doch das Opfer am „Kreuz genugsam ist für viel Welt, sondern daß das „Opfer, so ein Mal zur Bezahlung geschehen ist, stets „geehret werde durch das Sacrament, und daß dieses „ewige Opfer im Gedächtniß bleibe, damit unser Herz „etwas habe, dadurch es erinnert werde der göttlichen „Gnade, und durch solche Erinnerung seinen Glauben „mehre, und mit Liebe entzündet werde, und Hoffnung „aufrichte, und dem Herrn Christo danke für seine „Barmherzigkeit und Wohlthat. Dazu ist es ein tröst„lich Abendmahl, allen Hungrigen und Dürstigen von „Christo zugerichtet, daß sie dadurch die hungrige Seele „ersättigen, und wider ihre Schwachheit erlangen un„überwindliche Stärke. Und dieses Abendmahl hat „gnädige Verheißungen von Christo, dadurch wir die „erschrockenen Gewissen trösten mögen. Es sollen auch „Privatmessen nicht abgethan werden, sondern man soll „verhüten, daß man sie nicht unziemlich verkaufe."

Als wir nun diese Form nicht angenommen, ist weiter disputirt worden, und ein Form also gestellt worden.

„Die Meß gilt nicht allein als ein Sacrament, „damit die Gewissen zu trösten, sondern auch als ein „Opfer, also, nicht daß sie ein Werk sey, dadurch Ver„gebung der Sünde verdienet werde, dem Priester oder „andern, sondern daß es eine gemeine Danksagung ist „der Kirche, und ein Werk, eingesetzt zu Erhaltung des „Gedächtniß Christi, wie die Ceremonien im alten „Testament; über das, daß sie Zeichen sind gewesen „künftiger Erlösung, sind sie auch Werk gewesen zur „Danksagung verordnet, und zum Gedächtniß, daß „Gott dieses Volk erwählet hat."

In dieser Form hat der Gegentheil diese Worte herausgethan: „nicht daß sie ein Werk sey, dadurch Vergebung der Sünde verdienet werde“, und hat dagegen diese Worte darein geschmieret: nicht daß es ein Werk sey, das durch sich ohne Glauben derer, so opfern, oder für die es wird geopfert, andern zur Seligkeit nützlich sey, sondern daß wir dadurch den Vater durch Christi Tod vermahnen, daß er die Gnade, so am Kreuz erworben ist, wolle denjenigen, so opfern, und für die es geopfert wird, mittheilen, und dadurch wir das Gedächtniß des Todes Christi erneuen.

Diese Form haben wir verworfen derhalben, daß sie ihm das wollte vorbehalten, daß die Meß Vergebung der Sünden andern verdien, haben sie doch auch verzeichnet, unsern gnädigsten Herrn zu berichten.

Wiewohl nun der Handel ein Ende hat, arbeitete doch Carlowitz, daß man sollt fortschreiten zu andern Articuln. Darauf ward ich wiederum zu den andern Herrn gefordert. Da fing Vehe den Meßhandel wiederum an, und disputirte von einer solchen Form:

„Die Meß gilt nicht allein als ein Sacrament „sondern auch als ein Opfer, nicht daß das Werk verdiene dem Priester oder Andern Gerechtigkeit, sondern „daß die Gebethe darin nützlich sind, so für andere bitten im Gedächtniß des Leidens Christi, daß ihm Gott „mittheile die Frucht des Leidens Christi, und ist das „Gebeth nützlich nicht ex opere operato, sondern so „es geschiehet im Glauben. Ob aber das Werk der „Nießung und nicht das Gebeth andern verdienstlich sey, „ist man nicht einträchtig.“

Darnach wollten sie weiter schreiten. Weil aber D. Brück nun bei andern Händeln war, ließ ich es bei dem gestrigen Abschied bleiben, nämlich daß jeder Theil ihre gnädigsten und gnädigen Herren dieser Handlung berichten sollte, darauf zu bedenken, ob man wieder zusammen schicken wollte, und ob man des anhangenden Articuls halb von der Messe könnte näher zusammenkommen; und ob man uns wieder zusammen schicken wollte oder nicht, das soll ich D. Vehen zuschreiben.

Ich hab auch nicht Lust dazu sonderlich allein zu handeln, dieweil ich sahe, daß der Vehe nichts anders sucht, denn die Privatmessen wieder aufzurichten. Darum ließ ichs bei dem vorigen Abschied bleiben. Was nun hierauf weiter zu thun, wird unser gnädigster Herr wohl bedenken, ob seine Chf. Gnaden die Handlung ganz wolle abschreiben lassen, dieweil man nicht kann concediren, daß die Messe für andere verdienlich sey, und wolle solches stracks mich oder andere lassen den andern zuschreiben; Item, dieweil doch der Handel dahin will, die Privatmesse zu stärken; oder ob seine Chf. G. mehr Leute Bedenken hören wollen, ob dieselbigen hierin Mittel zur Concordia finden möchten, oder was doch zu thun ist.

Die lateinischen Verzeichniß habe ich behalten mit Doct. *Martino* davon zu reden.

No. 1188. **3. Maii.**

Pontanus ad Princ. Electorem.

† Ex autographo in tabul. Vinar. Reg. H. fol. 88. no. 34.

(Ioh. Frid. Duci Saxon. Electori)

Durchl. Hochgeb. Churfürst. E. Chf. G. sind meine unterthänige willige Dienste in allem Gehorsam mit Fleiß zu voran. Gnädigster Herr. Nachdem E. Chf. G. Magst. Philippsen Melanthon und mich verordnet zu der Unterrede die Religion belangend, so weiß E. Chf. G. ich in Unterthänigkeit nicht unangezeigt zu lassen, daß mein gnädigster Herr von Mainz und Magdeburg drei Personen verordent gehabt, als den Weihbischoff von Halberstadt, den Probst der neuen Stiftskirche zu Hall, so etwa ein Predigermönch gewesen zu Heydelberg, und D. Türken. So ist Herr Julius Pflug von des Bischoffs und zum Theil von Herzog Georgen wegen, wiewohl es nicht ist geredt worden, aber sonst niemand mehr dabei gewesen, haben die Handlungen am nächstvergangenem Mittwoch*) im Predigerkloster angefangen, und ist der Glimpf auf beiden Seiten fürgewandt, wie hoch man zu christlichen Frieden und Vergleichung, so viel immer mit Gewissen beschehen könnte, geneigt, aber doch endlich nichts daraus worden. Denn es sind allein Handlungen von Worten, und der Leute Meinung ist nicht anders denn wie zuvorhin gewest, auch nicht vermerkt worden, daß sie in solchen klaren Sachen zu entweichen geneigt, denn allein daß sie gern eine Richtung haben wollten mit solchen Worten, damit sie ihre ungegründete Sachen nicht weniger denn vorhin könnten erhalten, und daß sie nichts begeben, wie denn *Philippus* den Handel und Artikel verzeichnen, und mir dieselbe zustellen wird, E. Chf. G. dieselbe, wenn ich zum nähern Mal zu E. Chf. G. kommen werde, mitzubringen. Und ist der Abschied gewest, daß wir E. Chf. G. der Sachen und Handlung Gelegenheit

---

*) d. 29. Apr.

berichten, dergleichen sie auch thun wollten, und möchten Ew. Chur- und Fürstl. Gnaden allerseits die ungefährlichen Verzeichnisse weiter bewegen lassen, ob man nochmals einsten zu einer Vergleichung kommen, und darauf beiderseits schiedliche Leute an einem gelegenen Ort wieder zusammen verordnen möchte. D. Türk hätte sich des Handels halben müssen aufhalten lassen bis auf den Donnerstag nach Mittage, er ist aber noch desselbigen Tages von Leipzig abgereiset. Das habe E. Chf. G. ich in Unterthänigkeit nicht wissen unangezeigt zu lassen, und Ew. Ch. G. unterthäniglich zu dienen bin ich allweg willig. Datum Leipzigk, Sonntags Cantate 1534.

Gregorius Brück, D.

No. 1189. **8. Maii.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 227.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico suo summo,

S. D. Multas accepi eodem tempore tuas litteras, postquam redii *Lipsia*, in quibus mihi scholasticos aliquot commendas, quos scito mihi curae futuros esse. Id velim, ut *Calerus* etiam sciat de eo, quem ipse mihi commendavit.

De illo duce nihil adhuc certi scire potuimus. Vota quidem multorum optimorum virorum cognosco, qui optant, integrum illum servari posse ad res, quae videntur impendere cum gravissimas, tum minime inhonestas. nam haec militia eventu δοκιμασθήσεται. Ego certe τὸν Μακεδόνα non possum non amare et nolim cadere. Noster Princeps dies iam aliquot abest, subito profectus, nec scimus ubi sit, tantum suspicamur moliri eum pacificationem aliquam. Sed haud dubie vobis omnia sunt notiora: expecto igitur abs te litteras. Haec enim scripsi, partim ut videres, nos nihil habere explorati, partim ut iudicium etiam meum, vel potius opinionem ac solicitudinem hac de re cognosceres. Bene vale. Postridie Non. Maii.

Φίλιππος.

No. 1190.

G. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 68 b. [illegible] a Cl. Gersdorf.

Ad Spalatinum.

S. *Gallo*, qui fuit apud D. nobilem *de Planitz*, nondum potuimus invenire conditionem. Nam profecto confluunt huc plurimi pauperes, ac praecipue Belgae. Ego ipse domi habeo nunc Belgam nobilem hominem doctum, pulsum patria, cognomento *Dorpium*. Itaque decrevit Gallus ab Illustriss. Principe petere, ut id quod Illustriss. Princeps pollicitus est in biennium, clementer velit in unum annum conferre, hoc est, ut cum hoc anno decem, futuro rursus decem accepturus fuisset, impetret viginti illos in hunc annum. Et confirmat se non futurum deinde oneri Illustriss. Principi. Nam interim aut inveniet conditionem, aut ex patria aliquid conficiet. Ea in re ut adiuves eum te etiam atque etiam rogo. Et rogabis D. nobilem *a Planitz*, ut tecum apud Principem pro Gallo intercedat. Quaeso significes mihi, si quid habes de *Landgravio* *). Magna et periculosa res universo orbi terrarum, ac praecipue nobis ab illo mota est. Implicabuntur bello omnes reges. Et vaticinia affirmant, Gallum iterum venturum in potestatem imperatoris *Caroli*, et ad extremum casuros esse Galli συμμάχους. Sic ait *Liechtenberg* **). Leo carebit auxilio et decipietur a lolio. Bene vale et rescribe. 1534.

Philippus.

No. 1191. **14. Maii.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 227 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Posteaquam ea, quae moventur, neque nostro consilio suscepta sunt, neque nostris probantibus, sed initio dehortantibus etiam, desinamus aliquando de caussa disputare. Quamvis autem

---

*) Vi tunc restituente Ducem Wuertemberg.

**) Io. Lichtenberger, cuius vaticinia edita fuerant a. 1527. cum praefatione Lutheri.

res difficilis et eiusmodi suscepta sit, ut eventus consilium probaturus improbaturusve esse videatur, ego tamen neque maledicere neque male ominari τὴν προαίρεσιν*) volo, qui fortassis habet caussas, quas ignoramus, et tamen suspicari possumus. Illud nullo modo putes, eum haec suscipere ἀπονενοημένον, rerum domesticarum desperatione, quos rumores inimici illius spargere dicuntur. Hoc mihi exploratissimum est: Ingenii et consilii tantum ei tribuo, quantum purpuratorum nemini. Vides etiam, quae sit crudelitas, quae εἰδωλολατρεῖαι haereant in Ecclesia, quanta pertinacia defendantur. Quid si Deus illa publica vitia tum punire tum aliqua ex parte tollere decrevit? Itaque oro, ut mollis sit καταστροφὴ et Ecclesiae Χριστοῦ utilis.

De *Marpurgo* non dubito, quin sit fabula. Caeterum nihil adhuc sciebamus, nisi pergere τὸν Μακεδόνα. *Cassellae* nescio quid memorant noctu super aquis monstri visum esse, et qui viderit, eum *Lantgravio* narrasse omnia, sed hunc graviter respondisse: satis scire se nihil esse fidei habendum huiusmodi visis. Sed narratio mendacio persimilis est. Itaque operam dabo, ut mihi diligenter omnia perscribantur ab amicis Hessiacis, a quibus si quid accepero, curabo ut tu quoque habeas. Bene vale et me expectato. Die Ascensionis Dominicae.

Φίλιππος.

No. 1192. 23. Maii.

Ioachimo Anhaltino.

Edita a Beckmanno in Access. p. 118.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Ex D. *Nicolao***) intellexi, C. V. adversa valetudine conflictari, quod mihi magnum dolorem attulit, cogitanti, ad ceteras vestras sollicitudines ac difficultates, quas sustinet C. V. una cum optimis Fratribus, accedere etiam hanc molestiam***); sed dabit, ut spero, Deus cum tentatione eventum, et quidem sedulo orabimus Deum, ut C. V. et fratres Principes optimos servet ac defendat. Hortor etiam C. V. ut aequo animo ac forti hos impetus ferat, cogitetque nusquam magis cerni ac conspici Dei praesentiam ac bonitatem, quam in mediis afflictionibus, eoque divinitus nos obiici periculis, ut Christum invocare et eius praesentiam experiri discamus, sicut ait Psalmus: *Invoca me in die tribulationis, et eripiam te, et glorificabis me.* Haec scripsi adductus sollicitudine quadam, qua affici nos pro omnibus bonis Principibus decet, eaque rogo, ut C. V. boni consulat. Bene ac feliciter valeat C. V. Pridie Pentecostes, 1534.

*) Landgravio.

**) Hausmanno.

***) De morbo Ioachimi Anhaltini vid. etiam Lutheri epp. ad eundem d. d. 9. Iun., 18. Iun., 23. et 26. Iun. 1534.

No. 1193. 31. Maii.

Bened. Paulo.

† Ex autographo Pl. Rev. *Baehrii*, ab ipso mihi descripta. (Autographo inscripta sunt haec: „Sum Christiani Schonenberg ex donatione Wolfgangi Ludovici Faxi, A. 1601. prima Ianuarii antiq. Lipsiae." — Et alia manu: „Accepi a d. Schoenebergio 8. Iun. st. n. 1619. Coloniae."). — Eiusdem epistolae autographon Bremae esse mihi scripsit S. V. Rotermundus, qui etiam eandem ex MSto Bremensi accurate mihi descripsit. Fortasse alter habet primam, alter alteram scripturam.

Eximio viro D. Benedicto Paulo Doctori utriusque iuris, suo patrono observando

S. D. Miror vobis hoc tempore, quo tantum est alioqui publicorum periculorum ac negotiorum, etiam hunc errantem *Arabem* curae esse. Venit huc sine commendatione aliqua. Locutus est pauca cum *Luthero* per interpretem, qui scit Italice, qui est scholasticus noster. Is ait, eum valde corrupte Italicum loqui. Itaque[1]) mihi etiam videtur. Latine parum admodum scit. Tantum de Trinitate dixit *Luthero* sententiam orientalis ecclesiae convenientem cum occidentali ecclesia. Nec possumus satis colloqui, cum nullam occidentalem linguam recte calleat, nec latinam nec italicam nec graecam. Interrogavi, an sciret graece scribere; negat se nosse characteres graecos, sed vulgare graecum scire credo sicut italicum scit. Et tamen si scribere posset utrumque intelligeremus. Hospes est *Valentin Ebhart*[2]) et habet viaticum. Cras audio iterum abiturum esse. Videtur mihi homo ingeniosus esse. Sed cum colloqui non possimus perfecte, de maximis rebus non possum satis iudicare, quid habeat vel iudicii

1) Mst. Brem. *Idque.*

2) In mst. Baehrii haec nomina vix legi poterant.

vel doctrinae. Invitavi ad me hoc vespere ad coenam una cum interprete. Vidi multos similes Arabes, sed omnes indoctos, et nullam linguam eruditam scientes. Reipublicae nihil ab eo periculi esse puto. Bene valete. Dominica Trinitatis 1534.*)

Philippus.

No. 1194. 2. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 229.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Heri tuas litteras accepi, in quibus erant ad *Pontanum* alterae. Etsi autem existimo te habere tui consilii rationem, tamen ego longe malim hanc pecuniam conferri praesertim hoc tempore ad emtionem aliquam, omnia enim in aulis sunt incertissima, et nisi res Macedonicae iam ad otium deducuntur, infinitum bellum impendet, quod implicabit nostros praecipue. Hic etiam metus, mi Ioachime, fuit in caussa, cur non contenderem vehementius de te istinc extrahendo. Loquar tamen cum *Pontano.* Nunc autem abest apud Principem, qui brevi πρὸς τὸν βασιλέα proficiscetur, nisi fortasse iam profectus est, quo proficiscentur et alii περὶ τῶν Μακεδονικῶν διαλλαγῶν acturi ἐν ὄρει τῆς μητέρος τῆς Μαρίας[1]). De rebus Macedonicis quicquid habebis, mihi significato, etsi adhuc quidem ex aula habuimus satis certa; nisi nunc res componitur, mi Ioachime, quam multa, quam tristia metuenda sunt? Quo enim loco sit Respub. vides. Late malum istud vagabitur, nisi hoc loco repressum fuerit. Urgeamus ergo preces assidue et fideliter. Bene vale, tecum ut spero brevi ero. Postridie Cal. Iunii.

Φίλιππος.

*) Ultimum numerorum characterem non satis distinctum esse, notavit Pl. Rev. *Baehrius*, sed in mst. Brem. legitur 1534. In Lutheri epistolis nihil de hoc homine, quem Mel. Arabem nominat, legitur. Habetur vero epistola Lutheri scripta d. 24. Maii 1538., in qua commendat Franciscum quendam, quem editores *Nigrum* (einen Mohren, fortasse Mauren) appellant.

1) Annabergae.

No. 1195. 18. Iun.

Margarethae, Reginae Navarrae.

Edita a Manlio in farrag. p. 167 sq. Iterum a Pezelio lib. III. epist. p. 20 sq. (Edit. Lond. III. ep. 9.) — Apographa in cod. Bav. II. p. 818., cod. Goth. 401. p. 81., cod. Mon. III. p. 101. et cod. Lips. p. 162. — *Margaretha*, Regina Navarrae, Francisci I., Regis Gallorum, soror, multum favebat emendationi sacrorum.

(Margarethae) Reginae Navarrae.

S. D.*) Etsi videor impudenter facere, quod homo infimae sortis et ignotus Celsitudini tuae, quemquam ausim commendare: tamen fama tuae eximiae pietatis, quae totum terrarum orbem pervagata est, facit, ut hoc officium homini bono ac[1]) docto petenti duxerim non esse denegandum. Non enim dubitabam, quin Celsitudo tua, tanta praedita pietate, meum hoc officium boni consultura esset, cum Christianae charitati, praesertim in isto summo loco, nihil magis conveniat, quam adfici studiosorum miseriis, eosque respicere ac[2]) sublevare, praesertim cum recta studia non possint sine summorum ordinum ope ac liberalitate conservari.

Exposuit autem mihi hic iuvenis *Claudius Baduellus Narbonensis* e Nemauso[3]), cum universum cursum suorum[4]) studiorum, tum iniquitatem fortunae, qua, nisi Celsitudo tua opem ei[5]) tulerit, ab optimis artibus ad alias quasdam operas, a quibus et natura et voluntate abhorret, abstrahi se queritur. Etenim cum unice cupiat eloquentiae et sacrarum literarum studia, in[6]) quae quadam cum spe ingressus est, absolvere, paupertas ei quasi manus iniicit, eumque a pulcherrimo instituto avocat. Sed prius experiri omnia decrevit, quam haec studia abiiciat.

Existimat autem studiosis universis Gallici nominis in tua Celsitudine velut in quodam numine plurimum esse spei repositum[7]). Ideo ad tuam celsitudinem confugere decrevit, et orat, ut sua studia liberalitate tua iuventur. Habet tua Celsitudo, quid petat.

Nec vero[8]) existimo pluribus verbis in hac tanta tua[9]) pietate opus esse, nec me decet garrulitas.

*) *S. D.*] Pez. *S.*
1) *ac*] Manl. *et.*
2) *ac*] Manl. *atque.*
3) *e Nemauso* Pez. praetermisit. Codd. omnes cum Manlio tuentur, sed cod. Lips. et cod. Goth. 401. *a Nemauso.*
4) *suorum* excidit apud Manl.
5) Manl. *ei opem.*
6) *in* omittit Pez.
7) Manl. *positum.*
8) *vero* excidit apud Manl.
9) *tua* excidit apud Manl.

Hoc tantum adscribendum duxi, hoc ingenium videri mihi inprimis dignum, quod foveatur; non solum quia virtutis studia tam vehementer amat, sed etiam quia iam[10]) tantos fecit progressus, ut sit indignum eum quasi novi operis nunciatione[11]) ab hoc instituto abduci. In oratione eius Latina non solum munditiés est et elegantia singularis, sed etiam quaedam non insuavis copia. Et mores sunt modestissimi.

Haec autem fuerit eleemosyna vere regia, ad Christianae Ecclesiae utilitatem talia ingenia fovere atque alere.

Sanctissimus Propheta *Esaias* laudans hoc genus eleemosynarum inquit, Reginas futuras nutrices studiosorum Evangelii. In quo numero[12]) te iam dudum per totum orbem terrarum Ecclesia[13]) collocat, et recensebit[14]) ad posteros universa Ecclesia. Etenim, cum ceteras virtutes vera Ecclesia summo semper studio colit, tum praecipue gratitudinem.

Postremo peto, ut has meas literas boni consulat Celsitudo tua, ac me quoque inter studiosos bonarum artium commendatum habeat. Bene ac[15]) foeliciter valeat Celsitudo Tua. Anno Christi[16]) 1534. Idibus Iunii[17]).

No. 1196. (exeunte Iun.)

Ioh. Ruellio.

† Ex apographis in cod. Bav. Vol. II. p. 566., cod. Goth. 402. p. 278. et cod. Monac. 90. no. IV. p. 385 b.

Viro optimo D. Ioanni Ruellio, Doctori Iuris, amico suo praecipuo. *)

Etsi ipse[1]), cum primum potero, decrevi vos invisere, (magno enim dolore afficior propter adversam valetudinem vestram,) tamen nunc dedi has literas ad vos, ut absens aliqua ex parte, si possem, levarem vestras sollicitudines[2]). Filios vestros, optimos adolescentes, scitote nobis tam curae futuros esse, quam sunt nostri ex nobis nati. D. Doct. Mart. *Lutherus* pollicetur eis habitationem commodissimam in suis aedibus, et suae propriae mensae eos adhibebit. De valetudine vestra scitis scriptum esse: *Iacta curam tuam in Deum, et ipse te exaudiet et conservabit.* Christus donavit vobis Evangelii sui cognitionem locupletem; hanc spero vobis solatio esse. Scitis enim, Deum praecipue[3]) velle coli fide. Igitur erigite[4]) animum fiducia misericordiae Christi, et statuite, quod vos servaturus sit, ut certe faciet. Est enim *Deus salvans* et *educens ex morte*, ut Psalmus ait, *nec sinit confundi eos, qui confidunt in ipsum.* Hoc sacrificium fiduciae praestate iam Deo; id enim maxime probat, et requirit, sicut Psalmus 4. ait: *sanctificate sacrificium iustitiae, et sperate in Domino.* Facile erit perferre corporis dolores, si animum vestrum hac fide exercueritis[5]). Ex animo igitur opto, ut Christus, sicut dedit vobis evangelii sui cognitionem, ita vos confortet et corroboret. Et certe non solet esse inane Evangelium. Est enim potentia Dei ad salutem omni credenti. Sed haec spero etiam copiosius ab aliis vobis proponi, et vos ipsi haec nostis. Sed tamen iussit Christus, ut suo verbo nos mutuo cohortemur ad fidem. De pacificatione cum rege*) adhuc nos nihil certi habemus. *Pontanus* adhuc abest cum principe. Deus det felicem exitum his negotiis. Videtis *Landgravii* et animum et successus**). Christus det, ut prosint suae ecclesiae ea, quae gerit Landgravius[6]).

Phil. Melanthon.

Nondum[7]) statuerat recto D. Doctor *Fonas* se usque in illam Thuringiae oram profecturum esse; alioqui adiunxissem me ei. Dedi tamen hoc epistolium, ut, si ad vos veniet, intelligeretis, me non esse oblitum promissi mei. Cum primum potero ad vos expatiabor cum aliquot amicis. Utinam vos videamus optimae valetudini restitutos! Nam animo ita confirmato vos esse spero, ut etiam si morbus vos diutius exerceat, tamen hoc sacrificium Deo sciatis praestandum esse, ut libenter Dei voluntati obediatis. Omnia

10) *iam* excidit apud Manl.
11) *quasi novi op. nunc.*] Haec praetermisit Pezel., sed exhibent Manlius, codd. Goth. et cod. M.
12) *numero*] Manl. *munere.*
13) *Ecclesia* non habet Manl.
14) Manl. *recenset*, cod. Lips. *rescribit.*
15) *ac*] Manl. *et.*
16) *Christi*] Manl. *Domini.*
17) *Idibus Iunii*] Pez. et cod. Bav. omittunt. Cod. Lips. habet *ad idus Iunii*, cod. 401.: 13. *Id. Iunii*; cod. M.: 15. *Idus Iunii.*
*) Cf. de morbo Ruellii Lutheri epist. ad eundem d. 29. Iun. 1534.
1) Cod. Bav. *tempore.*
2) Cod. B. *vestram sollicitudinem.*
3) *praecipue* non legitur in cod. B.
4) Cod. B. *Ideo recipite*; cod. Monac. *Ideo erigatis.*
5) Cod. Bav. *exercueritis.*
*) Ferdinando.
**) Victoriam reportaverat d. 13. Maii h. a. et restituerat Ulricum, Ducem Wirtenbergensem. Vid. Sleidani Comment. p. 242.
6) Cod. Monac. addit: *anno dom.* 1534. *mense Iulio.*
7) *Nondum* etc. non leguntur in cod. Monac.

enim sunt credenti in Christum facilia. Bene valete.

Phil. Melanth.

No. 1197. (fere ex. Iun.)

Ioachimo Anhaltino.

Edita in Beckmanni Access. p. 123.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Cum et Illustres Principes fratres C. V. omnibus officiis levent morbi molestiam *), et sciam notas esse C. V. consolationes, quae extant in sacris literis: scripsi rarius hactenus, verum precibus commendavi salutem vestram Christo, cuius, ut spero, beneficio convalescet C. V. feliciter. Si Diabolus hostilius saevit in corpus C. V. odio Evangelii, quod C. V. et amat et colit, hoc magis erigere animum C. V. debet et sperare a Christo, qui profecto suos respicit, qui propter Evangelium affliguntur. Misi C. V. libellum *Alesii*, prodest enim nunc C. V. variis et iucundis sermonibus aut lectionibus animum recreare. Habet autem hic libellus miram historiam, et quae in tantis odiis Evangelii consolari etiam Vestram Celsitudinem poterit, cum cogitabit multos alios bonos viros similibus afflictionibus exerceri, quorum aerumnae, ut spero, Ecclesiae a Deo impetrabunt magna bona. In his numeret se etiam C. V., et speret Deum Ecclesiae aliquid boni pro Vestris afflictionibus redditurum esse. Bene et feliciter convalescat ac valeat C. V.

No. 1198. (ex. Iun.)

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 375. Iterum Epist. lib. I. p. 83. (Edit. Londin. lib. I. ep. 36.)

Illustrissimo et Reverendissimo Principi ac Domino, Domino Georgio Principi in Anhalt, Comiti Ascaniae etc.

S. D. Quod hactenus ad Cels. T. nihil dedi literarum, fatebor potius parum officiose a me factum esse, quam utar aliqua inepta excusatione. Quaeso autem, ut Cels. T. meam in hoc genere procrastinationem boni consulat. Ego enim C. T. benevolentiam erga me facio plurimi, non solum meae utilitatis causa, sed multo magis quod tanta virtus et doctrina in Principe viro praecipue merentur admirationem atque amorem. Utinam haberemus multos tales Ecclesiae gubernatores. Sed et de pulcherrimis virtutibus Cels. T. et de Ecclesiarum conditione alias plura. Nunc mitto C. T. *Alesii* libellum, in quo collectae sunt quaedam consolationes, quas ipse mihi inculcare soleo, adversus eos, qui nobis atrox schismatis crimen obiiciunt. Satis enim excusat nos istorum horribilis crudelitas, quam profecto neque adiuvare neque approbare debemus. Spero hanc consolationem et T. Cels. gratam futuram esse. Commendo autem me Cels. T. tanquam praecipuo patrono, ac polliceor semper autoritatem Cels. T. plurimum apud me valituram esse. Commendo etiam Cels. T. *M. Franciscum*, qui cum mihi, propter ipsius summam humanitatem ac fidem, vetus est amicitia. Praecipue autem cupit Cels. T. esse commendatus propter excellentem virtutem et doctrinam Cels. T. Bene et feliciter valeat Cels. T.

No. 1199. (Iun.)

Pontanus filius ad patrem.

Manlii Farrag. p. 178 sq. Inscriptio apud Manlium: *D. Pontano Philippus Melanthon S. D.*, inepta et delenda est. Scribit enim *Christianus*, filius Pontani, ad patrem, qui tum versabatur cum Principe Electore in Bohemia. Sed vix dubio caret, Melanthonem Christiano, discipulo suo, epistolam praescripsisse.

Christianus Pontanus ad Gregorium Pontanum, patrem.

S. D. Etsi spero te ad nos brevi rediturum esse: tamen cum mihi nuncius oblatus esset, duxi mei officii esse, ut aliquid ad te scriberem, ut extaret apud te aliquod specimen studiorum meorum. Dei beneficio bene valemus omnes, et rogamus Deum, ut tu quoque salvus et incolumis domum redeas. Nihil nobis tua salute prius aut gratius esse potest. Novi nihil habeo, nisi quod audio hic recudi historiam Papae, qua Papa a Gallo exceptus est *): et aiunt D. *Martinum* addere quasdam annotationes. Christus servet te, optime et charissime pater. Bene vale.

---

*) Vid. epist. consolat. Lutheri ad Ioachimum d. 26. Iun. h. a.

*) Clemens VII., Pontifex Rom., exeunte anno 1533. Massiliam profectus fuerat ad celebrandas nuptias Catharinae a Medicis.

No. 1200. (4. Iul.)

Testimonium.

Editum a Manlio in farrag. p. 367 b sq., qui illud inscripsit: „*Philippus Melanchthon omnibus has literas lecturis S. D.*" — Apographon etiam in cod. Lips. ep. 87. — Schützius autem illud, ut a Luthero scriptum, edidit in epp. Lutheri Vol. II. 319. unde illud de Wettius inseruit epp. Lutheri T. IV. p. 560. Etiam in apographo in cod. Basil. 39. p. 124. Lutheri esse dicitur. In apographo autem in cod. Mehn. III. p. 8. inscribitur: „Epistola Lutheri data cuidam Aethiopi authore Phil. Melanthone." — Argumentum et loquendi ratio Melanthoni utique convenit, quare illud hic abesse noluimus. Manlium inscriptionem ex ingenio et opinione adiecisse verosimile non est, sed videtur potius Schützius ex apographo, inscriptione destituto, hausisse et Luthero testimonium adscripsisse. Retinui igitur Manlii inscriptionem.

Philippus Melanchthon omnibus has literas lecturis

S. D. Fuit nobiscum in Germania Dominus *Michaël Aethiops*, Diaconus, cum quo de doctrina christiana familiariter colloquentes audivimus, eum cum symbolo, quod habet Ecclesia occidentalis, recte convenire, nec de trinitate aliud [1]) sentire, quam quod sentit Ecclesia occidentalis. Ideo quantum nos quidem possumus, commendamus eum [2]) bonis viris. Nam etsi [3]) Ecclesia orientalis habet aliquas dissimiles caeremonias, ipse quoque [4]) iudicat, quod dissimilitudo earum non tollat unitatem Ecclesiae, nec pugnet cum fide, quia regnum Christi est spiritualis iustitia cordis, timor Dei et fiducia per [5]) Christum. Hanc sententiam et nos probamus. Comperimus etiam ex eo, quod ritus, quem nos observamus in coena [6]) domini et Missa, convenit cum orientali Ecclesia. Optamus autem, ut omnes gentes agnoscant et glorificent Christum et ei obediant vera fiducia misericordiae ipsius et dilectione proximi. Ideo rogamus bonos viros, ut christianam dilectionem etiam [7]) huic hospiti praestare velint. Datae Witebergae, anno 1534. [8]) 4. Nonas Iulii [9]).

1) Schütz. *aliter.*
2) *eum* excidit apud de Wett.
3) Schütz. *etiamsi.*
4) Cod. Bas. et cod. Mehn. addunt *recte.*
5) Cod. Lips. *in.*
6) Schütz. *in usu coenae.*
7) Schütz. *et.*
8) Cod. Basil. et Mehn. 1535.
9) Schütz. *Witebergae, nonas Iulii, anno 1534. Martinus Lutherus.*

No. 1201. (Sero d. 6. Iul.)

I. Ionae.

Epistolar. lib. V. p. 77 sq.

Iusto Ionae

S. D. Misit huc literas D. *Michaël*, in quibus te rogat, ut causam quandam Reip. Northusanae Iurisconsultis commendares. Etsi autem rem tuo iudicio permittit, tamen nominatim facit mentionem D. Doctoris *Hieronymi.* Itaque commendavi, idque perscripsi Dn. *Michaëli.* Fui hodie domi tuae, ac iussi, ut ad te scriberent. Dei beneficio recte valet tua tota familia, et te expectat.

Lutherus cum *Pomerano* et *Crucigero* est in Dessa *). Novi nihil habemus praeter apparatum Torgensem, quem nosti.

Heri cum *Pontano* bonam diei partem consumpsi, narravit mihi seriem totius historiae conventus *Cadensis* **), quam ex me coram audies. Sed fuit ipsorum Principum fides et virtus egregia. *Macedo* iterum scripsit nostro, agens gratias et liberaliter praedicans et probans pacificationem. Hoc scio tibi et amicis voluptati fore. Bene vale.

Philippus.

No. 1202. (28. Iul.)

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 44 b. ep. 59. descripta a Cl. Gersdorfio.

Georg. Spalatino

S. D. De Siluro pisce convenit inter multos studiosos inquirendarum huiusmodi appellationum, Silurum proprie esse, quem nunc vulgo vocant Sturionem. Adderem autem et argumenta huius sententiae, si essem domi. Figura enim sturionis nota est, unde facile iudicari de appellatione potest. Sed ubi domum rediero, scribam de hac re plura. Respondi tibi de matrimonialibus nego-

*) Lutherus in ep. d. 18. et d. 23. Iun. 1534. datis promittit, se venturum esse cum Pomerano, et videtur hoc iter fecisse d. 8. Iul.

**) De pace, Cadami d. 29. Iun. facta inter Ferdinandum Regem et Ducem Sax. Elect., vid. Sleidan. comment. p. 235.

tiis, ac scire cupio an tibi satisfactum sit. Bene vale. Torgae*) 1534.

Φίλιππος.

Ausonius scribit in Mosella **) Silurum esse. Sunt autem ibi sturiones und nit Welsen.

No. 1203. (Iul.)

Conr. Heresbachio.

Epist. lib. II. p. 390. (edit. Londin. lib. II. ep. 402.)

D. *Conrado Heresbacchio*

S. D. Hic adolescens repetit haereditatem a quodam sacerdote istic. Rogavit me, ut se tibi commendarem. Ego vero malim longe de rebus gravioribus et magis utroque nostrum dignis ad te scribere, quam de talibus nugis; quoties enim iam huiusmodi futiles causas tibi commendo? Sed dabis veniam temporibus, et est humani animi etiam hoc genus officiorum non recusare. Dabis igitur ei, quantum tua humanitas postulabit. *Ferdinandus* Rex cessit volens ducatum *Wirtebergensi*. Itaque *Landgravius*, moderatione usus egregia, reliquam *Ferdinandi* ditionem non attigit, sed dimisit exercitum ***). Noster Princeps, quoniam inter pacificatores fuit, ut vicissim Regi *Ferdinando* aliquid tribueremus, velut ἀντίδωρον, agnoscit eum Regem *Romanorum*, et hunc titulum ei tribuit. Haec scio tibi iucunda fore. Disputationes religionis ego quidem, quantum possum, mitigare studeo. Et in his locis satis tranquillae sunt Ecclesiae. Sed totus orbis terrarum fato aliquo propter impietatem urgetur, quare vereor hos motus non posse sedari humanis consiliis. Sed res est ἐν γούνασι θεοῦ. Bene vale.

No. 1204. 1. Aug.

G. Bellaio Langaeo.

Edita in Collectione epistolarum clarorum virorum in operibus Paul. *Colomesii*, editis a Io. Alb. *Fabricio*, Hamb. 1709. 4. p. 547. Repetita a Strobelio in additamentis ad Camerarii Vitam Melanth. p. 428 sq.

Nobilissimo et clarissimo viro D. Gulielmo Bellaio Langaeo, Patrono suo

S. D. Illustrissime Domine. Gessi morem voluntati tuae*), et collegi praecipuos articulos, de quibus sunt controversiae**), et ostendi quandam in his moderationem, ut mihi quidem videtur, non inutilem ecclesiae. Neo dubito, quin de omnibus istis articulis facile convenire posset, si Monarchae aliqui efficerent, ut aliquot boni et docti viri amanter et libere inter se colloquerentur. Sunt enim controversiae non ita multae. Sed ineruditi non vident, quibus de rebus agatur, et interdum praeter rem tumultuantur. Nam in utraque parte discordia publica, ut fit, locum praebet multis indoctis. Atque hos articulos, quos mitto, eo congessi libentius, ut magis perspici posset proprie de quibus rebus agatur. Non hoc agitur, ut politia ***) ecclesiastica aut potestas Pontificum aboleatur; non hoc agitur, ut veteres ordinationes sine discrimine mutentur. Praecipui ex nostris maxime cupiunt usitatam ecclesiae formam conservare quantum possibile est. Consenuerunt etiam pleraeque controversiae mollitae tempore. Quare rogo, ut, quod facit Celsitudo tua propter Christi gloriam, hortetur summos Monarchas ad concordiam pie constituendam, dum locus est moderatis consiliis. Qualia impendeant tempora, si nemo praesentibus dissidiis medicinam faciat, quanta dissipatio reipublicae et ecclesiae futura sit, si res ad arma deducitur, melius videt Celsitudo tua quam ego. Illud autem dignum officium est magno ac tui simili viro, in tantis periculis non deesse saluti reipublicae et ecclesiae. Sed nihil opus est, te currentem, ut dici solet, adhortari. Illud tibi polliceor, me consilia mea ad tuam et caeterorum bonorum virorum voluntatem summa fide accommodaturum esse, et effecturum, ut intelligas, me tranquillitatis publicae cupidissimum esse. Bene ac feliciter vale. Calend. Aug. 1524 †).

Celsitudini tuae deditissimus
Ph. Melanchthon.

---

*) Melanthon cum Luthero Torgae erat. Vid. epist. Luth. d. 29. Iul. 1534. apud de Wettium T. IV. p. 553. Causam narrat Melanth. infra in epist. ad Ionam sub no. 1208.

**) v. 135. add. Plin. H. N. 9, 15. [Nota in cod.]

***) Vid. de tota hac re Sleidanus in Commentar. p. 242 sqq. ex quibus intelligitur, hanc ep. mense Iulio esse scriptam.

*) per Barnabam *Voraeum*, ut videtur, significatae.

**) Vid. articuli, qui sequuntur.

***) *politia* edidi pro *politica*, ut liber habet ex mendo.

†) In anno error est. Ex epistola ad Camerar. d. 13. Sept. 1534. intelligitur hoc anno hanc epistolam esse scriptam eodemque tempore iam missum esse a Mel. in Galliam iudicium de controversiis in causa religionis.

No. [illegible] (1. Aug.)

Consilium Gallis scriptum.

Qua data occasione et quo consilio Melanthon Guilielmo Bellaio misit iudicium suum de controversiis Evangelicorum cum Pontifice Romano, narrarunt brevius *Crevier*, in histoire de l'Université de Paris, T. V. (Paris 1761. 8.) p. 292 sqq. *Gerdesius* in histor. Reformat. T. IV. p. 123., copiosius Car. du Plessis *d'Argentre* in „Collectione iudiciorum de novis erroribus", T. I. (Paris. 1728. fol.) P. II. p. 381 sqq. et prae caeteris *Strobelius* in commentatione: „*Von Melanchthons Ruf nach Frankreich*", inserta eiusdem Neuen Beyträgen zur Litterat. P. V. p. 1 sqq. [Ea, quae Argenterius et Crev. habent, nobis excerpsit *Foerstemannus*.] — Quae fuerit res, ex ipsis Melanthonis epistolis ad Langaeum d. 1. Aug. 1534., ad Camerarium d. 15. Sept. 1534., ad Langaeum d. 28. Aug. 1535., et ad Heresbach. mense Nov. 1535. intelligitur.

Triplex autem habetur huius scripti forma, videlicet 1) *Schwebelii*, 2) *Peuceri*, et 3) *Gallorum*. Praeterea ineunte anno 1535. articuli, quos Melanthon in Galliam misisset, spargebantur in Germania, sed mutilati, quosque Melanthon suos nunquam agnovit. Vid. ep. Erasmi ad Mel. d. 9. Febr. 1535., Melanthonis ad Langaeum d. 28. Aug. et ad Schwebelium d. 4. Oct. 1535. Hanc corruptam scripti formam non habemus, neque typis videtur unquam descripta esse. Strobelius l. l. p. 105. putat quidem, articulos a Walchio editos in opp. Lutheri T. XIX. p. 802 sqq., a Luthero missos ad Concionatores in oppido Soest, esse hoc scriptum mutilatum, quia Walchius eos, ex errore, ad ann. 1535. retulit. Sed infra docebimus, hos articulos demum a. 1539. ex Anglia allatos esse in Germaniam. Fieri autem potuit, ut quaedam mutilata Melanthonis a Gallis in Angliam perferrentur, et inde iterum mutilata et mutata in Germaniam mitterentur.

Iam dicendum est de triplici forma huius consilii Melanthonis. *Prima* est ea, qua id prodiit in Centuria epistolarum ad Schwebel. script. p. 241. Valde manca est, et multa sunt praetermissa, multa male lecta, vel ab editore vel ab eo qui Schwebelio apographon misit. Puto, Schwebelium apographon accepisse a Bucero, et editorem ea praetermisisse, quae videbantur Melanthonis nomini et auctoritati posse officere et eius adversariis occasionem eum calumniandi dare. Plenam hanc consilii formam inveni in cod. Monac. in fol. II. p. 18., ubi etiam quaedam lectiones alterius cuiusdam apographi margini sunt adscriptae. Cum textu latino huius codicis accurate congruit versio antiquior germanica in Tabular. Vinar. Registr. N. fol. 452. ita, ut eius interpretem prorsus eodem textu usum esse dubio careat. Hanc formam, nunc integritati e cod. Monac. restitutam, iudico unice veram et genuinam esse, quod quemque res ipsa docet quodque etiam manifestum fit ex forma huius scripti Gallica, ut ex articulo II.

Altera forma, a Schwebelii multum diversa, hoc scriptum separatim editum est:

„Consilium de moderanda controversia super articulis
„religionis praecipuis, scriptum ad Gallos a Phi. Mela.
„Cui praefixa est epistola Regis Galliae ad Philippum
„et eius responsio." MDXXXVI. 8. (In fine:) „Ex-
„cudebat Iohann. Coluber Pragae mense Aprili 1537.
„2½ plag."

Hunc libellum totum excudi curavit Strobelius l. l. p. 119 sqq. Equidem illum non vidi, et videtur esse in rarissimis. Scribit autem Coluber in praefatione: „Frequens „rumor erat apud nos, Philippum Melanchthonem dedisse „quosdam articulos ad Gallos, qui aperte cum reliquis „scriptis eius pugnarent, unde creditum est a plerisque, „eum non ubique sibi constare, sed in aliquibus a se ipso „dissidere. Verum quia id existimare de tanto viro ini„quum videbatur, perfeci ab amicis, ut inspiciendi da„retur potestas. Quod cum factum esset, facile technam adversariorum conicere potui atque calumniam, qua „virum optimum et doctissimum falso crimine in odium „vulgi nostratis adducere conarentur. Iccirco uti haec opi„nio falsa ex animo simplicium evelleretur, notumque sit, „Philippi doctrinam semper et ubique eandem esse, ne„que pugnantia eum scribere, curavi eosdem articulos „praelo meo imprimendos ac evulgandos" etc. — Unde vero Coluber sua descripserit et an consentiente Melanthone scriptum hoc ediderit, non dixit. Ex epistola Melanthonis ad Camerarium, d. III. Non. Oct. 1535. scripta, intelligitur quidem, Melanthonem retinuisse apographon consilii in Galliam missi, fortasse primam scripturam, sed noluisse ut ederetur, ne novae inde disputationes orirentur. Ex hac editione Pragensi hoc consilium dederunt Peucer in Opp. Melanthonis Viteb. T. IV. p 825 sqq. et Pezel. in Consil. Mel. lat. P. I. p. 224 sqq. Eiusdem cum textu Pragensi congruens apographon legitur in cod. Goth. 28. p. 85. et prima pars eiusdem in cod. Mehn. III. p. 202. — At vero iam Strobelius l. l. opinatus est nomen *Pragae* esse fictum, quum de libris Pragae editis ante annum 1550. nihil constet. Mihi vero dubium non est, etiam annum MDXXXVI. fictum esse. Primum enim non memini me legere aliquid in epp. Mel., hoc iudicium unquam prodiisse, cuius tamen mentionem aliquam facere debuisse videtur; deinde textus genuinus, quem habet Schweb. et cod. Monac., ita est mutatus, ut non crediderim, Melanthonem ipsum potuisse unquam hoc modo a scripto suo deficere. Denique scriptum Pragense in locis mutatis ita loquitur, ut Melanthon fortasse loquutus fuisset post annum 1549. Suspicor igitur, annum in editione Pseudopragense aeque esse fictum, ac locum, et editum esse hoc scriptum fortasse post mortem Melanthonis ab aliquo eius amico, fortasse Peucero, qui putaret, Melanthonem hac, quasi pia, fraude optime posse defendi adversus calumnias adversariorum. Sed quanquam certi aliquid pronunciare hac in re nolo, id tamen manifestum est, formam scripti a Schwebelio datam, et nunc integram e cod. Monac. editam, esse veram et nativam, alteram autem, Pseudopragensem, consilio mutatam.

Denique *tertia* forma editum est hoc consilium aliquoties in Gallia; primum a Iacobo *Thuano*: „Sententiae Phil. Melanchth." etc. Paris. 1607., quem tamen libellum videre nobis non contigit; iterum a *Richerio* et *Argenterio* in libris supra commemoratis. Hoc vero scriptum non Melanthonem habet auctorem, quanquam eius nomine in Gallia promulgatum, sed Guil. *Langaeum*, qui illud ex consilio, quod ipsi Melanthon miserat, et quidem secundum textum Schwebelii et Codicis Monac., et ex aliis literis Melanthonis, Buceri, aliorumque composuit. Non solum enim in multis a vero Melanthonis scripto diversum est, sed etiam abhorret ab elegantia latini sermonis Melanthonis, et talia etiam habet, qualia Melanthon nunquam scripsisset. Rem vero conficit testimonium Langaei ipsius in ep. ad Melanth. d. 16. Iul. 1535., et eiusdem epistola ad Ordinem Theologorum Academiae Parisiensis d. d. 7. Aug. 1535., scripta quum ei proponeret duodecim articulos, quos a Melanchthone missos dicit. Testatur enim in ea: „Je Guillaume du „Bellay -- certifie, que les articles cy-dessus escrits sont „*extraits de plusieurs cahiers et lettres*, qui m'ont esté „*à diverses fois* envoyés d'Allemagne par ceux, aux„quels je m'estois par ordonnance du dict Seigneur [du „Roi] adressé, pour attirer les Eglises d'Allemagne *à mode„rer leurs opinions* et doctrines, ès quelles elles s'estoient „alienées de l'Eglise Romaine, et pour icelles Eglises „revoquer et reduire à union." (vid. Gerdesii hist. Ref. T. IV. p. 123. Argenter. l. l. p. 395. Strobel. l. l. p. 167 sq.) — Consilium vero suum faciendae concordiae inter Pontificem et Evangelicos Bellaius minime est adsequutus. Ordo enim theologorum in Acad. Paris. illud scriptum a Bellaio traditum in literis ad Regem datis (apud Strobel. l. l. p. 169 sqq.) non solum repudiavit, sed etiam alios illi opposuit articu-

los, contrariam et pontificiam sententiam tuentes, quos legere potes apud Strobel. l. l. p. 178 sqq. Itaque tota actio de pace facienda eventu caruit. Putavimus autem hic etiam scriptum a Bellaio traditum subiungendum esse, et ut comparari possit cum scripto Melanthonis, et ut ex eo coniecturam faciat lector, quanta illo tempore concordiae spes fuerit. Habes igitur A) scriptum in Germania editum a Schwebelio, Colub. et Peucero itemque Pezelio; B) scriptum a Gallis editum.

A.

Consilium de moderandis controversiis religionis, scriptum a Philippo Melanchthone ad Gallos [*A. C.* 1535.] [1]).

Multi sunt in ea opinione, aut nulla esse vitia in doctrina usitata, quam reprehendimus, aut levia vitia esse [2]), quae dissimulari possint. Et qui sic sentiunt existimant, nostros [3]) sine caussa tumultuari, et execrantur eos [4]) tanquam temere [5]) moventes seditiones [6]) et schismata. Et [7]) haec opinio de nobis inculcatur Pontificibus [8]) et Regibus. Quare principio optandum est, ut et Pontifex et summi Reges agnoscant Ecclesiae morbos, et cogitent, quosdam abusus eiusmodi esse, qui non debeant dissimulari ac tolerari [9]). Scimus ipsi, in tanta infirmitate hominum Ecclesiam nunquam [10]) adeo puram esse, quin aliqui incidant abusus. Scimus et hoc [11]), abusus aliquos dissimulandos et condonandos esse publicae concordiae. Sed hoc intelligi debet de iis abusibus, qui salva doctrina oriuntur ex quadam imbecillitate, non de illis [12]) abusibus, qui delent aliquos [13]) articulos fidei necessarios, aut sunt idololatrici [14]), aut cogunt homines ad manifesta peccata. Oportet enim eos, qui docent in Ecclesia, arguere peccata, sicut Christus praecipit. Quare Pontificis est, in rebus magnis et necessariis, ut consulat conscientiis, aliquam concedere relaxationem. Et vicissim est nostrum, ferre omnia propter publicam dilectionem, quae sine impietate ferri [15]) possunt; praesertim cum tamen [16]) Pontifex non possit retinere obedientiam, neque possit ulla concordia sperari, dum [17]) conscientiae piorum adiguntur [18]) ad impios cultus. Semper enim erunt qui [19]) reclament et adversentur. Quidam etiam [20]) nihil aliud agi putant, nisi ut quaedam libertas barbarica quaeratur, excussa monarchia Romani Pontificis, et repudiatis veteribus ordinationibus ecclesiasticis. Haec opinio etiam [21]) nocet nobis apud Romanum Pontificem et Reges.

Quare principio opus est ostendere eis, non hoc agi, ut dissolvatur auctoritas ecclesiastica, sed alias res magnas disputari et explicari [22]), quae ad conscientiam et ad *) cultum Dei pertinent. Primum igitur dicam de externis rebus, hoc est, de politia ecclesiastica [23]) et quibusdam traditionibus.

(*De Potestate Ecclesiastica.*) [24])

Concedunt nostri, politiam ecclesiasticam rem licitam esse, quod videlicet sint [25]) aliqui Episcopi, qui praesint [26]) pluribus Ecclesiis [27]); item quod Romanus Pontifex praesit [28]) omnibus Episcopis. Hanc canonicam politiam, ut ego existimo, nemo prudens improbat, neque improbare debet, si intra fines suos maneat, hoc est, si [29]) Pontifex et Episcopi non abutantur auctoritate sua ad oppri-

---

1) Sic apud Colub. et Peuc., praeterquam quod Peuc. annum delevit, quem tamen Pezel. restituit. Cod. Mehn. habet ann. 1538. — Apud Schw. inscribitur: „Philippus Melanthon de dissensionibus Ecclesiasticis et conciliatione controversorum articulorum." In Cod. Monac.: „Ratio concordiae constituendae inter Lutheranos et Papae Ecclesiam, scripta ad Gallorum Regem per Dom. Philipp. Melanthonem anno 1584. mense Augusto."

2) *vitia esse* omittunt c. G. et c. Mehn.; *vitia* abest a Col. Peuc. et Pez. textu.

3) Cod. G. *nos omnes.*

4) Schw. et c. Goth. *nos.*

5) *temere* excidit ap. Schw.

6) Schw. et Peuc. *seditionem.*

7) Col. Peuc. et Pez. *Atque.*

8) Cod. G. *Pontif.*, *principibus.*

9) Schw. *celari.* Alterum apogr. in c. Monac. hic addit: *deinde ostendant eis, non hoc a nobis agi, ut dissolvatur auctoritas ecclesiastica, sed alias res magnas disputari.*

10) Schw. *nusquam.*

11) *hoc* abest a Schw.

12) Col. Peuc. et Pez. *iis.*

13) Schw. *docent*, praetermisso *aliquos.*

14) Schw. *idola.*

15) Col. Peuc. et Pez. *fieri.*

16) *tamen* abest a c. Monac.

17) Schw. *tantisper dum*; cod. Monac. *dum*, reliqui *donec.*

18) Cod. Goth. *adigantur.*

19) Schw. *Scimus autem eos, qui.*

20) Schw. *eorum.*

21) Schw. *eorum.*

22) Col. Peuc. Pez. et cod. Goth. *agitari.*

*) *ad* ante *cultum* omittunt Col. Peuc. et Pez.

23) Schw. addit: *seu potestate Pontificia.*

24) Hanc inscript. Schw. non habet, et puto, serius eam esse adscriptam. Col. Peuc. et Pez. exhibent: *De Potestate pontificia.*

25) Schw. *quemadmodum videl. sunt.*

26) Schw. et Col. *praesunt.*

27) Alterum apogr. in cod. Monac. addit: *et qui vocatos ad ministeria ecclesiastica explorent et ordinent, iudicia ecclesiastica exerceant et inspiciant doctrinam sacerdotum.*

28) Schw. Col. Peuc. et Pez. *praeest.*

29) *si* eacidit ap. Col. Peuc. et Pez.

[illegible] veram 30) doctrinam. Deinde quod 31) ad opes et reditus attinet, etiam hoc docemus, Regum et Principum donationes esse res licitas; sunt autem reditus 32) illi Regum et Principum donationes.

Quare quod ad hunc articulum attinet de Superioritate Pontificia et de Episcoporum auctoritate non est dissensio, et facile possunt retinere auctoritatem suam Romanus Pontifex et caeteri Episcopi. Opus est enim in Ecclesia gubernatoribus, qui vocatos ad ministeria ecclesiastica explorent et 33) ordinent, et iudicia ecclesiastica exerceant, et inspiciant doctrinam sacerdotum. Et ut maxime nulli *) essent Episcopi, tamen creari tales oporteret 34). Tantum optamus, ut hi **), qui nunc sunt, Episcopi inspiciant doctrinam ***) et sanam doctrinam curent Ecclesiis 35) sibi commissis fideliter tradi 36). Hoc si facerent, nemo deberet obedientiam recusare. Prodesset etiam meo iudicio illa monarchia Romani Pontificis ad hoc, ut doctrinae consensus retineretur in multis nationibus. Quare facile potest constitui concordia in hoc articulo de superioritate Pontificia ****), si de caeteris articulis conveniri poterit 37). Caeterum illam immoderatam et iniustam potentiam Romani Pontificis, quam in transferendis regnis interdum usurpavit, Reges ipsi moderari facile poterunt. Haec neque ad Evangelium neque ad Ecclesiam pertinent 38).

(*De Traditionibus humanis rerum indifferentium* 39).)

(*Apud Schweb. et in cod. Monac.*)

Sic etiam facile iniri ratio concordiae potest de rebus adiaphoris, ut de cibis, feriis, vestitu ecclesiastico et aliis similibus ceremoniis, si de doctrina convenerit. Nam constituta concordia doctrinae non deceret nostros separare se a consuetudine reliquae Ecclesiae. Item nostri hoc officio invitarent caeteras nationes ad hanc doctrinam, qua in re optimum opus caritatis facerent. Praeterea cum mundus non possit carere ceremoniis et ordinationibus, quae esset morositas, velle dissentire ab aliis, aut novas malle quam usitatas? Praeterea magna ex parte †) adhuc retinemus usitatos ritus, nec quidquam esset periculi

30) *veram* recte addunt Schw. et cod. Monac.
31) Schw. *quantum.*
32) *attinet etiam — — — reditus*, exciderunt ap. Schw.
33) *explorent et* excidit apud Schw.
*) Colub. *si nulli.*
34) Sic cod. Monac., reliqui *oportet.*
**) *hi* abest a Colub. et Pez.
***) Schw. addit: *sacerdotum.*
35) Colub. Pez. et Peuc. *in Ecclesiis.*
36) Addit alterum apogr. in cod. Monac.: „concedunt item, licitum esse atque utile, ut Romanus Episcopus praesit caeteris Episcopis, et convocare illos possit, quandocunque res exigit."
****) *Pontificia*] Colub. Pez. et Peuc. *Episcoporum.*
37) Schw. *convenire possunt.*
38) Schw. *poterunt, licet neque ad Evang. neque ad Eccl. pertineant.* Apogr. alterum in cod. Monac.: *poterunt, quorum interest. Nos vero id admodum non curamus, quod neque — — — pertineat.*
39) Cod. Goth. et cod. Mehn. *et rebus indifferentibus.* Apud Schw. inscriptio non legitur. Apud Colub. et Pez. abest *humanis.*
†) Haec in altero apogr. Monac. sic: *aut quid periculi esse potest, servare communiter adiaphora, modo esset recta doctrina, ex qua discere possunt conscientiae, quomodo sine superstitione ea sequentur.*

(*Colub. Peuc. Pez. et codd. Goth. ac Mehn.*)

Scimus traditionibus et aliquibus ordinationibus opus esse. Ideo in nostris scriptis diligenter discernimus traditiones. Item clare ostendimus, quid reprehendamus. Constat enim conscientias olim misere vexatas esse hac opinione, quam Sophistae et alii indocti finxerunt, videlicet quod traditiones humanas violare sit peccatum mortale. Haec opinio fuit horribilis carnificina conscientiarum. Ideo praecipue 40) hanc opinionem reprehendimus. Et libenter admittunt nunc docti omnes nostram ἐπιείκειαν, quod traditiones violare extra casum scandali non sit peccatum mortale. Sed omitto hic disputationem. Nam in Apologia et alibi satis apparet, nos accurate discernere in hoc articulo. Constituta autem doctrinae concordia, postea Christiana charitas debebat moderari usum rituum; quia enim publicis aliquibus ordinationibus opus est, satius esset retinere usitatos ritus quam novos excogitare *). Nec nostri recusarunt in conventibus servare ἀδιάφορα, id est, indifferentia 41), et adhuc in plerisque locis magna ex parte retinemus publicos ritus veteres, festos dies Christi, cantiones pias veteres, et pleraque usitata. Praeterea similitudo rituum invitaret caeteras nationes, ut facilius reciperent hanc doctrinam Evangelii, nec haberet quicquam incommodi haec observatio, si extaret recta doctrina, quae doceret tales ritus observandos esse sine superstitione, hoc est, sine opinione iustitiae aut

40) Cod. Goth. *praecipere.*
*) Peuc. *exagitare.*
41) *id est indiff.* cod. Goth. et c. Mehn. non habent.

servare[2]) communiter cum aliis adiaphora, cum extaret recta doctrina, ex qua discerent conscientiae, quomodo sine superstitione talia adiaphora servanda essent.

necessitatis, sed, sicut alios politicos mores, tranquillitatis et ordinis causa. Facile igitur de hac re poterit concordia restitui, quia[41]) et doctrinam nostram de hoc articulo probant omnes pii et eruditi, et nostri, admissa doctrina, usum traditionum charitate[43]) moderari deberent[44]).

(*De Confessione.*)[45])

Ita[46]) meo iudicio prodest, in Ecclesiis retinere confessionem et propterea quod abolito[47]) more absolutionis obscuratur[48]) doctrina de remissione peccatorum et potestate clavium, et propter disciplinam. Commode enim[49]) possunt homines in confessione institui[50]); nec habet quicquam periculi aut incommodi confessio, si homines recte doceantur, ne superstitiosa[51]) enumeratione peccatorum onerentur conscientiae, et*) si doceantur[52]), unde sit remissio peccatorum. Nam de enumeratione sentiendum est, sicut de aliis traditionibus ecclesiasticis, quod sine peccato omitti possit.

Itaque de his quatuor articulis facilis est ratio constituendae concordiae[53]), scilicet**) de auctoritate Episcoporum, de ordinatione sacerdotum, de traditionibus humanis in rebus mediis, et de confessione.

(*De praecipuis articulis: de iustificatione; de Missa et utraque specie; de cultu Sanctorum; de votis et coelibatu.*)[54])

De Iustificatione.[55])

Controversiam de *iustificatione* ipsa tempora mollierunt; nam de multis iam[56]) convenit inter doctos, de quibus initio fuerunt magna certamina. Nemo iam defendit ista[57]) absurda, quae leguntur apud Scholasticos, quod homines possint legi Dei satisfacere, quod mereantur remissionem peccatorum dignitate suorum operum, quod[58]) sint iusti, id est, accepti propter propriam dignitatem et legis impletionem. Omnes iam fatentur, fide opus esse, hoc est, fiducia in Christum et remissionem[59]) peccatorum, de qua fide seu fiducia[60]) nulla est mentio in Scholasticis[61]). Omnes iam fatentur, interesse gloriae Christi, ut illa fides inculcetur hominibus.

Convenit item inter doctos de *libero arbitrio*, de *peccato originis*, et de plerisque aliis quaestionibus coniunctis.

Quare si Pontifex aut ipsi Reges darent operam, ut aliqui boni viri et prudentes[62]) colloquerentur, facile posset haec controversia de iustificatione diiudicari ac dirimi. Et quidem prodesset Ecclesiae, extare simplicem et planam doctrinam de Iustificatione. Res est enim necessaria conscientiis[63]). Sunt autem duo articuli, alter de *Remissione peccatorum*, alter de *dignitate bonorum operum* in his qui iam reconciliati sunt[64]).

De priore articulo etiam existimo, facile posse constitui concordiam, quod videlicet[65]) in remissione[66]) peccatorum necessaria sit contritio et mutatio morum, et tamen remissionem contingere, non

---

2) Cod. Mon. *servari.*
42) Cod. Goth. *constitui, quod.*
43) Col. Pez. et Peuc. *in charitate.*
44) Hic finitur apogr. in cod. Mehn.
45) Etiam haec inscriptio abest a Schweb.
46) *Ita* Schweb. tantum. habet
47) Schw. *quia ab alio*, mendose.
48) Col. Pez. et Peuc. *obscuretur.*
49) Schw. *etiam.*
50) Schw. *instrui.*
51) Cod. Goth. *nec.*
*) *et* non habent Colub. Pez. et Peuc.
52) Col. Pez. et Peuc. *doceatur.* Apud Schw. *ne superstitiosa enumeratione — — doceantur*, non leguntur.
53) Schw. *constituendi concordiam.*
**) Schw. inserit: *de potestate Romani Pontificis.*
54) Has inscriptiones Schw. non habet, et videntur serius additae. Neque sunt in cod. Goth. et Monac.
55) Etiam haec inscriptio non est ap. Schw.
56) *iam* non habent Col. Pez. et Peuc.
57) *ista* abest a cod. Mon. et vers. germ.
58) Schw. *quod quidam.*
59) Col. Pez. Peuc. et cod. Goth. *in remissione.*
60) *seu fiduc.* non habent Col. Pez. et Peuc.
61) *et remissionem — — scholasticis* desiderantur apud Schw.
62) Col. Pez. et Peuc. *boni et prudentes viri.*
63) *Res est enim* etc. non habet Schw.
64) *in his* etc. Schw. non habet. Col. Pez. Peuc. et cod. Goth. pro *in his* etc. habent: *seu de meritis in reconciliatis.*
65) *videlicet* abest a Schw. et cod, Monac.
66) Peuc. *in remissionem.* Pez. et Colub. *ad remissionem.*

propter dignitatem nostrae contritionis seu operum, sed tantum[67]) per[68]) misericordiam propter Christum, quae[69]) fide, hoc est, fiducia Christi apprehenditur. In hac sententia clarum est non excludi bona opera, sed aliam causam remissionis peccatorum quaeri certam et sufficientem. Constat enim in veris pavoribus non posse opponi nostra[70]) bona opera irae ac iudicio Dei. Hic meritum non tollitur, quia nos nihil agamus, sed ut intelligatur, quomodo[71]) sit certa remissio; si enim penderet ex dignitate contritionis nostrae, fieret incerta. Denique[72]) de hoc articulo de[73]) remissione peccatorum existimo bonos ac prudentes facile posse convenire, tantum non adhibeantur homines morosi, qui habent depravata iudicia ex scholasticis opinionibus[74]). [Arbitror enim omnes prudentes probaturos esse hunc articulum, quod remissio peccatorum contingat fide, id est, fiducia in Christum, non propter nostra opera.][75])

Alter articulus de *dignitate bonorum operum* in reconciliatis, etiam nunc tempore factus est mollior, quia[76]) omnes iam concedunt, quod homines procul absint a perfectione legis. Ideo concedunt etiam saniores apud adversarios[77]), homines principaliter iustos, id est, acceptos esse fide, hoc est, fiducia misericordiae promissae[78]) propter Christum, et quod[79]) illa inchoatio legis[80]) in nobis placeat, non quia[81]) legi[82]) satisfaciat, sed quia[83]) persona est reconciliata in[84]) Christo. Omnes prudentes iam agnoscunt, oportere addi de fide, quod reconciliati praecipue placeant, non propter dignitatem operum, sed fide propter Christum. „Hoc si concedatur[85]), postea facile est iudicium, quale „sit meritum operum, et quidem prodest postea valde augere atque ornare dignitatem bonorum operum, „sicut et[86]) scriptura valde ornat[87]), modo ut ille scopus prius teneatur, quod remissio peccatorum[88]) „propter[89]) Christum contingat per fidem. Item, quod haec opera placeant, non quia legi satisfaciant, „sed quia personae credant Christo[90]). Necesse est enim pias mentes contra desperationem praemu„niri, et doceri, quomodo placeat haec[91]) nostra obedientia. Illa conveniunt[92]), quod iustitia bono„rum operum seu bonae conscientiae sit necessaria, quod Spiritus sanctus detur in ipsa[93]) remissione „peccatorum, quod oporteat mortificari veterem hominem, et crescere novitatem Spiritus, quod Spi„ritus sanctus non maneat in his, qui committunt mortalia peccata, hoc est, facta contra conscien„tiam et contra legem Dei. Item quod liberum arbitrium aliquid agat in cavendis talibus delictis. „Item quod adiuvetur a Spiritu sancto, ut caveat[94]) talia delicta."[95])

Si hoc modo colligantur ea, quae conveniunt, paucae controversiae reliquae erunt.

„Nam in scholasticis opinionibus hoc praecipue reprehensum est, quod de hac fide, de qua lo„quitur Paulus, quae agit aliquid[96]) in remissione peccatorum et pacificatione conscientiae, mentio„nem prorsus *) nullam faciunt. Item quod somniant, hominem posse legi Dei satisfacere, et iustum

---

67) Peuc. *totum*, fortasse ex mendo.
68) Schw. *propter*.
69) Col. Pez. Peuc. et c. Goth. *qui*.
70) *nostra* abest a c. Mon.
71) Cod. Goth. *intelligamus*, *quae*.
72) Verba: *Constat enim — — — incerta. Denique*, Schw. praetermisit.
73) Schw. *toto de*.
74) *ex schol. opin.* non habet Schw.
75) Haec uncis inclusi, quia desiderantur ap. Schw. in cod. Mon. atque in vers. Vinar. et serius addita videntur. Caeterum pro *opera* Col. *merita*.
76) Schw. *quod*.
77) *etiam san. ap. adv.* non habent Schw. et c. Mon.
78) *miseric. promiss.* non habet Schw. — *promissae* etiam abest a c. Mon.
79) Schw. *quidem*.
80) *legis* non habet Schw.
81) Schw. *quod*.
82) *legi* abest a Schw. et c. Mon.
83) Schw. *quod*.
84) *in* abest a Schw. et cod. Mon. — Cod. Goth. *per Christum*.
85) Cod. Mon. *conceditur*.
86) *et* abest a cod. Mon.
87) Peuc. et Pez. *ornatur*.
88) Cod. Mon. *reconciliatio*.
89) Peuc. et cod. Goth. *per*; Colub. et Pez. *propter Christum* non habent.
90) *Item, quod* etc. cod. Mon. non habet.
91) *haec* abest a cod. Mon.
92) Cod. Goth. *convenient*.
93) *ipsa* addit cod. Mon., in reliquis non legitur.
94) Cod. Goth. *adiuvemur a Sp. S. ut caveamus*.
95) Omnia signis „ „ notata non habet Schwebel., sed exstant ap. ceteros, item in vers. Vinar. et in cod. Monac. quanquam hic textum Schw. sequitur. Idem attinet ad verba mox seqq. eodem signo notata.
96) Col. et Pez. pro *agit aliquid* habent *necessaria est*, sed Peuc. cod. Mon. et vers. germ. *agit aliquid*.
*) *prorsus*] Colub. *plane*.

„esse propter legis impletionem. Horum articulorum ipsos iam Scholasticos, si qui sunt saniores, „pudet. Correctis his duobus articulis iudicari caetera facile possunt"[97]).

De Missa.[98])

(*Schweb. cod. Monac. et vers. germ.*)

In caeteris articulis omnibus iniri ratio concordiae sine magna difficultate potest, sed † hic unus"[1]) nodus de Missa videtur inexplicabilis esse; et[2]) profecto de hac re opus esset Ecclesiae Synodo. Et ut maxime Synodum impedirent tempora, tamen, si Christianissimus[3]) Rex Franciae et inclytus Rex Angliae, quia[4]) iam bene inter eos convenit, curarent, ut ex utroque Regno delecti aliquot boni et docti viri colloquerentur, praeclare mererentur de Ecclesia.

Haec causa una omnium maxime digna est Regibus. Cruciantur enim animi hominum horribili dubitatione, qua liberari per summos Monarchas debebant. Ego quid hic consulam nescio, cum adhuc inter nostros sint dissensiones de coena Domini. *Bucerus* moderationem quandam † Zwinglianae sententiae"[5]) proposuit. Ea moderatio mihi quidem non displicuit; sed culpa huius turbulenti saeculi factum est hactenus, quo minus nostri de tota re inter se prorsus convenirent, sed annituntur modo aliqui, ut solida inter nostros[6]) concordia constituatur, praesertim cum hoc dissidium maxime deterreat ab Evangelio exteras[7]) nationes. Christus adiuvet nos, et redigat[8]) Ecclesiam suam in piam et sanctam Concordiam.

† Sed alia deliberatio est[9]) de usu Missarum, „quomodo conservari possit usitata forma, et an „fieri debeant privatae Missae?

„Primum de forma. Nos quidem usitatam „formam retinemus, adeo ut vix dissimilitudo „ulla agnosci possit, et optarim idem fieri in aliis „locis. Quorsum enim attinet, ceremonias mu„tare, cum non opus est. Semper enim non ne-

97) Vid. not. 95.
98) Inscriptionem Schwebelius non habet.
1) Addit cod. Monac.
2) Schw. *nodus de Missa valde inexplicabilis est, ut.*
3) Schw. *Christianus.*
4) Schw. *quod.*
5) Addit cod. Monac., a Schwebelio consulto praetermissa.
6) Schw. *nos.*
7) Schw. *caeteras.*
8) Schw. *reducat.*
9) Hic totus locus, signis „ „ notatus non legitur ap. Schweb., sed in cod. Monac. et vers. Vinar. — Consulto praetermissus est in textu Schw.

(*Colub. Peuc. Pezel. et cod. Goth.*)

In caeteris articulis omnibus[99]) videtur facile ratio iniri posse constituendae concordiae; sed hic unus nodus de Missa, ut vereor, est inexplicabilis, quia haec est summa ceremonia in Ecclesia, et est collata ad horribiles abusus, et hi abusus sunt meri quaestus Monachorum. Quare abusus Missae praecipue opus habent emendatione. Ac tanta res praecipue in Concilio generali tractanda esset. Sed vix sperandum est*), fore aliquam in Synodo legitimam cognitionem tantarum rerum. Ideo optarim, ut de tanta re deliberari curarent ipsi Reges, praesertim Rex Galliae et Angliae, quoniam inter ipsos convenit. Utinam hi pios et doctos homines convocarent, et iuberent eos pie et diligenter agitata re quaerere consilia, quomodo abusus emendari possent. Haec tanta res praecipue digna esset his summis Regibus; Deus enim postulat, ut Reges prohibeant impios cultus, et curent pios institui et conservari. Certum est autem, impiam opinionem esse Monachorum de applicatione Missae, videlicet quod Missa prosit pro aliis vivis et mortuis, et mereatur eis remissionem culpae et poenae. Haec opinio obscurat doctrinam de fide in Christum, et pugnat manifeste cum veteri usu Missarum, et cum sententia sanctorum Patrum. Ex hac opinione infiniti abusus orti sunt. Haec opinio peperit et auxit[1]) privatas Missas; nec vero spes est ulla, Monachis hunc errorem de applicatione Missae[2]) unquam extorqueri posse. Cum igitur illa applicatio pro vivis et mortuis ad promerendam remissionem culpae et poenae necessario corrigenda sit, ne obruatur doctrina de fide, nos veterem morem Missae**) renovavimus[3]); tantum enim unam publicam seu communem[4]) habemus, in qua aliqui et explorati prius et confessi simul[5]) communicant sacramentum[6]).

99) Cod. Goth. *De reliquis omnibus controversiis.*
*) *est* omittit Peuc.
1) Cod. Goth. *peperit etiam et invexit.*
2) *Missae* abest a Peuc. Pez. et cod. Goth.
**) *Missae*] Colub. et Pez. *de Missa.*
3) Peuc. *renovabimus.*
4) Cod. Goth. *communem missam.*
5) *simul* abest a cod. Goth.
6) Cod. Goth. *sacramento.*

„cessavit novitas fugienda est. Habemus autem „tantum publicam Missam in diebus festis. Ibi „utuntur aliqui sacramento, sed prius explorati et „confessi. In hoc more nihil est levitatis. Credo „nemini gravi viro hanc ipsam formam, si videat, „displicituram.

„Sed privatas Missas nullas habemus, et de „his sunt magnae disputationes, quibus praebuit „occasionem ingens ille abusus Missarum per to- „tum orbem terrarum, ad quem tot iam seculis „Pontifices connivent. Emendatis his abusibus „fortasse disputationes de privata Missa etiam mi- „tigarentur. Sunt autem hi abusus noti et mani- „festi, quod fingunt, oblationem illam valere pro „aliis, et quidem pro vivis et mortuis, ac mereri „aliis remissionem peccatorum, et alia multa, et „quidem ex opere operato.

„Veteres vocant Missam sacrificium non qui- „dem tale, quod mereatur aliis remissionem pec- „catorum, sed quod sit opus faciendum in eccle- „sia ad gratiarum actionem. Etiamsi quis velit „hoc modo eis concedere privatam Missam, tamen „nullo modo sunt contenti, sed pugnant de appli- „catione pro aliis.

„Potest igitur deliberari, si non potest ha- „beri Synodus, an hanc disputationem de privatis „Missis conducat suspendere ac differre ad Syno- „dum, et interim neminem ad privatas Missas co- „gere, praesertim cum nec vetus Ecclesia habue- „rit privatas Missas, et in graecis parochiis ne „nunc quidem sint privatae Missae. Nam mona- „steria fortasse latinam consuetudinem imitan- „tur."[10])

De utraque specie sacramenti[11]) videmus subinde tumultus renovatos esse. Movetur enim populus, cum allegatur institutio Christi et veteres ritus Ecclesiae. Et ut maxime quaeratur aliqua excusatio utentium una specie, tamen non desinunt illi tumultus; et in his tumultibus etiam conscientiae aliquorum periclitantur. Porro facile mederi his incommodis Pontifex sine detrimento ullo[12]) posset, si, sublata prohibitione, relinqueret usum liberum, et constitueret, ne qua pars alteram damnaret. Haec libertas plurimum ad tranquillitatem conduceret, et nihil noceret ulli generi hominum. Et tota haec res est Pontifici in manu,

Et de usu diligenter docemus, quomodo prosit sacramentum his, qui agunt poenitentiam, et fide se erigunt, et credunt, sibi peccata condonari. Hic est vetus mos; nullae enim olim fuerunt privatae Missae, et in Graecis parochiis hodie etiam privatae Missae nullae sunt. Quare hic mos habet exemplum veteris Ecclesiae, et tutissimus est.

Veteres Missam vocant sacrificium, non quod sit applicandum pro aliis vivis et mortuis, ut[7]) mereatur eis remissionem culpae et poenae; sed vocant sacrificium in genere, quia est memoria sacrificii Christi, et opus, in quo agimus gratias pro beneficio[*]) Christi. Hac ratione concedimus[8]), ut in Apologia diximus, Missam sacrificium esse, sed non applicandum pro aliis vivis et mortuis, ut mereatur eis remissionem culpae et poenae. Quanquam autem in hoc articulo moderationem reperire valde difficile est, tamen videtur mihi non alienum, si Pontifex constitueret, ut nemo cogeretur ad privatas Missas. Sed, ut antea dixi, maxime optandum est in hoc articulo, ut Reges curarent de eo diligenter deliberari, et liberari Ecclesiam ab horrendis abusibus, et sanari conscientias ambiguas. Nam multae controversiae haerent in hac causa de Missa, videlicet, de verbis coenae, de sacrificio, de applicatione.

Ad haec accedit etiam controversia de *usu utriusque speciei*. Ea res etiam antea excitavit magnos motus in Ecclesia, quia cum audiunt pii, quod Christi institutio sit, ut sumatur integrum sacramentum, et quod hoc ita observatum sit in veteri Ecclesia, iudicant obtemperandum esse institutioni Christi et veteris Ecclesiae exemplo. Et[**]) quamvis quaeritur excusatio de usu unius speciei, tamen conscientiae ambigunt. Ideo consultissimum esset, ut Pontifex tolleret prohibitionem integri Sacramenti, et constitueret, ne altera pars alteram damnaret, donec erudiri Ecclesia posset[9]), et integer usus restitui[***]). Huius ceremoniae summa esse veneratio debet, ideo maxime prodesset reverentia in tractando sacramento, et liberari conscientias scrupulis, et hae res externae privatim plus scrupulorum et publice plus dissensionum pariunt. Haec incommoda facile sanare

10) Desinit hic locus ap. Schw. praetermissus.
11) Schw. *specie sacrae coenae.*
12) Schw. *ullo modo.*

7) Cod. Goth. *ut*; Col. Pez. et Peuc. *et.*
*) Colub. et Pez. *beneficiis.*
8) Cod. Goth. addit: *et nos.*
**) *Et* omittit Peuc.
9) Cod. Goth. *Ecclesiae possent.*
***) Colub. *constitui.*

quia [13]) constat prohibitiones tantum esse iuris humani. Fortassis etiam aliae multae controversiae fierent mitiores, si Pontifex aliquid in hac causa populo concederet. Nam hanc ceremoniam populus maxime curat [14]), et quia [15]) res est externa, dissimilitudo in usu facile parit tumultus [16]). In aliis controversiis dissimilitudo [17]), quia non est externarum rerum, sed opinionum, non tam facile ciet [18]) tumultus.

Pontifex posset sublata prohibitione integri sacramenti, nec aliquid faceret Pontifex novum. Nam ipsa prohibitio est nova et humana auctoritate instituta, quam haud dubie licet Pontifici emendare.

(*De cultu Sanctorum.*)

(*Schweb. cod. Monac. et Vers. Viner.*)

De cultu Sanctorum [19]) tam multi sunt manifesti abusus, ut omnes pii et docti iam olim ante haec tempora emendationem flagitarint. Deinde constat, hoc etiam in sacris litteris nusquam praecipi, ut invocentur Sancti. Quare tota invocatio Sanctorum sine peccato omitti † et aboleri" posset. † Quorum si tamen moderatio aliqua quaeri„tur, possent retineri sanctorum honores, quales „fuerunt in veteri Ecclesia. Nam ex *Hieronymo*, „*Ambrosio*, *Basilio*, *Nazianzeno* apparet, festos „dies sanctorum celebratos esse. Extant enim „conciones eorum, in quibus nulla fit mentio ne„que invocationis neque intercessionis, sed tan„tum imitationis; sicut ait *Basilius* in concione „de quodam Martyre: laetantur populi laetitia „spirituali, cum egregia facta istorum audiunt, „ut ament et imitentur bona. Haec moderatio „sufficeret ad retinendos aliquos honores sancto„rum" [20]), et ratio iniri posset, quomodo feriae Sanctorum celebrandae essent. Nam et feriae nunc sunt immodicae et inutiles pietati. Confluit enim otiosa multitudo ad convivia, ludos, rixas etc.

† Postremo, si omnino intercessio aliqua „propter receptam consuetudinem videretur reti„nenda esse, etsi est periculosa, tamen de ea de„liberare docti possent, an talis forma invocatio„nis constituenda esset in publico, quae est in

(*Colub. Peuc. Pez. et cod. Goth.*)

Tam multi manifesti abusus sunt in cultu Sanctorum, ut omnes pii et docti iam olim ante haec tempora flagitarint [10]) emendationem. Estque haec [11]) facilior emendatio in hac causa, quia nullum periculum est conscientiis, etiamsi in universum aboleatur invocatio Sanctorum. Nam in sacris litteris nullum praeceptum, nullum exemplum est, quod doceat invocationem Sanctorum. Quare manifestum est, eam non esse necessariam; sed res nova est, et ignota veteri Ecclesiae ante *Gregorium*. Extant enim conciones aliquot et *Basilii* et *Nazianzeni* de Sanctis, in quibus nulla prorsus fit mentio de invocatione, sed tantum dicunt, se exempla proponere, ut discamus, quomodo Deus exerceat et iuvet Sanctos, ut Deo gratias agamus, deinde ut illorum exempla et fidem populi erigant [12]), et hortentur [13]) populum ad imitationem [14]). Nec *Hieronymus* adversus Vigilantium loquitur de invocatione, sed tantum de illa virtutum et beneficiorum Dei [15]) recordatione. Hic vero iure reprehenditur*) negligentia posterioris aetatis, quod tam procul a veterum [16]) consuetudine discesserit. Finxerunt, Sanctos invocandos esse tanquam intercessores; ita obruerunt Christi beneficium et offuderunt populo imaginationes, quasi Sancti sint clementiores quam Christus, et propter hanc opinionem populus fiduciam debitam Christo transfert in Sanctos. Item invocatio per se tribuit

---

13) Schw. *quod.*
14) Schw. *amat.*
15) Schw. *quod.*
16) Schw. *tumultum.*
17) Schw. *similitudo.*
18) Schw. *faciet.*
19) Cod. qui habet inscriptionem, quae apud Schw. desideratur, sic incipit: *Tam multi sunt man. abus. de cultu sanctorum.*
20) Totus hic locus praetermissus est ap. Schw.

10) Cod. Goth. *flagitarint in his.*
11) Cod. Goth. *eo* pro *haec.*
12) Cod. Goth. *populo exhibeamus.*
13) Cod. Goth. *hortemur.*
14) Cod. Goth. *imitat. eorum.*
15) *Dei* non habent Col. Pez. et Peuc.
*) Peuc. *deprehenditur.*
16) Col. et Pez. *a veteri Ecclesia et.* Peuc. *a veterum Ecclesia et.* Rectius cod. Goth. *a veterum.*

„veteribus Ecclesiae orationibus, ubi invocatio „fit ad Deum, non ad sanctos, et tamen fit men„tio alicuius intercessionis, videlicet: *Deus da, „ut adiuvemur precibus sanctorum.* Certum est „enim, sanctos in coelo orare pro tota Ecclesia in „commune; sicut et in hac vita homines pii orant „pro universa Ecclesia. Sed hic praemuniendi „erunt animi hominum recta doctrina, ne obscu„retur beneficium Christi, et ne fiducia debita „Christo transferatur in sanctos, sicut accidit hac„tenus.

„Plurimum enim refert, homines recte in„telligere, quod Christus sic velit coli, videlicet „ut agnoscamus, ipsum esse mediatorem, ipsum „nobis propositum esse pontificem, qui et velit „invocari et velit exaudire. Nec opinio ferenda „est, quasi alii sancti sint benigniores. Refert „item, intelligere populum, quod in invocatione „respiciendum sit ad promissiones, quae testan„tur, nos certo exaudiri, et Deum sic velle coli. „Extant autem promissiones de Christo, quod „propter Christum exaudiamur. Haec hactenus „miris modis obscurata sunt per abusus in cultu „sanctorum, et fiducia debita Christo in sanctos „translata est. Ea vero est idololatria non feren„da in Ecclesia. Ideo si quaeritur moderatio in „cultu sanctorum prudentia adhibenda erit."[21])

Sed tamen hic articulus talis est, ut recti et boni viri facile de eo convenire possent.

† Imo si recta doctrina de Christo fuerit in„staurata, abusus illi in cultu sanctorum per sese „ruerent, praesertim si potestates quadam dissi„mulatione patiantur abusus ruere. Nunc enim „inaudita quadam saevitia saepe in rebus levissi„mis utuntur. Etsi autem potestates debent uti „suo iure, ubi opus est, tamen videndum est „etiam, ne abutantur ad defensionem idololatriae „contra mandatum Dei. Et errant, si existimant, „se hac iniusta saevitia Ecclesiam pacaturos esse. „Nam nec Deus favet iniustis consiliis, nec ac„quiescunt piorum animi, si tantum terrores pro„ponuntur. Quare fit, ut subinde novi motus „oriantur. Et quidem in hoc articulo propemo„dum nihil opus videtur ulla nova disputatione „aut constitutione; tantum opus est quadam mo-

21) Praetermissa haec omnia sunt apud Schweb.

Sanctis omnipotentiam, quia in invocatione testamur, quod is, quem invocamus, habeat infinitam potentiam, inspiciat motus animorum in omnibus invocantibus*). Deinde longius etiam aberratum est. Sanctos ut autores donorum invocabant: *sancte Iacobe, protege, libera nos.* Postea singulis Sanctis distributa sunt certa officia, et prolixe cupiditatibus impiis servitum[17]) est. Alius sanctus invocabatur ut ditaret, alius alia de causa, et fuerunt omnia plena ethnicorum errorum et exemplorum. Adversus haec tanta vitia certe deberent Reges et Episcopi remedia quaerere. Primum autem si recta[18]) doctrina de Christo instauraretur, facile per se ruerent[19]) abusus et pravae opiniones de cultu Sanctorum, quia populus magis assuefieret ad intelligenda beneficia Christi, et ad vera fidei exercitia, si intelligeret, Christum propositum esse tanquam intercessorem, propter quem velit Deus certo dare remissionem peccatorum et alia bona pro sua sapientia et bonitate.

Et tamen si in hoc articulo moderatio aliqua quaeritur, potest iniri ratio, quomodo iusti honores Sanctorum retineri possint, scilicet, si feriae aliquae retineantur, in quibus populo Sanctorum historiae et exempla prudenter sine invocatione eorum proponantur, sicut et olim videmus in Ecclesiis fuisse festos dies Sanctorum. Modus tamen etiam feriarum illarum esse deberet. Nunc enim sunt immodicae et inutiles pietati; confluit enim otiosa multitudo ad convivia, ad ludos, ad rixas, et confirmantur ineruditis concionibus impii cultus.

Veteres quaedam orationes faciunt mentionem intercessionis, sed tamen ita, ut invocatio non fiat ad Sanctos sed ad Deum, id est: *Deus da, ut adiuvemur precibus Sanctorum.* Certum est enim, sanctos in coelo in genere[20]) orare pro universa Ecclesia. Etsi autem docti de hac forma deliberare possent, tamen periculum est, ne etiam talis forma obscuret intercessorem Christum. Ideo ne hanc quidem velim confirmari[21]); sed illa moderatio sufficeret, retinere recordationem propter exempla ut dictum est. Sed renovata pura doctrina de Christo facile ruerent sine tumultu ab-

*) Peuc. *invocationibus.*
17) Cod. Goth. *cupiditatibus inservitum.*
18) Col. Pez. et Peuc. *certa*; sed cod. Goth. *recta.*
19) Peuc. mendose: *perseverent* pro *per se ruerent.*
20) *in genere* cod. Goth. recte; pro eo Col. et Pez. *rogare et* Peuc. *rogare.*
21) Col. Pez. et Peuc. *confirmare.*

„derata dissimulatione potestatum. Si in aliis „articulis pura doctrina restituta fuerit, ita enim „(etiam?) abusus, qui fuerunt hactenus in cultu „sanctorum per sese ruerent."[22]).

Neque articulus *de votis Monachorum et coelibatu*[23]) aliquam subtilem controversiam habet, sed tota res Pontifici in manu est. Non enim opus est, monasteria funditus delere; nam optandum est, ut Monasteria sint scholae, ut fuerunt quondam. † Sed quoniam de praesentibus temporibus loquimur, Pontifex sedare praesentes „tumultus de vita monastica ita posset, si de vo„tis in genere dispensaret in hunc modum," ne quis invitus in Monasteriis teneretur. Haec dispensatio sine † detrimento ordinum, sine" insigni mutatione publica fieret, et liberaret Ecclesiam a multis scandalis et peccatis. Et tantum habet aequitatis[24]), ut non dubitem, quin hic mihi assentiantur omnes boni et prudentes viri † in hoc ipso vitae genere". Nam ut recte dicitur*), votum non debet esse vinculum iniquitatis, ita monasteria prodesse debent conscientiis, non nocere. Quare si qui non sint idonei ad id vitae genus, hos profecto multo satius erat dimitti libere. Caeterum illi, qui in monasteriis manerent, si haberent[25]) puram doctrinam, possent ritibus et suis institutis uti tanquam adiaphoris, sine superstitione; sicuti existimo *Bernhardum* et similes usum

usus in cultu Sanctorum, praesertim si potestates quaedam*) dissimulatione paterentur abusus ruere. Nunc iniustissima saevitia saepe in rebus levibus utuntur. Etsi autem potestates debent uti suo iure, ubi opus est, tamen videndum est, ne abutantur eo[22]) contra mandatum Dei ad defensionem idololatriae. Errant enim, si in tanta negligentia et in tantis cupiditatibus, eorum, qui rexerunt[23]) Ecclesias, existimant nihil vitii in Ecclesiam irrepsisse; errant etiam si arbitrantur, Deum non fore ultorem, si iniustam crudelitatem in pios et in membra Christi exercuerint. Extant severissimae comminationes in scripturis adversus eos, qui prophetas et pios interficiant[24]), quae certe movere debent summos Principes, ne acerbitate illa suppliciorum utantur, nisi ubi opus est, et re diligenter deliberata a piis et doctis.

De Votis.

Constat non omnes ad votum perpetuae continentiae idoneos esse, et scimus, inter ipsos Monachos saniores optare, ut dimitterentur ii[25]), qui non sunt idonei. Huic rei facile posset Pontifex mederi proposito edicto, in quo publicam dispensationem ederet, ut his, qui non essent ad id vitae genus idonei, concederetur libertas deserendae Monasticae vitae, nec propterea prorsus desererentur Monasteria, sed reliqui, quibus hoc vitae genus placere videretur[26]), in illis collegiis, quae quidem correctis abusibus tolerari possent, manerent[27]). Nescio qualis sit status Monasteriorum in aliis terris. In Germania in locupletioribus monasteriis nullae nunc litterae sunt, nulla doctrina; tantum ibi aluntur homines otiosi, quorum nullus potest esse usus in Ecclesia. Itaque satius esset, haec monasteria deseri, et reditus transferri**) ad alios usus Ecclesiarum, et ad alendos studiosos in aliis Collegiis aut[28]) Monasteriis. Sed ordines tenuiores adhuc serviunt Ecclesiis, quorum collegia, ut dixi, emendata doctrina et correctis abusibus possent conservari, si extaret

22) Etiam hunc locum, ut et reliqua signis † — " notata, praetermisit Schw.

23) Cod. Monac. habet inscriptionem: *De votis Mon. et Coelibatu*, quare hic illa verba praetermisit. Incipit: *Neque his articulus*.

24) Schw. *tantam habet aequitatem*.

*) *ut recte dicitur* Schweb. inter *esse* et *vinculum* interposuit.

25) Schw. *habeant*.

*) Colub. et Pez. *quadam*.

22) Col. Pez. et Peuc. *et* pro *eo*.

23) Cod. Goth. *vexarunt*.

24) Cod. Goth. et Peuc. *interficiunt*.

25) Col. et Pez. *his* pro *ii*, et interpungunt post *dimitterentur*. Peuc. *hi*.

26) Cod. Goth. *placeret*, *viverent*.

27) *manerent* abest a cod. Goth.

**) Colub. et Pez. *transferre*.

28) Cod. Goth. *et*.

esse, et nunc quoque multos vere pios sine superstitione suo vestitu et caeteris rebus similibus uti. †Constat enim ex nostrorum scriptis, non improbari Monasticen propter rerum illarum usum, „sed" superstitionem[26]) et impiam fiduciam damnari[27]). Nescio qualis sit status Monasteriorum locupletum in aliis regnis. In Germania in talibus Monasteriis nullae sunt litterae, nulla doctrina; tantum ibi aluntur homines ignavi et otiosi. Haec monasteria possent[28]) authoritate Pontificum et Regum cum tempore converti in scholas. Nam etiam illis ipsis locis, ubi iam Monasteria deserta occuparunt respublicae, oportebit tamen paulo post nova collegia constitui, ubi alantur de publico studiosi sacrarum litterarum, alioqui enim defuturi sunt Pastores Ecclesiis, nisi ipsae respublicae in eiusmodi Collegiis alant pauperes, ex quibus Pastores sumi queant. Divites enim non fere discunt sacras litteras, et certe Ecclesiastica Monasteria defugiunt. Et videntur initio Collegia hoc consilio constituta esse, ne deessent Ecclesiis Pastores. In Monasteriis tenuioribus plus est †et" literarum et studiosorum. †In his hoc „praesenti tempore nulla admodum insignis mu„tatio fieret; et cum dispensatio illa pontificia ex„taret, et liberati essent illi coetus superstitione, „postquam de doctrina convenisset": magis ibi florere[29]) honesta et sancta studia inciperent.

Fortasse aliquis me deriserit ac dicat, me Platonicam civitatem somniare[30]), cum tamen Ecclesiae puritatem depingo. Ego vero non hoc ago, ut ex rebus humanis omnia vitia tollam; sed praesertim dissidiorum quaedam moderata †remedia" colligo, quae sunt possibilia, si Pontifex et Reges volent mederi Ecclesiae; sin autem illi decreverunt veterem statum, et omnes abusus vi retinere, et ea crudelitate †defendere", qua hactenus usi sunt, periculum est[31]), fore, ut aliquando maiores motus excitentur, et magis dissipentur Ecclesiae.

Nihil habeo amplius †quod de monasteriis „dicam; non enim hic opus est disputare de eo„rum opinionibus, quas iam magna ex parte cor„rexerunt ipsa tempora"; tantum ostendi, quid videatur in praesentia utile et conscientiis et publica

illa de votis dispensatio, quam dixi. Neque enim inutile esset, pios et studiosos aliquos*) ita versari una in studiis sacrarum litterarum et aliarum disciplinarum, et assuefieri piis exercitiis et caeremoniis, ut inde sumerentur Ministri Ecclesiarum, sicut olim solebat fieri. Praecipue autem hoc tempore pauci discunt sacras litteras, et videtur opus fore etiam in illis locis, ubi iam deserta sunt omnia[29]) Monasteria, ut iterum quaedam Collegia constituantur, in quibus pauperes scholastici alantur, destinati piis studiis, ne desint Ecclesiis Pastores. Haec moderatio de Monasteriis nihil videtur habere incommodi, et profecto esset utilis Ecclesiae. Boni et prudentes viri inter Monachos iam olim deplorarunt vitia Monasticae vitae. Displicuit eis, quod vota sine ulla dispensatione requiruntur, nec delectus habetur aut discrimen personarum, cum manifestum sit, non omnes idoneos esse huic vitae generi; agnoscunt plus esse superstitionis in Monasteriis quam verae pietatis: ideo extant scripta multorum ante haec tempora, qui emendationem abusuum optaverunt et flagitaverunt**).

26) Schw. *sine superstitione.*
27) Schw. *damnare.*
28) Schw. *possunt.*
29) Schw. *et magis ibi florerent.*
30) Schw. *formare.*
31) Schw. *esse.*

*) *aliquos* omittunt Colub. et Pez.
29) *omnia* abest a cod. Goth.
**) Peuc.: *optarunt et flagitarunt.*

blicae tranquillitati Ecclesiae. Christus Pontificis et Regum mentes gubernet ad illustrandum Evangelium et tollendam Idololatriam.

De Sacerdotum coniugio nihil opus est longa disputatione. Constat enim eam rem Pontifici totam in manu esse, et videmus, quam pauci sint vere casti. Sed coniugium ideo difficulter admittunt, quod parum commodum videtur conservandae potentiae et opibus. Sed posset iniri ratio, ut ad summas dignitates tantum coelibes admitterentur. Sed res loquitur ipsa, †legem" de coelibatu non esse aptam *) tantae multitudini Sacerdotum, quanta in parochiis et ministeriis opus est.

Considerandum est hoc †quoque" Pontifici et Regibus, an res digna sit coelibatus, de qua adeo vehementer dimicent, ut nolint concordiam constituere[32]), nisi in totum[33]) restituto coelibatu. Magna est auctoritas Ecclesiae et Pontificum, quare vota[34]) et traditiones de coelibatu haud dubie relaxare potest; †et ubi id ad concordiam et „tranquillitatem, praeterea etiam ad pietatem „conducit, certe est Pontificiae lenitatis, in eam „partem potestate uti malle. Nusquam enim minus decet non necessaria saevitia, quam in Ecclesia et regno Christi."

Nullus est reliquus articulus, de quo non aut iam conveniat nostris cum altera parte, aut de qua non possit facile conveniri[35]).

Quare satis sit dixisse de praecipuis articulis, de quibus haec[36]) collegi et, ut melius perspici posset, quid in nostra parte defendatur, et, ut monstrarem aliquas vias moderandi has controversias, nec gravatim cedam aliis saniora monentibus. At meo iudicio nullus est articulus difficilis praeter unam Missae causam.

Opto autem, ut dominus noster Iesus Christus efficiat, ut talis constituatur aliquando concordia, qua et[37]) ipsius gloria fiat illustrior et[38]) piae mentes non perdantur sed adiuventur, ut in

*) Schw. *aptum*.
32) Schw. *constitui*.
33) Schw. *tantum*.
34) Schw. *vita*, mendose.
35) Schw. *convenire*.
36) Schw. *hoc*.
37) Schw. omittit *et*.
38) Schw. *ut*.

De Coelibatu Sacerdotum.

Manifestum est, paucissimos in coelibatu sine magnis offensionibus conscientiae vivere; plurimi etiam in manifesta turpitudine vivunt, et illa exempla nocent Ecclesiae. Debet autem Pontifex et sanare conscientias et prohibere mala exempla; ideo optandum est, ut legem de coelibatu sacerdotum aboleat Pontifex. Nam haec res est prorsus iuris humani. Magna est autoritas Ecclesiae in his, quae sunt iuris humani[30]), et hac auctoritate Ecclesia uti debet ad aedificationem, ad alendam pietatem, ad iuvandas conscientias, ad prohibenda peccata, non ad perniciem animarum aut ad confirmanda peccata. Porro haec lex de coelibatu multa peccata parit, et multas animas perdidit. Fortassis cum olim pauciores essent sacerdotes et liceret eis ducere uxores, sic tamen ne postea essent in ministerio. Haec lex nimis habuit incommodi; nunc*) certe, tanta in multitudine, et cum prorsus huic ordini prohibetur coniugium, quanta pariat incommoda non est obscurum. Leges humanae debent cedere temporibus; ideo optandum est, ut Pontifex hanc legem mitiget. Fortassis illud etiam obstat, quod metuunt, fore, ut dissipentur opes Ecclesiasticae aut labefactentur iura electionis, si Episcopi ducant uxores. De his periculis deliberari posset. Fortassis posset[31]) iniri ratio, ut tantum coelibes eligerentur Episcopi, sed caeteris ministris Ecclesiarum concederetur coniugium. Paulo post deerunt Pastores Ecclesiis, praesertim in Germania. Decet autem Pontificem, publicam necessitatem Ecclesiarum anteferre suae constitutioni[32]). Sed hic articulus non habet opus longa disputatione; tantum hic aequitate Pontificis et summorum Principum opus est, ne legem inutilem pertinaciter defendant, cum nihil opus sit.

Postremo facilis est diiudicatio omnium controversiarum; tantum articulus de Missa habet aliquid difficultatis. Sed inter bonos et pios spero de omnibus conveniri posse. Ideo orandus est Christus, ut**) summorum Regum animos flectat

30) *Magna est* etc. exciderunt apud Colub. et Pez. Cod. Goth. habet *iis* pro *his*, et *auctoritatis humanae* pro *iuris humani*.
*) Colub. et Pez. sic habent: *in ministerio, haec lex minus habuit incommodi. Nunc*.
31) Sic cod. Goth., sed libri editi: *periculis posset. fortassis* (Peuc. *fortasse*).
32) Sic Colub. et Pez. cum cod. Goth., sed Peuc. *institutioni*.
**) Peuc. *ut et*.

timore Dei et vera fide et vero cultu Dei et omnibus virtutibus proficiant ad salutem. Amen.

Philippus Melanthon
salvo meliori iudicio.

ad studium illustrandae gloriae Dei et iuvandae Ecclesiae, et det arbitros harum maximarum rerum idoneos. Nam si diiudicatio committeretur indoctis, et his qui suis affectibus magis vellent morem gerere quam consulere saluti publicae, quid futurum sit facilis est diiudicatio. Sed oremus Christum, ut Ecclesiam suam, pro qua et oravit et passus est, respiciat[88]), eamque redigat in concordiam piam et perpetuam.

Haec scripsi non quod de unius sententia aliquid constituendum putem; nemo enim in Ecclesia sibi hanc tyrannidem sumere debet: sed quia rogatus sum, bono studio respondi, et significavi me hoc scriptum velut deliberationem quandam mittere, et optare, ut plures docti communiter de tantis rebus deliberent. Non igitur pro decretis spargi in populum debebant, et quidem professus sum, me concessurum iudiciis aliorum rectius sentientium.

B.

Idem scriptum a Gallis editum; ex Argenterio. (F.)

Duodecim Articuli ex parte Germanorum Protestantium a *Melanchthone* ad *Franciscum I.* Galliarum Regem missi, ut examini Parisiensium Magistrorum Theologiae subiicerentur.

Prooemium.

Ad constituendam veram in Ecclesia Dei unionem et concordiam primum hoc censemus esse necessarium, ut in Christum omnes spectemus; proximum et ab hoc ipso pendens, ut gloriam eius, non propriam quaeramus, quicunque esse volumus verbi Dei Doctores et Concionatores, nec geramus alterutri gladiatorios animos nostra mordicus defendendi: Quin potius *Augustinum* imitari studeamus, qui modesto vir ingenio libros scripsit Retractationum. Neque enim hoc illi probro ducitur, quod vir tantus, sed unus hoc fecerit simpliciter et bona fide. Etenim supervacuus fuerit in studiis labor, si nihil liceat melius invenire praeterito. Hunc sanctum virum si volumus omnes imitari, libenter alteri alteris, nec paucis in rebus, illaesa tamen veritate, cedemus. Atque ut a nostratibus initium fiat, multa condonabimus Ecclesiasticae concordiae. Multa iam restituere in gratiam eius rei occepimus: Multa etiam ipsa tempora mollierunt. Intelleximus quidem antea et ex animo indoluimus inculcari de nobis opinionem Pontificibus et Regibus, hoc tantum nos moliri, ut recepta omnia convellantur, ut excussa Monarchia Romani Pontificis et repudiatis veteribus ordinationibus Ecclesiasticis libertatem quamdam barbaricam statuamus, cum tamen aliud nihil minus voluerimus, quam regno Christi suam deesse politiam, suam praecipiendi et statuendi auctoritatem. Scimus enim nusquam certiore omnia et concinniore ordine debere constitui, nusquam debere maiorem esse obedientiam, subiectionem pleniorem, potestatis reverentiam religiosiorem. Iam externa potestas (cum quaecunque sit, a Deo sit, et Dei ordinationi resistat, quicunque huic non obtemperaverit) toti in eo sumus, ut haec potestas sacrosancta sit, et colatur ab omnibus quam religiosissime. Itaque ne per dogmata quidem nostra stabit, quominus coeat iusta Ecclesiarum in Domino concordia.

I.

De potestate Pontificia.

Primum igitur hoc omnes unanimiter profitemur politiam Ecclesiasticam rem esse sanctam et utilem, ut sint utique aliqui Episcopi, qui praesint pluribus Ecclesiarum Ministris; item ut Romanus Pontifex praesit omnibus Episcopis. Opus est enim in Ecclesia gubernatoribus, qui vocatos ad ministeria Ecclesiastica explorent et ordinent, et iudicia Ecclesiastica exerceant et inspiciant doctrinam sacerdotum: Et ut maxime nulli essent Episcopi, tamen creari tales oporteret. Tantum hoc optamus, ut hi qui nunc sunt Episcopi, agnoscant in tanta infirmitate hominum Ecclesiam nunquam adeo puram fuisse, quin aliqui inciderint abusus, atque ut maxime inciderint nonnulli, aliquos esse, quos quis duxerit dissimulandos et condonandos publicae concordiae, fuisse tamen et esse quosdam minime omnino tolerandos: immo vero et pleraque olim fuisse persancte a Patribus instituta, in quae lapsu temporis inciderint abusus huiusmodi, ut sanctiore consilio immutari hodie possint, alioqui deletura esse aliquos Articulos Fidei necessarios, perductura que homines ad manifesta peccatorum discrimina. Quare Pontificis est etiam in rebus maximis et necessariis, ut consulat conscientiis, aliquando

88) Peuc. *inspiciat.*

concedere relaxationem, et vicissim est nostrum ferre omnia propter publicam dilectionem, quae sine impietate vel manifesto peccati periculo ferri possunt. Id si Pontifex et caeteri Episcopi voluerint intelligere, perfacile possunt suam retinere auctoritatem, neque bonus ullus erit, qui adversetur huic Ecclesiasticae politiae, aut reclamet in Romani Pontificis Monarchiam, cum ea, nostro quidem indicio, ad hoc prodesse multum possit, ut doctrinae consensus retineatur in multis Nationibus. Deinde quod ad opes et reditus attinet, et hoc lubenter agnoscimus, Regum et Principum donationes esse res licitas. Sunt autem illae opes et reditus, Regum et Principum donationes.

II.

De traditionibus humanis et rerum indifferentium in genere.

Facile potest iniri et in hac parte ratio unionis et concordiae. Nam de his rebus *Adiaphoris*, ut de cibis, feriis, vestitu Ecclesiastico et aliis similibus caerimoniis inter omnes perfacile conveniet, si doctrina convenerit, non deceret nostros separare se a consuetudine reliquae Ecclesiae. Praeterea cum mundus carere non possit caerimoniis et ordinationibus, quae esset morositas velle dissentire ab aliis, aut malle novas, quam usitatas? tantum admonebuntur imbecilliores, quomodo sine superstitione huiusmodi *Adiaphora* servanda sint.

III.

De ieiunio, castigatione carnis, et ciborum delectu.

Utinam vero in quibusdam, et maxime in ieiuniorum observationibus et omni castigatione carnis non adeo inter homines conveniret, hoc est, non ita pauci his delectari viderentur. At inter nos et eos, qui nos damnant, hoc interest, quod nobis videtur, cum ista nonnisi ab ultroneo spiritu rite suscipi queant, praestare homines ad ea sanctis hortamentis incitare, ut Apostoli fecerunt, quam adigere praeceptis, quae nemo tamen observat, atque hi minime omnium, qui praecipiunt. Illi autem malunt praecipere et haec esse praecepta Divina contendere, nihil solliciti quod ea observet nemo. Ieiunium quidem profitemur esse ab ipso Christi Spiritu institutum. Sed delectus ciborum, etiamsi testimonio Scripturae cedamus (id quod fere de omnibus controversiis huius temporis dici possit) Patrum auctoritate refelli potest. *Chrysostomus* in Commentariis ad Timotheum: *Nulla creatura*, inquit, *communis, est immunda.* Item, *Si communis sit, medicamentum est in promptu, Signum Crucis illi imprime. Gratias age Deo, Deo gloriam refer.* Nota est Historia *Spiridionis* Episcopi, lib. 1. Historiae tripartitae, cap. 1. Dum hospes quidam refutaret (*recusaret*) carnes porcinas in Quadragesima comedere, profitens se Christianum, inquit *Spiridion*, propterea refutare non debes, quia Christianus es. Nam *omnia munda mundis*, ut sermo Divinus edocuit. Adde quod pauca fuerunt Iudaeorum ieiunia, et tamen nemo capitale duxit, si quis illis diebus non ieiunasset, nec una lex ferri potest in tanta hominum et complexionum inaequalitate. Unde satis claret, quod sit Christi iugum per se leve, sed variarum constitutionum onere multifariam aggravatum. Ne quis tamen putet, ullam a nobis moram fore, quominus in hac parte Ecclesiae Dei pax constituatur, libenter erimus omnibus omnia, modo puritas doctrinae Christi admittatur et removeatur superstitio. Atqui puritati doctrinae quis velit obsistere et patrocinari superstitioni?

IV.

De cultu Sanctorum.

Tam multi sunt et tam manifesti ea in re abusus, ut omnes docti et pii iam olim ante haec tempora emendationem flagitaverint. Profitemur quidem esse retinendos Sanctorum honores, quales fuerunt in vetere Ecclesia. Nam ex *Hieronymo, Ambrosio, Basilio, Nazianzeno*, apparet festos dies celebratos esse. Extant et Conciones eorum plenae Sanctorum encomiis, et leguntur aliqui sancti Patres in encomiis Sanctorum mortuorum, pia mortuorum facta prosopopoeia, intercessionem eorum quasi praesentes a praesentibus orasse. Verum cum id fecisse videantur magis studio commovendi affectum religiosae admirationis in Divos, quam ut eorum intercessioni multum tribuerent; quia, sicut ait *Basilius* in Concione de quodam Martyre, *Laetantur populi laetitia spirituali, cum egregia facta Iustorum audiunt*: Admonere velim rudem populum, ne fiduciam debitam Christo transferant in Sanctos, ut saepe accidit hactenus. Nam si omnino intercessionis Sanctorum aliqua mentio propter receptam consuetudinem videbitur retinenda esse, ea maxime intercessionis forma constituenda esset in publico, quae est in veteribus Ecclesiae orationibus, ubi invocatio fit ad Deum, non ad Sanctos, et tamen fit mentio alicuius intercessionis; videlicet, *Deus da, ut adiuvemur precibus Sanctorum.* Certum est enim Sanctos in Coelo orare pro tota Ecclesia in communi, sicut et in hac vita homines pii orant pro universa Ecclesia. Sed hic sunt praemuniendi hominum animi recta doctrina, ut intelligant quod Christus vult coli, ut agnoscamus, ipsum esse Mediatorem, ipsum nobis propositum esse Pontificem, qui et velit invocari, et velit exaudire. Nec opinio ferenda est, quasi alii Sancti sint eo benigniores, ut adoremus eos velut Patronos, ut meritis eorum innitamur, qui merito passionis Christi et gratia illius nituntur, ut praerogativas quasdam superstitiose illis tribuamus, quibus morbos et alia incommoda depellant, et interim nullo vero studio teneamur Christi, nihil de Divorum imitatione soliciti simus. Hoc quid nisi manifesta idololatria est? At sic vulgus prope omne Divos colit, ut quae dicuntur, canuntur et fiunt a plerisque in eorum feriis, ad eorum sepulcra, imagines et statuas, si expendamus, dum eo confluit otiosa multitudo ad convivia, ludos, choreas et rixas, videbimus nos minime abesse a superstitione Ethnicorum. Sed ut ingenue, quod sentimus, profiteamur, nihil in hac parte, nova disputatione aut conflictione, opus erit. Tantum Ecclesiarum administrationibus adhibeantur docti et pii, non indocti et quaestuosi Sacerdotes, qui populum erudient quomodo et quatenus Sancti sint colendi, honorandi, invocandi; quomodo feriae celebrandae, et quod in eorum invocatione respiciendum sit ad promissiones de Christo, quae

testantur nos per Christum exaudiri, et Deum sic velle in Sanctis suis coli. Huiusmodi si praeficiantur Ecclesiis Ministri, qui rectam doctrinam instaurent, atque interim utantur invicem inter nos moderatione, dissimulatione, facile abusus omnes, qui fuerant hactenus in cultu Sanctorum, per sese ruent, atque adeo de plerisque aliis abusibus idem est sperandum, deque eo maximo, qui nunc se tractandum offert super Sanctorum imaginibus et statuis. Nam si pii et docti Sacerdotes sufficiantur in eorum loco, qui statuis eiusmodi abutentes ad quaestum, patiuntur imbecillum et rude vulgus in superstitionem et idololatriam cadere, doceantque in Sanctorum memoriam, ut per eam ad eorum imitationem invitemur, imagines et statuas esse positas, nos profecto neque Christi, neque Sanctorum imagines damnabimus. Nam earum cultum tantum et adorationem, et tam indoctum, quam avarum et quaestuosum Sacrificulorum vulgus improbamus, idque cum Theologis omnibus, et veteribus et recentioribus.

V.

De Missa, etc.

Missarum contemptum apud multos eadem invexit indocta et sordida Sacrificulorum multitudo, quibus idem accidisse videmus, quod vitro, ut multitudine vilescerent. Sed si ad hoc honoris, pii, docti et probati tantum admittantur, non, ut antea, terrae opera, genus hominum ignavissimum, qui nihil aliud sciunt, quam Missare, imo vero in ipsa sua Missatione non loquuntur quinque verba in sensu, quem Paulus praefert decem millibus verborum in lingua, 1. Cor. 14. Fortasse semotis his Missarum conductitiis nundinatoribus, restituetur Missae suus honos; et omnis lingua confitebitur, quod Iesus est Dominus in gloria Dei Patris: ita ut Psalmi, Hymni et Cantiones sint spirituales, canatur et psallatur in Domino. Neque vero Missam ipsam damnare unquam voluimus, sed abusus tantum et vitia, quae obrepserunt ex privatis Missis, et praepostera eius operis fiducia, quae plerosque sic seduxit, ut posthabita omni pietatis et poenitentiae cura, si viderint modo singulis diebus Missam, de eius, licet, mysteriis, ne cogitent quidem, putant id sibi et suis in hac et futura vita valere prae ceteris rebus omnibus. Nos quidem usitatam Missae formam aut retinuimus, aut restituimus, adeo ut vix dissimilitudo ulla agnosci possit, et optarim idem facere nonnullos, qui veterem Missae formam omnino abiecerunt. Quorsum enim attinet caerimonias mutare, cum opus non est, cum videlicet non necessaria mutatio fugienda sit. Habemus autem tantum publicam Missam, in qua utuntur aliqui Sacramento, scilicet prius explorati et confessi, sed privatas Missas nullas habemus, sicuti neque habuit vetus Ecclesia, neque unquam habuerunt Graeci in Parochiis. Sed haec disputatio poterit in Synodum reiici, et interim nemo ad privatam Missam cogi. De Missarum applicatione, an pro aliis valeant in remissionem peccatorum, etiam, ut asserunt nonnulli, ex opere operato, facile licebit vel ex *Aquinate* concordiam sarcire. Utraque enim et Sacrificii et eius applicationis, quam ille docet, ratio nititur virtute promissa sacro Ministerio et viva membrorum Christi communione.

VI.

De Sacramento Eucharistiae.

Agnoscimus et confitemur omnes, sublatis quae inter nos diu viguerunt, altercationibus, quod Dominus Iesus, quemadmodum in ultima Coena, ita etiam hodie Discipulis suis et credentibus suum verum Corpus et Sanguinem vere ad manducandum et bibendum dat in cibum animarum et vitae aeternae, ita ut Christus in nobis et ipsi in Christo maneamus, quodque ex verbis Christi, dum ait, *Hoc est Corpus meum: Hic est Sanguis meus:* Nefas est aliud colligere, quam in Sacramento adesse veram veri Corporis et Sanguinis Domini praesentiam. Itaque sive Coenam Domini, sive panem et vinum Domini, sive Corpus et Sanguinem Domini, sive Sacramentum Corporis et Sanguinis Domini, sive Missam, aut Synaxim, aut Eucharistiam, aut Agapen, aut Liturgiam, etiamsi Sacrificium vocare quis voluerit, non multum indicamus esse Christiano de nomine ipso contendendum, modo de re ipsa constiterit, et praesente urse, quod dicitur, vestigia non inquiramus. Feremus enim ad sanum intellectum haec omnia nomina. Tamen ut deinceps de hoc omnium maximo Sacramento, quod Fide tantum possumus percipere, non etiam rationibus ac persuasionibus humanis demonstrare, nulla unquam usquam proponatur quaestio, quae non eadem possit verbis conceptis et ex sacra Scriptura neque aliunde depromptis disputari, Evangelistae sane et Paulus de hoc mystico pane circumcise meminerunt, veriti nimirum, ne quid de tanto mysterio secus dicerent, quam oportet. Igitur et nos hanc Theologiam sic tractemus, et non incidamus in Mataeologiam. Imitemur *Phocionis* sententiam, qui dum alii soliciti essent, ut quamplurima dicerent, quo viderentur Auditoribus diserti, illi diversa cura erat, ut quae ad rem facerent, verbis quam paucissimis complecteretur. Erraverit sane, qui Evangelistis et Paulo prudentior esse voluerit. Deplorate erraverit, cui pudor fuerit in consilio, ut errorem etiam intellectum velit defendere; et in summa, de rebus tam Divinis disserere periculosissimum est, tacemus, definire velle.

VII.

De Communione sub utraque specie.

De utraque specie Sacramenti videmus subinde tumultus renovatos esse. Movetur enim populus cum allegatur institutio Christi et vetus ritus Ecclesiae. Porro ut concedi non debeat, vix constituere quisquam possit, cum diversum irrepserit sine auctoritate Ecclesiae absque ulla ratione, quae apud rite doctos et ea, quae Christi sunt, curantes alicuius magni momenti sit. Sola quorumdam praepostera huius Sacramenti reverentia et praerogativae Sacerdotalis appetentia, praecipua esse visa est huius inhibitionis causa *Gersono* viro doctissimo et sanctissimo. De institutione vero satis constat, Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes.* Et Marci 14. *Biberunt ex hoc omnes:* Et ex libris signorum apud *Benedictinos*, et in constitutionibus *Carthusianorum* legitur de fistula, qua Laici bibebant Dominicum Sanguinem, et Moguntiae abhinc annis quadringentis erant iuxta Aram

maximam sex fistulae argenteae in huiusmodi usum. Porro facile mederi his tumultibus Pontifex sine ullo magno detrimento posset, si sublata prohibitione relinqueret usum liberum, et constitueret ne qua pars alteram damnaret. Haec libertas plurimum ad tranquillitatem conduceret, neque noceret ulli generi hominum.

VIII.

De Confessione.

Confessio est multiplex: Una, quae Deo occultiora, imo omnia confitetur. Altera, qua Deo et Ecclesiae prodimus crimina: Tertia, qua familiariter Fratribus detegimus errata, quae etiam praecepta est, sicut mutuae preces et opera misericordiae. Has omnes quidem in unam Sacramentalem miscuerunt, imitati Poëtas, qui multorum Heroum praeclara gesta in Herculem aut Bacchum unum congerunt. Sed eam sane, quae multorum seculorum confessio comprobata fuit, et nunc quoque observatur, indicio nostro prodest retinere, propterea quod abolito more absolutionis, obscuratur doctrina de remissione peccatorum et potestate clavium: Etiam propter disciplinam, quod in confessione commode possunt homines institui. Nec habet quidquam periculi aut incommodi confessio, si docti praeficiantur Ecclesiis Sacerdotes, qui sciant verbo eum sustentare, qui lapsus est, qui superstitiosa enumeratione non onerent conscientias, nec morosis interrogationibus, ut evenisse constat, interdum praebeant ansam delinquendi, qui austeritate intempestiva, non coniiciant in desperationem, nec baculum fractum comminuant, nec lignum fumigans extinguant, ut est Isaï 42. Denique qui recte docere sciant, unde sit remissio peccatorum. De hac igitur sicut et de communione sub utraque specie, cultu Sanctorum, iustificatione, votis et coelibatu, Pontificis in manu est concordiam statuere.

IX.

De iustificatione, Fide et operibus.

Controversiam hanc, de qua initio magna fuerunt certamina, ipsa tempora mollierunt. Nam de multis iam convenit inter doctos, quidnam illud sit, scilicet in quo certis nobis datur esse; Deum peccata condonasse et vitam aeternam adiudicasse. Cum enim omnes sentiamus primam gratiam a Deo proficisci, quam vulgo praevenientem vocant, et sine qua placere Deo nemo potest, ex propriis operibus, neque legi satisfacere, fateamur, necesse est, per ipsam gratiam, quam eam Fide amplectimur prius, quam quidquam operemur, nos salvari. Relinquitur ergo Fidem esse, quae nos iustificet, acceptos faciat Deo, et per quam unam certis nobis esse datur, nos ad vitam aeternam et beatam esse vocatos. In hac Fide, hoc est, fiducia in misericordiam Dei ultro nobis peccata remittentis per Sanguinem Filii sui; Ex hac item Fide, hoc est, fiducia, quae per dilectionem efficax est, recta vita sequitur, ex qua etiam vita aeterna; sicut ex incredulitate vita mala et damnatio aeterna. Neque enim Fidem esse in eo arbitramur, qui ut *Chrysostomus* conqueritur de Constantinopolitanis, Fidem iactant, sed quam virtus non sequitur, virtutem scientia, scientiam temperantia, temperantiam patientia, pietas et fraterna dilectio. Nam qui iustificationem praedicat et Fidei iustitiam adscribit, statim adhibere debet antidotum, ut ducat sequelam et virtutum catenam, simul naturam Fidei et operum explicans, et Fidem opus Dei esse, non nostrum demonstrans, ut qui gloriatur, in Domino glorietur, et sciat Fidem, opus magnificentiae Dei, afferre iustitiam in seculum seculi, mortificationem carnis, vivificationem Spiritus, victoriam mundi, carnis, peccati, Sathanae. Cum ergo de hac Fide loquimur, satis liquet, nos bona opera, quae sunt Fidei testimonia, exempla et fructus non evertere, sed rite plantare. Posita ergo viva radice Fidei, atque etiam diligentissime nostros etiam quotidie adhortamur luculentissime explicantes, quod Deus et bonis et malis operibus repensurus sit. Tamen quia servi inutiles sumus et legem Dei nunquam implemus, fidendum semper docemus misericordiae Dei et merito Christi, non nostris operibus, quae quatenus bona merita sunt, Dei opera sunt, ut Divus *Augustinus* praedicare solet. Porro omnia opera nostra sic debere institui, ut et gloriam Dei illustrent et iuvent proximos; quoniam omnis lex et Prophetae in dilectione Dei et proximi consummantur. Igitur in hac assertione duo in primis consideraudi sunt Articuli: Alter est de remissione peccatorum: alter est de dignitate bonorum operum in iis qui iam reconciliati sunt. De priore Articulo facile existimamus credi posse, quod in remissione peccatorum necessaria sit contritio et mutatio morum, et tamen remissionem contingere non propter dignitatem nostrae contritionis seu operum, sed tantum per misericordiam Dei propter Christum, quae Fide, hoc est, fiducia in Christum apprehenditur. In hac sententia clarum non excludi bona opera, sed aliam causam remissionis peccatorum quaeri, certam et sufficientem. Constat enim in veris pavoribus non posse opponi bona opera irae, nec iudicio Dei. Hic meritum non tollitur, sed docetur, unde sit certa repromissio. Si enim penderet ex dignitate contritionis nostrae, fieret incerta. Aliter Articulus de dignitate bonorum operum in reconciliatis, etiam tempore factus est mollior, quia cum omnes iam concedant, homines procul abesse a perfectione legis, et quod inchoatio legis in nobis Deo placeat, non quod satisfaciat, sed quod persona est reconciliata Christo, omnes prudentes facile agnoscunt reconciliatos praecipue placere Deo non ex dignitate operum, sed Fide propter Christum. Hoc si concedatur, postea facile est iudicium, quale sit meritum operum. Et quid prodesset postea valde augere atque ornare dignitate bonorum operum, sicut Scriptura valde ornat, modo et ille scopus teneatur. Quae reconciliatio propter Christum contingat per Fidem. Item quod haec opera placeant, non quia satisfaciant legi, sed quia personae credant Christo. Necesse est enim pias mentes contra desperationem praemuniri et doceri, quomodo placeat nostra obedientia. Caeterum inter nos iam convenit, quod iustitia bonorum operum, seu iustitia bonae conscientiae sit necessaria; quod Spiritus sanctus detur in ipsa remissione peccatorum; quod oporteat mortificari veterem hominem, et crescere novitatem Spiritus; quod Spiritus sanctus non maneat in iis, qui

committunt mortalia peccata, hoc est, contra conscientiam et legem Dei. Item quod liberum arbitrium aliquid agat in cavendis talibus delictis; item quod tametsi non inest nobis a natura ad bene agendum, tamen per Christum liberatur, et ad bonum excitari necesse habeat. Item quod a Spiritu Sancto adiuvetur, ut caveat delicta, et in bonis se exerceat. Si hoc modo ea intelliguntur, quae inter nos conveniunt, paucae super hoc Articulo reliquae controversiae erunt.

X.

De Monasteriis, deque votis Monachorum et Coelibatu.

Neque hic Articulus habet subtilem aliquam controversiam. Sed tota res Pontifici in manu est. Non enim petunt boni, ut Monasteria deleantur, sed optarent ut sint Scholae, sicuti fuerunt quondam, et ut ingentes illi census et proventus Ecclesiastici, quos Maiores nostri tam liberaliter, fraudatis etiam saepenumero haeredibus, contulerunt, gloriam Dei et publicam utilitatem spectantes, in usus meliores verterentur, ut ex eis alerentur, qui iuventutem omnium ordinum bonis artibus et moribus instituerent, non ut passim hodie homines ignavi et otiosi. Nam etiam illis ipsis in locis, ubi quidam temere Monasteria deserta occuparunt, oportebit tamen paulo post nova Collegia constitui, ubi alantur de publico pauperes Studiosi sacrarum literarum: Alioqui defuturi sunt Pastores Ecclesiis, nisi ipsae Respublicae in eiusmodi Collegiis alant literarum Studiosos pauperes, ex quibus Pastores sumi queant. Divites enim non fere discunt literas, et Ecclesiastica ministeria ut plurimum defugiunt, et videntur initio Collegia illa hoc consilio constituta esse, ne deessent Ecclesiis Pastores. Nescimus qualis sit status Monasteriorum locupletum in aliis Regnis; in Germania, nullae in huiusmodi Monasteriis sunt literae, nulla doctrina; in tenuioribus plus est literarum et studiosorum. Quod si dispensante Pontifice Collegia illa extarent, et qui alerentur in iis, non adigerentur perpetuo ad ea vota, ad quae pueri necdum rationis compotes hoc tempore adiguntur, et deinceps iuxta regulam Divi *Augustini* et omnium veterum dimissis, qui frustra in coenobio sunt, permissoque iis, quod idem *Augustinus*, idem et *Cyprianus* permittit, reliquis eam vitae rationem commendaremus, quam veteres Sancti instituerunt. Magis passim florere honesta et sancta Studia inciperent. Nam hanc manifestam adeo et indissimulatam vivendi nequitiam, aut certe hypocrisim et superstitionem cur non submoveant Pastores Ecclesiae, aut cur de votis in genere non dispensent in hunc modum: ut ne quis invitus in Monasterio teneatur? Non istud est Deo illudere, vota coelibatus et sincerioris vitae exigere et edere, nec cogitare quidem ut ea praestemus. Sane vota ut pars cultus Dei sunt, ita contra Deum nec suscipi nec praestari possunt: Et haec dispensatio sine detrimento ordinum, sine insigni mutatione publica fieret, et Ecclesiam liberaret a multis scandalis et peccatis; et tamen habet hoc aequitatis, ut non dubitemus, quin hic nobis assentiantur omnes boni et prudentes viri; qui cum observatione praesentes mores contulerint, vel tantillum intellexerint, quam multorum afflictae conscientiae passim in Monasteriis, heu fere vi ad peccata et abominationes, et ea, quae Paulum nominare etiam pudet, adiguntur. Non deberet autem votum (uti etiam recte dicitur esse vinculum iniquitatis, et deberent Monasteria prodesse conscientiae, non nocere. Quare si qui non sint idonei ad id vitae genus, hos profecto satius esset dimittere liberos. Caeterum illi qui in Monasteriis manerent, si haberent puram doctrinam, possent ritibus et institutis suis uti tanquam adiaphoris, sine superstitione, sicut existimo *Bernardum* et similes usos esse, et nunc quoque multos viros pios sine superstitione suo vestitu et caeteris rebus similibus uti. Constat enim ex Scriptis nostris non improbari Monasticam vitam propter rerum illarum usum, sed superstitionem et fiduciam impiam damnari.

XI.

De Sacerdotum coniugio.

De Sacerdotum coniugio idem statui non videmus quid impediat. Nam in tanta Sacerdotum et Monachorum turba restitui aliter vitae puritas non poterit. De hoc Articulo sunt Canones Nicaeni Concilii, in quorum Tractatu placebat aliquibus introducere legem, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, et Subdiaconi cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Ibi *Paphnutius* confessus est honorabiles nuptias esse et castitatem esse dicens concubitum cum coniuge propria, suasitque Concilio, ne talem poneren legem gravem asserens esse causam, quae aut ipsis aut eorum coniugalibus occasio fornicationis existeret. Et in epistola *Dionysii* Corinthiorum Episcopi legitur, ne Fratribus necessitas sit compulsae castitatis, lib. 4. Eusebii, cap. 23. Audivimus sane ex plerisque, non admittere (qui nobis adversantur) Sacerdotum coniugia, quod ea parum commoda videantur conservandae potentiae et opibus. Sed iniri potest ratio, ut ad summas dignitates (ad quas nemo nisi matura iam aetate vel moribus insignis adhibetur) soli admittantur coelibes. Caeterum fateamur (et res ipsa loquitur) legem de coelibatu non esse aptam tantae multitudini Sacerdotum, quanta in Parochiis et Ministeriis opus est. Considerandum est hoc quoque Pontifici et Regibus, an res digna sit coelibatus; de qua debeant adeo pertinaciter dimicare, ut concordiam nolint constituere, nisi restituto in totum coelibatu. Sane magna est auctoritas Ecclesiae et Pontificum. Sed haec praecipue ad tranquillitatem et concordiam valere debet. Quare vota et traditionem de coelibatu haud dubie relaxare potest. At ubi quid ad concordiam et tranquillitatem, propterea etiam ad pietatem conducit, certe est Pontificiae lenitatis in eam partem potestate uti malle, quam severitate nimia invehere in Ecclesiam pro emendatione morum contaminationum.

XII.

De Parentalibus, Missis pro Defunctis, Purgatorio et libero Arbitrio.

Supersunt et aliae quaedam controversiae; ut de Parentalibus et Missis pro Defunctis, super quibus forte

consultius fuerit, omni dimissa disputatione, adhortari virum quemque, ut dum vivit, eroget pauperibus. Item de Purgatoribus et libero Arbitrio, de quibus vellemus in Schola potius disputari, quam sine fructu in concionibus. Iubet enim Paulus, ut a quaestionibus nunquam finiendis abstineamus, et aedificationem Dei, quae est per Fidem, accipiamus; ubi finis legis est charitas 1. Timoth. 1. Extra hos, nullum esse putamus Articulum, de quo non aut iam conveniat nostris cum altera parte, aut de quo non facile possit convenire. Nec enim gravatim cessuri sumus aliis saniora monentibus. Multum autem interest Ecclesiae Christianae, ut hoc fermentato seculo, quo tam multae oriuntur sectae et multifariam gestiunt erigere caput, si temporum iniquitas celebrationem generalis Concilii non admittit tam facile, Pro-synodus interim fiat et Conventus, non tantum Sacerdotum et Theologorum, sed etiam ex ordine Magistratus, profani, cordati et probi viri adhibeantur, quibus est chara gloria Domini, publica honestas et publica utilitas. Sic aliquando *Richardus* Hispaniarum Rex etiam iudices locorum et auctores fiscalium patrimoniorum consilio adhibuit. Neque hoc temere iudicamus, ut qui ex historia Ecclesiastica collegerimus sanctos viros, scilicet profanos, dissidentibus Episcopis multa effecisse et saepenumero salutaria fuisse. Exemplum est in *Constantino* et in praefecto *Valentis*, qui serio dicebat Sacerdotibus ob sublimitatem dogmatum non esse turbandam Ecclesiam. Perfacile autem coalescere possumus, si quod initio sumus protestati, unum Christum et eius gloriam non propriam, quisque nostrum, spectemus. Optamus igitur, ut Dominus noster Iesus Christus efficiat, ut in timore Dei et vera Fide, et vero cultu, et omnibus virtutibus proficiamus ad salutem.

No. 1206. **1. Aug.**

M. Bucero.

† Ex duobus apographis, altero a Bucero facto, quod est in biblioth. Academiae Argent. quodque mihi descripsit Clar. Strobelius, altero in cod. Basil. Vol. XXVII. f. 16., quod mihi contulit S. V. de Wettius.

Doctissimo viro D. Martino Bucero, docenti Evangelium Argentinae[1]*, amico suo,*

S. D. Assentior tibi, mi *Bucere*, desperandam esse concordiam cum Pontifice Romano. Ego tamen, ut istis bonis viris morem gererem, qui pio studio rem tantam moliuntur, scripsi alind *) quod exhibebit tibi noster *Ulricus*. Si plus largitus videbor adversariis, cogitabis[2]), me quaedam voluisse ad affectus illius gentis[3]) accommodare non tam qui[4]) sperem nobis placari posse τὸν ἀρχιερέα τὸν Ῥωμαῖον, quam ut isti boni viri intelligerent, quibus de rebus praecipue sint controversiae. Certe περὶ δικαιοσύνης mitigavi libenter, et spero eam moderationem doctis placituram esse. Indicavi quaedam quasi procul. Sed si aliquando conveniemus, de omnibus articulis copiose. Quod scribis, annitendum esse nobis, ut inter nos fiat concordia, hoc profecto ago, et nuper ea de re cum nostro principe collocuti[5]) sumus. Sed expecto *Landgravium*, brevi, ut spero, ad nos venturum, et ut non venerit, scribam ei meas quasdam *) cogitationes, quas tecum aliquando communicabo. Profecto enim nihil magis cupio rerum omnium, quam ut illud ingens scandalum dissensionis inter nos aliquando auferatur, quod quantum impediat evangelii cursum, non ignoras. Vides, me οὐ μάχεσθαι ὑμῖν, sed spero caeteros etiam futuros mitiores. Christus respiciat ecclesiam suam et restituat sanctam et piam nobis concordiam. Scripsi ad te copiose proximis nondinis **). Eas literas an acceperis ignoro. Rescribe quaeso proximis nondinis. Bene ac feliciter vale. Cal. August. Saluta meis verbis *Pedrotum*[6]), a quo expecto literas.

Φίλιππος.

1) Cod. Bas. *Argentorati.*

*) Fortasse: *aliquid*. Est iudicium in Galliam missum super controversiis de religione.

2) Cod. Bas. *cogitato.*

3) Cod. Bas. *partis.*

4) Cod. Bas. *quod.*

5) Cod. Bas. *collaturi.*

*) Cod. Bas. *qualescunque*, quod praeferendum videtur.

**) Vid. epist. d. 15. Mart. 1534.

6) Cod. Bas. *Pedrottum.*

No. 1207. **3. Aug.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 229 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo s.

S. D. Negotium de collocanda pecunia distuli certo consilio ad reversionem principis nostri, qui modo a pacificatione domum rediit, inciderunt enim tuae litterae in medias illas turbas. Ea caussa fuit, cur non responderim citius. *Pontano* post reditum exhibui tuas litteras, qui negotium totum principi exposuit. Nec mihi dubium est optimam

esse erga te voluntatem et principis et Pontani, sed heri mihi respondit ex aula rediens, quae poteris cognoscere de adiuncta carta litteris meis. Ego nunquam valde contendendum putavi: meministi, quid mihi antea πρὸς τὸ ἀσφαλές visum sit utilius, et emtiones reperiri commodae possunt, easque in re meam tibi operam polliceor, sicubi in his regionibus in emtionem collocari pecuniam placuerit. οἰκονομία qualis fere sit vides, ne illud quidem Hesiodeum attenditur, ἐπὶ πυθμένι. Quare de tota re etiamnum deliberandum esse censeo, facile reperientur, si voles, qui libenter usitatis legibus pecuniam istam recipiant. Tu tamen quid fieri velis mihi significato, et an in hoc negotio contendendum esse censeas. Nosti iudicia plerorumque alienissima esse a nostris sensibus, quaerunt certum operae genus, hoc est titulum. Expecto tuas litteras. τὰ Μακεδονικὰ κέκρικε νυνὶ ὁ θεός, ut speravimus, sed eius rei fabula nondum peracta est tota. Bene vale. V. Non. Augusti.

Φίλιππος.

No. 1208. (h. t.)

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 117 sqq.

Iusto Ionae

S. D. Quod ternis iam litteris me ad scribendum provocasti, agnosco amorem erga me tuum, tibique gratiam habeo, ac valde optarim, me tibi *Hesiodi* a lege satisfacere posse, αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, quod profecto facerem non orationis copia et splendore, quo tu longe vincis omnes, sed assiduitate, si certos haberem tabellarios, qui a me flagitarent literas. Non enim scribo reponendas domi, ut diu expectent nuncios. Etsi autem post tuum discessum nihil hic memoratu dignum accidit: tamen cum sit πολιτικοῦ ἀνδρὸς, etiam in vulgaribus rebus momenta maiorum negotiorum considerare, scribam quotidiana.

Dn. D. *Martinus* *) nuper *Torgam* profectus est, meque una eo secum abduxit. Nec est, quod mireris subitum iter, privatum negotium fuit. Rogatus enim a Doctore *Sneidewino*, ut eum Principi coram commendaret, iter illud suscepit. Erat Principi iucundissimus adventus Doctoris, etsi non fuerat expectatus. Nec plus uno die Torgae mansimus. In mensa fuit comitas summa Principis erga nos, ac initio in Cometae mentione multa φιλόλογα disputata sunt, secuti sunt sermones varii historici ac Theologici, adeo ut *Taubenheimius* postea diceret, nos eo die velut in longa peregrinatione multas terras peregrinatos esse, ac coelum ipsum adiisse. Post mensam Dominum Doctorem ipse Princeps deduxit ad puerperam, deinde monstravit novas aedificationes. Dn. D. adscendebat in altissimum turris fastigium. Haec nobis eo iucunda fuerunt, quia et Principi et nobis hanc hilaritatem his temporibus gratulabar. Postquam huc reversus sum, intellexi certamen de venditione aedium novarum Academiae, quod erat exortum ante tuum discessum multo vehementius inflammari, deque eo negotio hodie opinor conventurum Senatum Academiae. Mihi concordia nostra utilior visa fuit illis ruderibus servatis. Sed quid futurum sit, nondum scio: res agitur magis impetu animorum et odiis, quam studio publicae utilitatis.

Lipsiae excuditur Bulla Pontificia nova de Synodo Triantina, et audio scriptam multo verecundius, quam fuit illa prior: sed nondum vidi. De Caesare et Gallo nihil habemus certi, sed pacem nondum esse perfectam, ex multis signis animadverto, etiamsi apud vos, opinor, alii iam agunt triumphos. De negotio Principum, de quo isthuc litigant, nihil habeo, quod scribam. Conventus Principum *) sitne processurus, et quid sit pariturus, postea videbimus. Nos commendemus salutem Reipubl. Deo piis votis. Inhibitionem scis allatam esse, nomine Caesaris, ne arbitri pronuncient, id, quo animo accipiant homines, in hac parte facile potes divinare. Libellus, quem scribimus, nondum excuditur. Nam me rixae de venditione illa adeo perturbant, ut etiam studia omnia de manibus excutiant. Et — praefationem his diebus institui.

Negotium mulieris, de quo scripsisti, erit mihi curae, cum redibit praeses. Est enim profectus Torgam: credo, ut adsit in pompa, cum eo venerit *Landgravius*. Habes nostra omnia. Nam ex Norico post tuum discessum nihil literarum accepi. Bene vale.

Philippus.

---

*) Vid. Lutheri epist. ad coniugem suam d. 29. Iul. 1534.

*) Landgravii et Ducis Sax. Electoris, qui Torgae hoc mense convenerunt.

No. 1209. 8. Aug.

Marco Crodelio.

Manlii farr. p. 358b sq. Apographa in cod. Goth. 401. p. 80b., cod. Mehn. IV. p. 100., cod. Basil. 89. p. 81b.

Marco Crodelio, † gubernanti Scholam Torgae."

S. D. Hi adolescentes, quibus hanc ad te epistolam dedi, scholastici sunt Academiae nostrae, vel praecipue studiosi, et sunt honestissimorum et ornatissimorum hominum liberi. Quare mihi non minus quam mea vita cari sunt. Cum autem videre principum pompam *) isthic cuperent, non valde eis repugnavi, vel ut expatiantes relaxarent paulisper animos ac recrearent, vel quod existimem aliqua ex parte ad disciplinam pertinere, adolescentes videre principum erga se officia et significationes mutuae reverentiae [1]). Proinde valde te rogo, ut his adolescentibus isthic hospitium cures ipsorum pecunia, eosque [2]) adiuves, ut sine periculo spectatores earum rerum fieri [3]) possint, quas videre cupiunt. Id officii dabis non solum nostrae amicitiae, sed etiam Deo hospitali, qui [4]) profecto postulat, ut hospites, bonos homines amanter complectamur. Praeterea hi adolescentes etiam literarum communium ac studiorum causa amore digni sunt. Illud tibi persuadeto, me hoc beneficium maximi facturum esse, si eos amanter exceperis et adiuveris. Sin [5]) autem intellexero eos abs te desertos esse, maximam iniuriam te amicitiae nostrae fecisse iudicabo. Sed humanitas tua tales hospites, ut spero, libenter φιλήσεται. Bene vale. Datum Vitebergae, die 8. Augusti, anno 1534 [6]).

No. 1210. 9. Aug.

Ioachimo Anhaltino.

Edita a Beckmanno in Access. p. 118.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Quod C. V. adeo sollicita fuit de mea valetudine, eximiam praebet significationem summae humanitatis, quae profecto Principe viro dignissima est. Ago itaque gratias C. V. ac libenter profitebor, me debere meam vitam iis, quibus tantae curae mea vita fuit. Atque utinam possim aliqua in re declarare meam gratitudinem erga C. V., etsi ego quidem spero, me C. V. ea in re satisfacere, qui ad publicam Ecclesiae utilitatem, profecto quidquid studii atque operae conferre possum, summa voluntate conferre cupio. Scio autem vobis nihil gratius esse, quam publicam Ecclesiae salutem atque utilitatem. *Franciscum* *) C. V. devinctissimum diligenter commendo. Bene valeat C. V. pridie divi Laurentii 1534.

No. 1211. 9. Aug.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 177. (Edit. Londin. lib. II. ep. 167.)

Illustrissimo et reverendissimo Principi ac Domino, Domino Georgio Principi in Anhalt et Ascania etc. **) *Domino suo clementissimo,*

S. D. Gratias ago Celsitudini vestrae, quod de mea valetudine tantopere fuit solicita, ut Medicum etiam huc mihi miserit. Hac ego benevolentia non tam mea causa delector, quam quod gaudeo, C. V. publicis studiis doctrinae Christianae favere. Oro autem Christum, ut C. V. voluntatem adiuvet, in fovenda ac provehenda doctrina Ecclesiae necessaria. Eaque in re si quid ego potero unquam, polliceor me meas rationes meaque consilia omnia ad C. V. et similium bonorum virorum iudicia accommodaturum esse. Ea, quae scripsi ac misi in Gallias, nondum sunt transcripta; curabo autem transcribi et C. V. primo quoque tempore mitti. Bene valeat C. V. et commendet me Principi *Iohanni* Domino meo clementissimo. Pridie Laurentii.

C. V.

addictiss.

Philip. Melanth.

---

*) Venit ad Electorem Torgae Philippus Hassiae Landgravius mense Aug.

1) Cod. Mehn. *benevolentiae.*

2) Manl. *atque*, codd. *eosque.*

3) Manl. *esse.*

4) *Deo hospitali, qui*] sic codd., sed Manl. *iuri hosp. quod.*

5) Manl. mendose *Si.*

6) Manl. mendose: 1589. — Etiam Buchholtzer in suo Manl. hunc errorem sua manu emendavit. Codd. omnes annum 1534. habent.

*) Vinariensem.

**) Peucerus quidem, quia haec epistola seriem earum, quas Mel. Georgio Anhaltino inscripsit, inchoat, addit hic: *gubernanti Ecclesiam Dei in Dioecesi Mersburg.*; sed inde non sequitur hanc epistolam post annum 1545. demum scriptam esse. Immo pertinet ad ann. 1534.

No. 1212. 28. Aug.

Ferdinando, Regi.

† Ex autographo Melanth. in tabul. Vinar. Regist. H. fol. 88. no. 34. — Scripserat *Ferdinandus*, Rex, Caesaris Vicarius, epistolam ad *Io. Fridericum* Principem Electorem d. Pragae d. 15. Aug. 1534., in qua questus est: daß sich an vielen Orten im heil. Reich und vornämlich bei den Städten die Zwinglische Secte von Tag zu Tag mehren und erzeigen soll, monuitque Electorem, ne hoc permitteret, quum in transactione Cadensi (inter Ferdinandum et Electorem de restitutione Ulrici, Ducis Würtemberg.) constitutum fuerit, Sacramentarios non esse ferendos, ergo nec Zwinglianos, eumque rogavit, ut ipsi scriberet, quomodo hoc malum, quominus ulterius serpat, possit impediri. (Autogr. Ferdinandi est in iisdem actis.) Detulerant videlicet quidam Ulricum Ducem Würtemb., quasi faveret Zwinglianorum opinioni. Vid. Epist. Ferdinandi in der gründlichen und wahrhaftigen Historia von der Augsb. Confession (Lips. 1584. fol.) p. 198. — Responsum *Ferdinando* scribendum fecit *Melanthon* Principi Electori, sed qui illud non ita, ut Mel. conceperat, descripsit, verum non solum responsum verbosius et copiosius fecit, sed etiam in multis id mutavit; et de Zwinglianis multo duriora dixit, quam Melanthon scripserat. Habetur enim, praeter Mel. scriptum, etiam Electoris epist. ad Ferdinandum, data d. 28. Augusti 1534., in actis. Dedimus hic Melanthonis scriptum et passim adiecimus, quid Princeps Elector mutaverit aut praetermiserit. Caeterum Ferdinandus Rex in hoc Electoris responso acquievit. — Narravit rem brevissimis Seckendorfius in hist. Luth. lib. III. p. 75.

(*Ad Ferdinandum, Regem Roman.*)

Und nachdem E. Kön. Maj. in einer andern Schrift melden, daß sich die Zwinglische Sect an vielen Orten und vornämlich bei den Städten von Tag zu Tag mehren soll [1]), daraus Verführung erfolgen und Empörung zu besorgen, und begehren zu wissen, was wir hierin bedenken, das vorzunehmen, solchen Schaden und Fährlichkeit zu wehren, und ferner zu verhüten ohne Blutvergießen und Zerstörung des Vaterlandes, daß wir auch für uns selb, an Orten uns gelegen, da sich etwas der Maßen eräugnen möchte, fleißigen und arbeiten wollen, daß solches abgestellt werde: davon wissen E. K. Maj., daß wir uns zum oftermal auf gehaltenen Reichstagen und sonst haben vernehmen lassen, daß wir durch Gottes Gnad Zwinglische Lehr und Wiedertäufer in unserm Lande nie geduldet, daß auch die unsern an andern Orten in vielen Städten, dahin sie erfoddert das heilige Evangelium zu predigen, mit hohestem Fleiß Zwinglische und andere schädliche Lehre angefochten und gewehret haben, und mögen sich E. K. M. dieses zu uns fürohin auch versehen, daß wir keine ärgerliche, unchristliche oder aufrührische Lahr schützen oder fürdern, sondern vielmehr mit hohestem Ernst zu verhüten und zu wehren geneigt sind.

Was aber an andern Orten zur Abstellung Zwinglischer Lahr vorzunehmen, achten wir auch für gut, daß zuvor christliche Mittel versucht werden, damit solche, wie E. K. M. Schrift meldet, ohne Blutvergießen geschehe. Denn es ist öffentlich, daß nicht alle Städte der Zwinglischen Lahr anhängig; dazu, daß auch an den Orten, so Zwinglisch genannt werden, große Ungleichheit, und zu hoffen, daß an denselbigen Orten durch Handlung etwas fruchtbarlichs möchte ausgerichtet werden. Zu dem, so ohne Unterschied und ohne Erkenntniß etwas Thätlichs sollte vorgenommen werden, wäre zu besorgen, daß dadurch mehr Beschwerung und Zerstörung, denn Besserung angerichtet werde [2]).

Dieweil nun zum oftermal in vielen Reichstagen durch Kaiserlich Majestät, unsern allergnädigsten Herrn, und Stände des heiligen Reichs bewogen und einhellig beschlossen, daß derhalben ein gemein frei christlich Concilium von nöthen sey, christlichen Frieden und Einigkeit anzurichten, so bedenken wir, daß auch dieses Artikels halb gut seyn sollt, gedachtes Concilium zu fordern, sonderlich dieweil dieser und viele andere Irrthumen an vielen Orten, nicht allein in Teutschland, sondern auch in fremden Nationen derhalben einreißen, daß rechte heilsame christliche Lehre allda verfolget wird, und die Leut, so keine gegründete Lahr hören, irre und zerstreuet werden, dadurch sie denn leichtlich in Irrthum fallen.

So aber dennoch ein Concilium christliche Einigkeit angerichtet, und eine Lahr einhelliglich gepredigет würde, daß der gemeine Mann gründlich Unterricht hätte, was er glauben und halten sollte, könnten sie sich vor allerlei Irrthum bewahren.

---

1) Incipit epistola Electoris sic: „Als E. K. M. mir gnädiglich schreiben, wie sie, die Zeit her des Cadanischen aufgerichteten Vertrags, zu etlichen Malen wahrhaftigen Bericht empfangen, daß sich an vielen Orten im heiligen Reich, und vornämlich bei den Städten, die Zwinglischen Secten von Tag zu Tag mehren rc. — — — ist mir zu vernehmen nicht wenig erschrecklich, habs auch ungern gehört."

2) Hunc locum: Was aber an andern Orten zur Abstellung rc. multo aliter et copiosius exposuit Princeps Elector, et verba: Denn es ist öffentlich rc. prorsus praetermisit. Sibi hac in re, inquit, difficile esse consilium dare, neque hoc posse nisi auditis iis principibus qui transactioni Cadanensi accesserint. Non solum Sacramentarios sed etiam Lutheranos ab adversariis vexari. Offendi ordines evangelicos eo catholicorum consilio, quod, si Monasterium expugnatum fuerit, non solum Anabaptistae, sed etiam omnes in urbe, si vel vi coacti fuissent rei Anabaptistarum accedere, delendi sint. Zwinglianos nunquam permotum iri, ut Papismum iterum recipiant, se vero et Augustanae confessioni addictos nullo modo probare posse, ut ad aliam nisi evangelicam doctrinam profitendam vi cogantur; adversarios hac occasione usuros esse, ad tollendam pacem, Norinbergae factam. Optime igitur rei consultum fore, si concilium liberum habeatur.

Und nachdem der Cadanische Vertrag nicht allein durch uns, sondern auch durch die hochgebornen Fürsten unsre lieben Oheim, Herzog Ulrichen von Wirteberg, und Landgrave Philipsen von Hessen gewilligt, wollen wir nicht unterlassen, so wir zusammen kommen, mit ihnen von diesem Artikel auch zu reden, und ihr Bedenken hierin hören, ob gleichwohl mit Etlichen Handlungen vorzunehmen. Denn was wir Gutes zu Fürderung göttlicher Ehre und christlicher Einigkeit zu thun vermögen, daran wollen wir durch Gottes Gnad an uns nichts erwinden lassen.

(Epistola Principis Electoris data est Torgau d. 28. Aug. anno 1534.)

No. 1213. 29. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 230 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico s. s.

S. D. Scripsi tibi nuper quid responderit *Pontanus* de Principis sententia, de illo *χρηματιστικῷ* negotio. Etsi autem non dubito, quin facile feras, tamen, mi Ioachime, si ut debemus in hac re nihil spectamus, nisi *τὴν οἰκονομικὴν φιλοσοφίαν*, hoc est, ut Aristoteles iudicat, *τὸ ὠφέλιμον*, ego non fuerim valde probaturus illam talem pecuniae collocationem, praesertim tali tempore. Non dubito quin vel emtionem commodam possimus invenire, vel societatem cum bonis viris, nosti contractum, modo significes mihi, quid fieri maxime velis.

De Anglicis et Gallicis rebus multa habemus, sed de his tecum deliberabo coram, si illud, quod suspicor, acciderit. Magnae res sunt, mi Ioachime, quae in tanto veterno civitatis, ut ait Cicero, me solicitant, sed haec coram.

Matthiam[1]) ornavimus usitatis scholae titulis, nec ei in posterum mea officia defutura sunt, maiora his usitatis rebus, modo ut possim aliqua ei in re prodesse. Est enim, ut ego quidem iudico, probis moribus et bene litteratus, et a te mihi commendatus. In Belgio in coelo mirae Imagines conspectae sunt, magnae cuiusdam urbis obsidione cinctae, Caesaris, Leonis iacentis in tergo, Cameli, si non habetis, mittam. Bene vale. Non enim licuit plura scribere. IIII. Cal. Septemb.

Φίλιππος.

1) Est Matthias Gorlitius Illyricus.

No. 1214. (Aug.)

Petro Brubachio.

Edita in libro: D. Erasmi Roterod. de duplici copia verborum et rerum libri duo, cum commentariis M. Veltkirchii. Haganoae (apud Petrum Brubachium) 1534. 8. (Vid. Panzer annal. typ. VIII, 118. no. 874. coll. Indice Vol. X. p. 323.) — Idem liber prodiit Basil. 1543. 8. Tum: Des. Erasmi Rot. de duplici cop. verb. ac rerum commentarii duo — una cum Commentariis M. Veltkirchii Oratoriae Professoris in Schola Viteb., iam recens natis et editis, Lipsiae 1550. 8. — Est epist. Mel. ad Brubachium, quam hic praefationis loco libro suo praeposuit.

Philippus Melanchthon typographo (Petro Brubachio)

Quanquam mihi dubium non sit, suavissime Petre, quin iam intelligas, quanti referat, ut optimi quique autores imprimantur, neglectis iis, ex quibus aut nulla aut perquam exigua utilitas ad studiosos bonarum literarum redit: tamen cum *Vitus Winshemius* Commentarium hunc de utraque copia, utilissimum illum quidem, describendum daret, quem vir optimus ac doctissimus M. *Veltkirchius* privatim discipulis suis dictaverat, vel hoc nomine praelo tuo tradendum esse existimavimus, ut scires, quos potissimum auctores invulgari a te velim. Neque enim perinde refert, ut promiscue quosvis suscipias, quum non ex aequo studiosis prosint omnes. Et quia, ut nunc sunt hominum ingenia, plures mali quam boni reperiantur, atque inde accidat, ut malorum auctorum maior sit proventus quam bonorum: danda erit opera, ut huiusmodi scriptis publicandis literariam iuventutem tibi devincias, quibus ad haec studia humaniora discenda ac cognoscenda non vulgariter accendi queat. Quanti autem hos *Erasmi* libros de duplici copia semper fecerim, et quantopere studiosis nunc quoque commendatos esse velim, minime poteris ignorare.

Cura igitur, ut hunc commentarium, cui *Veltkirchius* ipse supremam manum propter immaturam mortem addere non potuit, negligentius nonnihil descriptum, diligenter relegas, ac quam emendatissime excudas. Neque enim hoc nobis

prae negotiorum multitudine, quibus, ut scis, distrahimur, hoc praesertim inquieto tempore licuit. Bene vale. Wittembergae.

No. 1215. 13. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 291 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario amico suo summo,

S. D. Scripsi tibi de duabus rebus, principem tibi deferre conditionem apud nos honorificam, modo ut de tua voluntate fiat certior. Deinde pecuniae collocationem mihi curae fore, si voles apud Mercatores, aut alibi ut in emtionem fundi alicuius conferatur, utrunque facile posse perfici confido. Quare quid velis significabis. Nam ego quidem tot iam annis περὶ τῆς ἀποδημήσεως contendere nolui propter nostra pericula, sed res tuae tibi optime notae sunt.

Quod ad me attinet, de Gallicis et Anglicis rebus coram malim tecum loqui, quam per litteras. Misi in Galliam rogatus a fratre Episcopi Parisiensis de praecipuis controversiis quandam ἐπιείκειαν. Ab Anglis bis vocatus sum, sed expecto tertias litteras, et, ut dicam quod sentio, poenitet me meae βραδυτῆτος. Ex Stutgardia ad me scripserunt Cancellarius et *Sneppius* nomine principis, ut meam voluntatem explorarent, revocant me amantiss. litteris in patriam. Respondi civiliter, nec dubito, quin iterum sint scripturi, sed me τὰ Βρεταννικὰ vehementer afficiunt. Et est magna caussa, de qua tecum coram, nihil enim sine tuo consilio faciam. Brevi *Fuldae* convenient, noster ἄρχων, *Macedo*, καὶ ὁ κερασφόρος*). Expecto autem et ἐκ τῆς Βρετανίας litteras hoc Septembri.

De equo non est ita ut audisti. *Sillingus* privato officio mulum mihi donavit, credo significans, βραδέως σπεύδειν.

De Holsatientibus sic se habet res: bellum videtur durabile fore. *Holsatiensis* dux cessit ultro, cum eo die essent eruptionem facturi *Lubecenses*. Ita sine dimicatione *Lubecenses* portum recuperarunt. Insulam regni Danici magna ex parte tenet Comes *Aldenburgensis*, socius Lubecensium. Caeterum rex exul *Christiernus* nondum restitutus est. Legati nostri principis καὶ τοῦ *Μακεδόνος* iam fere duos menses ibi sunt, acturi de pace, sed ut intelligo, οἱ πένταυροι in altera parte, in altera quidam vehementes homines, Lubecenses cives, nolunt pacem fieri. Haec summa rerum est adhuc, nisi caussas etiam postulas belli utrinque, quae ingens volumen requirunt.

Haec scripsissem diligentius, si valetudine fuissem meliore, et his diebus admodum me defatigarunt negotia pleraque molestiss. Nihil magis cupio quam tecum colloqui, et quidem περὶ τῶν μεγίστων. Nec aliquandiu iam remorata res est ulla meam profectionem, nisi negotiorum nostrorum, non dico varietas, sed plane σύγχυσις. Nunc sum in Κελτοῖς, nunc ἐν Βρετανοῖς, nunc in his nostris aerumnis, si meus essem, in quaslibet solitudines me abdere mallem, quam in tanta turba negotiorum versari.

Hervagio scripsi, Plinio addendum esse ὀνομαστικὸν rerum, ac caeterae quidem appellationes utcunque explicari possunt: in piscibus valde laboramus. Amabo te vide Mosellam Ausonii, ut[1]) tamen aliquid exculpemus. Bene vale. Id. Septemb. *Monasteriensis* urbs adhuc obsidetur, sed periculi nunc quidem nihil est.

Φίλιππος.

*) Dux Wurtemb. (ob insigne).

1) *ut* legendum pro *et*, quod editum est.

No. 1216. 16. Sept.

Erh. Schnepfio.

Epist. lib. III. p. 230. (edit. Lond. lib. III. ep. 140.)

Erhardo Sneppio.

S. D. Nuper scripsi tibi de meis privatis rebus, in quibus eam et prudentiam et fidem praestitisti, ut libenter et fatear et praedicem, me tibi per omnem vitam debere, daboque operam, ut re tibi gratiam aliquando referam. Sed nunc de publicis. Princeps *Cattorum* significat nobis, magnopere se optare, ut moderate tractes *Blarerum*. Ego etsi scio, te non solum fideliter, sed etiam prudenter versari in ministerio Evangelii: tamen non potui facere, quin ad te scriberem, praesertim postulante Principe. Primum, mi caris-

sime Erharde, vides viciniam, quae si damnari suas Ecclesias penitus viderit, quanta est futura conscientiarum perturbatio, quantum odium totius renovatae doctrinae? Mihi illa fulmina anathematum nunquam placuerunt, etiamsi quid in aliquibus desiderabam. Deinde cum spes sit aliqua fore, ut de concordia agatur in illo ipso Articulo Coenae Domini, disputationes quasdam in illud tempus optarim reiici.

Hodie egi cum *Luthero* de formula Concordiae, quam scis propositam esse a *Bucero*. Ait se eam probare, modo ut sic sentiat. Scis autem qualis illa formula fuerit. Confitetur datis rebus illis Pane et Vino, vere et substantialiter adesse Christum. Ego quidem nihil requirerem amplius. Sed tibi non fero leges. Tantum te oro propter Christum, ut cogites sananda potius, quam exacerbanda esse haec dissidia. Me non poenitet mei consilii, quod hactenus ab his rixis fere omnino abstinui; ac de tota re malim coram tecum loqui. Spero autem fore, ut hac de re Principes cogant aliquam Synodum, idque brevi; et scio hoc in deliberationibus esse. Iam aditus ad Concordiam patefactus est: per eam interpretationem, de qua cum *Luthero Bucerus* convenit; deinde per *Ambrosii* interpretationem, de qua tecum convenit. His occasionibus utamur ad conciliandas Ecclesias, et sanandas mentes ambigentes. Magnum est fateri praesentiam veram et substantialem. Illa scis ignota fuisse veteri Ecclesiae, quae de mutatione Panis, de divisione corporis et sanguinis plerique postea disputarunt. Haec scripsi optimo studio, idem spectans et sentiens quod tu. Non enim tecum pugno, nec patrocinor adversariis. Sed conciliari Ecclesias optarim, et viciniae statu afficior, teque haec in optimam partem interpretaturum esse spero, idque ut facias te etiam atque etiam oro. Bene et feliciter vale. 16. Septemb. 1534.

No. 1217. 16. Sept.

Philippo Landgr. Hass.

† Ex autographo Mel. in Tabulario Cassel. mihi descripta a Cl. Rommelio, qui partem huius epist. edidit in vita Philippi Hassiae Vol. II. p. 345.

Dem Durchleuchten, hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn *Philipps*, Landgrave zu Hessen, Grave zu Cattenelnbogen, Ziegenhain rc. meinem gnädigen Herrn. In s. F. G. eigen Handt.

Durchleuchter hochgeborner Fürst und Herr. E. F. G. sind meine arme Dienst in Unterthänikeit zu vor, Gnädiger Fürst und Herr, ich wollte E. F. G. nit gern aufhalten mit langen Schriften, darum will ich aufs kürtzest, so möglich ist, antworten, und bitt, E. F. G. wolle dieß mein einfältig Schreiben gnädiglich annehmen. Und erstlich vom Hauptartikel: Ich habe noch heut mit Doctor Luther geredt von der Concordia Herr *Buceri*, darauf mir Luther geantwort, daß er ihm dieselbige gefallen lassen, so es Herr *Bucerus* also meinet wie seine Wort lauten, wie ich denn nit zweifel. Dweil nu dem also, bedenk ich, daß Herr Erhard Schnepp daran gnug haben soll, so Blarer sich laut der concordia *Buceri* declarirt, und daß nit noth sey, ihn weiter zu dringen. Nu wissen E. F. G. worauf *Buceri* concordia stehet. Diese Meinung Doctor Luther habe ich Herr Erhard Schneppen zugeschrieben, denn ich warlich nit für gut ansehe, daß man die Nachbarn zu hoch betrübe, dadurch sie möchten unwillig werden, und die ganze Lehr des Evangelii, so sie angenommen haben, wieder fallen lassen.

Ich will auch für mein Person E. F. G. nit bergen, daß ich an dem unfrundlichen[1]) Schreyen und Schreiben auf unserm Theil nie Gefallen gehabt habe, sondern alle Zeit daran Herzleid getragen habe und noch trage. Ich hätte auch die Sach gern zu christlicher Einikeit gearbeit, wie E. F. G. selb aus etlichen Umbständen abnehmen mögen. Nach dem ich aber so große Härtikeit befunden, daraus ander mehr Beschwerung gefolget, hab ichs auch müssen Gott befehlen.

Ich hoff aber gleich wol noch, es soll einmal ein gnädige Stund kommen durch Gottes Gnade, und habe lange Zeit fürgehabt, mich zu E. F. G. zu verfügen, und so mich E. F. G. hören wollte, von dieser Sach mundlich mit E. F. G. zu reden; denn E. F. G. wissen, daß ganzer Christenheit an diesem Artikel viel gelegen. So weiß ich, daß alle frommen Christen in Gallia und Anglia sich dieses Artikels halb hoch bekummern; zu dem daß unser Uneinikeit andern christlichen Sachen große Verhinderung bringet. Derhalben bitt ich, E. F. G. wollen auf Weg gedenken, wie die Sach vorzunehmen, daß ein beständige concordia auf diesem Theil durchaus in diesem Artikel gemacht werde; denn in andern Artikeln ist kein Uneinikeit. Ich halt, daß E. F. G.

---

1) Romm. edidit unformlichen.

insonderheit hierin mehr schaffen können denn viel ander Leut, bey beiden Theilen. Ich halt auch, E. F. G. Schriften sollen bey Doctore Luther mehr angesehen werden denn deren, so bis anher noch davon mit ihm gehandelt haben. Alles auch, das mir möglich ist, will ich von Herzen gern thun, daß diese Sach zu christlicher Einikeit gebracht werde, und wollt auf Erden nit lieberś sehen; Gott gebe Gnad dazu. Es gibet auch *Buceri* Concordia dem Handel ein guten Anfang. Dweil nu etlicher Maß Hoffnung ist, daß ein Einikeit werden möge, acht ich, daß derhalben Herr Erhard Snepp dest gelinder zu handeln habe.

Und so der durchleuchtig hochgeborne Fürst und Herr, Herzog Ulrich mein gnädiger Herr, mich hinaus foddert, wiewol ich mein Ungeschicklicheit und Unvermögen erkenn, auch mich nit gern in diesen Zank stecke, soll es dennoch an meinem Dienst nit gebrechen in allem, so mir möglich ist, und erbiet mich mit Erlaubnuß meines gnädigsten Herrn, zu ziehen. Wollt Gott, ich könnt etwas gutes schaffen.

Entlich befehl ich mich E. F. G. in aller Unterthänikeit, und bitt, E. F. G. wollen mein gnädiger Herr sein. Gott der Allmächtige wolle E. F. G. gnädiglich schutzen, behuten und leiten, unsers Herrn Christi Lob und Ehr, und ganzer Christenheit Heil und Selikeit zu fordern. Amen, Datum Mittwochs den 16. Septembris Anno 1534.

E. F. G.

unterthäniger Diener
Philippus Melantho.

No. 1218. **24. Sept.**

Fr. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 3.

D. *Friderico Myconio etc.*

S. D. Publico nomine gratias tibi, mi Friderice, ago, quod tanto studio cives tuos ad literas retinendas, discendas ac tuendas excitas. Spero et Deo hunc erga Rempub. animum probari. Nobis curae erunt adolescentes huc missi a te. Et iam curavimus eis habitationem. Praescribam et discendi rationem. *Lonicerus* eorum studia satis liberaliter praedicat. Novi nihil habemus, nisi *Spenglerum*, Noribergae decus et ornamentum, extinctum esse etc. Bene vale. Pro caseis ago tibi gratiam. 24. Septembris. 1534.

Philippus.

No. 1219. **29. Sept.**

Pr. Elector ad Melanthonem.

† Ex scriptura prima (Concept) in Tabular. Vinar. Reg. O. fol. 156. Lit. JJJ. no. 29.

An Magister Philippsen Melanchton zu Witteb. Johanns Friedrich, Churfürst 2c.

Unsern gnädigen Gruß zuvor. Hochgelahrter, lieber getreuer. Wir werden berichtet, haben es auch dermaßen, daß wir es billig glauben, vermerkt, daß darnach getrachtet wird, euch von uns und unsrer Universität zu Wittemberg an andere Orte zu bewegen*). Daß ihr nun darein nicht gewilligt, solches reicht uns von euch zu besondern Gefallen, versehen uns auch gnädiglich, wo dergleichen Suchungen von Jemands weiter bei euch beschehen, ihr werdet euch nicht bewegen lassen, sondern bei uns, und in unsrer Universität zu Wittenb. verharren, und darbei, wie ihr bisher gethan, so viel ihr ohne Beschwerung und Schwächung eures Leibes vermöget, Fleiß haben. Daran erzeigt ihr uns zu gnädigen Gefallen, seind es auch gegen euch mit Gnaden zu bedenken geneigt. Datum Weymar, Dienstags Michaelis anno domini 1534.

(*Pagella adiecta.*)

Wo euch auch an eurer Unterhaltung und sonst etwas mangelte, das wollet ihr uns zu unsern Handen zu erkennen geben, wollen wir uns darauf also erzeigen, damit ihr unsern gnädigen Willen daraus spüren sollt. Wollten wir euch gnädiger Meinung auch nicht unverhalten seyn lassen. Datum ut s.

No. 1220. **(m. Sept.)**

Gabr. Zwilling.

Epist. lib. VI. p. 516.

Egregia pietate et doctrina praedito, Domino Gabrieli (Zwilling), Pastori Ecclesiae Torgensis, amico suo carissimo.

S. D. Venerabilis Vir. De *Stifelio* **) decrevit hoc Illustriss. Princeps, ut cum tempore iterum ei aliqua parochia commendetur. Quare misit eum istuc Dominus Praepositus, ut petat paro-

---

*) Vid. ep. ad Camerar. d. 13. Septb.

**) Praedixerat diem ultimum venturum esse, eoque vaticinio multos perturbaverat. Vid. etiam Lutheri ep. ad illum d. 26. Iun. 1533.

chiam pagi cuiusdam, quem non ignoras. Nunc te oro per Christum, ut *Stifelium* amanter excipias atque adiuves, ut ea parochia potiatur. Si scires quanta sit animi imbecillitas, quantae angustiae καὶ ἀπορίαι, haud dubie summo studio ei opitulaturus esses. Credes igitur et mihi et ceteris, extremam esse necessitatem iuvandi *Stifelii*. Scio te pro tua pietate aerumnis miserorum affici. Suscipies igitur nobiscum hoc negotium, etiamsi aliqui homines duri nostram lenitatem reprehendent: decet nos magis huius calamitate quam illis sermunculis moveri. Bene vale cum coniuge et liberis. Mense Septembri, 1534.

No. 1221. (in. Oct.)

Studiosis.

Ex Steph. Riccii Miscellaneis no. LXXIII., adiectis libro: Phil. Mel. argumenta s. dispositiones rhetoricae in Eclog. Virgilii. (Leucop. 1565. 8.)

Praefatio in Sophoclis Antigonem.

Cras, hora prima, *Sophoclis Antigonem* incipiam interpretari. Adscriberem etiam adhortationem, si quid in tanta ingeniorum ferocia profecturum arbitrarer. Tantum igitur quibusdam melioribus, qui hactenus nos audierunt, gratias agendas duxi, quod suo officio ornarunt has litteras. Eaque in re iudico eos de rep. bene et praeclare meritos esse, cuius interest, ut conserventur hae artes. Conticescerent autem in hac quidem schola, et his gentibus, si nos prorsus desereremur. Itaque auditoribus nostris reip. nomine gratias hic publice agere volui etc. etc.

No. 1222. (in. Oct.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 238 sq.

Viro opt. Ioachimo Camerario Bambergensi suo amico summo

S. D. Aliquandiu certi tabellarii nulli se mihi obtulerunt, cum quidem de rebus plurimis et magnis ad te scribere cuperem, ne nunc quidem omnia litteris committere audeo, quod mihi hic tabellarius ignotus sit, et dubitem, an ad te litterae nostrae perventurae sint.

Spengleri interitu magnum coepi dolorem, non ipsius causa, quem spero feliciter ex his aerumnis in meliorem vitam commigrasse, sed quod et Rempub. illam tali cive, et te amico integro ac fido orbatum esse cogitabam, sed parendum, mi Ioachime, τῇ ἀνάγκῃ. Nuper etiam *Buschium* amisimus, si nescis. Mihi quidem felices videntur, quibus excedere ex hac vita hoc tempore contingit, et illis eripi malis, quae impendent. Quid enim iam dubitemus περὶ τῆς μελλούσης πανωλεθρίας; Nos tamen tractatione nostrorum studiorum has aerumnas mitigemus.

Basileae excudunt τὴν μεγάλην σύνταξιν *Ptolemaei* graece, huic valde optarim addi Quadripertitum, et quidem cum tua seu versione seu commentario. Quare te etiam atque etiam oro, hac in re ut publicam studiorum utilitatem adiuves. Hi libri et excitabunt iuventutem ad discendum, et praestantissimas artes conservabunt. Est et aliud quod volo, saepe iam hic enarratae sunt *Theoricae Planetarum*, eius opusculi usus perexiguus est, nisi postea supputationes accedant, quae sunt in tabulis, quae vocantur Resolutae, mihi ne intelligi quidem Theoricae sine illis posse videntur. Sunt autem olim excusae Resolutae tabulae ab *Ambrosio*, qui Francofordiae ad Oderam docet, eas recudi a vobis istic optarim. Bene mereri de toto hoc genere artium hoc officio poteritis. Intelligo enim tabulas illas admodum probari, nec dubito, quin et tibi et *Schonero* satis notae sint. Magis probo eiusmodi libellos, qui ad artem pertinent, quam qualia multa eduntur horologia *), in quibus plus est ostentationis, quam doctrinae. De utroque igitur libro, quid et tibi videatur, et quid fieri possit, mihi significabis.

Ego valetudine admodum tenui utor, sive quod τὸ φθινόπωρον φθίνουσι κακὸν, sive quod aliquandiu paene confectus sum cura. Dux *Vuirtebergensis* accersivit me εἰς τὴν ἀκαδημίαν αὐτοῦ. Permisi totam rem arbitrio nostri principis, κἂν εὔξαιμην τε καὶ δέησει ποτὲ ἀποχωρῆσαι με ἐκ ταύτης τοῦ ἀνεπιτηδείου χώρας.

Antigonen *Sophoclis*, abs te editam atque illustratam, non solum hanc interpretor, sed ago etiam, οὐ γὰρ ἄνευ κινδύνου περὶ μεγίστων τινῶν πραγμάτων τοῖς φίλοις μου διαλεγόμενος τυγχάνω. etsi moderatissime egi, agamque Deo volente: de his rebus coram aliquando. sane περὶ

---

*) Sapere. C. W.

τῶν Βρεττανικῶν καταγινώσκω μοῦ τὴν βραδυτῆτα) sed haec Deo curae erunt, ut spero.

Si quid de Electione novi Pontificis Romani habebis certi, fac sciam. Picturas editae sunt prodigiorum, quae in Belgio conspecta sunt, quae si non habes, mittam, modo enim non erant ad manum. *Sabinus* rediit ex Italia. In itinere *Erasmum* convenit, nihil admodum affert novi. De *Sophocle* habeo tibi gratiam, incredibili voluptate afficior eius lectione, praesertim in hoc meo periculo. Bene ac feliciter vale, et tuas tibi latebras gratulare.

Φίλιππος.

No. 1223. 22. Oct.

Iohanni Anhaltino.

Edita in Beckmanni Accession. hist. Anhalt. p. 116.

An den Fürst Johann zu Anhalt.

Durchläuchtiger Hochgeborner Fürst und Herr. E. Fürstl. Gnaden sind meine arme Dienste in Unterthänigkeit zuvor, Gnädigster Fürst und Herr. Ich habe noch kein Rathschlag gestellet, damit ich gewartet, ob vielleicht E. F. G. bedächten mich zu fodern; aber die Artikel so ich gesehen sind Verweisens wol würdig, so die Leute nicht davon klar abstehen. E. F. G. wollen auch Acht darauf haben, ob sie etwa mit andern Anabaptisten Conspiration haben, dadurch Aufruhr zu besorgen, dann wo dem also, wäre nit gut, daß sie also ledig gelassen, sondern man müßte größern Ernst erzeigen. Ich besorge auch, es stecken mehr Opiniones hinter ihnen, dann Sie haben viel und mancherley Artikel sunst, wider Oberkeit, Gericht, Eyd; davon mögen E. F. G. sie fragen lassen, damit ihr unrechte Opiniones männiglich gemarckt werden, und andere Leut ein Scheue kriegen vor solcher ungöttlichen und mörderischen Sect. Wo nun die Artikel ihrer Lahr gnugsam erforschet, kann man die Straff darnach scherfen oder lindern, und stelle solches alles zu E. F. G. Bedenken. Gott bewahr E. F. G. allezeit gnädiglich. Datum Witteberg Donnerstag nach Lucae, 1534. *)

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanchthon.

*) Ex epistola Lutheri ad eundem Principem, scripta Dienstags nach Lucie (15. Decb.) 1534. opiniones Anabaptistarum qui tum in terras Anhaltinas venerant, uberius cognoscuntur. Edidit nuper illam epistolam Henr. *Lindner* (Luthers Briefe an die Fürsten von Anhalt. Dessau. 1830. 8. p. 24.), sed in eo erravit, quod in epistola Melanthonis diem *Lucae* in diem *Lucie* mutandum putavit (p. 25.). Nam die Iovis post Luciae diem (d. 17. Decb.) Melanthon non versatus est Vitebergae, sed fuit apud Philippum Landgr. Hassiae in colloquio cum Bucero in oppido Cassel habendo.

No. 1224. 24. Oct.

Fr. Burchardo.

Epist. lib. V. p. 495 sq.

Doctissimo viro, D. Francisco Vimariensi Witebergae, suo amico.

S. D. Hodie literas dedi *Iacobo*, ministro Doctoris *Augustini*, ad meum *Iohannem*, et ad *Alesium Scottum*, teque rogavi, mihi ut significares, si quid istic esset, quod arbitrare me scire velle. Nunc nactus *Petrum*, tonsorem, dedi ei hoc epistolium ad te, etsi spero, me cras a te literas habiturum esse, tamen etiam atque etiam oro, ut, si quid habebunt mei literarum ad me scriptarum, aut si quid inciderit, quod me scire operae pretium existimabis, nisi die Lunae reversi fuerimus, mihi significes. Detinent nos Principes Anhaltini diutius opinione nostra *). Et tu scis, me minime meo vivere arbitrio. Novi nihil habemus, etsi heri huc venit Medicus *Aurbacchus*, qui nihil praeter res Macedonicas notas nobis afferebat. Doctori *Ionae* dicito salutem. Bene vale. Saluta meam et tuam familiam.

Philippus.

*) Lutherus ad Viscampium scribit d. 24. Oct. „M. Philippus abest." (Vid. epp. Luth. apud de Wett. T. IV. p. 562.)

No. 1225. 27. Oct.

Heinz v. Luther ad Melanthonem.

† Ex autographo in Tabular. Vinar. Registr. O. fol. 156. Lit. JJJ. no. 25.

Dem Hochgelahrten und würdigen Herrn, Hrn. Philippo Melanchtoni zu Wittenberg, meinem günstigen lieben Herrn.

Gnad und Friede von Gott dem Vater durch Jesum Christum unsern Herrn sammt allem so ich liebes und gutes vermag zuvor. Hochgelahrter, würdiger, freundlicher lieber Herr.

Es hat mir der Durchleuchtig Hochgeborne Fürst und Herr, Herr Ulrich, Herzog zu Wirtenberg, mein

gnädigen Herr, bei dem ich mich auch eine Zeitlang zu friedlichem Dienst des reinen Evangelii und der Armen-Spitalen in Seiner Gnaden Landen guter Wohlmeinung williglich versprochen, mit mir Euer Würden halben geredt, dergleichen Er Erhardt Schnepf freundlich gebethen, daß ich E. W. anzeigen wolle, wie sich die Sachen des Evangelii zu obbemeldtem Wirtembergischen Lande begeben, anlegen und erhalten. Bitt derowegen Ew. W. mit höchstem Fleiß, sie wollen in christlichem Gemüth nach weitberühmter Weisheit und von wegen Ihres Vaterlandes (nach dem auch männiglichen darin auf Ew. W. heftig thun hoffen) beherzigen und erwägen, was hierzu dienlich rathen, ordnen, setzen, anzeigen und fördern helfen. Das werde ohn allen Zweifel zu Gottes großen Ehren und männiglichen Nutz des ganzen Oberlandes gerathen. Und gib ich darauf weiter nun Ew. W. gutherziger Meinung in diesen meinen Schriften zu erkennen, wie daß itzt jüngst verschienen Tagen die Hochgelahrten zu Tübingen bei unserm gnädigen Herrn, dem Herzog, um eine gemeine öffentliche Disputation angesucht, und beneben andern unterthäniglich gebethen, S. Fürst. Gn. wollen auch Ew. W., als die nicht bissig und neidisch, sondern sittig freundlich und friedsam, hier bei und an zu seyn beschreiben lassen, welches nun nicht allein sie, die hohe Schule, sondern auch alle Aebte, Prälaten, geistlich und weltlich, ja das ganze Land herzlich mit ihnen begehret*). Denn sollten sie die hohe Schule vielgemeldt, welche bis daher vor vielen andern berühmt, und mit so vielen herrlichen Privilegien beide von Kaisern, Königen, Herrn und Fürsten begnadigt, also bald und leichtfertiger Weise ohne gehabte Disputation und Gegenwehre der neuen ungewohnten Lehre zuschlagen, wäre ihnen (solches) nicht allein an ihrem Gewissen beschwerlich, sondern auch gegen dem ganzen Lande und aller Welt spöttlich und billig zu verachten. Mögen aber E. W. als ein gutherziger Anhörer und freundlicher Unterhändler in der Sache recht wohl leiden.

Auf diese ihre Ansuchung und nicht unchristliche Begehren hat mein gnädiger Herr, der Herzog, ihnen solche Disputation zu halten gnädiglichen vergünstiget, und mir hierauf befohlen, solch alles E. W. zu schreiben, und begehren hiermit S. F. Gnaden in besondern Gnaden, sammt allen wie vorgemeldt, auch der Gelehrten Bitte nach, dahin aufs förderlichst zu verfügen, und die Sachen, so vornemlich Gottes ist, und aller Welt Seligkeit belangt, verrichten, schlichten und zum Besten zu bringen verhelfen. Denn ich gänzlich mich versehe, deßgleichen Hr. Erhardt Schnepf auch, wo ihr hinauf kommt, daß ihr solche Zwiespaltigkeit zwischen dem Blauerer und ihnen, dieweil sie sich so weit als E. W. wissen begeben haben, gänzlich verrichten werdet.

Was nun demnach E. W. Gott und dem Nächsten hierinnen schuldig, kann sie sich von Gottes Gnaden ohne meine Erinnerung von Ihr selbst wohl und am allerbesten bescheiden. Denn E. W. kann ein Viertel Jahres, meiner einfältigen Acht nach, nicht wohl besser noch nützlicher anlegen, denn daß sie solche kurze Zeit zu solchen herrlichen Gottesdienst, Nutz und Seligkeit des ganzen Oberlandes verbrächte. Hierzu hat E. W. viel treffliche, bewegliche, wichtige und unabschlägige Ursachen.

Erstlich daß nun Wittenberg bei E. W. dermaßen durchs Evangelion erbauet und mit gelehrten Leuten besetzt, daß man E. W. in solcher kurzer Zeit wohl und ohne merklichen Schaden entrathen kann.

Zum Andern, daß E. W. beneben unsers gnädigsten Herrn, des Churfürsten Dienst zu Wittenberg, auch andern Leuten, so jetzt eures Diensts bedürfen und herzlich begehren, zu rathen und zu helfen aus Pflicht christlicher Liebe schuldig ist.

Zum Dritten, dieweil solches nicht allein der Landesfürst und der gemeine Mann, so das Evangelion gerne leiden und haben wollten, sondern auch die vermeinten geistlichen Aebte, hohe Schule und andere, welche sonst je und allewege dem reinen Wort Gottes zuwider, sämmtlich und einhälliglich von E. W. begehren und dieselbige lieber leiden mögen, denn die Zwinglianer.

Zum Vierten erfordert auch solchen Dienst an E. W. das gemeine E. W. Vaterland, welchem vor allen andern, meines Bedünkens, E. W. aus besonderer Pflicht in dem Fall zu rathen und zu helfen schuldig ist.

Zum Fünften, daß durch E. W. Dienst vermittelst göttlicher Hülfe nicht allein dem Würtemberg, sondern auch dem ganzen Oberland zu unaussprechlichem Nutz der Schulen, und daneben von großem verderblichen Unrath der Seeten, daselbst hin und wieder schwebende, geholfen werden mag. Denn wo die hohe Schule Tübingen zu Christo und seinem Evangelio bekehrt, würde ohne allen Zweifel ein christlich Studium daselbst zugerichtet und daraus dem ganzen Oberland

---

*) Quae *Blaurerus* sperabat, intelligitur ex epist. eius (nondum edita) ad Henr. Bullingerum d. d. 31. Oct. 1534., ubi scribit: „*Buceri* consilium de fratrum conventu nosti. Multum mihi polliceor de *Philippo*, cuius auctoritas caeteros item mitigabit. Nunquam profecto magis in concordiae spem evectus fui, praesertim cum nihil non tentaturus sit Princeps [Dux Ulricus Würtemb.], unde procedere illa queat."

trefflicher Nutz an Leib und Seelen entstehen. Denn in ganzer teutscher und welscher Nation keine Universität dem Evangelio näher denn allein die zu Wittenberg, und so Ew. W. dergestalt Tübingen darzu bringen und bekehren, könnte allem Oberland und ganzem teutschen Land zu gutem erspießlichen Nutz kommen und gerathen, damit man des Orts auch gute und gelahrte Prediger und Leute haben könnte.

Zum Sechsten und Letzten daß mein gnädiger Herr, der Landgraf, E. W. mit redlicher gnädiger Fuhre und Zehrung, darzu mit genugsamen Geleit versorgen und vergeleiten lassen will, geschweigen in was Gnaden sie beide, meine gnädigen Herren, solchen E. W. Dienst erkennen und vergleichen werden.

Das alles und ein jedes insonderheit wolle E. W., wie gemeldt, eigentlich bedenken, und wo sie demnach Gott zu Ehren solchen Leuten zu Dienst und dem ganzen Oberland zu Wohlfahren hierin geneigt, solchs aufs förderlichste bei Gegenwärtigen [durch gegenwärtigen Bothen] in Schriften zu erkennen geben, damit ich solch hochgedachtem Herzog Ulrichen und dem Schnepfio zu berichten habe. So stehe ich in Willens jetzo auch in kurzem wiederum zu Magister Erharden, dem Schnepfio, hinauf zu ziehen, und eine Zeitlang dieses Winters bei ihm zu bleiben. Wo E. W. nun gemeint hinauf zu ziehen, wollte ich E. W. warten, und mit Ihr hinauf ziehen. Sollt auch in keiner Fahr stehen, denn ich E. W. sicher hinauf und wiederum heraus zu bringen unterstehen will. Darauf E. W. Antwort erwarte, und thue E. W. dem Allmächtigen hiermit befehlen. Datum Cassel am Dienstag nach Ursulae anno dom. XXXIIII.

E. W.

williger Heintz von Luther.

No. 1226. 3. Nov.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 248. (edit. Lond. lib. II. ep. 241.)

D. *Georgio Principi in Anhalt*

S. D. Illustrissime Princeps, Ante biduum cum hac iter faceret Illustrissimus Dux Saxoniae Elector, multa honeste de Ecclesiis locutus est, quae coram recitabo, quam primum C. V. in *Dessam* redierit. Narrabat etiam sessionem Synodi, cui fuerat constitutus dies duodecimus Octobris, prorogatam esse ad vicesimum diem Ianuarii. Etsi talis erit decretorum absurditas, ut autoritas eorum levis futura sit: tamen facile patior talibus prorogationibus potius illos Synodi gubernatores ludere, quam decreta condere, quae paritura essent plus tumultuum. Sed haec coram. Hic adolescens *Henricus Gessingerus*, filius pastoris Ecclesiae in templo S. Bartholomaei in oppido *Cervesta*, petivit a Senatu Cervestensi auxilium ad studia, sicut mos est ibi aliquibus pauperibus ferre opem, collatione stipendiorum ut nominant. Habet aliquid spei adolescens, ut omnes quae volumus libenter speramus. Sed tamen si commendatio ei C. V. prodesse potest, oro ut senatui de eo scribat. Bonum ingenium est, et est orphanus, et habet fratres quinque et sorores duas. Tali familiae benefacere pium est. Dubitabam an C. V. legisset *Menii* scriptum contra Anabaptistas. Iudico esse valde dignum lectu, et erudite et recte scriptum, ideo mitto C. V. Bene et feliciter valeat C. V. Die 3. Novembris.

No. 1227. 14. Nov.

Studiosis.

Ex Riccii Miscell. no. LXXIIII. descripsit Foerstemann. Etiam legitur in cod. Basil. 39. p. 75 b.

Praefatio in oratorem et dialecticam P. M. *)

Intellexi plerosque flagitare a me enarrationem librorum Ciceronis de Oratore ad Q. fratrem. Ego vero propter Tirones, qui recens advenerunt, putavi in publica schola aliquam etiam partem temporis tribuendam esse Dialecticae. Nam in scholis artes ipsae inculcandae sunt praecipue ac repetendae [1]). Quare ut haberem utrorumque rationem, decrevi, quod faustum foelixque sit, alternis Dialecticen et oratorem interpretari. Ita coniungemus duas artes cognatas, Dialecticen et Rhetoricen. Ac Cicero non solum nobis praecepta, sed etiam egregia exempla in hoc ipso libro utriusque artis suppeditat. Sed illud adolescentes admoneo, ut saepe alias, ut meminerint sine exercitio disputandi, dicendi ac scribendi non plus se profecturos esse quam si audierint [2]) praecepta

---

*) In cod. Basil. inscribitur: *de praelegendo oratore Ciceronis,*

1) Cod. Bas. *retinendae.*

2) Ricc. *audirent.*

51 *

de pictura nec addiderint [3]) exercitium. Manus, inquit *Anaxagoras*, est causa sapientiae, hoc est, usus atque experientia. Tribuemus autem diem Lunae Ciceroni, diem Martis Dialecticae, quam cras Deo volente auspicabimur. 1534. d. 14. Novbr. [4])

No. 1228. 5. Decb.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 236 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Ex animo oro Christum, ut te et honestiss. matronam tuam coniugem et suaviss. liberos tuos servet incolumes, tibique gratulor salva matre natum filium. 'Id eo mihi etiam iucundius fuit, quia tibi aliquam tuarum curarum levationem attulit. Agnosco enim plane humanitatem καὶ φιλοστοργίαν tuam, quod te scribis natura amantem esse liberorum: mihi quoque illud Euripidis semper placuit, φιλῶν ἐμαυτοῦ τέκνα. μαινοίμην γὰρ ἄν.

De meis profectionibus nescio quid scribam. Si est hominis Philosophi in diem vivere, praeclare philosophor, nihil enim de rebus futuris constituo, sed hoc nequaquam est Philosophi, pendere ab aliena voluntate. *Fuldae* respondit noster princeps, me a nostra schola hoc tempore non posse abesse, sed postea iterum ad me scripsit quispiam οἰκειότατος τῷ Μακεδόνι, ut satis apparet, de domini sententia, Tubingenses flagitare disputationem, meque interesse illi cupere. Ego Suevicam profectionem nunquam appetivi, sed τῷ Μακεδόνι cupio morem gerere. Nunc igitur nostri iterum deliberant, et cur me aegre dimittant, non est ea caussa, quam ignari rerum nostrarum fortasse suspicantur, sed aliud est, quod litteris committere neque volo neque debeo, de quo quidem tecum brevi coram *). Omnino enim ad te, Deo volente, expatiabor, etiamsi non licebit in Sueviam proficisci. Mihi magis opus est illa longinqua profectione, de qua antea tibi scripsi, ad eas res, quae meum animum angunt, siquidem hoc, quod decrevi, mordicus tenendum est, ne quid faciam immoderate.

Pomeranus noster accersitus est a ducibus Pomeraniae ad Ecclesias constituendas.

De *Monasteriensium* furore non libet scribere, est enim acerbiss. mihi earum rerum recordatio. Vides enim, quantum odium bonis rebus pariant ea scandala, ἀλλὰ θεῷ μέλει τῆς ἐκκλησίας, ut profecto non dubito.

Quod tu scribis ad nos consolandos, ut Reipub. caussa hos labores fortiter perferam, mi Ioachime, si quid boni possem facere, nullas difficultates pertimescerem, sed et de his rebus coram. Interim colamus et ornemus litterulas nostras, et studia iuventutis pro virili excitemus. De *Ptolemaeo* te etiam atque etiam oro, ut edi eum cures, describi enim istic ab aliquo studioso posse arbitror. De Tabulis Resolutis mihi velim respondeas.

Hic edidimus Theoricas *Purpachii*: praeposui, ut soleo, praefationem ad *Grynaeum*. *Sabinus* narrat tuas commentationes in Sophoclem Romae in admiratione esse. Novi praeter haec nihil habebam. τὸν Γρυναῖον scis ne esse Tubingae? Bene ac feliciter vale. Non. Decemb.

Φίλιππος.

3) Ricc. *adhiberent*.

4) annum et diem addit cod. Basil.

*) Verebatur Elector Saxoniae, ne Phil. alibi excitaret scholam Wittembergae celebriorem, quae ita primatum suum amisisset. C. W.

No. 1229. (h. t.)

Iudicium de coena s.

† Ex apographo in codice Gothano 243. fol. 130., ubi dicitur scriptum in usum Landgravii Hassiae factum. Id vero ex coniectura, ut videtur. Hoc tamen certum est, Melanthonem haec scripsisse ante conventum cum Bucero, per quem Melanthon in mitiorem sententiam de coena s. perductus est. Posui igitur hoc scriptum in hunc locum ante iter, quod Mel. Casseliam fecit.

Iudicium Philippi Melanch. von dem Sacrament, dem Landgrafen zu Hessen gemacht.

Christus spricht: caro mea vere est cibus, welche Worte, ob sie schon nicht vom Sacrament geredet waren, dennoch den Verstand haben, daß der Christus, der wahrhaftiger Mensch und Fleisch ist, wird eine Speise, sein Leben, geben, herrschen und regieren in allen Dingen. Also diese Worte des Sacraments: nehmet und esset, dieß ist mein Leib, bezeugen, daß dieser Christus, ob er schon einen tödlichen Leib hat, den-

noch will bei uns seyn, und zu einem Gezeugniß, daß er bei uns sey, spricht er, er gebe uns seinen Leib; damit er anzeiget, daß er nicht wie eine Creatur allein über uns erhaben, sondern wesentlich bei uns sey und wirklich war.

Und machen diese Worte: accipite, hoc est corpus meum, einen Unterschied. Wo Christus eine Creatur allein und nicht Gott wäre, ob er schon regieret, wäre er dennoch nicht wesentlich bei uns. Dieweil er aber Gott ist, gibt er seinen Leib zu Zeugniß, daß er wesentlich alweg bei uns sey. Dieser Verstand des Sacraments ist einfältig und dazu tröstlich, so wir lernen, wie Christus nicht allein seinen Tod, sondern auch seine Glori und Gottheit darin fürgebildet hat. Darum schließe ich, daß wahrhaftig mit dem Brod und Wein der Leib Christi und Blut, das ist wesentlich Christus, nicht figürlich, sey. Hier sollen wir aber die Gedanken, so die Vernunft richtet, wegwerfen: wie Christus auf und nieder steigt, sich ins Brod verberge, und sonst ninder sey. Dieß sind eben Gedanken, wie des Zwinglens grobe Zweifel, da er Christum in einen Körper verschloß, und dichtet, er müsse an einem Orte stecken, wie eine Creatur. Dergleichen Gedanken soll man fliehen, und bei den Worten bleiben, welche sprechen: der Leib sey da; denn Christus will uns damit bezeugen, daß er wesentlich bei uns sey. Sollten diese Worte: ecce hic, ecce illic, von der Person Christi verstanden werden, so hätte Paulus und andre Heilige, die Christum leiblich gesehen, nach der Auffahrt auch nicht sollen glauben, daß er da wäre. Und ob sie schon von der Person geredet, mögen sie dennoch nicht dahin gedeutet werden, daß Christus nicht sollte bei uns seyn. Denn wiewohl man diese Worte will entgegensetzen denen, hoc est corpus meum, also möchten sie auch entgegengesetzt werden diesen folgenden Sprüchen: ubicunque duo aut tres congregati sunt in nomine meo, sum in medio eorum; item: Sum vobiscum usque ad consummationem seculi; item: veniemus ad eum et mansionem apud eum faciemus. Welche Sprüche auch sagen von wahrhaftiger Gegenwärtigkeit, ob sie schon, wie sie lauten, das Sacrament nicht betreffen. Sondern weil der Grund fest stehet, daß Christus nicht an einen Ort gebunden, sondern bei den Creaturen und bei uns wesentlich ist, folget, daß keine Absurdität ist, daß sein Leib wahrhaftiglich mit dem Blute gegeben wird. Etliche bauen auf den Glauben Gold, Silber, das ist Lehre von rechten guten Werken, als Liebe des Nächsten, Keuschheit etc. Etliche bauen darauf andere Lehre von geringern Werken, von gesetzten Bethen [festgesetzten Gebethen] oder dergleichen gesetzten Uebungen. Solches alles wird bewährt durchs Feuer, das ist durch Gottes Gerichte, wie sie Paulus hieselbst erkent, und die Schrift oft iudicium ignis nennet. Moses spricht: Deus ignis consumens est; denn er will, daß Gott, so er uns richtet und schreckt, uns verzehrt wie das Feuer, und mag die Natur nicht bestehen vor Gottes Gerichte, et Psalm 96.: ignis ante ipsum praecedet, und Paulus sagt hier klar, der Tag des Herrn wirds erklären; das ist ja ein öffentliches Gericht. In diesem Gerichte wird bestehen Lehre von guten Werken, als Liebe des Nächsten, Keuschheit, Nüchterkeit, etc. Aber Lehre von den gesetzten Uebungen und Ceremonien wird nicht bestehen. Es wird aber dennoch der, so auf den Glauben gebauet, selig werden. Denn der Glaube selig macht. Darneben bringen wir viele Sünden vor Gott, als concupiscentiam, faule Gottesfurcht, faule Liebe des Nächsten, faulen Dienst an unserm Amt, etc., welche Sünden durchs Feuer, das ist durchs Gericht Gottes, gestraft werden, und werden wir Gottes Zorn fühlen. Aber der Glaube erhält die, so sich ergeben auf Christum.

No. 1280. (hoc anno.)

Chph. Ruellio.

Manlii farrag. p. 346 sq.

Christophoro Ruellio.

S. D. Mihi vero his turbulentis temporibus nonnihil afferunt solatii studia bonorum iuvenum, quorum virtute atque industria (ut spero) literae, quae continent honestas artes et Reipub. necessarias, conservabuntur, et ad posteritatem propagari poterunt. Itaque libenter vidi profectus tui specimen, mi *Christophore*: ac precor Christum, ut studiis tuis faveat, eaque gubernet. Tuum etiam erit, hunc cursum urgere: quod ut facias, hortari tum patris authoritas, tum ipsa Respublica debet, ad quam certe studia vestra pertinent. Denique invitabit te etiam ipsa doctrinae suavitas: quam nulla ex re maiorem quam ex ipsa doctrina, animus percipere potest. Quod ad me attinet, gratum mihi feceris, si hoc officii genere amicitiam inter nos constitutam alere atque confirmare studebis. Quare dabis operam, ut saepe ad me scribas. *Isocrates* inquit honestum esse,

paternas amicitias veluti patrimonii partem conservare. Scis autem, quae mihi cum patre tuo, viro optimo, amicitia sit multis iam annis, quem profecto propter fidem et ingenium, magis quam propter fortunae ornamenta, amo et observo. Bene vale.

No. 1231. (hoc anno.)

Eidem.

Manlii farrag. p. 347 sq.

Christophoro Ruellio.

S. D. Valde probo studium et conatum tuum in faciendis versibus. Nam haec exercitatio colorabit etiam solutam orationem tuam, idque brevi senties ipse. Deinde ut aliae Musicae partes suavissimae sunt, ita plurimum habet haec harmonia versuum voluptatis: et est signum minime fallax, probae et ingenuae naturae. Nam perversae abhorrent, ut ab aliis Musicae partibus, ita a versibus faciendis. Coles igitur hoc studium faciendi versus, sed ita, ut saepe scribas solutam orationem, in qua spero te magnam laudem consecuturum esse. Natura enim placet mihi. Quod si ars et ratio per aetatem accesserit, et Reipub. et tibi et tuis ornamento eris. Idque ut fiat, oro Christum. Ego quod possum, tibi praestabo: et de hac ratione dicendi, quam maxime probant eruditi, deque imitatione, quam tibi necessariam esse iudico, scribam ad te quamprimum aliquid otii nactus ero. Bene vale, et saluta optimos tuos parentes.

No. 1232. (hoc anno.)

Iustino Goblero.

Manlii farrag. p. 348 b.

D. Iustino Goblero, Consiliario illustrissimi ducis Erici Braunsvicensis,

S. D. Adhuc sum in sententia, mi *Iustine*, non esse abdicandam praesentem conditionem: sed debere te τὰ παρόντα στέργειν. Idque consilium tibi daturus sim, etiamsi frater esses. Non enim ignoro, quam difficile sit, asperrimis temporibus commodas conditiones invenire: et quantum sit periculum, vagari incertis sedibus. Habes meum consilium: tibi tamen liberum relinquo, quid velis facere. Opinor te in hac conditiuncula plus habere otii ad iucunda studia tractanda, quam si esses evectus ad maiora negotia propter Iuris professionem. Mihi crede, haec tempora parum otii concedunt his, qui magnis negotiis implicantur. Ego titulum fugi semper: utinam et negotia effugere potuissem.

Francisci libellus editus est, quem spero tibi gratum esse: vel quia habet non obscuram significationem nostri amoris: vel quia ipsa *Hermolai* epistola nova non est prorsus illepide scripta, de qua et tuum et aliorum iudicium mihi velim perscribas. Etsi est brevior, quam causae magnitudo postulat. Sed id excusat *Franciscus* in praefatione. *Adami* causam tibi commendo: teque oro ut, quod facis, *Adamum* summo studio defendas. Gratum tibi hominem obligabis. Bene vale.

No. 1233. hoc anno.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 87 b. ep. 109. descripta a Cl. Gersdorfio.

Georgio Spalatino

S. D. Nostri πραγμάτικοι observant usitatum ius de gradibus consanguinitatis, propter petitiones haereditatum et similes causas. Nam in iudiciis periclitantur hi, qui contra usitata iura contraxerunt coniugia, et nosti illorum δεισιδαιμονίαν. Nos quoque exempli causa dissuademus ante factum coniugia contra usitatos gradus. Sed post factum in quarto gradu, interdum etiam in tertio, si separatio aliquid incommodi habet, ut post copulam, quam vocant, carnalem, dissimulatione aliqua toleramus ea coniugia. Eaque moderatione καὶ ἐπιεικείᾳ multum ac saepe usi sumus. De tuo casu responderem, si scripsisses, an adhuc res sit integra, aut quomodo se habeat. Etsi ex hoc nostro more, quid sequendum tibi sit, facile poteris statuere. Bene vale. 1534.

Philippus.

No. 1234. hoc anno.

Matth. Aalbero.

E codice Wernsdorfii p. 269. nunc edita. Danzius eam legit in l. Ge. Fuessings Umbständl. Relation p. 239 sq.

Doctissimo viro D. Matthaeo (Aalbero), docenti Evangelium in Reutlingen, veteri amico

S. D. Etsi non dubito, quin in amicitia constantiam ac fidem dignam viro docto praestare soleas, tamen interdum silentii tui tam diuturni causam mecum ipse quaero. Nonnunquam in mentem venit, propter *Aratorem*, qui, ut audio, inepte quaedam vestra instituta reprehendit, mihi quoque vos parum factos esse aequos. Quod si ita est, iniuste plector propter alienam culpam. Nam ego discedentem diligentissime et adhortatus sum et oravi, ne quid turbaret, neve ecclesiae vestrae statum ulla in re concuteret. Quare te etiam atque etiam rogo, primum ne secus de me sentias, deinde[1]) ut aliquando ad me de tua voluntate deque iudicio tuo scribas. Ego nihil omnium rerum magis opto, quam ecclesiarum concordiam, nec unquam volui dissidia excitari propter dissimilitudinem rituum. Spero, Deum effecturum esse, ut de dogmatibus etiam aliquando liberius loqui possimus et constituere aliquam concordiam. Hunc tabellarium vobis commendo iuvandum. Pellitur enim patria, satis duriter; aequum est, nos omnes affici eius calamitate. Bene vale et rescribe. 1534.

Philippus.

No. 1235. hoc anno.

Ioachimo Anhaltino.

Edita in Beckmanni Accession. hist. Anhalt. p. 117.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Illustris Princeps. Etsi mihi iam nota est humanitas C. V., tamen non essem ausus C. V. interpellare, nisi me, ut scriberem, D. *Nicolaus* *) hortatus esset, qui nobis mirifice praedicavit, cum ceteras virtutes C. V., tum vero pietatis studium, quo nihil in Principe existere melius aut pulchrius potest. Ea res maximam voluptatem mihi attulit, ac Deum precor, ut hoc studium C. V. ad utilitatem universae Ecclesiae gubernet. Huc enim spectare consilia vestri ordinis debent. Rogavit me D. *Nicolaus*, ut suis verbis orarem, ut C. V. boni consulat, quod aliquanto diutius abfuit. Iter eius impedierunt aquae, nonnihil etiam valetudo D. *Martini* eum remorata est. Non dubium mihi est, quin C. V. pro sua singulari atque heroica bonitate hocce in optimam partem acceptura sit. Ego me Celsitudini vestrae commendo, meque ei totum dedo. Christus servet C. V. ac defendat et gubernet ad publicam salutem Ecclesiae. Anno 1534.

No. 1236. (h. anno.)

Conr. Heresbachio.

Epist. lib. II. p. 391. (ed. Lond. lib. II. ep. 403.)

D. *Conrado Heresbacchio*

S. D. Christus faciat, ut felix, faustum, et tranquillum sit coniugium tuum. Quid enim de hoc vitae genere sentiant quidam *μισάνθρωποι*, non moror. Mihi profecto hoc ipsum vitae genus Philosophia quaedam videtur. Est enim plenum honestissimis officiis maximeque dignis bono viro. Ad haec *ἄγαμοι* perpauci ea sunt virtute, ut afficiantur curis publicis, aut intelligant etiam, quae sint res in vita praecipuae.

Quare tuum consilium de eligendo vitae genere valde laudo, tibique et honestissimae coniugi tuae omnia fausta precor. Mea officia sane rhetorice laudas, cum ego nihil praestiterim unquam, quod sine scelere praetermittere potuerim, fuit mihi tamen grata significatio humanissimi animi tui. Non enim interpretor esse *εἰρωνείαν*, quam decet a nobis *γνησίως φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλομένοις* alienissimam esse. De Repub. nihil habeo quod nescire te arbitrer. Nec aliud adhuc audimus, nisi a Caesare et *Gallo* apparari bellum. Princeps *Cattorum* iam, nisi fallor, profectus est ad conventum *Eslingensem*, ut *Bavaros* et *Wirtebergensem* redigat in mutuam gratiam. Adhuc igitur est *εὐφημία*, et ut diu sit oro *Christum*. Bene et feliciter vale, teque a me amari propter excellentem virtutem et doctrinam tuam scito.

---

1) *primum*, *ne* etc. praetermissa sunt in cod.

*) Hausmannus.

No. 1238. 2. Ian. (in itinere.)

Antonio Corvino.

Edita in libro: Io. Henr. Gevers (Pastoris Scharzfelsiensis) Sendschreiben an M. Ioh. Frid. Corvinum, Past. prim. zu Hornburg in Halberst., betreffend die Lebensbeschreibung Anton. Corvini, evangelischen Reformatoris und ersten Superint. im Herzogthum Braunschweig und Lüneb. etc. Gosslar. Fol. pl. 4. Inde transcripta in Collectan. Ballenst. Vol. II. no. 47. Eandem a satis recenti manu descriptam habes in cod. Goth. 188. ep. 10.

Philippus Melanchton, suo Antonio Corvino.

S. D. In itinere absolvi utcunque versiculos, de *angelico carmine* *), quos tibi mitto. Non, Hercle, quod genus ipsum versuum mihi satisfaciat, sed ut meam fidem liberem. Memini enim me discedentem promittere. Contexui autem libentius, quia cum eo labore coniuncta erat recordatio tui, cuius ingenium et virtutem maxime amo. Contemplabere autem te ipsum in hoc carmine. Nam te quoque angelum talem esse statuo, qui hoc carmen coeleste praecinat populis et divina dona proferat ad Ecclesiam. Quare, cum leges, non solum nostri memineris, sed illius quoque angelici coetus, et cogitabis, omnes, quotquot Christum praedicamus, mutuo inter nos amore devinctos esse debere, veluti sunt angelici isti spiritus. Sic enim fiet, ut communi studio ornemus Evangelium. Bene et feliciter vale, et rescribe. Postridie Calendas Ianuarii Anno Domini MDXXXV **).

Fixa viatori triceps quod praestat imago,
Dum peregre ignotis fessus oberrat agris.
Quod Pharos undigave confert e littore Cymbe,
Lucida cum supero cessit ab axe dies.
Filia quod Aegidae tribuerunt Gnosia forti
Munera, quo victor per cava caeca redit.
Hoc tibi scripturae qui sulcas aequora sacrae,
Abdita qui rectum per loca quaeris iter.
Corvinus docto praebet nitidoque libello,
Corvinus studiis fautor ubique tuis.
Qua via vera docet facibus praelucet, et addit,
Stamina quae posito tuta sequare metu.

Philipp.

*) Est carmen: Quare ad pastores vox nuntia venit etc.

**) Hos, qui sequuntur versus, Apographon Ballenst. non habet, sed annexi sunt epistolae in cod. Gothano. In epigramm. Mel. non habentur.

(*Die 9. Ianuarii Melanthon rediit Witebergam.*)

No. 1239. (ineunte anno.)

Sim. Grynaeo.

Praefatio in librum: Georg. Purbachii Theoricae novae Planetarum. 1535. 8. — Etiam edita in Melanth. declamatt. T. II. p. 114. (ed. Argentor. in 4. p. 677.) — Descripsit eam Lunzius.

Doctissimo viro Simoni Grynaeo Philippus Melanthon

S. D. Cum Graecia longo et civili bello undique arderet et malis vexaretur omnibus, quae bellum, praesertim civile, comitari solent: Apollo consultus in Delo, quando tantarum calamitatum finis futurus esset, aut quibus modis Dii, facti placatiores, praesentes aerumnas depulsuri essent, respondit, tum demum Graeciam tranquillam fore, cum sibi aram, quae ibidem erat, duplicassent. Erat autem arae figura cubica: quam cum Delii duplicare instituissent, alteram pari magnitudine addiderunt, et ex cubica figura quadrangulam effecerunt. Aliquanto post, cum publicae calamitates nihilo fierent mitiores, iterum interrogant Apollinem, ritene paruissent oraculo. Apollo negat, eos imperata fecisse. Ibi vero perculsi Delii suspicantur, rem graviorem per am-

No. 1238. 2. Ian. (in itinere.)

Antonio Corvino.

Edita in libro: Io. Henr. Gevers (Pastoris Scharzfelsiensis) Sendschreiben an M. Ioh. Frid. Corvinum, Past. prim. zu Hornburg in Halberst., betreffend die Lebensbeschreibung Anton. Corvini, evangelischen Reformatoris und ersten Superint. im Herzogthum Braunschweig und Lüneb. etc. Goslar. Fol. pl. 4. Inde transcripta in Collectan. Ballenst. Vol. II. no. 47. Eandem a satis recenti manu descriptam habes in cod. Goth. 188. ep. 10.

Philippus Melanchton, suo Antonio Corvino.

S. D. In itinere absolvi utcunque versiculos, de *angelico carmine* *), quos tibi mitto. Non, Hercle, quod genus ipsum versuum mihi satisfaciat, sed ut meam fidem liberem. Memini enim me discedentem promittere. Contexui autem libentius, quia cum eo labore coniuncta erat recordatio tui, cuius ingenium et virtutem maxime amo. Contemplabere autem te ipsum in hoc carmine. Nam te quoque angelum talem esse statuo, qui hoc carmen coeleste praecinat populis et divina dona proferat ad Ecclesiam. Quare, cum leges, non solum nostri memineris, sed illius quoque angelici coetus, et cogitabis, omnes, quotquot Christum praedicamus, mutuo inter nos amore devinctos esse debere, veluti sunt angelici isti spiritus. Sic enim fiet, ut communi studio ornemus Evangelium. Bene et feliciter vale, et rescribe. Postridie Calendas Ianuarii Anno Domini MDXXXV **).

Fixa viatori triceps quod praestat imago,
 Dum peregre ignotis fessus oberrat agris.
Quod Pharos undigave confert e littore Cymbe,
 Lucida cum supero cessit ab axe dies.
Filia quod Aegidae tribuerunt Gnosia forti
 Munera, quo victor per cava caeca redit.
Hoc tibi scripturae qui sulcas aequora sacrae,
 Abdita qui rectum per loca quaeris iter.
Corvinus docto praebet nitidoque libello,
 Corvinus studiis fautor ubique tuis.
Qua via vera docet facibus praelucet, et addit,
 Stamina quae posito tuta sequare metu.

Philipp.

*) Est carmen: Quare ad pastores vox nuntia venit etc.

**) Hos, qui sequuntur versus, Apographon Ballenst. non habet, sed annexi sunt epistolae in cod. Gothano. In epigramm. Mel. non habentur.

(*Die 9. Ianuarii Melanthon rediit Witebergam.*)

No. 1239. (ineunte anno.)

Sim. Grynaeo.

Praefatio in librum: Georg. Purbachii Theoricae novae Planetarum. 1535. 8. — Etiam edita in Melanth. declamatt. T. II. p. 114. (ed. Argentor. in 4. p. 677.) — Descripsit eam Lunzius.

Doctissimo viro Simoni Grynaeo Philippus Melanthon

S. D. Cum Graecia longo et civili bello undique arderet et malis vexaretur omnibus, quae bellum, praesertim civile, comitari solent: Apollo consultus in Delo, quando tantarum calamitatum finis futurus esset, aut quibus modis Dii, facti placatiores, praesentes aerumnas depulsuri essent, respondit, tum demum Graeciam tranquillam fore, cum sibi aram, quae ibidem erat, duplicassent. Erat autem arae figura cubica: quam cum Delii duplicare instituissent, alteram pari magnitudine addiderunt, et ex cubica figura quadrangulam effecerunt. Aliquanto post, cum publicae calamitates nihilo fierent mitiores, iterum interrogant Apollinem, ritene paruissent oraculo. Apollo negat, eos imperata fecisse. Ibi vero perculsi Delii suspicantur, rem graviorem per am-

bages significatam esse, et oraculi interpretem quaerendum esse censent. Veniunt itaque ad Platonem, qui docet, qua in re sit erratum, videlicet, nescisse eos cubi et quadranguli discrimen; nec ex cubo fuisse quadrangulum faciendum; monstrat, qua ratione cubus duplicandus sit; caeterum admonet, hanc oraculi sententiam esse, ita demum Graeciam futuram tranquillam, si se ad Philosophiam Graeci convertissent, quia haec studia animos ab ambitione et caeteris cupiditatibus, ex quibus bella et caetera mala existunt, ad amorem pacis et moderationem in omnibus rebus abducerent.

Huius mihi Platonici oraculi saepissime venit in mentem, mi *Simon*, cum horribiles horum temporum tumultus considero. Nec vero alienum putavi hoc loco recitare, praesertim cum ad te scriberem, hominem cum in reliqua Philosophia, tum in his ipsis artibus eruditissimum. Nam mihi quoque unum hoc remedium videtur publicarum calamitatum fore, si se nostri homines ad veram veteremque Philosophiam convertant: quae cum incendat animos amore ac studio veritatis, et ad intellectum atque admirationem optimarum rerum exsuscitet, una efficit viros bonos ac moderatos, ac dissimiles horum, qui nunc propter inscitiam bellum veritati et rectae doctrinae indixerint, et in homines studiosos horribilem crudelitatem exerceant, publicas discordias praecipue alunt atque inflammant. Etsi autem isti Platonis oraculo nihil afficiuntur, nos tamen decet operam dare omni contentione, ut iuventutem ad haec studia revocemus, et ut pulcherrimae artes conserventur et ad posteros perveniant, quod certe praestare ipsi in hoc vitae genere debemus, et ut olim habeat respublica cives recte eruditos *καὶ γνησίως φιλοσοφοῦντας*, qui mederi publicis malis et velint et possint. Neque vero ulli melius gloriosiusque de universo genere humano mereri censendi sunt, nec Deo gratius facere quidquam, quam siqui hoc consilio optimarum artium studia defendunt atque ornant. Huic merito nulli triumphi, nullae victoriae iure anteponi poterunt. Ac novi ego quidem tuos ad hanc laudem impetus iam olim. Sed postquam nunc optimos auctores, primum *Aristotelem*, deinde *Euclidem* et *Platonem* edi curasti, et, ut intelligo, iam adornas editionem Magnae Syntaxeos *Ptolemaei*, exstant minime obscura iudicii ac voluntatis tuae testimonia. Itaque et tibi hunc animum et reipublicae gratulor, teque non desinam, tametsi *σπεύδοντα*, ut dicitur, hortari, ut totum te ad hanc Philosophiam illustrandam conferas. Habes huius honestissimi curriculi socios, non sane multos, sed tamen aliquos passim in Germania, viros optimos et doctissimos, qui et ipsi commovere studia iuventutis hac in re conantur. Recte enim iudicant, reliquam Philosophiam mancam et mutilam esse, nisi rerum coelestium cognitio accedat.

Scis autem in scholis opus esse elementis. Nec alius libellus magis necessarius est, quam Theoricae, ut vocant, seu picturae orbium coelestium: quas cum hic ederemus diligentia viri optimi ac veteris utriusque nostrum amici, *Iacobi Milichii*, ornatas, in vestibulo hanc ad te epistolam addidimus, non solum quod tui memoriam nobis subinde renovat harum artium tractatio, sed magis eo, quia libellum sperabam plus habiturum gratiae apud studiosos propter tuum nomen, quod propter egregias virtutes tuas apud omnes literatos admodum gratiosum est. Praeterea intueri omnes in te cupio, ut tuo exemplo cogitent, se has communes literas cum interiore Philosophia coniungere debere. Nam Epicureos illos, qui neque pulcherrimos motus coelestium corporum admirantur, neque cognitionem eorum utilem esse contendunt, ne quidem appellatione hominum dignos iudico. Etenim non solum bellum gerunt cum humana natura, quae praecipue ad has divinas res adspiciendas condita est, sed etiam *θεόμαχοι* sunt. Voluit enim Deus horum mirabilium cursuum ac virium notitiam, ducem nobis esse ad divinitatis cognitionem. Quamquam in hanc sententiam alio in loco multa a me disputata sunt: tamen, quoniam haec adolescentiae magis, quam tibi, legenda scribimus, quaedam huius doctrinae utilitates colligendae sunt.

Primum pecuina vita esset, si nullam certam anni ac temporum descriptionem haberemus. Sed illa utilitas longe maior est, quod leges illae motuum constitutae ad omnium animantium salutem, deinde et vires coelestium luminum multiplices et superiorum atque inferiorum corporum consensus, perspicue testantur, hunc mundum, ut venustissime inquit *Xenophon*, *σοφοῦ τινὸς δημιουργοῦ καὶ φιλοζώου τέχνημα* esse, ac mente aliqua aeterna et optima conservari atque gubernari. Quantum autem refert, hominum animos, intuentes in illa divinitatis vestigia, firmam tenere persuasionem de Dei praesentia deque providen-

tia? Profecto in bonis mentibus magnam hoc vim habet et ad religionem confirmandam et ad regendos mores. Haec si quis arroganter contemnit, naturae suae immanitatem prodit, non aliter atque Cyclops apud *Homerum*, qui negat se ullos vereri Deos. Quin potius, ut *Plato* dixit, Deum semper *γεωμετρεῖν*, hoc est, certissimo motu omnia metientem gubernare haec inferiora: ita nos vicissim huius summi artificis lineas considerantes hac pulcherrima Geometria nos oblectemus, quae divinitatem nobis ostendit. Si ob hanc causam praecipue condita est coelestis natura, ut certe est, ut Deum nobis monstret, satis constat, voluntati Dei non parere istos, qui haec divinitatis vestigia non aspiciunt neque inquirunt.

Iam quantum prodest ad omnes vitae partes divinatrix illa pars, hoc est Physica, quae disputat, quos habeant effectus astra in miscendis corporum temperamentis. In privata vita habet usum in medendo, ut summi auctores testantur. Conducit et ad regendos mores et deligenda studia. Plurimum enim refert intelligere, quo quemque natura ducat, ut bonos impetus industria iuvemus atque conformemus, pravos cohibeamus. Nam ingeniorum naturae magna ex parte imitantur temperamenta. Non dicam hoc loco de fortuna, ne omnes vitae casus ad astra referre videar. Sed tamen et fortuna saepe comitatur mores. Et quamquam aliae quoque causae sunt humanorum eventuum: tamen res loquitur ipsa, interdum in astris causam esse, cur, ut *Hesiodus* inquit, ipse dies quandoque parens, quandoque noverca sit. Minus autem laedet fortuna bene praeparatum animum. Nec nihil conducit tempestatum observatio ad oeconomiam.

Porro hi proximi anni aliquot satis claras significationes praebuerunt, sidera magnam vim in aëre et rebus nascentibus habere. Idque palam testantur insignes siderum congressus. Existunt et in rebus publicis fatales tempestates, in quibus admoniti ab hac arte multa providere possunt, vel ad cavenda vel ad mitiganda pericula. Saepe enim fata consilio in melius flecti queunt. Saepe fatorum saevitiam lenit Deus, placatus piorum votis. Quare haec quoque gravis causa fuerit, rerum futurarum significationes animadvertendi. Prodest enim commonefieri homines atrocibus siderum minis, ut a Deo opem implorent; deinde ut bonitatem Dei magis agnoscant; cum viderint, aliquam esse superiorem ac meliorem naturam sideribus, quae tristes significationes mitigat. Nec dubia est harum artium fides. Nam et motuum ratio demonstrationes habet, quarum eo est suavissima cognitio, quia delectat animos certitudo et harmonia seu consensus in tanta varietate argumentorum. Et divinatricem si quis prudenter ad Physicen referet, intelliget, eam habere graves causas. Et tuetur eam experientia peritissimorum hominum. Recte vero *Galenus* de hac ipsa arte inquit, sophisticum esse contra experientiae testimonium rationes quaerere. Nec eo detrahenda est arti fides, quia aut artifices aliqui inepti sunt, aut non omnes eventus humani in arte monstrantur. Sunt enim et aliae quaedam praeter sidera eventuum causae. Etsi autem in tantis tenebris humanae mentis multa prospici nequeunt: tamen artis beneficium non leve ducendum est, quae pleraque interim et ad vitae summam pertinentia monet. Quoties fallimur in levioribus artibus, et in iis rebus, quae sunt, ut ita dicam, in manibus. Neque tamen propter huiusmodi errata explodendae sunt artes. Sed prudentia est, ad vitae usum inde, quantum possumus, transferre. Illud etiam recte institutis iudicare facile est, quis esse modus divinationum debeat, et quod religio approbet has divinationes, ut medicorum iudicia, aut caeteras Physicae partes. Sed haec alibi disputavimus.

Cum igitur praemia sint artis ingentia, cumque mirifica sit cognitionis suavitas: tamen vel inertia hominum fit, ut hae tantae res neglectae et spretae iaceant; vel etiam pravis iudiciis. Non enim nulla scholarum culpa est, in quibus rixae sophisticae longe anteferebantur his pulcherrimis atque optimis disciplinis. *Homerus* cum in clypeo Achillis pingeret sidera, et coeli verticem ac motum describeret, quid aliud voluit significare, quam harum rerum inquisitionem summis heroibus dignam esse. Apud *Virgilium* Iopas in regio convivio canit errantem Lunam Solisque labores. Turpe est autem, in castris et in convivio in admiratione fuisse has artes, et in scholis iacere spretas atque neglectas, quibus Philosophiae defensionem atque conservationem respublica commendavit. Possem exempla commemorare veterum et huius aetatis regum, qui huic studio dediti fuerunt, non solum voluptatis causa, sed quod conducere arbitrabantur ad consilia rerum gerendarum. Sed ipsae stellarum appellationes satis monent, hanc fuisse olim maximorum regum phi-

losophiam. Ideo enim plerisque stellis heroum nomina indita sunt, quia coelestes motus observarunt atque illustrarunt. Nec Orphei chelyn aliam ob causam inter sidera positam arbitror, quam quia hanc philosophiam de sideribus docuerit. Itaque hortentur iuventutem ad haec studia et dignitas harum rerum, et cognitionis suavitas, et magnitudo utilitatum, et honestissima exempla omnium summorum ingeniorum omnis aetatis.

Quid? quod haec coelestis musica profutura est etiam moribus. Nam ipsa consideratio magnarum et divinarum rerum animos, captos admiratione tantae pulchritudinis, mirabiliter ad virtutem et ad moderationem flectit. Quodque fertur Orpheus cantu silvas et saxa traxisse, hoc est, homines rudes et feros ad se convertisse, ut vivendi leges acciperent, non arbitror eos magis ullius rei dulcedine captos esse, quam monstratis rebus coelestibus. Nec deterreri se ab his studiis recta ingenia sinant indoctorum iudiciis, qui tantum quaestuosas artes mirantur. Nam cum haec sint virtutis studia, fortitudo etiam in eis colendis requiritur, quae animos adversus stultas vulgi opiniones obfirmet, et perversa iudicia contemnat.

Atque hoc tempore vel maxime pugnandum est cum indoctorum persuasionibus. Nulla enim aetas tam ferrea rectis studiis fuit, quam ista. Cuius rei etiamsi sunt quaedam in astris causae, ut eclipses et cometae horum annorum non obscure significant: tamen et praeter fatales causas augent hanc rabiem suo scelere homines improbi, quorum animi ambitione et avaritia occupati vere bona neque intelligere neque expetere possunt. Proinde maior adhibenda est contentio bonis viris, ne literae non tam fato, quam vulgi furore, oppressae funditus intereant. Cumque artes Dei munus sint, non defuturus est Deus his, qui ipsius dona tuentur et conservare student.

Fortassis hic etiam adolescentes monendi erant, quis huius libelli usus sit. Sed has partes interpretibus relinquam. *Purbachius* prudentissime in hanc epitomen contraxit Ptolemaei doctrinam de omnium orbium coelestium motibus, ut studiosis aditum ad integras disputationes patefaceret. Prodest enim ad difficiles et longas controversias afferre summam negotii, velut argumentum. Itaque dum hic picturas orbium instituit, tantum τὸ ὅτι, ut ita dicam, tradit. Causas vero, cur tot cuiusque planetae orbes numerentur, et quibus observationibus tanta varietas animadversa sit motuum, postea vult ex *Ptolemaeo* peti. Adhaec cognitis his elementis planetarum motus ex tabulis ad id compositis computari possunt. Id quoque pertinet ad τὸ ὅτι. Sed tamen haec primum tradenda iudicaverunt homines periti, ut postea demonstrationes de causis facilius percipi possent. Et interim, dum haec elementa sunt in manibus et agitantur, interdum causae aliquae simul ostenduntur. Mirabili enim vinculo inter se doctrinae partes connexae sunt. *Plato* gravissime inquit: *σοφώτατον ἀνάγκη τὸν ἀληθῶς ἀστρονόμον εἶναι.* Magna enim doctrinae copia est in hoc genere, nec ulla tam facilis pars est, quin, si penitus velimus eam cognoscere, plurima simul quaerenda sint. Etsi autem non omnes se prorsus huic studio addicere volent: tamen haec initia ignorare homines literatos turpe est, et alienum humanitate. Quomodo sint contrarii motus orbium, de solis cursu, quae sint aequinoctiorum ac solstitiorum causae ac notae, cur in alia circuli parte tardior sit motus, in alia velocior, quomodo solis cursus, quomodo poli altitudo spatia dierum mutet, quae sint umbrarum differentiae, ex quibus cum alia multa deprehensa sunt, tum etiam solis et terrae magnitudines, qui sint regionum situs, quare luna singulis mensibus occultetur, et postea prodiens paulatim impleat orbem, quae eclipsium causae sint: haec atque alia multa in facillima parte huius libelli traduntur: quae tamen ipsa locupletissimam quandam doctrinam continent, nec explicari possunt, nisi multa requiramus ex fontibus, ubi de causis disputatur. Quare magnum operae pretium faciunt studiosi in hoc libello cognoscendo omnes.

Sed generosae naturae, degustatis his initiis, ad caetera ingenti animo contendere debent, ut pulcherrimam et suavissimam philosophiae partem absolutam ad vitae usum accommodare possint, et causas videre, unde sint illi rerum circuitus, quos ita vocat *Plato*, in naturis corporum et in rebus publicis, qui ortus, incrementa, inclinationes et interitus continent. Ad haec si accesserit liberalis aliarum literarum doctrina et religionis scientia, quid potest cogitari tali viro, qui ista consecutus est, beatius? Nulla regna, nullas opes, nullas voluptates animus non monstrosus his bonis anteferet. Neque vero ulla ex parte fructum capere satis dignum sine hac societate doctrinarum quisquam poterit. Sed ut in fidibus plurimum concentus efficit perfectam sonorum

suavitatem: ita copulatio uberiores et gratiores in singulis artibus fructus parit. Id non difficile est iudicare. Si quis enim per omnem vitam tantum in Dialectica aut Arithmetica elaboret, nullis aliis adhibitis artibus, in quibus illae exerceantur, is velut ludo quodam delectari suo studio videbitur, non veros ex arte fructus posoere. Quanto autem uberiores ex utraque fructus percipiemus, cum Arithmeticae beneficio siderum motus inveniemus, cum ratiocinando conferemus causas et effectus vel in natura vel in negotiis, et iudicabimus, quae consentiant, quae dissideant. Quare si veros ex singulis artibus fructus auferre cupimus, totum doctrinarum orbem animis intueamur atque expetamus; praesertim si non repugnet natura, et contingant idonei duces. Talis doctrinae perfectio non solum privatim beatos efficit: nam et praesidium est vitae firmissimum, et complet animos veris et non perituris voluptatibus, sicut inquit Aristoteles: δοκεῖ γοῦν ἡ σοφία θαυμαστὰς ἡδονὰς ἔχειν καθαριότητι καὶ τῷ βεβαίῳ: sed etiam praeclare mereri de republica potest. Non est enim obscurum, quantum noceant rebus publicis homines leviter docti, qui de maximis rebus falsas opiniones serunt.

Haec ad te de communibus studiis libenter scripsi, non quidem tua causa (video enim te recto cursu feliciter ad illum scopum, quem petendum esse dixi, contendere, aut potius non procul a meta abesse), sed ut iuventutem ad haec studia adhortaremur: etsi arbitror, nullum neque nostrae amicitiae aptius, neque tibi iucundius esse quasi confabulationum genus, quam de honestarum disciplinarum studiis, in quibus hanc ipsam partem, de qua hic locuti sumus, ornandam et propagandam tibi sumsisti: qua in re non solum ingenii ac doctrinae laudem assequeris, sed etiam prudentiae et fidei, quod quasi desertam a multis hoc tempore stationem occupas, et ei parti Philosophiae opem ferendam esse perspicis, quae maxime iacet neglecta. Utinam vero Deus rebus publicis tranquillitatem concedat, ut boni viri has artes excolere atque illustrare possint, quibus nullum habet haec vita ornamentum praestantius. Bene vale. 1535 *).

*) Scripsit Mel. hanc praefationem iam exeunte Novbr. 1534. vid. epist. eius ad Camerar. d. 5. Decbr. 1534., sed prodiisse videtur liber demum ineunte anno 1535., quare typographus ipse hunc annum adscripsisse videtur.

No. 1240. **10. Ian.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 257 sqq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Heri primum, hoc est, die nono Ianuarii domum reversus sum ex Cattis, quo me et *Bucerum* vocarat ὁ Μακεδών, ut ego nostrorum, ille suorum sententias afferret περὶ τῆς διαλλαγῆς in illa pervulgata caussa. Meam sententiam noli nunc requirere, fui enim nuncius alienae, etsi profecto non dissimulabo quid sentiam, ubi audiero, quid respondeant nostri. Ac de hac re tota aut coram, aut cum habebo certiores tabellarios. Ipsius principis Cattorum summa fuit erga me comitas, familiariss. mecum de multis graviss. rebus locutus est, quo in sermone nihil animadverti, quod indignum esset aut bono viro aut bono principe.

Me absente huc allatae sunt litterae tuae, quas nondum vidi. Nam ut discedens iusseram, *Milichio* redditae sunt, qui nunc abest Torgae. Hodie alteras tuas accepi, in quibus sunt quaedam περὶ τοῦ κερασφόρου [1]) mihi non ignota.

De *Simone* [2]) gaudeo, eum renovare veterem scribendi consuetudinem, vides me quoque dare operam, ne fiat a nobis alienior, et profecto amo eum, nec video cur complexus olim hominem doctum et bonum deseram. Et publicae discordiae [3]) caussam nullam praebuit ipse. Etsi autem non facio me iudicem, tamen nec nostros plane libero culpa.

Caesaris apparatus quo spectent, si quid audieris, significato nobis: multi putant Gallicum bellum instaurari. De saevitia Gallorum adversus eos, qui profitentur Evangelium, audivimus. Vidi ipsam pagellam περὶ δείπνου Parisiis propositam. Quotidie expecto Βρετανικὰς litteras, quas cum accepero, tecum deliberandum mihi erit. Nam illa, de quibus scripsi, non fiunt mitiora, praesertim quod ad ea attinet iudicia, quae sunt plane ἀπῳδὰ καὶ ἐχθρὰ τῇ φιλοσοφίᾳ ἡμετέρᾳ. Christus te, mi Ioachime, servet, et valetudinem praestet firmiorem. Opto ut hic annus tibi

1) Dux Wurtemb.
2) Grynaeo.
3) de coena domini.

faustus ac felix sit. Tuae uxori Xeniolum mitto; et precor tibi ac coniugi et liberis felicem annum. X. Ianuarii An. XXXV. Placuit mihi forma xenii propter inscriptionem: Iustus ut palma florebit.

Φίλιππος.

No. 1241. 12. Ian.

I. Brentio.

Epist. lib. III. p. 192 sqq. (edit. Lond. lib. III. ep. 114.). — Partem huius epistolae dederunt Peucerus in tract. hist. p. 53. Hospinianus in histor. sacrament. II. p. 232. et Pezelius in Mel. Consil. lat. P. I. p. 247 sq.

Iohanni Brentio docenti Evangelium in Salinis Suevicis.

S. D. Quod faustum foelixque sit, Frater ad te proficiscitur adolescens, dignus, quem non solum propter naturae coniunctionem, sed etiam propter suavissimos mores diligas. Quoties eum intueor, effigiem animi atque oris tui videor mihi videre. Itaque talem tibi fratrem gratulor, vobisque ex animo opto, ut foeliciter mutua pietate frui possitis. Erit iam adhibendus πρὸς τὰ στοιχεῖα τῆς φιλοσοφίας, καὶ τὰ μαθήματα, quorum habet occasionem hic discendorum. Volo enim eum ad Philosophiam traduci.

Scripsisti *) aliquoties de Sacramentariis, et Concordiam dehortaris, etiamsi inflexerint se ad *Lutheri* sententiam. Mi *Brenti*, si qui sunt, qui de Trinitate aut aliis Articulis a nobis dissentiunt: cum iis nullum mihi foedus erit, et execrandos indico. Spero autem nullos esse inter eos, qui praesunt Ecclesiis, in iis civitatibus, quae nostris coniunctae sunt. Tu si quid habes exploratum, significa.

De *Sebastiano Franco*, qui *Ulmae* est, audivi gravissime conquerentem *Bucerum*, et affirmabat eum displicere bonis viris *Ulmae*, maximeque *Frechto*. Itaque promisit nobis *Landgravius* se de eo coercendo ad Ulmenses scripturum esse.

Caeterum de concordia nihil adhuc est actum. Tantum sententias *Buceri* huc pertuli. Optarim autem me de **) controversia tecum coram posse loqui. Ego me non facio iudicem, et libenter cedo vobis, qui praeestis Ecclesiae *), et veram Christi praesentiam in Coena **) affirmo. Non [1]) velim esse autor aut defensor novi dogmatis in Ecclesia. ὁρῶ δὲ πολλὰς τῶν παλαιῶν συγγραφέων μαρτυρίας εἶναι, αἳ ἄνευ ἀμφιβολίας ἑρμηνεύουσι τὸ μυστήριον περὶ τύπου, καὶ τροπικῶς. ἐναντίαι δὲ μαρτυρίαι εἰσὶν, ἢ νεώτεραι, ἢ νόθοι. σκεπτέον δὲ καὶ [2]) ὑμῖν, εἰ παλαιᾶς γνώμης ὑπερασπίζετε. σφόδρα δὲ εὐχαίμην τὴν εὐσεβῆ ἐκκλησίαν, ταύτην δίκην δικάσαι, ἄνευ σοφιστικῆς καὶ ἄνευ τυραννίδος.

Multi in Galliis et alibi interficiuntur propter hanc sententiam. Et multi applaudunt talibus iudiciis sine vera [3]) ratione, et furorem Tyrannorum confirmant. Ea res, ut verum fatear, non leviter me cruciat. Itaque tantum hoc te oro, ut hac de re nihil temere statuas, sed deliberes etiam ξὺν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ.

Maxime velim concordiam fieri sine ulla Sophistica [4]). Sed optarim etiam bonos viros amanter inter se conferre posse de re tanta. Ita posset coire [5]) concordia sine Sophistica. Non enim dubito, quin libenter totum dogma essent abiecturi adversarii, si existimarent esse recens. Scis enim multos inter illos, viros optimos esse.

Nunc ipsi se ad *Lutherum* inflectunt. Et quidem moventur nonnullis testimoniis Ecclesiasticorum scriptorum. Hic quid censes faciendum? An vetabis etiam colloqui nos? Equidem optarim nos, et de hac re et de aliis multis saepe conferre una posse.

Vides in caeteris Articulis et ipsos et nos multa explicare dexterius: postquam diligentius inter nos agitari coeperunt. Sed [6]) desino, et te oro, ut hanc Epistolam in optimam partem interpreteris, et lectam statim concerpas, nec ulli ostendas. Rogo item, ut mihi copiose rescribas. Sed omnino hac de re aliquando tecum colloquar. Bene vale. 12. [7]) Ianuarii 1535.

---

*) Hic incipit haec epist. in tract. hist. Peuceri, item in Consil. lat., ubi post *Scripsisti* additur *mihi*.

**) *de*] In Consil. lat. additur: *tota*.

*) *Ecclesiae*] Consil. lat. *Ecclesiis*.

**) *in Coena* om. Consil. lat.

1) *Nec* Peuc. et Consil. lat.

2) *καὶ* addunt Peuc. et Consil. lat.

3) *vero* addunt Peuc. et Consil. lat.

4) *Maxime* etc. non habet Peuc.

5) Concil. lat. *coiri*.

6) *Sed* et omnia seqq. absunt a Consil. lat.

7) Peuc. habet *d.* 21. *Ian.* (Item in Consil. lat. inscriptio.) Apographon Argentoratense habet *d.* 21. *Martii*.

No. 1242. (hoc temp.?)

Studiosis.

† E cod. Basil. 89. p. 78.

De tertio Ciceronis de Oratore libro legendo (Studiosis).

Postquam duos libros *Ciceronis* de *oratore* enarravi addam Deo dante etiam tertium, qui haud dubie omnium iucundissimus et splendidissimus est. Ita enim disputat de elocutione, ut non tantum figuras, quae in rhetoricis traduntur, recenseat, sed etiam doceat praecipuam supellectilem ornamentorum esse theses, hoc est, rerum scientiam esse copiam, sicut et *Horatius* monuit, cum ait: *scribendi recte sapere et principium et fons.* Incipiam igitur enarrationem tertii, deo dante, hodie hora nona.

No. 1243. 18. Ian.

Leonh. Beiero.

Epistolam, cui Lutherus, Ionas et Melanthon subscripserunt, ad *Leonhardum Beierum* de casu matrimoniali, (quam habes in Opp. Lutheri Halens. T. X. p. 834. et in epp. Luth. a de Wettio editis T. IV. p. 584.) quaere in epp. Lutheri.

No. 1244. 21. Ian.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 86 sq. — Hic ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 60. edita.

Clarissimo viro Dom. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. suo patrono

S. D. Scio tibi optimos mores D. *Basilii Carthusiani* notos esse, quare non dubitavi eum, praesertim rogantem *), tibi commendare, in quo uno et studiosi literarum et homines pii isthic plurimum sibi praesidii esse iudicant. Hanc opinionem bonorum virorum ego quidem non minus honorificam tibi esse statuo, quam ulla alia ornamenta. Quaeso igitur te, ut *Basilium* complecti ac tueri velis. Nihil autem petit, nisi ut per occasionem habeatis rationem sui, si quo ministro in aliqua Ecclesiola opus habebitis. Ita vixit apud nos, ea fuit eius moderatio et gravitas in omnibus rebus, ut nemo non de eo praeclare hic sentiat. Praebuit etiam specimen et doctrinae, et studii erga Ecclesiam. Hic enim saepe concionatus est, et libenter iuvit nostris diaconos, quod hoc tempore in tanta hominum arrogantia pauci faciunt. Bene igitur pones beneficium apud bonum virum.

De publicis negotiis non habeo, quod scribam. Sunt enim vobis notiora omnia. *καὶ τῶν ἡμεδαπῶν πάνυ θαυμασταὶ καὶ αἰσχραὶ ὀλιγωρίαι εἰσὶν τῶν μεγίστων πραγμάτων*, quare et ipsi pauca scimus, et quid habeant consilii de illis ipsis rebus, quae ad ipsos pertinent, et ad Ecclesiam, ignoro. Bene vale, 21. Ianuarii Anno 1535. quem opto et tibi et tuis et universae Reipublicae atque Ecclesiae faustum ac *) felicem esse.

† *Φίλιππος.*"

*) Lib. VI. *rogantem praesertim.*

*) *ac*) Lib. VI. *et.*

No. 1245. (ex. Ian.)

Io. Agricolae.

Edita in Peuceri tractat. histor. p. 55., et repetita a Pezel. in Consil. lat. I. p. 249. Nunc accuratius edita ex autographo Mel., quod est in cod. Dresdensi, collato apogr. in cod. Goth. 188. ep. 8.

Viro optimo, D. Ioanni Agricolae, Islebiensi, suo amico summo.

S. D. Scis me fuisse in *Cattis*, quo et *Bucerus* accersitus attulit sententiam *περὶ τοῦ δείπνου κυριακοῦ*, cuius exemplum tibi mitto. Affirmat ex animo, se et suos *συμμυστὰς* Argentorati sic sentire ac docere. Et mihi persuadet de se ipso. Edidit enim longam disputationem in eam sententiam. Exposuit item, huic sententiae subscribere Concionatores *Ulmae*, *Constantiae*, *Augustae*, et in vicinis urbibus. Aditus est, ut mihi videtur, ad concordiam patefactus, qua, quantum opus sit, tu ipse maxime iudicare potes. Nulla enim res aeque deterret homines ab Evangelio, ac nostra discordia. Quae praeterea pariat incommoda, non ignoras. *Lutherus* satis clementer respondet, sed reiicit rem ad aliorum etiam deliberationem **). Itaque iussus sum, ab ipso Principe et nostris Doctoribus, ad te scribere, et ad alios quosdam. Etsi autem aliquid adhuc in hac sententia fortasse nonnulli desiderare poterunt, tamen, cum spes sit integrae concordiae, illud tantum quaeritur, an ita sentientes tolerandi sint, ne damnentur. Mihi quidem re ipsa videntur non discrepare a nostrorum sententia. Et tamen, si quae [1])

**) Videtur esse epistola Lutheri ad Philippum, Landgravium d. 30. Ianuarii.

1) *quae* non habet Peuc.; *si* omittit Pez.

reliquae sunt quaestiones, de illis agi poterit, si quando colloqui pluribus liceret. Quaeso te, ut rescribas. Magna occasio est ad constituendas concordias [2]), si modo dextre agatur negotium. Ἀλλὰ οὐ μέλει τούτων [3]) τοῖς τυραννοῦσιν. Sed haec brevi coram. Constitui enim, tecum de maximis rebus deliberare. Bene vale, et rescribe. Nolo hanc epistolam evulgari, ne traducantur illi [4]) nostri amici. Et ante rem perfectam non prodest, talia spargi in vulgus.

(*Sententia Buceri*) [5]).

Ob Bucerus und andere zu toleriren sind, also daß sie nicht damniret werden. So sie sich erbieten, der Confessio und Apologia gemäß zu lehren in der ganzen Christlichen Lehre und vom Sacrament, und damit vom Sacrament kein Betrug gesucht oder gemeinet werde, declariren sie sich also von der wahrhaftigen Gegenwart, daß sie bekennen, daß der Leib Christi wahrhaftiglich und wesentlich empfangen werde, so wir das Sacrament empfahen. Und daß Brod und Wein Zeichen sind, signa exhibitiva, welche, so man reichet und empfahet, werde zugleich gereicht und empfangen der Leib Christi, und halten, daß das Brod und der Leib, also bei ein [6]) sind, nicht mit Vermischung ihres Wesens, sondern als Sacrament, und dasjenige, so samt dem Sacrament gegeben wird. Quo posito aliud ponitur. Denn dieweil man auf beiden Theilen hält, daß Brod und Wein bleibe, halten sie solche sacramentalem coniunctionem [7]).

Tantum igitur reliqua est quaestio de physica coniunctione panis et corporis, qua quaestione quid opus est? Et certe Sacramentorum naturam tu sine hac quaestione tractas pie et graviter in tua catechesi. Bene vale [8]).

Philippus Mel.

No. 1246. (Ian. ut videtur.)

Chrst. Beiero.

† E cod. Wolf. Hamburg. [O.]

Clarissimo viro Domino Christiano Beier S. D. Dedi literas huic iuveni ad illustrissimum principem. Petit enim aliquid auxilii ad sua studia tuenda. Etsi enim hactenus Lipsiae vixit, ubi liberos Doctoris *Auerbachii* docuit: tamen natus est in ditione illustrissimi Principis nostri in oppido *Olsnicz*. Ingenio bono est et apto ad literas et in doctrina bene promovit. Nunc incensus est quadam cupiditate videndae Italiae. Hanc ad rem aliquid auxilii quaerit in aula. Scio qualia sint aulica iudicia: tamen vos oro, quoniam pro vestra humanitate bonis ingeniis ac studiis favetis, ut hunc iuvenem habeatis commendatum et illustrissimo principi commendetis. Vestri liberi Dei beneficio recte valent. Bene valete.

Philippus Melanchton.

2) Peuc. et Pez. *constituendae concordiae*.
3) Peuc. et Pez. *τῶν*.
4) *illi* abest a textu Peuc. et Pez.
5) abest haec Peuceri inscriptio ab autographo.
6) bei ein] i. e. *bei einander*; cod. Goth. *beide eins*,
7) Haec Germanica Peucerus et Pezelius dederunt latine.
8) Peuc. et Pez. addunt: *anno* 1535.; cod. Goth. addit: *anno* 1534.

No. 1247. 1. Febr.

Rex Galliae ad Principes Protest.

Epistolam Francisci I. Regis Galliae latinam ad Principes Germaniae d. d. Calend. Febr. 1535., latina lingua edidit Freherus in script. rerum german. T. III. p. 295. de qua vid. Sleidani Commentar. p. 232. et Seckendorfii historia Lutheranismi, III. p. 104. — Eandem epistolam Melanthon, ut ipse profitetur in epist. ad Hessum d. d. 12. Iunii h. a., iussu Principis Electoris in linguam vernaculam vertit et edidit sic inscriptam: „des Königs von Frankreich Schrift an die deutschen Chur- und Fürsten vom Concilio und etlich andern Artikeln." 1535. 4. Inseruit eam germanice Hortlederus libro: von den Ursachen des deutschen Kriegs, et Walchius (ex Hortledero) operibus Lutheri T. XVII. p. 370. — Libellum ipsum non vidi, ideoque Melanthonis versionem dedi ex Hortledero.

Des Königs von Frankreich [Franz I.] Schrift an die deutschen Chur- und Fürsten.

Von Gottes Gnaden Franciscus, König zu Frankreich etc. an alle Chur- und Fürsten und Stände des heil. Röm. Reichs ꝛc. Ich wollte, daß Fürsten und andre hohe Stände Wahrheit und Ehrbarkeit so lieb hätten, daß sie diejenigen nicht meuchlingen [1]) mit Lügen zu schmähen (sich) unterstünden, welche sie mit Wahrheit öffentlich nicht beschuldigen können. Wo dem also, würde man mich nicht also dermaßen bei euch an allen Orten, wo man zusammenkömmt, und, wie ich höre, in allen Pancketen verunglimpfen. So sie nun verhoffen, dadurch [2]) Unfreundschaft zwischen uns anzurichten, die wir mit einander mit dem Blute und vielen Wohlthaten verwandt sind, sollten sie solchem Lästern einen bessern Schein machen, wenn sie klug wären. Sie

1) Walch.: meuchlings.
2) Walch.: hoffen, et praetermisit: dadurch.

beschuldigen mich, des Türken und Feindes der Christenheit Bothschaft sey bei dem allerchristlichsten König ehrlich gehalten, daß auch [3]) dagegen die Deutschen nicht geachtet, sondern verfolgt werden. Item, daß man Leute in türkischer Kleidung sicher und frei auf allen Gassen, und an allen Orten sehe gehen, dagegen dürfe sich niemand in deutscher Kleidung sehen [4]) lassen, daß auch alle Deutsche ohne Unterschied für Ketzer gehalten, beschuldiget, angegriffen, gemärtert und getödtet werden, und seyen [5]) alle Kerker voll Deutschen, welche keiner Gnade oder [6]) Rettung zu gewarten, wo nicht die deutsche Nation zusammenkomme und beschließe, daß ein groß gewaltig Kriegsvolk in Frankreich geschickt werde, gedachte Gefangene mit Gewalt zu retten. Solche sind ja unverschämte Leute, welche dieweil sie mich mit der Wahrheit nicht öffentlich können angreifen, erdichten sie solche Lügen wider meine Ehre und Glimpf. Doch sollten sie der Sach eine bessere Farbe anstreichen, und nicht mit solchen facilen Griffen umgehen, und euch nicht so unverständig achten, als solltet [7]) ihr mit solchen leichtfertigen Reden wider mich zu hetzen seyn, oder als könntet ihr nicht bedenken, durch welche und warum, oder wider welchen [8]) solche Lügen erdichtet werden, oder daß ihr, als hohe, weise Fürsten und erfahrne Leute, nicht Wahrheit und Lügen zu merken und zu unterscheiden wisset [9]).

Und, lieben Freunde und alte Bundesverwandte, etliche Artikel, so wahr sind, und doch mich zu verunglimpfen angezogen werden, haben diejenige selbst gethan, die mich damit zu lästern bestellen. Darauf will ich antworten, nicht derhalben, daß ich besorg, daß solche böse leichtfertige Leute mir bei euch an meiner Ehre schaden könnten, sondern damit ich nicht durch mein Stillschweigen Ursach gäbe, daß solche Lügen weiter ausgebreitet werden. Und wiewohl ich wollte, daß ich von denjenigen, von welchen diese Verunglimpfung ursprünglich herkömmt, möchte ehrlicher und freundlicher reden, von wegen seiner Schwägerschaft und der Hoheit und Majestät ihres Reichs. Dieweil aber solches nach Gelegenheit dieser Sachen nicht geschehen kann, denn sie vornämlich hier gemeinet werden, will ich dennoch nicht zu hart antworten; und obgleich etwas, das sie verdrießen möchte, gemeldet, soll es doch also gemäßiget werden, daß zu spüren, daß ich nicht Lust zu solchem Schelten gehabt, sondern daß es die Sache zu melden fordert [10]).

Und will erstlich sie selbst fragen: Nachdem sie selbst vor etlich Jahren zum Türken zum oftern Mal Bothschaft gesandt, und des Türken Geschickte bei sich gehabt, und ist ihre Werbung nicht sehr [11]) ehrlich gewesen; dazu haben sie solches vorgenommen ohne andrer Wissen und Rath, an welche man billig solches soll [12]) gelangen lassen, und welche dieses mit betrifft: warum sollte ich nicht Macht haben, gemeiner Christenheit zu Ehren und Frieden, wie ihr hören werdet, Bothschaft zu senden und anzunehmen? Muß ich mich denn so ganz nach ihrem Willen richten, daß ich ohne Erlaubniß nicht darf schicken, oder jemands [13]) Bothschaft annehmen? Oder sollte ich nach ihrem Gefallen wider alle Rechte und gute Sitten an Bothschaften, ob sie gleich von Feinden gesandt, Gewalt üben? Daß ich nun den Türken Solimannum einen Feind nenne, ist die Ursach nicht allein, daß er unsrer Religion, sondern auch, daß er euer Feind ist, welchem ich Hülfe zu thun geneigt bin, und habe derhalben, da der Türke vorgehabt, Deutschland anzugreifen, mein Leib und Vermögen zu euch setzen wollen, und dem [14]) Türken abgesagt, und den König von Engelland zu mir gezogen zu Hülfe in diesem Kriege: wie denn England und ich pflegen zusammen zu halten, und sämmtlich unsre Sachen vornehmen. Ich habe mich auch in Schrift an euch, den Kaiser, den Papst und andre, welche Schrift auch dem Türken zukommen, erbothen, wider den Türken zuvörderst zu ziehen, und dazu drei tausend Kürisser [15]), funfzig tausend zu Fuß, unter welchen ich dreißig tausend Deutsche unter meinem Sold halten wollte, anzunehmen. Dagegen haben etliche von mir ausgeben, als sollte der Türke mit mir practicirt haben, und als hätte ich den Türken zu diesem Zug angereizet, so ich doch alle meine Macht wider ihn zu führen, euch [16]) Sold zu geben und Leute wider ihn auf meine eigen Kosten zu halten mich erbothen habe. Daß aber der Türke jetzund Bothschaft zu mir gesandt, hat diese Gestalt. So wir gemeinen Nutz recht bedenken wollen, werden wir befinden, daß

3) daß auch] Walch.: und.
4) Walch.: blicken.
5) Walch.: seyend.
6) oder] Walch.: und.
7) als solltet] Walch.: daß ihr — — solltet.
8) Walch.: welche.
9) Walch.: wüßtet.
10) Walch.: erfordert habe.
11) sehr] Walch.: so.
12) Walch.: muß.
13) jemands non habet Walch.
14) Walch.: den.
15) Walch.: Kürassirer.
16) euch:] Walch.: auch.

vornehmlich durch Gottes Gnade, darnach durch meinen treuen Fleiß geschehen ist, daß gemeldte türkische Legation zu Gut gemeiner Christenheit zu uns gesandt ist; wie wir denn allezeit gemeiner Christenheit Gedeihen, Aufnehmen und Wohlfahrt höher geachtet, denn unsre eigne Sachen. Denn wiewohl etliche zuvor bei dem Türken um Frieden angesucht, so unehrlich, daß sie sich auch jährlicher Tribut gegen ihn verpflichtet, damit, so sie sicher vor den Türken wären, (sie) desto leichter andre Potentaten unterdrucken, und unter sich bringen möchten, (wie sie denn nach solcher tyrannischen Hoheit trachten,) habe ich gleichwohl den jetzigen Frieden, der vom Türken selbst mit guten Mitteln angeboten wird, abgeschlagen und nicht annehmen wollen, es würde denn in solchem aufgerichteten Frieden mitbracht, daß alle andre christliche [17]) Stände und Potentaten des Türken und seines feindlichen [18]) Vornehmens, Bedrängniß und Krieges sollten sicher seyn. Es hat auch bisher [19]) nichts so viel gehindert, daß der Türke den gesonnenen Frieden nicht gar [20]) gewilligt und angenommen, denn daß er vermerkt, daß etliche über uns und andre hohe [21]) Potentaten eine Monarchie zu machen vorhaben: und so der Türke Stillstand und Friede willigte, möchten sie instehenden Frieden mittlerzeit zu einer solchen Macht, die ihm und uns, auch andern Potentaten gefährlich wäre, steigen und aufwachsen. Wenn aber zu handeln oder in einige Wege zu erhalten wäre, daß von allen Theilen Friede gehalten, und daß jeder damit begnügt wäre, das er mit Recht besitzt und behalten möge, könnte der Türke wohl leiden und begehrets zum höchsten, daß er Kriegs und Angriffs von uns und andern christlichen Potentaten sicher seyn möchte, und außerhalb der christlichen Königreiche andere [22]) seine Kriege führen. Derhalben mögen wir mit Wahrheit sagen, daß jetzund wir christliche Potentaten gleich [23]) in der Hand haben, ob wir einen solchen gewaltigen mächtigen Feind durch einen aufgerichteten [24]) Frieden, ohne Krieg, großen Jammer, Verderb vieler Land [25]) und Leute und Blutvergießen, wollen fern von christlichen Landen und Königreichen weg weisen, oder, wo wir um eines oder zwei Potentaten willen, welche das Ihre suchen, und ihres Ehrgeizens [26]) kein Maß noch Ende wissen, welcher auch, so sie zu solcher hohen und gewaltigen Macht steigen sollten, andre Potentaten sich befahren müßten, die gemeine Christenheit in schreckliche Kriege führen lassen wollen, da das Ende ungewiß ist; und ob wir gleich siegten, wäre zu besorgen, die Victorie würde reichen [27]) zu anderer Potentaten Unterdruckung. Was andere Potentaten hie für gut angesehen, stellen wir jedem in sein Bedenken. Wahrlich bei uns achten wirs dafür, daß alle, so diesen allerwichtigsten Handel, mit dem Türken Anstand oder auf ziemliche Wege Friede zu machen, hindern oder abzuschlagen vermeinen, ihre christliche Pflicht (härtere Worte wollen wir auf dießmal nicht brauchen) wenig bedenken.

Denn nach Gelegenheit dieser schweren Zeiten, da die Christenheit zerspalten unter sich (ist), und sind viel irrige Secten eingerissen, ist hoch vonnöthen, daß man doch eine Zeit lang Friede und etwas Luft habe, bis daß sich die Christenheit wieder erquicke, und man in einem Universalconcilio stattlich [28]) berathschlage und ordne in dieser streitigen Opinion, das zur Kirchen Heil nützlich, und nach Gelegenheit der Zeit zur Seelen Seligkeit, und inkünftig [29]) zu beständigem Frieden dienlich seyn möchte. Und wollte Gott, daß Papst Clemens VII. hätte noch etliche Jahr sollen leben, sollt ihr erfahren und gesehen haben, daß wir in Kürze zu rechter [30]) Einträchtigkeit wieder wollten kommen seyn. Denn ihr habt sonder Zweifel von unsern Geschickten verstanden, was gedachter Papst und ich deßhalb uns mit einander unterredet und gehandelt. Daß aber dazumal, sobald das Concilium nicht bestimmt und ausgeschrieben, ist der Mangel gewesen, daß gemeldter Papst dem Kaiser das Concilium an einem Ort in Italien zu halten zugesagt [31]), dagegen ich angehalten, meines Bedünkens aus gegründeten und guten Ursachen, daß dieweil [32]) der Papst und der Kaiser ein groß Kriegsvolk in Italien hätten, wäre zu achten, sie wollten männiglich mit Gewalt zu denjenigen, was sie da beschließen würden, dringen. Ueber das, dieweil [33]) der Kaiser sich mit vielen verbunden, damit er mich aus Italien behielte, konnte ich mich ohne Argwohn, so ich gerüstet zöge, und wiederum ohne Ge-

17) christliche] Walch. hic non habet, sed posuit ante Potentaten.
18) Walch.: feindseligen.
19) Walch.: bis anhero.
20) gar Walch. non habet.
21) hohe Walch. non habet.
22) andere non habet Walch.
23) Walch.: gleichsam.
24) Walch.: angerichteten.
25) Walch.: Verderbung vieler Länder.
26) Walch.: Ehrgeizes.
27) Walch.: gereichen.
28) stattlich non habet Walch.
29) Walch.: künftig.
30) Walch.: in kurzem zur rechten.
31) Walch.: gesagt.
32) Walch. addit: er,
33) Walch.: daß dieweil.

fahn, wenn ich ungerüstet käme, nicht an vorgeschlagene Malstadt begeben. Und derwegen achte ich bequemer, daß in Deutschland, etwa an der Gränze, da sich nichts zu besorgen, das Concilium gelegt würde, welches, als nöthig als es wäre gemeiner Christenheit, wo es nicht an dem verdachten [34]) und unsichern Ort gehalten würde, also wiederum wäre es gefährlich, daß nicht größrer Zank und Unrath daraus erwüchse, so es an unsicherer Malstadt vorgenommen würde [35]). Und gebe Gott, daß wir bei dem neuen Papst Paulo dem dritten erhalten, das [36]) bei Leben Papst Clementis nicht hat mögen vollendet werden. Denn derselbe, wie ich von allen, die ihn gründlich kennen, höre, ist allezeit unpartheiisch gewesen, ist auch einträchtiglich, ohne sein Zuthun oder Begehren, gewählt worden, also daß er sich im Concilio deßhalben nichts zu besorgen, das doch den andern nicht hat mögen widerfahren, darum sie auch vielleicht weniger [37]) Lust zum Concilio gehabt haben. Und dieses sein Ansehen und Tugend, auch daß er nicht partheiisch ist, habe ich bei mir so hoch geachtet, daß ich, wiewohl die Cardinäle, so mir verwandt und zugethan [38]) gewesen, einen meines Theils hätten wählen, und also ein mehreres machen mögen, so ich gewollt hätte: doch habe ich allein auf [39]) daß dieser erwählt würde, allen Fleiß und Mühe angewendet, und mag das mit Wahrheit sagen, wie denn auch fast aller Part Cardinäle wissen, daß ich zuvörderst nach der Wahl das gesucht habe, daß ein Concilium an bequemen und sichern Ort aufs erste [40]) ausgeschrieben würde, und daß er vornehmlich suche allein Gottes Ehre und Wege, damit die Christenheit wiederum zur Einigkeit gebracht würde.

Dieß [41]) ist meine Entschuldigung belangend die türkische Legation. Und dieweil ich hierin [42]) vermeldt von dem Concilio und gemeinem Fried und Einträchtigkeit der Kirchen, bitte ich euch ganz höchlich, ihr wollet eure Prediger und Gelehrte vermahnen, daß sie auf Wege wollten gedenken [43]), wie die streitige Händel der Religion zu lindern, und in Einigkeit zu bringen seyn. Und wollet ihr mir euer Gemüth des Concilii halben anzeigen. Was ihr für gut achtet, daß ich derhalben vornehmen sollt, will [44]) ich, so viel an mir ist, an [45]) keinem Fleiß noch Mühe erwinden lassen.

Weiter aber, was belanget die Strafe etlicher, darum ich bei euch verunglimpft, und der andere Artikel ist dieses Ausschreibens, sollt ihr wissen, daß sich die Sache also zugetragen. Im verangenen Herbst, nachdem mein Geschickter wieder heim kommen, und mir von euern Predigern und Gelehrten etliche Schrift [46]) gebracht hat, wie in diesem Zwiespalt zu handeln, dadurch ich in gute Hoffnung kommen [47]), die Sachen sollten auf gute Wege gerichtet werden; aber der Feind der Wahrheit und Vater der Lügen hat etliche nicht allein thörichte, sondern gar unsinnige Leute erwecket, die sich Aufruhrs und anderer unchristlicher Handlung [48]) unterstanden, welche neue Artikel ich lieber will unterdrücken, und an den Orten, da sie entsprungen, verbleiben lassen, denn bei euch, als den obersten Ständen, ausbreiten. Denn so auch dergleichen bei euch gewest, habt ihr sonder Zweifel dieselben in Strafe genommen. Damit aber solches Uebel, das sich zu greulichem Aufruhr gezogen, nicht weiter einreiße, habe ich mit allem Fleiß, Mühe und Arbeit verhütet, alle derselben Anhänger, die begriffen, wie recht, strafen zu lassen, und ist [49]) dießfalls niemand, weß Standes und Nation er gewest, verschonet worden. Und so auch jemand deutscher Nation gewest, hätte er auch, gleich den andern, müssen gestraft werden, und hoffe, es sollte euch solches nicht seyn entgegen gewest, welches auch wiederum, so es sich durch die Meinen bei euch zutrüge, und ich wollte deß Beschwerung haben, handelte ich nicht als einem mit euch verwandten oder christlichen König zustünde und gebührte. Aber jedoch es ist keiner deutscher Nation unter solchen Mißhändlern begriffen oder verdacht worden, deß ich denn hoch erfreuet; und wollte Gott es wäre von den Meinen auch verblieben [50]). Derhalben ist es eigentlich wahr, daß kein Deutscher umbracht, man wolle denn alle Ketzer für Deutsche achten, wie denn solches meine Mißgünstige deuten. Auch ist kein Deutscher, so mir unwissentlich gefänglich oder eingezogen enthalten worden [51]). Es sind auch Deutsche öffentlich bei mir

34) Walch.: verdächtigen.
35) so es an etc. Walch. non habet.
36) Walch.: was.
37) Walch.: so wenig.
38) und zugethan non habet Walch.
39) Walch.: darauf.
40) Walch.: eheste.
41) Dieß] Walch.: Also.
42) hierin non habet Walch.
43) Walch.: wollen denken.

44) Walch.: weil.
45) Walch.: es an.
46) Walch.: Schriften.
47) Walch.: ich gute Hoffnung bekommen.
48) Walch.: Handlungen.
49) ist non habet Walch.
50) Walch.: Meinigen auch unterblieben.
51) Walch.: kein Deutscher, so viel mir wissentlich ist, gefänglich gehalten oder eingezogen worden.

am Hofe, nämlich etliche deutsche Fürsten und viele von Adel, und sind in Städten und Flecken viel Studenten, Kauf- und Handwerksleute, welche alle gleich andern meinen Unterthanen, ja als meine eigne Kinder, sicher bei mir leben und wandeln.

Derhalben, lieben Freunde und alte Bundesverwandte, habt ihr aus diesem klaren Bericht gnugsam zu vermerken, auf was Fug solche zugenöthigte, ungegründete Verunglimpfung auf mich gedrungen wird durch diejenigen, die euch und ganzem deutschen Namen feinder sind denn mir. Denn sie merken, daß sie durch unsre Verwandtniß und Freundschaft dermaßen geschwächt werden, daß sie uns beide, mich und euch, nicht mögen [52]) unterdrücken; derwegen sie auch heftig darauf [53]) arbeiten, ums Unfrieden [54]) zu machen und zusammen zu hetzen, und achten, es sollte ihr Gedeihen seyn, welchem Part es übel ginge, und damit sie desto leichtlicher, so wir durch einander uns selbst geschwächet, sich rüsten, und uns also mit weniger Mühe verderben möchten. Aber unsre Verwandtniß, die ich [55]) als eine sonderliche Gottesgabe und Wohlthat zugut deutscher und frankreichischer Nation achte, ist so stark eingewurzelt, daß zu hoffen, sie werde durch solche Tücke nicht zerreißen, daß ihr euch auch nicht werdet bewegen lassen wider einen König, der euer Freund ist, der euch nie kein Leid gethän, sondern, wie seine Voraltern, euch Förderung zu Ehren und Nutz erzeiget, den auch niemand für einen schwachen Freund oder Feind halten möge.

Gott bewahr Ew. Hoheit und Ehr. Datum Paris d. 1. Febr. Anno 1535.

No. 1248. 1. Febr.

Philippo Landgr. Hass.

Edita in Kuchenbeckeri analectis Hassiacis T. IX. p. 419. Iterum ex apographo Turicensi in den Unschuldigen Nachrichten 1756. p. 449.

Dem durchleuchtigen, hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Philipps, Landgraven zu Hessen, Graven zu Katzenelnbogen ꝛc. Meinem gnädigen Herrn.

Durchleuchter, Hochgeborner Fürst und Herr.

E. F. G. sind meine arme Dienst in Unterthänikeit zuvor. Gnädiger Fürst und Herr. Daß ich E. F. G. nit bald wiederum Antwort zugeschrieben, ist derhalben geschehen, daß Doctor *Martinus* mit seiner Antwort *) verzogen, bis mein Gnäd. Herr der Churfürst zu Sachsen anher gen Witeberg kommen, und bitt, E. F. G. wollen an meinem Verzug kein ungnädigs Missfallen haben. Nu haben E. F. G. ohne Zweifel aus Hochgedachten Meines Gnädigen Herren Schrifften vernommen, was Doctoris *Martini* Bedenken ist **): doch hab ich nit unterlassen wollen, E. F. G. auch Bericht davon zu thun zu Erzeigung meines Gehorsams.

Und fuge E. F. G. zu wissen, daß Doctor *Martinus*, wiewol er der Sachen ein Verzug machet und noch nit entlich schließen will, dennoch sich vernehmen läßt, daß er die Concordia zu fördern auch geneigt sey, und für sein Person den gestalten Artikel oder Meinung der Concordie noch nit damnirt. Er siehet aber für gut an, daß man mit dem Handel nit eile, und zuvor der Unsern, als Osiandri, Brentii, Urbani Regii etc. auch des andern Theils in Städten ***), Gemüth eigentlich erkunden wolle, ehr man schließe, damit nit nachmals weiter Zerrüttung daraus folge. Das ist in Summa seine Meinung. Ob nu dieser Verzug etwa zu Verhinderung bringen werde, stelle ich zu Gott. Ich acht aber, er sey dem andern Theil mehr nützlich, damit in ihren Kirchen nit Unruhe und Unfriede werde, als sollten sie übereilet, und zu viel nachgeben, und mage derhalben wol leiden, daß man gemach thuet, wie auch in Wahrheit die Sach groß und wichtig, und nit damit zu eilen ist, und ich immer hoffe, es solle mit der Zeit stattlicher und mit rechtem Christlichen Ernst davon gehandelt werden, haben ich auch wunsch, daß E. F. G. persönlich seyn wollten. Gleichwol dienet dieser Anfang dazu, daß das unfründlich und ärgerlich Schreyen auf beiden Theilen gemäßiget werde, und mögen die Stette gehalten werden als Anhänger der Confession etc. Was nu E. F. G. weiter bedenken werden, das ich thun soll und kann, will ich mich gehorsamlich halten, denn, Gott weiß, könnt ich etwas Gutes schaffen, das zu Gottes Lobe, und zu Einikeit dienet, ich wollt es mit ganzem Herzen thun, so wollte ich auch nit gern weiter Zerrüttung anrichten.

Gott der Allmächtige wolle gnädiglich zu Christlicher Einikeit helfen, und E. F. G. allezeit schützen und bewahren, und E. F. G. befehl ich mich in Unterthä-

52) Walch.: vermögen zu.
53) Walch.: daran.
54) Hortl.: zum Friede.
55) ich] Hortl.: sich.

*) Datum est Lutheri responsum d. 30. Ian.
**) Iudicium Luth. vid. ap. Walch. T. XVII. p. 2496. de Wettium T. IV. p. 588.
***) i. e. in den Städten Oberdeutschlands.

nichts als meinem gnädigen Herrn, und bitt E. F. G. wollen mein gnädiger Herr sein. Datum Witeberg auf den Abend Purificationis 1536.

E. F. G.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 1249. **1. Febr.**

M. Bucero.

Ex Centuria epistolar. theologicar. ad Ioannem Schwebelium p. 273.

Philippus Melanthon Martino Bucero

S. D. Hodie cum *Luthero* collocutus sum de Formula Concordiae, de qua inter vos convenit. Respondit, se eam probare, addens, (nihil enim dissimulabo apud amicum) modo ut hoc sentiamus. Itaque dedimus consilium *Schnepfio*, ut sit contentus ea Formula Concordiae ac sententia, de qua cum *Luthero* tu convenisti. Ac scripsimus idem *Principi Hessorum* *). Ego, si queam mea morte redimere Concordiam, libenter effundam hanc meam animam. Sed vides quae multorum sint ingenia. Me nemo perpellet unquam μάχεσθαι ὑμῖν. *Landgravium* hortatus sum, ut det operam, ut suscipiat negotium faciendae Concordiae. Fortasse aliquid confici poterit rebus agitatis, quanquam aditus est ad Concordiam non aspernandus, nec difficilis tua Formula. *Ambrosium Blaurerum* non minus amo, quam tu, et habeo fortasse necessitudinis plures causas. Summa mihi cum ipso fuit familiaritas, cum fratre maxima coniunctio et suavissima; ac profecto, utrumque non minus quam fratrem meum germanum amo, qui mihi carissimus est. De Gallico scripto, vides, me de Missis nihil, nisi Disputationes, movisse; quid enim adhuc aliud illis proponeremus? Nos demus operam, ut inter nos constituamus piam et solidam Concordiam. Bene vale. Saluta amicos.

Φίλιππος.

*) Lutheri epist. ad Princ. Hessorum data est d. 30. Ian., Melanthonis d. 1. Febr. h. a. Epistola ad Schnepfium non habetur.

No. 1250. **(h. t.)**

Studiosis.

† E cod. Bavari Vol. II. p. 796.

„*Intimatio de funere Amani deducendo.*" *)

Decessit e vivis nobilis adolescens e Polonia, *Amanus*, qui et ingenio fuit excellenti, et ad optimas artes aptissimus, et magna doctrina praeditus. Sed plus etiam laudis mores ipsius merebantur. Erat enim in eo mirifica quaedam in omni officii genere diligentia, christiana pietas, fides, modestia, pacis studium, summa suavitas. Ideoque et iis, quibuscum vixit, fuit carissimus, et reipublicae magno ornamento futurus esset, si vita ei longior contigisset. Quare eius interitu magnum dolorem omnes eius amici merito acceperunt, et caeteris etiam propter humanitatem, tum reipublicae causa dolendus est. Quis enim non doleat, tale ingenium in ipso flore extinctum esse? Sepelietur hora quarta. Hoc igitur officium optimo ac innocentissimo iuveni praestari volumus a Scholasticis, ut ad funus deducendum conveniant.

No. 1251. **2. Febr.**

Ioh. a Lasco.

Epist. lib. III. p. 67. (edit. Lond. lib. III. ep. 31.) — Apographa in cod. Bav. II. p. 795., cod. Goth. 191. p. 56., cod. Lips. ep. 100. et cod. Monac. 89. no. VI. p. 27.

Magnanimo et nobili viro, D. Iohanni a Lasco [1]*), patrono ac domino suo observando.*

Cum te propter excellentem virtutem et doctrinam valde amem et suspiciam, meque iudicem vicissim a te diligi, non facile dixerim, quam mihi sit acerbum, non posse uti genere literarum nisi tristissimo. Quo enim fato [2]) hoc acciderit dicam, ut iam alteras † tibi" [3]) literas cogar scribere [4]), plenas mei et tui luctus et doloris?

Amanum ita amplexus eram, ut non minus quam filium propter ipsius optimam indolem et

*) Scripta, ut videtur, a Melanthone. Vid. ep. seq.

1) Cod. 191. et cod. Lips. *Laeco*, cod. Monac. *Lactio*. Pro seqq. *patrono ... observando* Pez. habet: *etc.* Ed. Lond. addit: *S. D.*

2) † *meo*, cod. Lips.

3) *tibi* addunt cod. Lips. et cod. Bav.

4) *mittere*, cod. Lips. et cod. Bav.

virtutem eum amaverim. Itaque eo[5]) nemo mihi fuit familiarior, quoad eo frui contigit. Erat communis mensa et domus; et perpetua de studiis et sacrarum literarum et philosophiae † in omni genere[6]) collatio[7]). Cum igitur sub hyemem[8]) in Hassiam proficiscerer, a principe accersitus, et illum intelligerem cupere videre aulas Germaniae principum, praeterea ipsum etiam *Landgravium*, cuius virtutem mirabatur, facile passus sum, eum una proficisci.[9]) Reversi sumus salvi et incolumes.

Cum *Lipsiam* ventum esset, mihique propter multas causas domum properandum esset, *Amanus*[10]) aliquot dies manere cupiebat; habebat enim nonnihil negotii de pecunia, et ibi libenter apud Sarmatas erat. Nolui igitur eius voluntati repugnare. Post paucos dies ibi seu in febrim, seu, ut mihi videtur, in pleuritida[11]) incidit, quae extinxit[12]) optimum iuvenem. Non defuit ei medicorum opera; sed hi mihi scribunt, ita fuisse prostratam naturam, ut nullis remediis erigi et foveri potuerit. Quae morbi causa fuerit, ne divinare quidem[13]) possum. Nam me discedente e Lipsia commode et recte valebat, etsi catarro levi[14]) nonnihil vexabatur. Sequuta est inflammatio, nescio unde.

Non institutam autem consolationem. Nam ipse tantum accepi dolorem, ut vere hoc affirmare possim, me mea morte illius vitam redimere cupere, si hoc sinat Deus. Etenim ut non dicam, quantam iacturam res literaria et christiana respublica fecerit interitu talis ingenii, quod non solum[15]) optimarum artium capax erat, sed † et[16]) mirifico religionis studio flagrabat, ut denique omnes caeteras doloris causas omittam; humanitatis certe causa ita doleo, ut in morte filii fuerim aequiore animo. Nam et ipse me sic amabat, ut et[17]) patris loco haberet. Tanta in eo erat suavitas, tantus pudor, tanta in omni genere officii diligentia, ut, cum ista cogito, paene exanimer.

Ac fortassis mortuus † etiam[18]) mecum esse voluit. Lipsia enim ei*) propter meam consuetudinem negavit sepulturam. O inauditam et barbaram crudelitatem! Quare mihi[19]) amici, cum nollent eum sepeliri in loco prophano, huc eum[20]) remiserunt. Conditus est igitur in templo apud nos, ubi multi principes conditi sunt, et universae scholae nostrae reliquit sui memoriam acerbissimam. Lipsiae etiam multi honesti viri eius interitum deploraverunt.

Quanquam autem scio te ea sapientia et fortitudine esse, ut non succumbendum esse fortunae statuas, et scias, unde remedia tanti doloris petenda sint: tamen † et[20]) ego id significo[21]), quod ad consolandum bonum virum**) debet esse efficacissimum. Audio eum[22]) extremo tempore ardentissimis votis et precibus suam[23]) salutem Deo commendasse, et recitasse psalmum: *miserere mei Deus*, donec eum vox et ratio deficeret[24]). Christus inquit: ne passeres quidem sine voluntate Dei in terram cadere. Quare multo magis et vita et mors piorum illi curae sunt. Ego nullam habeo firmiorem consolationem hac ipsa, quod voluntati Dei parendum esse statuo, et periisse nobis optimum amicum et fratrem[25]) non casu, sed[26]) consilio Dei arbitror. His me cogitationibus utcunque sustento, quas opto et tuo dolori aliquantulum mederi.

Haec, ut vides, non tam scripsi, quam effudi lacrymans[27]), et interim tum *Amani* mortem, tum meam infelicitatem deplorans, sollicitus etiam, quo tu animo haec sis lecturus. De eius supellectile scribit, ut opinor, *Petrus*. Nos omnia, quae mortuo praestari possunt, summa fide et pietate praestabimus. Utinam vivo***) potuissemus

5) *eo* auctoritate codd. scripsi pro *et*.
6) Addunt cod. Monac., Lips. et cod. Bav.
7) *collatio* edidi e cod. Goth. 191. pro *colloquia*. Cod. Monac. *colloquio*.
8) Cod. Lips. *brumam*.
9) † *Fuit itaque illius itineris comes*. cod. Lips.
10) † *Lipsiae*, cod. Lips.
11) Cod. Bav. *pleuritiden*.
12) † *nobis* cod. Lips.
13) *quidem* cum codd. pro *satis* edidi.
14) *levi* cod. Lips.; Pezel. *leviter*.
15) † *omnium* cod. Lips.
16) *et* addunt cod. Bav. et cod. Lips.
17) *et* omittunt cod. Lips. et cod. 191.
*) Pez. *ei* transp. post *negavit*.
18) Cod. Bav. *nostri*.
19) † *nobis* cod. Lips.
20) *et* addit cod. Lips.
21) *significabo* cod. Lips. et omittit *id*.
**) *bonum virum*] Pez. *unum*.
22) *eum* codd. pro *enim*.
23) *suam* cod. Goth. 191. pro *suis*.
24) pro *et ratio deficeret* codd. (excepto Monac.): *desereret*.
25) Cod. Lips. *solum*.
26) Cod. Bav. *non sine* pro *sed*.
27) *lacrymas*, cod. Lips. et cod. Bav.
***) *vivo*] Pez. *ipso*.

frui, et[28]) illi contigisset, mea officia perspicere et studium[29]) in hac vitae consuetudine, quam instituerams. † Sic mihi crede", mihi res privata nulla potuit accidere acerbior (morte ipsius)[30]). Si quid igitur ad te consolandum societas doloris valere potest[31]), hoc tibi confirmo, me memoriam *Amani* nunquam ex animo remissurum esse. Tu vale foelicius, vir amplissime, et ignosce lugubri scripto. 2. Februar. 1535 *).

Ph. M.

No. 1252. 3. Febr.

Mart. Bucero.

Epist. lib. III. p. 147. sqq. (edit. Londin. III. ep. 73.). — Item in Consil. Mel. latin. P. I. p. 250. Peuceri tract. hist. p. 57. et in Hospiniani histor. sacrament. P. II. p. 235.

Viro optimo D. Martino Bucero docenti Evangelium Argentorati, suo amico.

S. D. Exhibui nostris formulam (Concordiae) scriptam a te, ut meministi: dedi etiam *Luthero* tuas literas et reliqua tua scripta. Primum autem hoc tibi plane confirmo, *Lutherum* nunc amanter de te et de tuis collegis sentire ac loqui. Deinde formulam seu sententiam illam non damnat ille quidem, sed tamen pacisci nondum vult, sed agendum censet cum *Osiandro* et *Brentio* aliisque, ut idem illis placeat. Praeterea censet explorandas esse voluntates concionatorum in vestris urbibus, etsi ego quidem exposui nostris ea, quae mihi de *Suevicis* concionatoribus narrasti. Est igitur mitior: sed tamen negotium differri vult, quod mihi multis de causis optatissimum est. Nam et vobis maxime utile est tempus adhibere in consilium, tum ad deliberandum, tum ad mollienda in causam. Et sunt iam futuri conventus πανηγυρικοί, qui praebebunt occasionem hac de re diligentius deliberandi.

Nunc meum erit scribere ad *Lutheri* ὁμοψήφους. Nec tibi interim opus est aliquid cum tuis agere, donec ego de nostrorum sententiis rescripsero. Haec mora nihil habebit incommodi, ut spero. De meo animo velim tibi persuadeas, te et caeteros bonos viros συμμύστας *) a me ex animo amari. Quo spectarint mea consilia a principio, facile animadverti potest, nempe ut re **) deliberata communiter, et veritas patefieret, et concordia constitueretur. Nec iudico utile esse Ecclesiae, singulos, contempto fratrum iudicio, νεωτερίζειν, et adhuc omnibus votis opto, ut tandem aliquando amanter et libere pii ac docti viri inter se colloqui possint. Non velim sciens offundere caliginem veritati, nec dispersas Ecclesias magis etiam perturbare. Sed si possim conciliare Ecclesias, et conscientiis ambigentibus consulere, maxime optarim. Mea scripta testantur, quam multa in dogmatibus explicarim, quae antea confuse a nostris disputabantur. Utinam et in hoc negotio aliquid opis Ecclesiae adferre possem. Collegi omnia testimonia, quae reperire potui utriusque partis, ut de iis colloqui possemus. Mira est dissimilitudo. In *Epiphanio* nihil reperi, nisi haec verba de baptismate et Coena Domini *): Vere homo factus, baptizatus est Christus, ut etiam ipsi venientes acciperent condescensus ipsius virtutem, et illuminarentur ab ipsius illuminatione, ut hic impleatur prophetae dictum, in transmutationem virtutis, in exhibitionem salutis, virtutis panis a Hierusalem accepti, et fortitudinis aquae. Itaque in Christo hic fortes reddimur virtute panis, et fortitudine aquae, sic tamen ut non panis nobis sit virtus, sed virtus ipsius panis. Nam cibus quidem est Panis, virtus autem in ipso ad vivificationem est. Nec aqua nos mundat solum, sed fortitudo aquae per fidem et efficaciam ac spem et mysteriorum perfectionem et sanctificationis nomenclaturam fit nobis ad perfectionem salutis. Bene vale. 3. Febr. 1535.

No. 1253. (h. t.)

Urbano Regio.

Edita a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 252. Peuceri tractatu hist. p. 56. et Hospiniani histor. Sacrament. II. p. 235.

---

28). Sic codd. omnes, sed Pezel.: *Utinam ipso pot. frui diutius, ut.* Cod. Monac.: *Utinam ipso potuissemus frui, ut.*

29) Cod. Lips.: *et studiis politi. Et in hac.*

30) *morte ipsius* codd. omnes non habent.

31) *valere potest*] Cod. Lips. cod. Monac. et cod. Bav. *affert.*

*) Cod. Monac. habet: 1536.

*) Pez. in Consil. lat.: *Symmistas tuos.*

**) *re*] Consil. lat.: *de re.*

*) Epiph. c. haeres. lib. III. Melanthon potius sensum quam verba Epiphanii reddidit. Pezelius in Consil. pro Melanthonianis dedit Cornarii versionem loci Epiphanii, Hospinianus verba Graeca Epiphanii.

Urbano Regio.

Cassellis cum *Bucero* collocutus sum de controversia coenae Domini, et retuli exemplum sententiae ipsius, quod ad te mitto. Affirmat se et suos Symmistas Argentorati ex animo sic sentire et docere. Exposuit et concionatores urbium superiorum, *Ulmae, Augustae, Constantiae*, et vicinarum subscribere huic sententiae. Petit igitur, ut fiat inter nos concordia, ita ut, si quid forte adhuc nostri desiderent, tamen interim non damnent eos, sic moderantes suam sententiam, donec aliquando tota res magis etiam in aliquo congressu componatur, *Lutherus* satis clementer respondit, sed reiicit rem ad caeteros Evangelii Doctores, vult te et plerosque alios etiam audiri, ut communis concordia fiat. Misi igitur tibi exemplum sententiae, teque oro, ut mihi significes, an hoc modo docentes tolerandi sint, ac non damnandi, cum quidem integrae concordiae aliquando spes sit. *Ego plane iudico eos non procul abesse a nostrorum sententia, imo reipsa convenire, nec damno eos, etc.*

No. 1254. (b. t.)

I. Brentio.

Edita a Pezelio lib. III. epist. p. 195. (edit. Lond. III. ep. 115.), in Consil. Mel. lat. P. I. p. 248. et in Hospiniani hist. Sacrament. P. II. p. 234. — Hic ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 656.

Viro optimo, Iohanni Brentio docenti Evangelium in Salinis Suevorum, suo amico.

S. D. Mitto tibi formulam sententiae *Buceri*, quam nunc in publicis scriptis non obscure profitetur. *Lutherus* etsi non plane damnat, tamen nondum voluit pronunciare. Facit *) , ut tibi quoque visum est expedire, ut tempus in consilium adhibeamus. Iussus sum autem ad te et alios multos scribere, et vestras sententias explorare: An tolerandos esse iudicetis sic sentientes ac docentes.

Qua de re volo ut mihi respondeas, *καὶ μὴ ἄγαν φορτικῶς*. Nam ego non pugno cum eis. Existimo autem, ut ad *Phoenicem* suum inquit *Achilles*: *καλόν τοι σὺν ἐμοὶ τὸν κήδειν, ὅς κε με κήδῃ*. Libet enim tecum iocari. Sed extra io-

*) *Facit*] Consil. lat.: *Putat.*

cum consulamus in commune, tranquillitati Ecclesiarum. De multis magnis rebus tecum aliquando coram loquar. Bene vale. Frater Dei beneficio rediit salvus et incolumis, eritque mihi curae *).

Philippus.

No. 1255. 5. Febr.

Erasmus ad Melanthonem.

Edita in Manlii farrag. p. 469. et in tertio libello epistolarum Eob. Hessi. Apographon in cod. Goth. 401. p. 93b.

Erasmus Roterodamus Philippo Melanthoni

S. D. Venerunt huc articuli quidam **), sed omissis aliquot in libello, quos tamen pollicebatur catalogus, id quo[1]) casu factum sit miror. Utinam pari studio *Lutherus* vitasset seditionum occasiones, et ad bonos mores provocasset, ut fuit in defensione dogmatum vehemens. Ego, quoniam his tumultibus nullum video remedium, subvenio quantum licet bonis literis, quorum tamen exitium mihi videor praesagire. Hac in parte tu plus vales, et[2]) iuvenis, et doctior et felicior, quanquam promovimus et nos nonnihil.

Qui has tibi reddet[3]) literas, iuvenis est candidissimi pectoris, summo apud suos loco natus, cum eruditorum omnium, tum tui amantissimus, quem plane beabis[4]), si dignaberis tuo colloquio. Nomen illi *Franciscus Dolsus*, mihi domestico convictu probatus spectatusque. Nihil eo integrius. Bene vale. Datae Basileae, nonis[5]) Februarii anno 1535.

No. 1256. 13. Febr.

Gustavo Regi Sueciae.

Manlii farrag. p. 170 sqq.

*) An. 1535., quod habet Pez., non legitur in autographo.

**) Articuli a Melanthone in Galliam missi.

1) Manl. *id an.*

2) Manl. pro *et* habet *quia*.

3) Manl. *reddit.*

4) Manl. *bearis.*

5) *Nonis* scripsi ex coniectura; Manl. enim habet: 19. *Febr.* et codex: *d. 9. Febr.* Puto utrumque *nono* pro *nonis* legisse.

Inclyto et potentissimo Principi ac Domino D. Gostavo regi Suetiae et Gotthorum, domino suo clementissimo, Phil. Mel.

S. D. Inclyte et potentissime rex. Cum sciam imperia et politias in terris munus esse Dei, aeterni conditoris nostri: non fucatis officiis, sed vera reverentia Regium nomen et summos vitae gradus veneror: et sicut multi norunt, hortator sum iuventuti, ut ad hanc virtutem animos adsuefaciant. Nam ordo pulcherrimus et a Deo institutus accendere animos, et studium communis tranquillitatis nos movere debet, ut suum cuique gradum in hac societate reverenter tribuamus. Hanc vero doctrinam, quae de omnibus honestis officiis docet homines, tueri, maxime ad regium munus pertinere, R. M. V. optime intelligit. Ideo reverenter oro, ut me et similiter mei ordinis homines clementer audiat.

Quod cum sperarem, dedi huic adolescenti nobili *Henrico de Luss*, nato in familia equestri gentis Pomeraniae, literas ad R. M. V. Cupiebat enim afferre testimonium de suis studiis et moribus. Scio autem hunc *Henricum* adeo honeste in Academia nostra vixisse, ut eius placidi et modesti mores reliquae iuventuti bono exemplo essent. et cum in civili doctrina, tum in Ecclesiastica plurimum profecit: qua eruditione se instruxit, ut et privatim mores suos regere et utiliter Reipublicae servire possit. His virtutibus favere R. M. V. non dubito. Quare ut hunc *Henricum* clementer in aulam suam admittat oro: et hominem in familia honesta natum, ad virtutem incitatum, excultum doctrina, et ornatum facundia, non negligat. Nam maxime salutare est generi humano, et in regibus pars iustitiae distributivae praecipua, quam *Plato* inquit plurimum boni impertire universae hominum vitae: bonas, honestas, moderatas, rectas, ingenuas naturas, et doctrina honesta confirmatas, deligere ad rerum administrationem. Talium moderatio, quia non privatae cupiditati serviat, sed dirigat ad rerum bonarum conservationem, in tantis vitae tumultibus multa mitigat aulae R. M. V. Opto igitur toto animo, ut Deus aeternus, qui dat salutem Regibus, ut inquit Psalmus, et aulae R. M. V. et aliis det tales ac foelices ministros. Certe ingenium bonum in *Henrico* esse, R. M. V. comperiet.

Postremo reverenter me et haec nostra studia literarum R. M. V. commendo. Nam cum imperia ad agnitionem Dei illustrandam referenda sint: certe inter munera regia est, doctrinas studiosos tueri, eisque benefacere. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, gubernet et servet R. M. V. incolumem ac florentem. Datae 13. die Februarii: quo ante annos 1705. Machabaeus magno praelio vicit Nicanorem, qui templo Dei excidium minatus fuerat. Ut igitur tunc mirabiliter defendit Ecclesiam suam Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, ita et nunc reliquias suas ut protegat oremus.

No. 1257. 15. Febr.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 87 sq. — Hic ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 61.

Clarissimo viro, D. Hieronymo Baumgartnero, Senatori Noriberg., suo patrono

S. D. Rogavit me hic adolescens *Ioannes Haberbergius* civis vester, ut se tibi commendarem; proficiscitur enim isthuc ad stipendii petitionem, ad quam sibi opus esse praeceptorum testimonio iudicabat. Quare te oro, ut meas literas boni consulas. Vides enim me neque ambitione, neque πολυπραγμοσύνῃ, sed officio ad scribendum adduci. Hic iuvenis patre orbatus matrem solum habet inopem, quae ei non potest suppeditare studiorum sumptus; praebuit itaque*) clarum specimen et modestiae et amoris erga literas. Hic enim servivit quibusdam scholasticis magna aequitate animi, ne cogeretur deserere literas. Talis animus profecto dignus est publica liberalitate. Quantum in literis profecerit, poteris ex eius oratione iudicare. loquitur proprie ac pure. Oro igitur te, ut et propter orbitatem, et propter eius modestiam et doctrinam, ipsius rationem habeatis in conferendo stipendio. Videtur bene poni beneficium in tali ingenio: postremo etiam mea causa volo eum tibi commendatiorem esse. Amo enim eum propter singularem modestiam ipsius. Sum brevior, ne tibi alioqui occupato addat aliquid molestiae longior epistola, et scio te ea humani-

*) Spanh. edidit *ergo*.

tate ac [1]) prudentia praeditum esse, ut maxime tuendos tibi studiosos esse ducas, qua in re profecto de Republica optime mereris.

De rep. nihil novi habeo. Conventus παρρησίας, ut scis, est in expectatione. Deus gubernet Principum mentes ad pietatem et pacem. Nuper mihi Princeps quidam narrabat Caesarem ita flagitare Synodum, ut, si Papa non esset indicturus [2]), ipse palam affirmet se nationalem Synodum habiturum; quam quidem magis optarim, si tamen id vellent agere Principes, ut veritas illustraretur. Bene vale, 15. Februarii 1535.

† Philippus Melanthon.

No. 1258. 24. Febr.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 44 b. ep. 60. mihi descripta a Cl. Gersdorfio.

Georgio Spalatino

S. D. *Bucerus* Cassellam attulerat sententiam περὶ τοῦ μυστηρίου τοῦ δείπνου κυριακοῦ eorum, qui cum ipsis sentiunt in urbibus imperii, sane moderatissimam. Hanc mittam cum habebo tabellarium certiorem, ex qua quidem iudicabis ipse, animos eorum non abhorrere a concordia. Ac de meo iudicio quo minus nunc plura scribam, eo fit, quod nolebam incertis hominibus res tantas committere. *Comicus* testis est subornatus, allegatus qui nihil autoritatis habet. Multae sunt similes formae a comoediis ductae. *Lucianus* deos dicit esse κωμικὸν δορυφόρημα*), satellitium comicum, hoc est, otiosum ad inanem speciem productum. Est apud nos sacerdos quispiam, vir probus et facundus, *Christophorus Strobel* **) vom *Seeberg*, ut arbitror tibi non ignotus, valetudine suorum cogitur quaerere conditionem in vestra vicinia. Quaeso te propter Christum, ut eius rationem habeas, si qua erit occasio, eumque adiuves. Bene collocabis beneficium tuum. Est enim homo ingeniosus et tractabilis, et servaveris non solum ipsum, sed etiam eius liberos. Bene vale, meque ama, quod facies cum paucis, sed scio te officio amicitias metiri, non popularibus iudiciis. Tuam coniugem meis verbis reverenter saluta, et filiabus meo nomine suaviolum, imo et matri (da) *). Die natali Imp. Caroli V. 1535.

Phil. Mel.

---

1) *ac*] Spanh. *et.*

2) Spanh. *non indicturus esset.*

*) Icaromenipp. c. 9. ed. Hemsterhuis. et Reitz. Tom. 2. p. 760. (Nota Gersdorf.)

**) Eundem Spalatino commendat Lutherus in epist. d. 24. Febr. 1535.

*) *da* desideratur in apographo.

No. 1259. Febr.

Sim. Grynaeo.

Edita in Chph. Gotl. von Murr Anmerkk. über Lessings Laokoon, nebst einigen Nachrichten die deutsche Literatur betreffend. (Erlang. 1769. 8.) p. 63. — Item in Eiusd. Memorabil. bibl. Norimb. P. II. p. 167.

Doctissimo atque optimo viro D. Simoni Grynaeo, amico summo. Tubingae.

S. D. Gratulor patriae nostrae, doctiss. carissimeque *Simo*, te ad emendationem publicorum studiorum istuc accersitum esse, et oro Christum, ut consilia tua gubernet et iuvet.

Nostra aula noluit mihi commeatum dare istuc, itaque hic haereo tantum quadam alligatus officii specie, etsi multas graves et iustas causas habeo, cur optem ex his vinculis evolare; et, ut spero, aliquando Deus hinc me educet.

Magno labore *Milichius* et ego communia studia tuemur; Christus faveat nostris et votis et conatibus.

Theoricae hic editae sunt, quibus a me praeposita epistola in vestibulo [1])........ mei amoris ac iudicii de te, ... et amemus inter nos propter....., remp. mea consilia...... a tuis. De ... adhuc est integra, nec mea consilia eo spectarunt, ut offunderetur [2]) caligo purae doctrinae, sed ut communiter docti et pii inter se colloquerentur et in medium consulerent. Nam res loquitur ipsa, quantum in eo mali sit, quod in singulis angulis audent contempto ecclesiae, h. e. (fratres) [3]) doctorum iudicio, homines indocti [4]) et petulantes καινοτομεῖν [5]). Caetera alias. Bene vale et rescribe. Mense Febr. 1535.

Philippus.

---

1) Fortasse: *signum est.*

2) Murr. mendose: *spectant ut offenderetur.*

3) *fratres* edidit Murr, sed omnino mendose. Nisi prorsus delendum est, fortasse legendum: *hominum.*

4) Murr. mendose: *eidem.*

5) Murr. mendose: *non νιτεμεῖν.*

No. 1360. Febr.

Arn. Burenio.

Praefatio in librum: Enarratio aliquot librorum Ethicorum Aristotelis, auct. Phil. Mel. Witeb. apud Io. Clug. 1546. 8. — Descripsit eam Lunzius ex editione, quae prodiit Argent. apud Cratonem Mylium 1546. 8. (coll. ep. d. 12. Mart. h. a.)

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Domino Arnoldo Burenio Philipp. Melanth.

S. D. Multi famam ingenii et sapientiae omnibus aetatibus vituperatione artium aucupati sunt, ut *Aristophanes* exagitat non *Socratem* tantum, contemplantem nubes, sed etiam *Metonem*, qui anni rationem Atheniensibus emendavit, ac aetate aliquantulum antecessit *Socratem*. Postea vero *Arcesilas* et alii multi impudenter etiam mathematum initia, quae vocantur *κοινὰ ἔννοιαι*, labefactare conati sunt. Sed multo plausibilior fuit semper vituperatio huius partis Philosophiae, quam vocant Ethicen. Hanc enim multi commenticiam esse dixerunt, et errorum plenam, quia nullae sint de moribus firmae demonstrationes. Nam si quid certi inveniri potest, unde sunt tam multa dissidia sectarum? Cur *Plato* ipse dicit, cerni summum bonum, ut simulacra vultuum nostrorum in aquis non satis expressa aut firma, sed motis aquis assidue fugientia? Deinde etiam, si est aliqua doctrina, quid prodest vitae, cum fere omnes homines magis naturae suae impetu, quam doctrina et sapientia regantur? Placidi sunt Laelius, Atticus et similes, quia minus habent bilis adustae; Torvi, immites, inquieti Cleon, Cato et alii, quia abundant et atra et adusta bile. Piscator apud *Plautum* queritur, non flecti hominum mores ad virtutem bonis sententiis, quae in scena recitantur, inquiens:

„Spectavi ego pridem, Comicos ad istum modum
„Sapienter dicta dicere, atque iis plaudier,
„Cum illos sapientes mores monstrabant populo.
„Sed cum inde suam quisque ibant diversi domum,
„Nullus erat illo pacto, ut illi iusserant."

Si non movent animos illae mirificae imagines vitae, quae tum in Comoediis, tum in Tragoediis proponuntur; imo si non frenant hominum furores atrocissimae legum publicarum minae et supplicia, et ingentes aerumnae, quae scelera fatali, hoc est, certa et divina lege comitantur: quid proficerent hae dulces et venustae disputationes Philosophorum? Si Catilinam moventem seditionem non moverunt exempla tam multa aliorum, qui motis seditionibus in melioribus causis tragicos exitus habuerunt, ut Gracchorum, Fulvii, Saturnini, Marii, quid quaeso apud eum hic noster libellus profecerit, disputans suaviter, non conturbandam esse proportionem geometricam inter cives, dandum senatui et consulibus summum locum: huius proportionis conservationem et iustitiam esse, et nervum humanae societatis et pacis. Quid? si etiam accederet incurvus et squalidus senex, Iro similis, ac in tabula aut pariete dispositos ordine numeros pingeret, ut fit in scholis? Num magis expavesceret Catilina conspectis his figuris, quam cum vidit consulis vigilantiam, et legionibus quinque munitam Italiam, quarum duces firmissimi erant, et adiuncti Ciceroni consuli?

Haec et similia multa contra hanc Philosophiam de moribus saepe dicuntur ab iis, qui libenter frenos hominum cupiditatibus laxant. Ad quae, etsi vera, respondere, nobis praesertim in Ecclesia facile est: tamen in hoc argumento mala causa, et perniciosa oratio, multo plausibilior est; quod eo fit, quia magnum dissidium est in homine mentis et cupiditatum, quae vincula et carcerem aegre patiuntur, et mentis iudicio audacissime reclamant. Id dissidium unde ortum sit, non ignorant hi, qui Ecclesiae doctrinam et audiverunt et amplectuntur. Deplorare autem magnitudinem eius mali bonae mentes solent, intuentes et iram Dei et horrendas hominum calamitates, quae ab illa domestica discordia naturae hominis oriuntur. Nec ullius tanta est eloquentia, ut hunc dolorem oratione exhaurire et satis exprimere possit. Lachrymans igitur fateor, nec his blandissimis disputationibus Ethices, nec severa legum voce, nec atrocium suppliciorum spectaculis, errantes cupiditates semper intra metas retrahi. Quid igitur? Estne doctrina commenticia? Deinde si qua est vera doctrina, estne inutilis? Imo contumelia est adversus Deum, lucem, discernentem honesta et turpia, inditam mentibus nostris divinitus, seu principia practica, et demonstrationes practicas velle delere, sublata certitudine. Non dicas falsum testimonium, inquit vox divina. Non delectemur corruptelis veritatis, nec quaeramus praestigias ad eam eludendam. Est omnino vera aliqua doctrina et certa de moribus, exstructa ex illa luce, divinitus insita humanis mentibus, seu ex legibus naturae. Ut

mens ipsa sua luce cernit hanc propositionem veram, certam et immotam esse: Bis quatuor sunt octo: sic vera, certa et immota est haec sententia: Adulterium est turpe et vitandum. Ac de fonte et certitudine doctrinae, et de sectarum diiudicatione, saepe in his commentariis dicitur.

Nunc vero et de utilitate breviter dicam. Scimus Deum velle genus humanum disciplina domestica et civili, legibus et suppliciorum metu regi, ut multa dicta coelestia testantur. Cum igitur consilium Dei non sit prorsus inutile, fatendum est, aliquid valere hanc doctrinam, quae disciplinae pars est, et fons honestarum legum. Non sit autem natura distorta, cui proponitur, et vivat non Cyclopico more sine freno, sine legum, religionum et hominum reverentia, sed versetur inter homines civilia officia colentes, invitet exemplis honestis, metuat poenas, adsuefiat ad civilem vitae consuetudinem. Etsi autem saepe propter naturae imbecillitatem cupiditatum flammae vincunt, saepe diabolus impellit animos, ne recto iudicio obtemperent: tamen aliquid in vita communi loci est disciplinae, ac addam amplius, plurimum valere diligentiam et hanc ipsam doctrinam adfirmo, cum accedunt agnitio et invocatio Filii Dei. Hic vero genera doctrinae recte discernenda sunt, Legis disciplina, et Evangelium, qua de re saepe alias dictum est. Nec raro mihi in mentem venit, cum de Legis utilitate dicitur, imaginis, quae in Evangelica historia exstat de Sycomoro. Significat enim Sycomorus populum Legis. Eius autem arboris fructus non maturescunt, nisi ferro scalpantur, et oleum infundatur; id est, Legis doctrina ita prodest auditoribus, si castigentur, et tamen oleo, id est, Evangelio conspergantur, id est, si accedant agnitio et invocatio Christi. Cum legimus in mentibus nostris sententias a Deo inscriptas de moribus, cum vocem Dei concionantis de Sina audimus, ipsum Legis auctorem primum intueamur, et cogitantes imbecillitatem nostram, et Diaboli insidias, petamus, ut Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, propter Filium mediatorem nos recipiat et adiuvet, sicut Filius promisit inquiens: „Quanto magis Pater vester coelestis dabit Spiritum sanctum petentibus." Et quidem severe praecipit, ut hoc tantum munus petamus, cum ait: „Petite et accipietis." Haec de utilitate breviter visum est dicere. Nam de universa disciplina saepe alias a nobis dictum est.

Quod vero studiis et ad formandum iudicium prosit inspexisse has Aristotelicas disputationes inde animadverti potest, quod necesse est in Ecclesia perspicue discerni Philosophiam et Evangelium. At non poterunt discrimen illustrare hi, qui non didicerunt utrumque doctrinae genus. Propterea saepe non modo in foro, sed etiam in Ecclesia dicendum est de aliqua Legis parte, de virtutum civilium definitionibus aut membris. Hinc autem exemplum methodi sumi potest, cum talis materia explicanda est.

Propter has utilitates Aristotelis Ethica in manibus Scholasticorum versari prodest, quae ut a rudioribus et tyronibus facilius intelligantur, annotationes alicubi ad textum in libris praecipuis adieci, quae et ipsae interdum ostendent usum harum tenuium disputationum. Ideo autem Latinam versionem nullam addidi, quod malim Graecos fontes legi, propter multas causas. Nam et nativa sententia facilius cognosci potest ab iis, quibus Graeca lectio fit familiaris, et qui non tenent nativam sententiam, ipsi sibi novum et dilutum Philosophiae genus fingunt, ac miscent absurdas sententias et abhorrentes a sanis iudiciis in hac communi vita.

Ut autem magnum ornamentum est et vitae humanae et Ecclesiae Philosophia, cum recte, erudite, sobrie et moderate traditur: ita pestis est et corruptela iudiciorum, cum pro Philosophia instillatur animis confusio opinionum verarum et falsarum, et accersitur studium absurda defendendi verborum praestigiis; ut alii Epicuraeos furores, alii Stoica deliramenta, alii alias portentosas opiniones tueri conantur. Talis consuetudo parit Sycophantas, artium et vitae conturbatores. Delectus adhibeatur opinionum, et cum vera deprehensa sunt, modus sit disputationum. In omni vita praeceptum illud gravissimum amemus, quod apud *Plautum* recitat meretricula, quae et ipsa Aristotelico more mediocritatem optimam esse statuit, inquiens: „*Hoc satius est: Satis est, quod satis est.*" Usus autem vitae multis disputationibus addet lucem.

Scio, has operas scholasticas, et hoc genus enarrationum fastidiri a multis. Sed revera haec puerilis doctrina utilis est, ut ita dicam *χειραγωγία* ad maximarum rerum explicationem. Ideo sum hortator omnibus bonis ingeniis, ut haec Aristotelica legant, ament, propius considerent: eoque tibi, *Arnolde* eruditissime, hanc lucubra-

tionem dedicandam esse censui, quod, cum sciam, te his Aristotelicis libris delectari, exemplo tuo multos ad horum librorum lectionem invitari cupio.

Etsi autem in hoc commentariolo multa sunt, quae fastidiosus lector aspernabitur: tamen iudico bonam operam navatam esse in enarratione quinti libri de Iustitia. Me adolescentem ipsum Iustitiae nomen saepe invitavit, ut quid de virtute pulcherrima et rectrice vitae dixisset Aristoteles, cognoscere cuperem. Et ingredienti vestibulum operis primae partitiones, quae res magnas proponunt, mediocriter blandiuntur. Hae cupiditatem meam incendebant. Sed paululum progressus haerebam veluti in luto. Fontes nesciebam, unde has proportionum accommodationes sumsit Aristoteles, qui sunt apud Platonem: ideo et consilium et sententiam non satis perspicere poteram. Nec interpretes habebamus, qui aut Platonis libros attigissent, aut ita exculti fuissent literis, et vitae communis consideratione, ut Aristotelis consilium nobis exponere possent. Saepe igitur stomachabar ipse mecum, ac dolebam, non posse nos in hanc praecipuam partem libri Aristotelici, tanquam vetustate spinis iam obsitam, penetrare. Sed postea animadverti, accommodationem illam proportionum ex sexto libro Platonis de legibus exstructam esse, quo in loco Plato quasi digito intento in hanc Aristotelis narrationem monstrat, et consilium, et eius sententiam, ut in commentario recensui. Nunc discussa caligine, quantum possumus, bona ingenia ad hanc lectionem invitemus. Neminem opinor tam ferum esse, quin degustata dulcedine harum disputationum initio, postea totas exhaurire cupiat. Sed polliceor Studiosis, non tantum iucundam fore hanc lectionem, sed etiam utilem in explicatione multarum controversiarum theologicarum et forensium. Hac tanta utilitate si qui non moventur, rigidiores sunt asperrimis, et nullo aevo motis scopulis in mari stantibus, quamquam assiduis fluctibus tunduntur. Etsi Astream poëtae dicunt terris expulsam esse, tamen sciamus, Dei vocem de iustitia concionantem nec deleri nec opprimi posse. Et hanc etsi multi furenter contemnunt, tamen semper audiet Ecclesia. Quo in coetu si volumus esse, ut debemus, discamus ea, quae vox divina de iustitia sonat, et conferamus genera doctrinarum. Te quidem, Arnolde, scio, non solum doctrinae, sed etiam iustitiae, amore has quasi picturas pulcherrimae virtutis libenter considerare. Et quia de iustitia dissero, dedi operam, ut iusta, vera et discentibus utilia dicerem. Si quid vero alicubi desideratur, faciamus haec iustitiae officia inter nos honestissima, amici moneant errantem: ego admonitus libenter errata corrigam. Nec vero sycophantias iniustorum moror, qui vera et recte dicta, livore et morbo animi, calumniis depravant, nec docent meliora. Bene vale, carissime Arnolde. Mense Februario, [Anno 1545.] *).

No. 1261. (fere Febr.)

Benedicto et Valdensibus.

Edita in Confess. Fratrum Bohemorum, unde transscripta est in cod. Goth. 188. ep. 11.

Venerabili Viro in Christo, D. Benedicto ceterisque fratribus Valdensibus in Bohemia.

Existimo, vir eximie, fratres tuos, in hoc nostro congressu, in multis rebus melius meam sententiam cognovisse et perspexisse, quam olim. Ego quoque videor mihi res vestras percepisse. Quare, cum de praecipuis articulis doctrinae Christianae inter nos constet, complectamur nos mutuo amore. Neque dissimilitudo et varietas rituum et ceremoniarum disiungere debet mentes nostras. Saepe Paulus concionatur de ceremoniis, et prohibet Christianos dissidere propter varietatem rituum et ceremoniarum, quamvis mundus propter ceremonias vehementer pugnet. Severius exercitium, seu disciplina, in Ecclesiis vestris profecto non male mihi placet. Utinam in Ecclesiis nostris quoque paullo severior possit obtineri! De meo animo erga vos ita sentiatis, me vehementer optare, ut hi, qui Evangelium amant, et nomen Christi glorificari cupiunt, mutua charitate sese prosequantur, atque ita doctrinam suam, communibus studiis, ad gloriam Christi referant, ne se ipsos mutuis et domesticis odiis seu discordiis perdant; praesertim propter illas res, de quibus

---

*) Scripta est anno 1555. Vid. Liter. Blätt. Vol. V. p. 100. Prodiit vero liber denuo 1545., ubi hunc annum praefationi adiecit vel Melanthon vel librarius; fortasse etiam mensem Februarium. — Vid. etiam epist. ad Burenium d. 13. Martii anno 1555. Editio recognita, quae prodiit anno 1550. etiam Burenio dicata quidem est, sed praefatio est alia et nova. Vid. 1. Oct. 1550.

tumultuari non est necesse. Bene valete. Orate pro me et pro gloria Christi. Datae Vuitebergae A. 1535.

Philippus Melanthon.

No. 1262. 4. Mart.

Sturmius ad Melanthonem.

E codice Bavari Vol. II. p. 591. nunc edita. Habetur posterior huius epistolae pars in cod. Lipsiensi ep. 108. Prior pars epistolae usque ad verba: *„ad suum principem remittantur"*, edita est iam in *Sculteti* annal. et in *Herm. von der Hardt* hist. reform. liter. P. IV. p. 194. Totam edidit e Msto, non dixit quo, *Strobel* in append. ad *Camerarii* Vitam Melanth. p. 416., cuius lectiones hic adscripsimus. — De statu et rebus Galliae tum temporis vid. Camerar. in Vita Melanth. et ea, quae Strobel. (Neue Beiträge zur Lit. V. p. 7.) ex libro: Actiones et monimenta martyrum (Genev. 1560.) attulit. — Responsum ad hanc epist. vide infra d. 12. Mart.

Ioannes Sturmius Philippo Melanthoni.

Si in amicorum negotiis tibi aliquando literae meae fuerunt gratae, si unquam bonorum virorum res salvas esse cupivisti, eo maiori curae hae [1]) tibi esse debent, quo magis in communi salute et in tranquillitate retinenda versamur [2]). Ut enim in turbulentissimis maximeque periculosis [3]) tempestatibus, ita iactamur ex optimo et pulcherrimo statu, cuius nobis viri prudentes auctores fuerunt, in maximas calamitates, et in summas aerumnas ineptissimorum hominum consiliis delapsi fuimus [4]). Scripsi tibi superiori anno [5]), quam pulchre staremus, quam bene de Regis aequitate sperandum esset; gratulabamur tum nobis invicem: sed eam occasionem homines furiosi prope nobis [6]) abstulerunt. Per mensem enim Octobrem, (quod non satis esse putarunt, laeta fieri principia, quod metuerunt, parum multos fore suarum partium nisi astutis, ut ipsis videbatur, sed, ut res indicant, stultissimis et seditiosissimis rationibus regna et gentes perturbarent [7]),) libellos uno tempore, de ordinibus ecclesiasticis, de Missa, de Eucharistia, per universam fere Galliam nocte in omnibus [8]) angulis affixerunt manibus [9]), et tragicis exclamationibus ante Regis etiam conclave agglutinarunt, quo certiora et magis quoque [*]) perniciosa pericula excitarentur. Nam perturbatus hac re populus, territae multorum cogitationes, concitati Magistratus, inflammatus Rex, gravissima iudicia instituerunt [10]), nec immerito, si tamen in [11]) re modus servari posset. Ex consciis quidam deprehensi poenas dederunt, quidam mature sibi consulentes aufugerunt; qui ad se ea pericula spectare non putabant, qui non contaminati erant eo scelere, hi etiam in partem poenarum veniunt. Delatores et Quadruplatores publice comparantur; cuilibet simul et testi et accusatori in hac causa [12]) esse licet. Non vana sunt, quae scribo, etsi [13]) habeto, me nec omnia scribere, nec ita scribere, ut ipsarum rerum luctuosissima conditio requirit. Octodecim ustulati sunt, plures idem periculum [14]) expectant; serpunt quotidie latius pericula, neque quisquam est, qui bonus sit, qui neque extimescat calumnias et [**]) iudicia, neque dolore indignissimorum spectaculorum conficiatur. Regnant adversarii nostri, et eo magis, quod [***]) iustis de causis obtinuisse [15]) videantur, ut in pacandis seditiose concitatis rebus regnent. In tot tantisque malis [16]) solum hae spes nos iam reficiunt [17]), si immanis ista severitas populo displicere incipiat, si rex intelligat, nimium sitire calamitosorum hominum sanguinem, a quibus alienissima esse deberet vindictae cupiditas. Odio enim magno, non aequitate, agere videntur. Si videat *μιαιφόνων* horum [18]) mentes, inclinabit, ut speramus, eius animus, et meliora capiet consilia. Est hoc exiguum solatium, sed tamen non diffidimus. Deum esse, qui moderaturus sit has tempestates [19]), et

---

1) *hae* non habet Strob.
2) Strob. *et tranq. ret. versantur.*
3) Strob. *perniciosis.*
4) Strob. *et summas ... sumus.*
5) Sic Strob. pro *ante omnia*, ut habet cod. Bav.
6) Strob. *omnem* pro *nobis.*
7) Strob. *res indicat, stult.... perturbassent.*
8) *omnibus* non habet Strob.
9) Strob. *immanibus.*
*) *quoque* non habet Strob.
10) Strob. *constituerunt.*
11) Strob. addit: *ea.*
12) Strob. *simul et accusatori et testi in eadem causa.*
13) Strob. *et sic.*
14) Strob. *plures saepe idem supplicium.*
**) *et*] Strob. *ac.*
***) *quod* abest a cod. Bav.
15) Cod. *timuisse.*
16) Cod. *rebus.*
17) Strob. *haec spes nos reficit.*
18) Cod. Bav. *μιαιφόνους*, et sic etiam Strobel. Pro *horum* Strob. *hominum.*
19) Pro *has tempestates*, ut Strob. edidit, cod. Bav. habet *hos tempore status.*

portum aliquem profugiumque ostendat; qui nobis viros bonos reservet[20]), qui gratia et auctoritate plurimum valent[21]), qui aliquando libere[22]) quod cogitant audebunt dicere. Huius rei est istud nobis indicium. Per *Langeos*[23]), quorum familiam tibi notam esse credo, obtinuimus, quo in nos, qui Germani[24]) nominis sumus, minus odiose animadverteretur. Edixit rex, ut quicunque ex Germanis coherceerentur in re capitali, una cum causa et actis in Germaniam quisque ad suum principem remittatur[25]). Praeter haec istud etiam[26]) me recreat, quod fore existimem, ut tu ad nos venias, ut aliquando in tuo complexu conquiescamus. *Barnabas Vorraeus*, quem nosti, qui has tibi literas reddidit, quem ego tanti facio, quanti eum cui vitam debeo, cum, collectis meis rebus, istuc[27]) cogitarem, solus ut manerem persuasit. Cum rege ille de te locutus est, multa de tua integritate, eruditione, modestia[28]) praedicavit; atque ita, ut te[29]) omnibus, qui nostris temporibus docti et habentur et sunt, praetulerit[30]). Non rogatus se discipulum tuum esse dixit. Exposuit omnem vestrae[31]) vitae et religionis rationem. Libenter ea rex audivit, et, quasi non tam[32]) solum tuas laudes facile admisisset, ita constituit, ut, si[33]) videretur, si quo modo venire velis, ut[33]) te praesentem audiat. Inter nos cum paucis aliis constitutus[34]), qua ratione hi tumultus componi possint[35]), ut aliquando finis aliquis sit sollicitudinum et flammarum. Non haec scriberem, si non ita esse putarem, neque quisquam me cogeret his temporibus, ut aliquid de tuis rebus scriberem, nisi viderem funestissimam earum rerum faciem corrigi posse. Cum enim flammas et incendia respicio[36]), cum considero multorum et[37]) honestissimorum miserabiles exitus, non possum communibus aerumnis atque publico dolori lacrymas non praebere. Cum vero regis dubitationem atque animi[38]) inclinationem animadverto in ista rara et singulari serenitate[39]), sentio respici a Deo calamitatibus affectas et afflictas hominum conditiones. Cuius rei quod potest esse maius argumentum, quam tuam prudentiam hoc tempore requiri, quum[40]) nunquam magis quam nunc nostra[41]) causa oppugnetur. Credo ego, bonum natura et ingenio principem virum non posse resistere consiliis multorum iniquorum[42]), et commoveri[43]) eorum quotidianis sermonibus, et tamen dolere multitudine[44]) et magnitudine suppliciorum, cupere etiam remedium adhibere, si quo modo possit, huic malo. Ut enim irascatur, iustissimas causas habet; ut vero angatur tanta nece, ratio ei et motuum dictat[45]). Videt in altera causa, quae vetusta est, tamen multa esse vitia[46]), in altera, quae veritate nititur, plurimum periculi a cupidissimis et seditiosissimis hominibus. Ut igitur haec corrigantur, vult doctissimorum esse[47]) consilia et iudicia; qua in re ita erga te affectus est, ut sine te ista[48]) negotia proponi, deligi, constitui firmarique non posse existimet. Itaque nunc tu attentaris, et si modo[49]) ad nos venire velis, rex tibi prospiciet[50]) praesidiis et pignoribus, ut tuto istinc abeas, et secure tranquilleque ac honorifice ad tuos, rebus maximis et salutaribus confectis, redeas. Itaque si te praesentem viderimus, simul salutem nostram conspiciemus[51]). Si in his iactationibus ac turbulentissimis tempestatibus te advolantem audiverimus[52]), non dubitabimus[53]), nobis stationem et portum[54]) ostendi. Sed si negligas et contemnas regis postulata, eadem spes, quae nos hic retinuit, in ipsis ustrinis vinctos[55]) suspensosque detinebit. *Κρείσσων γὰρ βα-*

20) Strob. *adhuc reservat.*
21) *valent*] Strob. *possunt.*
22) *libere* non habet cod. Bav.
23) Strob. *Langios.*
24) Strob. *Germanici.*
25) Hic finitur epist. apud Scultetum.
26) Strob. *haec etiam illud.*
27) Videtur excidisse: *proficiscerer*, vel *abire*, vel simile quid.
28) Strob. *et modestia.*
29) Strob. mendose *de.*
30) Strob. mendose *praedicavit.*
31) *vestrae* excidit apud Strob.
32) Strob. *tunc* pro *tam.*
33) *si* et sq. *ut* non habet Strob.
34) Mendosus est hic locus. Strobelius: *audiat inter vos cum paucis aliis constituatis.* Fortasse post *constitutus* exciderunt: *quaerendum tibi erit*, vel similia.
35) Incipit hic cod. Lips.
36) Cod. Bav. *conspicio*, Strob. *inspicio.*
37) *et*] Strob. *ac.*
38) *animi* abest a textu Strob. et cod. Bav.
39) Strob. *severitate.*
40) Strob. *quoniam* (et postea *oppugnatur*); cod. Bav. *quando.*
41) Strob. et cod. Bav. *vestra.*
42) Strob. *impiorum.*
43) Cod. Lips. *commoneri.*
44) Strob. *multitudine rerum.*
45) *Ut enim — dictat*, non leguntur in cod. Bav. Pro *tanta nece* Strob. habet *tantopere*, et pro *motuum* legit mendose *iudicium.*
46) Cod. Bav. *vitia.*
47) Pro *esse* cod. Bav. *doctissima.*
48) *ista* om. Strob. sed ante sq. *constitui* addit *et.*
49) *et si modo*] Strob. *ut si quo modo.*
50) Strob. *prospiciat.*
51) *videremus — conspiceremus* cod. Lips.
52) *advol. audiv.*] Cod. Lips. *advenientem animadverterimus*, Strob. *advenientem audiverimus.*
53) Strob. *dubitamus.*
54) *portam* cod. Lips.
55) *iunctos* cod. Bav.

σιλεύς, et tu alioqui nosti regum animos. Quare cogita, te iam non a me rogari, sed ab omnibus hominibus, non solum ab illis qui gravissima supplicia perpessi sunt, neque tantum, qui eundem indignissimum finem metuunt, tuam praesentiam expectari [56]), sed advocari [57]) te Dei Christique voce. Itaque depone Caesarum [58]) Regumque nomen! Ne [59]) respice utriusque gentis aut amorem aut alienationem. Cogita eorum causam agi, qui in flamma perniciosissima, in incendio luctuosissimo iactantur pro Christi gloria, quos etiamsi mors ista [60]) non territat flagrantes divino isto [61]) igni, tamen nos illud movere [62]) debet, posse nos [63]) haec sine summa cura, sollicitudine et lacrymis respicere, qui in eadem navi sumus, qui [64]) auctoribus harum rerum favemus, qui eandem causam suscipimus. Quid a te requiratur aut [65]) quomodo agendum sit, ex *Vorraeo* cognosces, quem ob communem salutem complecti debes [66]). Nam nisi hic esset, nisi episcopus Parisiensis, nisi *Langeus* [67]), huius frater, vir prudentissimus atque optimus, nisi tales viri resisterent [68]), videres repleri Germaniam exulibus. Itaque caetera ex hoc cognosces. Ego rei magnitudinem, varietatem, pericula et indignitatem [69]) explicare non possum. Vale. [70]) Lutetiae pridie Nonas Martias [71]).

(De statu rerum in Gallia eodem tempore *Barnabas Voraeus* ad N. N. scripsit epistolam, quam dedit Strobel. in append. ad Vitam Melanth. p. 414 sqq., quamque hic subiungere placet):

„Quum superioribus annis in Gallia res nostrae essent in pulcherrimo statu, h. e. in dies singulos evangelica veritas illustraretur, ecce daemon aliquis fanaticos quosdam homines excitavit, qui non satis esse putarunt laeta fieri principia, nisi astutis, ut ipsis videbatur, sed, ut res indicat, seditiosissimis et stultissimis rationibus regna et gentes perturbarent. Per mensem enim Octobrem libellos uno tempore de ordinibus ecclesiasticis, de missa, de eucharistia, nocte per universam fere Galliam in omnibus angulis et platearum diverticulis affixerunt immanibus et tragicis exclamationibus libertatem praedicantes, ante regis etiam conclave agglutinarunt. Qua re concitatus magistratus, inflammatus Rex, gravissima iudicia constituerunt, et quia huius seditionis authores *Luthero* accedere videbantur, omnis culpa in *Lutheranos*, ut vocant, reiiciebatur. Multi coniecti sunt in carceres, plures aufugerunt, ex deprehensis XVIII poenas dederunt, in quos ut animadverteretur Christianissimo Regi fuit omnino necesse; Aliter enim nec populo satisfieri, nec prope nascenti iam seditioni occurri resistique potuisset. Maior tamen modus in tanta perturbatione et animadversione adhibitus est, quam ut vobis renunciari audio. Amplius enim octodecim ustulati non sunt, neque eorum quisquam fuit, qui harum schedarum conscius particepsque non fuerit. Neque vero posthaec Christianissimus Rex rem ferro aut armis geri exoptat, qui et suapte natura adductus et bonorum virorum consilio persuasus eruditos ac pios homines coram audire decrevit. Quumque *Philippi Melanchthonis* eximia eruditio, singularis prudentia et integritas ab omnibus praedicaretur, et ad componendam hanc in religione controversiam videretur idoneus, me cum literis ad eum dimisit, ut, si quo modo fieri posset, in Galliam veniret.

„De indicendo celebrandoque Concilio ad universos Germaniae ordines literas misit, ut de loco et tempore conveniatis; ac de loco quidem facilius inter nos (uti res ipsa brevi per se locutura est), quam ut multis est persuasum, convenietur. Tantum enim et gratia et voluntate apud eundem Christianissimum Principem valetis, ut cum multis aliis in rebus, tum praecipue in hac iusta sanctaque causa se ad voluntates vestras sit accommodaturus.")

56) Strob. *exoptari.*
57) Cod. Bav. *ac avocari.*
58) Strob. *Caesaris.*
59) Strob. *nec.*
60) *ipsa* Strob. et cod. Lips.
61) Strob. *illo.*
62) *monere* Strob.
63) Cod. Lips. *nec*, Strob. *vos.*
64) Strob. *nave fuimus, qui*; cod. Lips. addit: *autores fuimus, qui.*
65) Strob. *requirant et.*
66) Strob. *debes amplecti.*
67) Strob. *Longius.*
68) *existerent* cod. Lips., *extitissent* Strob.
69) Cod. Bav. *magnitudinem, varietatis pericula, et indignitatis*; cod. Lips. *magnit., varietatem, pericula et indignita.* Strob. ut edidimus.
70) *Vale* om. Strob.
71) *Martias*] Strob. *Martii* 1535.

No. 1268. 11. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 239 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bamber. amico suo summo,

S. D. Scripsi ad te post reditum meum ex Cattis. Cum autem abs te nihil postea litterarum habuerim, interdum dubito an meas acceperis: dederam enim cuidam *Viti* nuncio, interdum miror, quae tui tam longi silentii caussa sit. Facies igitur mihi pergratum, si ad tuam in scribendo consuetudinem redieris, quantum quidem potes. Nam me luctus etiam hactenus impedivit, ut de caeteris miseriis non dicam, quo minus scripserim. Amisimus enim optimum iuvenem et insigniter doctum, commendatum nobis ab optimis viris in Sarmatia *). De tua valetudine valde sollicitus sum, sed spem mihi mediocrem facit, quod audio te editionem adornare nescio quorum operum.

Novi nihil habemus praeter famam de Caesaris adventu in Italiam, quem affirmant in ex-

*) Amanum. Vid. ep. d. 2. Febr.

pectatione esse, et nunciatur ingens apparatus copiarum: multi putant arma contra Turcas parari, alii suspicantur ὁπλίζεσθαι αὐτὸν κατὰ τοῦ Βρετανικοῦ βασιλέως, καὶ κατὰ τῶν οὐ πειθόντων τῇ συνόδῳ. Cattorum princeps, ut audio, proficiscitur ad *Ferdinandum*, quod faustum felixque sit, putant ducem futurum adversus Pannonias.

De Anglia fortasse istic multa feruntur, patere eam doctrinae puriori religionis. ἦλθε δὲ πρὸς ἡμᾶς ξένος τις *) πεμφθεὶς ἐκ τῆς Βρετανίας, μόνον διαλεγόμενος περὶ τοῦ δευτέρου γάμου τοῦ βασιλέως, τῶν δὲ τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων οὐ μέλει, ὥς φησι, τῷ βασιλεῖ. sed hoc boni habet, saevitia nunc nulla ibi exercetur contra studiosos melioris doctrinae. τοὺς Κέλτας δὲ πάνυ μαίνεσθαι ἀκούω. Plane haec vaticiniis respondent, sed quicquid erit, hac me consolatione sustento, quod scio: ὅτι δεῖ τὴν ἐκκλησίαν μιμεῖσθαι τοῦ δεσπότου θλίψεις. Haec mihi vel sola satis magna consolatio est, nec tam me perturbant illa pericula, quam nostra vitia. Quantum enim, bone Deus, reprehendendi sumus, quod non damus operam, ut sanentur ambigentes conscientiae, ut doctrina pure, simpliciter, καὶ ἄνευ σοφιστικῆς explicata extet, haec meum animum maxime angunt. Recudo *Apologiam* et *locos*, et certe cupio simpliciter explicare praecipuos locos, sed ad rem tantum opus erat quadam communicatione καὶ ξυνομιλίαις. Rogo te, ut graecum Epigramma mihi componas praefigendum Apologiae, et, si libet, alterum locis. Bene vale. XI. Mart.

Φίλιππος.

*) Antonius Barnes, Anglus.

No. 1264. 13. Mart.

Henrico, Regi Angl.

Manlii farrag. p. 16 sqq. Iterum a Peucero ed. in Mel. epistolis select. p. 69. et in lib. I. epist. p. 45. (edit. Lond. lib. I. ep. 26.), denique apud Schlüsselburgum p. 82. — Apographon in cod. Bav. II. p. 758.

Serenissimo Regi Angliae Philippus Melanthon

S. D. Serenissime rex, et domine clementissime. Etsi me quaedam gravissimae causae hortabantur, ut literas ad R. M. T. darem, et nota mihi esset publica omnium doctorum opinio de tua bonitate atque clementia: tamen me a scribendo pudor meus deterruisset, nisi me confirmasset D. *Antonius* doctor, amicus meus: qui me etsi antea suspicientem [1]) heroicas virtutes tuas, tamen ita nunc accendit commemoratione laudum tuarum, ut in spem venirem [2]), R. M. T. pro excellenti sapientia atque humanitate tua literas [3]) boni consulturam esse, praesertim in quibus non solum de meo officio, sed nonnihil † etiam" de Republica scripturus essem. At de me quidem dicam brevius. Quid † enim" in hac mea et ingenii tenuitate et fortuna praestare possum, quo meum studium erga R. M. T. declarare queam? Caeterum ita semper iudicavi: Cum bono et salutari principe nihil sit amabilius, nihil divinius [4]): R. M. T. ab omnibus bonis viris propter excellentem in summa potestate moderationem ac iustitiam merito amandam esse. Plurimum vero deberi R. M. T. a nostro ordine, et a literarum studiosis, quod in ornandis excitandisque honestis disciplinis R. M. T. longe omnium regum [5]) ac principum huius aetatis studium vicerit. Qua in re et facilitatem et sapientiam tuam admirari soleo. Quod enim R. M. T. iudicavit curam literarum dignam esse magno Principe: vidit profecto, quantum Reipublicae decus sint *), quantum afferant momenti ad societatis humanae conservationem recta literarum, legum, religionum studia [6]). Felicitas vero magna fuit, quod eodem tempore tam multa egregia lumina ingeniorum tulit Anglia tua: ut numerare in his multos possimus, conferendos cum summis viris, qui unquam doctrinae laude floruerunt.

Ac saepe cogitanti mihi de R. M. T. venit in mentem, tale nunc aureum seculum esse tuae Britanniae, quale fuit olim Aegypti, regnante Ptolemaeo Philadelpho: qui etsi opibus antecelluit omnes non solum suae aetatis reges, et res gessit bello egregias, tamen omnium gentium ac posteritatis etiam amorem hoc nomine praecipue me-

1) *etsi inspicientem* Manl. et Peuc.
2) *venerim* Manl. et Peuc.
3) † *meas* cod. Bav.
4) *nihil divinius* non leguntur in cod. Bav.
5) *longe Regum aliorum* Manl. et Peuc.
*) Manl. mendose *sit*.
6) *ad societatis — studia*] sic edidi e cod. Bav. et Schlüsselb., sed Manlius: *ad societates religionum, studia.* Peucerus: *studia ad consociationem generis humani, et consensum de religione*; ex emendatione, opinor, a Peucero facta.

ruit, quod literarum studia fovit ac provexit. Itaque [7]) ut Ptolemaeo et caeteris regibus, quorum beneficio conservatae sunt honestae artes: ita R. M. T. hoc nomine plurimum debebit universum genus humanum. Haec sunt eruditorum omnium in Germania de tua virtute [8]) iudicia.

Cum igitur erga † literarum studiosos sit tanta benevolentia R. M. T. non dubitavi ad R. M. T. scribere, ut ostenderem, quantum cupiam tali regi commendatus esse. Scio R. M. T. fide ac studiis homines metiri, non fortuna [9]). Ideo me commendo R. M. T. tanquam praecipuo ac paene unico literarum patrono: et omne meum studium atque operam, quantum quidem in hac ingenii mediocritate praestare possum, ad R. M. T. defero.

Sed non tam meam causam agere institui, quam publicam literarum: quarum ut hoc tempore periculum R. M. T. consideret, vehementer oro. Non solum enim in caeteris regnis, sed etiam in ipsa Germania literae contemptae sunt iniquis hominum iudiciis, et vocantur in odium propter religionis controversias. Erit igitur sapientiae tuae, eo maiore benignitate istic [10]) recta studia excitare, et pulsis Musis hospitium praebere. Scimus, et olim cum propter arma Gotthica paene extinctae essent in Europa literae, ex insula tua rursus in totum orbem propagatas esse. Hac de re, de universa posteritate, de [11]) Ecclesia [12]) mereri R. M. T. poterit.

Nec vero dubito, quin et ipsae religionum controversiae mitigarentur, si R. M. T. authoritatem suam conferret cum ad Reges caeteros ad moderationem flectendos, tum vero cum doctis hominibus de genere doctrinae deliberaret. Nam et illud minime obscurum est, in Ecclesiam abusus quosdam non dissimulandos irrepsisse [13]): neque tamen operam dare [14]) Reges, ut extet aliqua simplex et certa doctrinae forma. Discordia publica praebet locum interdum etiam indoctis et malis, qui regum iracundiam accendunt. Sed tamen erat adhibenda [15]) diligentia, ne interim simul bonae res et utiles Ecclesiae opprimerentur: neve in bonos exerceretur crudelitas. Gravissime Poeta inquit, cum de sedandis populi motibus loquitur:

Tum pietate gravem, ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant:
Ille regit dictis animos, ac pectora mulcet.

Virum enim pietate gravem, ac meritis, ad componenda dissidia vult accedere: qualis est R. M. T. quae cum aetate, sapientia, doctrina antecellat caeteris regibus: tantum adferet ad hanc causam authoritatis, quantum alius nemo.

Illa autem oratione apud R. M. T. non est opus, quam gloriosum sit regi, de universa Ecclesia, de toto genere humano bene mereri. Intelligit enim R. M. T. pro sua excellenti sapientia, et hanc curam divinitus esse regibus mandatam, quodque aeternam ac [16]) veram gloriam apud omnes gentes hoc beneficium pariturum sit [17]). Quare R. M. T. propter Christum oro, ut hanc cogitationem suscipere velit, et curam de regum voluntatibus flectendis ad moderationem, ne pariter boni et mali sine discrimine trucidentur: et de Dei gloria ornanda. Postremo oro, ut R. M. T. meas hasce literas, simplici animo ac bono studio scriptas, boni consulat.

D. *Antonius*, summa fide et diligentia, de certis articulis nobiscum disputavit, de quibus meum iudicium ipsi perscriptum dedi. De quo hoc testatum volo, me non ita amare meum iudicium, quin si quid reprehenderent aliquot [18]) boni viri et docti, re communiter deliberata, ipsorum sententiam meae anteferre velim. Christus servet R. M. T. incolumem, ad salutem plurimarum gentium. Ex nostra Academia Vitebergensi, die 13. Martii, Anno 1535.

---

7) Cod. Bav. *Sic.*

8) *de tua virtute* addunt cod. Bav. et Schlüsselb.

9) *Scio — fortuna*] Cod. Bav.: *Scio R. M. T. homines non metiri ex fortuna.* Schlüsselb.: *Scio Reg. M. T. non moveri hominis fortuna.*

10) *istis* addit Manl., *istic* Schlüsselb.; utrumque abest a Peucero et cod. Bav.

11) *de*] Cod. Bav. et Schlüsselb. addunt *omni.*

12) *Ecclesia*] Peuc. addit *bene.*

13) † *et nunc cum Monachorum doctrina fastiditur*, cod. Bav.

14) *dant* cod. Bav. et Schlüsselb.

15) *cura erat adhibenda et* cod. Bav.

16) Pro *quodque aeternam ac* cod. Bav. et Schlüsselb. *et quantam et quam.*

17) Cod. Bav. et Schlüsselb. *esset.*

18) *si id reprehenderint aliqui* cod. Bav.

No. 1266. 18. Mart.

Arn. Burenio.

Edita in Manlii farrag. p. 467 sq., et in Strobelii Melanchthonianis p. 136. — Apographa in cod. Bav. II. p. 763 sqq., cod. Goth. 191. p. 85 b., cod. Monac. 87. no. III. et cod. Monac. 88. no. IV. p. 27 b.

Arnoldo Burenio [1]).

Quod felix faustumque[2]) sit, redit ad nos[3]) D. *Antonius* [4]), quocum[5]) mihi propter ingenii ipsius candorem vetus iam amicitia est, qui[6]) cum studia mihi tua, virtutem, humanitatem et officia [7]) erga me praedicasset, adiecit etiam[8]), te mirum in modum esse amantem mei. Ego, etsi mihi ipsi non valde placeo, tamen talis viri amicitiam vehementer mihi gratulatus sum[9]). Quanquam enim et nostra studia et controversiae illae, in quas fato meo quodam incidi, a populari laude abhorrent; tamen hoc mihi semper praecipue[10]) fuit in votis, ut probarer bonis et doctis viris. Horum si candidos habere calculos potero[11]), indoctorum iudicia magno animo despiciam[12]). Duxi itaque ad te scribendum esse, ut tibi pro hoc animo gratias agerem, ac[13]) ostenderem, me amicitiam tuam plurimi facere, teque vicissim toto animo complecti. Etenim cum amicitia sit, ut philosophi disputant, iustitia quaedam, mutuam esse benevolentiam decet. Utinam vero praestare aliquid hoc amore dignum possem. Libelli aliquot mihi exciderunt hactenus[14]) informes adhuc. Non enim contigit[15]) otium aut tempus ad perpoliendum. Si quid igitur horum legendum putabis, pleraque boni consulas velim, quia[16]) sunt inchoata verius quam absoluta.

Nunc recudo enarrationem *quinti Ethicorum*[17]), qui liber, ut scis, iustitiae imaginem pulcherrimam ac[18]) verissimam pingit, planeque[19]) talem, qualis *Apellis* est color in tabulis. Nemini autem rectius dedicavero[20]) quam tibi, iustitiae et[21]) iuris Professori. Itaque curabo[22]), ut extet illud testimonium mei erga te animi. Multos[23]) in eo libro erui atque[24]) explicavi locos in priori editione omissos[25]). Sed omnia perpurgare semel[26]) non potui. Erit igitur auspicium nostrae amicitiae iustitia, quae, ut universae societatis humanae, ita maxime vinculum esse debet[27]) nostrae coniunctionis, quia[28]) amicitiam virtutis causa colere debemus. Postremo ita me[29]) tibi commendo, ut tibi simul[30]) et patrocinium[31]) honestissimorum studiorum[32]) et literarum commendem, quae, si quando unquam, nunc maxime a bonis viris opem et[33]) defensionem implorant. In Gallia immanis saevitia exercetur in homines doctos et pios. Gaudeo vestrorum animos mitiores factos esse. Scis, nihil esse menti[34]) hominis ac iustitiae inimicius[35]) quam vim et crudelitatem. Quantum igitur potes, hortaberis principes ad clementiam et ad gloriam Christi. Bene vale. D. 18. Martii[36]) anno 1535.[37]).

1) Sic recte Strobelius. Sed Manl. *Ad amicum quendam*; cod. Bav. et cod. Monac. 87.: *amico cuidam*. Cod. Goth. 191. et cod. Monac. 88. inscriptione carent.
2) Manl. *faustum feliksque*.
3) *nos*] Manl., Strob. et cod. Monac. 88.: *vos*; sed male; vid. ep. ad Camer. d. d. 11. Mart.
4) Est Antonius Barnes, Anglus.
5) Strob., cod. Goth. et cod. Bav. *quicum*.; Manl. *cum quo*.
6) *qui*] Strob. *et*.
7) Manl. *qui cum et humanitatem et officia tua*.
8) *etiam* excidit ap. Manl.
9) *Ego, etsi — sum*] Manl. *Ego sane talis viri amicitiae valde gratulatus mihi sum*.
10) Manl. *praecipuum*.
11) Strob. *haberem calculos*.
12) Cod. Goth. *despicerem*, Manl. *in doctorum — respiciam*.
13) *ac*] Strob. *et*.
14) *hactenus* addunt Strob., cod. Goth. 191. et cod. Bav.; in reliquis desideratur.
15) Manl. *contingit*.
16) *quia*] Manl. *quae*.
17) Videlicet Aristotelis. Prodierat primum anno 1532.
18) *ac*] Strob. *et*.
19) Strob. *plane*.
20) Strob. *dedicamus*.
21) *et*] Manl. *aut*.
22) Strob. *Ita curabo*. — Hoc *curabo* indicat, eodie, quo Mel. scripsit, videl. d. 18. Mart. epistolam nuncupatoriam nondum ab eo fuisse scriptam. Illa tamen, (quam supra ex. Febr. dedimus,) in fine habet: *mense Februario*. An editio anni 1535. vere haec verba (*mense Februario*) habeat, nescio, quum eam videre mihi non contigerit. Fortasse mensis simul cum anno ibi adscripto (1545) repetita est ex seriori editione, quae prodiit anno 1545.
23) Manl. *Multa*.
24) *erui atque* non habet Strob.
25) Manl. *in priore omissos*.
26) *semel* non habet Manl.
27) *debet*] Cod. Goth. 191.: *ducitur*.
28) *quia* cod. Bav. recte. Reliqui: *quam*.
29) Manl. addit *simul*.
30) *simul* non habent Strob (apud quem item sq. *et* excidit) et cod. Bav. — Cod. Goth. 191. et cod. Monac. 88.: *simul ut tibi*.
31) *patrocinium*] Strob. et cod. Goth. 191.: *patronum civium*.
32) Cod. Monac. 88.: *studiosorum*. (Pro sq. *et* Strob. *ac*.)
33) *et*] Strob. *ac*. (Item ap. Strob. sq. *immanis* excidit.)
34) Manl. et cod. Bav. *naturae*.
35) Manl. *inimicitius*.
36) Strob. *Maii*, cod. Goth. 191.: *Iunii*. (Manl. et Strob. omittunt: *D.*).
37) Sic recte Manl., cod. Bav. et cod. Monac. 88. Sed Strob. et cod. Goth. 191. habent annum 1545., haud dubie, quia hanc epistolam retulerunt ad editionem seriorem, quae anno 1545 prodiit, ubi dedicatio ex editione anni 1535. est repetita, sed annus 1535. aut a Melanthone aut a Typographo mutatus est in annum 1545. Praeterea monendum, Antonium Barnesium fuisse apud Melanthonem anno 1535., non a. 1545., quum iste miser combustus fuerit d. 30. Iul. 1540. in Anglia. Equidem puto, Melanthonem, ut solebat, nullum adscripsisse annum, sed Manlium, Strobelium et auctores apographorum illum addidisse suo iudicio. In cod. Monac. 87. adscriptus est annus 1537.

No. 1266. 21. Mart.

Stratio.

Manl. farrag. p. 477 sq. Apographa in cod. Bav. II, p. 626., cod. Goth. 23. p. 34., cod. Goth. 401 b. p. 104 b., cod. Mehn. III. p. 70. et cod. Monac. 89. no. VI. p. 29. (Legitur etiam in cod. Vindobon. 53. II. p. 1963., quod apographon conferre non potuimus.).

Ph. Mel. ad Stratium Polonum [1]).

Utinam amicitia tua frui possem, optime Strati [2]). Animadverti enim ad caeteras animi pulcherrimas dotes et ad doctrinam egregiam te addidisse [3]) summam humanitatem. Quid autem fingi aut perfectius [4]) aut amabilius hac coniunctione et societate potest? Quare velim tibi persuadeas, te a me valde amari, et fieri plurimi. Hunc animum si possem officio aliquo declarare, profecto efficerem, ut eximium [5]) et studium et amorem erga te meum cognosceres. Mihi quoque persuasi, me tibi carissimum esse. Quare te rogo, ut amicitiae nostrae memoriam conserves, ubicunque [6]) gentium eris. Fortassis et literae nostrae [7]), si erunt tempora nobis aequiora, testabuntur, me praeclare de tua virtute sensisse. Scripsit ad me tuus [8]) *Hieronymus* Papiensis de itinere Italico. Hunc ut [9]) comitem adiungas, etiam atque etiam [10]) rogo. Scis illud Cyri apud Xenophontem [11]): *cum bonis viris tutiorem esse navigationem.* Ita et ille te expetit comitem, et fausti ominis ducem; tu [12]) quoque talis viri eximia probitate, fide, prudentia et doctrina praediti consuetudinem expetas [13]). Habet Patavii amicum *Damianum* [14]), ad quem proficisci decrevit. Hunc talem virum esse scito, ut neminem unquam [15]) ei praelaturus sis. Nec tibi *Hieronymus* oneri erit. Quaeso ut respondeas. Bene vale [16]). Die Palmarum, 35. [17]).

Phil. Mel.

1) Sic inscribitur in cod. Goth. 23. In cod. Bav. et cod. Mehn. extat simpliciter: *ad Stratium.* Sed in cod. Goth. 401. et in cod. Monac. inscriptione caret. Apud Manlium inscribitur: *Amico cuidam N. N. S.*
2) *optime Strati*] Manl. *mi amice.* Cod. Monac. *optime vir.*
3) Cod. Bav. *adiunxisse*; cod. Monac. *accessisse*, praetermisso *te.*
4) Manl. et cod. Goth. 401. qui Manlium fere sequitur: *perspectius.*
5) Manl. mendose: *exiguum.*
6) Manl. *ubique.*
7) Manl. *meae.*
8) Cod. Bav. *meus.*
9) Cod. Bav. addit *tibi.*
10) *te* addunt cod. Bav. et cod. Goth. 23.
11) Cod. Bav. addit: *qui solebat dicere.*
12) Cod. Bav. *cum*; cod. Goth. 23. et cod. Mehn. *tum*; cod. Monac. *tua.*
13) *expetas* non habetur in cod. Bav. et cod. Mehn. Cod. Monac. habet: *consuetudo tuta est.*
14) Cod. Bav. *Patavianum.*
15) Manl. *usquam.*
16) *Bene vale* (item postea Phil. Mel.) non habet Manl.
17) Cod. Bav.: 1536. Cod. Goth. 23. ut Manl. In reliquis dies et annus non leguntur.

No. 1267. 13. Apr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 240 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bamber. amico suo summo,

S. D. Cum nuncius iam in procinctu esset, admonuit me in eo articulo *Matthias* de litteris mittendis. Itaque scribo brevius. De Ratisbonensi negotio iam respondi *Hiltnero*, et pollicitus sum de homine satis idoneo, fratre *Iohannis Nevii*, quem olim Erfordiae familiariter nosti. is post Lipsicas nondinas profecturus est Ratisbonam.

Tuos versus accepimus, et magna cum voluptate legimus, et ego et plerique alii φιλέλληνες: hic etiam quosdam composuimus, sed hac nostra agresti Musa.

De Repub. nihil habeo. *Macedo* dicitur domum redisse. Quid Viennae constituerint, nondum audio.

Hic postridie Palmarum conspectum est fere in occasu solstitiali σέλας in coelo spirae ingentis figura. Audio *Bambergae* ingentem flammam, et infra hastam visam esse, nescio an vos quoque videritis. Per totam Turingiam et Misiam conspectam audio, et, ut metuo, his terris praecipue minatur. ita tumultuantur ἡμεδαποὶ καὶ ὁ τῶν ἀλῶν δεσπότης *), ut pax diuturna vix esse possit, ac plane in iis desidero πρόνοιαν, οἳ ἄνευ παρασκευῆς τοιαύτας ταραχὰς μηχανῶνται, sed fatum nec ferrei muri arcere possunt. Caetera alias. De *Macrobio* ago tibi gratias. Opto ut feliciter convalescatis tu et coniunx tua honestissima foemina, et ut valeatis feliciss. Id. April.

Φίλιππος.

*) Archiep. Moguntinus.

No. 1268. (22. Apr.)

Io. Bellaio.

Epistol. lib. III. p. 95 sqq. (edit. Lond. lib. III, ep. 48 b. Item in Mel. Consil. lat. P. I. p. 219. — Apographa in cod. Lips. ep. 107. et in cod. Monac. 66. p. 48.

Iohanni Bellaio Langaeo Episcopo Parisiensi,

S. D. Etsi multorum literis et praedicatione cognovi, te et rectis studiis magnopere favere, et cupere, Ecclesiae tranquillitati vera ratione consulere; tamen certo consilio nihil ad te literarum dedi hactenus. Nunc autem in tanto communi periculo non solius Galliae, sed universae Ecclesiae totius orbis terrarum, non potui me continere diutius, quin apud te, si nihil aliud, tamen deplorarem Ecclesiae calamitates. Nam cum regnum Gallicum longe florentissimum sit et, si licet dicere, caput Christiani orbis, magnam vim habet exemplum praestantissimae nationis. Si igitur semel apud vos decretum fuerit, non solum fanaticos spiritus aut seditiosos cohercere, sed prorsus nullam admittere emendationem doctrinae Ecclesiasticae, et praesentia vitia Ecclesiae summa vi defendere, magna de spe boni viri ubique gentium deiicientur, qui quanta sit authoritas Galliae non ignorant. Sequentur enim exemplum Galliae caeterae nationes. Qua ex re, quantum periculum Ecclesiae, quae caedes secuturae sint, quae doctrinae dissipatio, quae confusio rerum, nihil opus est apud te virum sapientissimum disputare.

Itaque te propter gloriam Christi rogo, ut, quod facis, mitigare animos Principum studeas, et hortator sis, ut rationem ineant, qua sanari Ecclesia possit, non magis magisque lacerari. Iudico et ipse cohercendos esse, et fanaticos spiritus, qui perniciosas opiniones habent, et homines seditiosos. Sed quoniam abusus quidam reprehensi sunt, multi pii et docti viri quaerunt purum doctrinae genus, non cupiditate ulla, sed studio verae pietatis. Ac praesertim Gallica natio eximium habet pietatis studium. Scio fatum esse Ecclesiae, ut in eam [1]) saeviant indocti et impii: sed tamen [2]) prudentes viri mitigare hos impetus debent. Vides de maximis rebus exortas esse controversias, quae vix poterunt armis opprimi. Ac mihi neque ad tranquillitatem Ecclesiae neque ad authoritatem eorum, qui praesunt, utilis videtur iniusta saevitia. Cumque maxime sit optandum, ut Episcoporum authoritas magna sit, non alia ratione † magis" id effici posse videtur, quam si dent operam, ut genus doctrinae extet certum, quod sanet ambigentes animos. Ita poterunt obsistere fanaticis spiritibus, si studia bonorum et doctorum retineant ipsi. In quam sententiam plura dicerem, nisi scirem te haec omnia, pro tua sapientia, longe melius perspicere, quam a me dici queant. Tantum orandum te duxi, ut complectare animo Ecclesiam, quandoquidem in ea urbe gubernas Ecclesiam, quae principem Scholam habet totius Christianae Reipub.

Nec dubito, quin in tanto doctissimorum hominum coetu permulti sint, qui et optime consultum velint Ecclesiae Christi, et intelligant quibus rationibus concordia recte constitui possit. Horum omnium oculi atque animi in te non solum tacitis votis intuentur, sed etiam lacrimis petunt, ut authoritate tua horteris Principes viros, ne iniusta crudelitate laceretur Ecclesia, ne opprimantur vera studia, ne obruatur gloria Christi, ne dissipentur Respubl.

Nec vero tantum Gallia hoc te orat; sed etiam omnes boni et docti in universa Germania, qui et authoritatem tui muneris intelligunt, et norunt te propter excellentem doctrinam et pietatem maxime dignum esse, cui in illa celeberrima urbe Ecclesiae gubernatio commendata sit. Ego quidem et mollire controversias semper conatus sum, idemque adhuc ago, meamque sententiam semper cum Ecclesiae, hoc est, doctorum et bonorum ac tui similium, iudicio coniungam. Vale. Anno 1535. † mense Aprili."

1) Cod. Lips. *tales.*
2) Cod. Lips. *tam.*

No. 1269. 25. Apr.

Erh. Schnepfio.

Epist. lib. III. p. 240. (edit. Lond. lib. III. ep. 150.)

Erhardo Sneppio

S. D. Si fieri posset, mallem tibi nullos commendare, ne quid molestiae tibi afferrem, sed interdum haec officia extorquet mihi necessitas. Illud autem cavebo, ne tibi homines malos aut improbos commendem. Hic tabellarius est *Lauffensis.* Diu fuit Scholasticus Academiae nostrae, postea quaesivit victum labore chalcographico, quem propter oculorum debilitatem sustinere diutius non potest: homo probus ac modestus est. Quaerit in patria aliquam conditiunculam sibi et liberis suis. Ducitur communi hominum natura, ut

domi apud suos vivere mallit, quod mihi video non contingere posse unquam, etsi id promiserunt Astrologi: sed ego negotiis involvor et obruor. Commendo tibi hunc tabellarium, ut, quantum potes, eum iuves. Bene vale. Dominica Cantate 1535.

No. 1270. 25. Apr.

Io. Lachmanno.

Edita a Strobelio in Miscellan. T. III. p. 164.

D. Io. Lachmanno

S. D. Etsi scribam tibi hunc *Baldasarum* et notum et satis commendatum esse, tamen dedi ei has literas, ut mea causa adderes erga eum aliquid studii atque officii. Est enim homo probus et pollicetur se diligentiam adhibiturum esse, si quam conditiunculam nactus fuerit. Nam hic negat se valetudinis causa manere posse. Et chalcographici labores, quibus hactenus sustentavit se et familiam suam, ita hebetant suos oculos, ut non possit eos perferre diutius. Commendo igitur tibi iuvandum hominem, quantum recte et honeste poteris. Ego nunc recudo et *locos communes* et *Apologiam*, et spero me plerisque disputationibus plus luminis allaturum esse. Bene vale et saluta meis verbis meum affinem et sororem meam. Dominica Cantate 1535.

Philippus Melanthon.

No. 1271. (ex. Apr.)

Fr. Myconio.

Edita a Shegassio ep. 6.

Viro optimo D. Friderico Myconio, pastori Ecclesiae Gothanae, suo amico.

S. D. Etsi facile patior, vos uti vestro consilio de Schola vestra; tamen optarim in praeficiendis Hypodidascalis vos etiam aetatis rationem habere. Hunc iuvenem tibi commendo, non solum tuendum, sed etiam regendum, siquidem eius opera in Scholis uti volueritis. Hortaberis eum, ut adiicere quotidiano usu et diligentia aliquid conetur ad ea, quae hactenus didicit. Videtur mihi satis modesto et placido ingenio esse. Mitto tibi orationculam *) nuper habitam, in qua etiam est quiddam de *Aulica Sapientia*, de qua nuper tuae literae philosophabantur: dixi enim de Sophistica. Sed utinam Monarchae nostri vere Ecclesiastici viri miscerentur cum Evangelio. De meis rebus, hoc est, de *Anglicis* et *Gallicis* profectionibus tecum brevi coram loquar. Non enim possum nunc aliquid certi scribere. *Apologiam* recudo et fere totam novam facio, ut habeat minus Sophistices. Eduntur et *Loci communes*. Utinam Deus nostra studia fortunet. Bene vale.

Φίλιππος.

No. 1272. (ineunte Maio.)

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 45 b. ep. 61. descripta mihi a Cl. Gersdorfio.

Georgio Spalatino.

S. D. Scripsi tibi nuper sane ridicule de flamma hic conspecta in aëre **); nam cum hic non valde magna fuisset, non arbitrabar procul conspectum esse. Interim audivi in bona Germaniae parte visam esse. Bambergae diu arsit illud σέλας. Sic enim hoc μετέωρον Graeci vocant. Addunt ibi etiam hastas in media flamma visas esse. *Plinius* colligit exempla eventuum, unde coniectura fieri potest, portendi novos motus. Ego physicam ratiocinationem addam: Siccitatem perniciosam afferet. Sed oremus, ut haec mala Christus mitiget. De *Alexandri Alesii Scotti* pecunia, de qua literas principis tibi misimus, quaeso te etiam atque etiam ut respondeas. Bene vale. 1535.

Philippus.

No. 1273. (fere h. t.)

Iusto Menio.

† Ex autographo Mel. in cod. Goth. n. 884. in fol.

Venerabili viro D. Iusto Menio, Pastori Ecclesiae Isenacensis, suo amico.

S. D. Tuas literas accepi, ac sane miror, te fuisse tantopere perculsum in re non maximi mo-

---

*) De odio Sophistices oratio, cum decernerentur gradus Magistri Andreae Wincler. 1535. 8.

**) Vid. epist. ad Camerar. 18. April. h. a. scriptam.

mutari. Etiamsi quid in illis negotiis peccatum esset contra Moisen, meminisse te oportuit, haec negotia politica esse, in quibus magistratus suum ius habet, nec est alligatus Moisis [illegible] *) libenter sequimur [illegible]. Moisi, quia iuris naturalis descriptio quaedam est, quod docet, quandam oportere reverentiam sanguinis habere. Mea apologia [illegible] est, et [illegible] facta in loco iustificationis, quam lege, et scribe tuum mihi iudicium cum degetis. Bene vale.

Philippus.

No. 1274. 9. Maii.

Mart. Bucero.

† Ex apographo, manu Buceri scripto, quod habetur in bibl. Academiae Argentorat., descriptum mihi a Cl. *Strobelio*.

Viro optimo D. Martino Bucero, docenti Evangelium Augustae

S. D. Christus gubernet ministerium tuum feliciter ad salutem ecclesiae. De *Amsdorfii* ingenio coniecturam facere poteris ex libello edito contra *Erasmum*, in quo homo insanus et tetricus quocunque modo stomachatur, itaque de ista causa nondum quicquam egi cum eo. Egi cum *Urbano Rhegio*, is est placatissimus. Ultro ad me scripsit amantissime de te *Osiander*. Video nobis [illegible] *ἀμούσους καὶ ἀπαιδεύτους* interdum patientia et dissimulatione nostra placandos esse, quum irritati magis fiunt inepti.

Tuae propositiones mihi placent, nec video cur non sint edendae; sed tamen permitto tibi arbitrium eius rei. De *Gallicis* rebus nondum satis intelligo quid velint. Si meus congressus expetitur non ut obruatur veritas, non recuso venire. Sin autem illud agitur, ut aliquo praetextu haec negotia opprimantur, quid mihi faciendum sit non difficile est diiudicare. Itaque reieci deliberationem ad ipsos, ac facile patiar, te legere epistolam *Sturmio* scriptam; non enim obsignavi. De tuis propositionibus mihi venit in mentem, vereri me, ne qui ex tuis amicis vehementius offen-

*) In autographo scriptum est [illegible]; ut patet, error scribentis est. [illegible] epistola [illegible].

deritur. Bene vale. Die divi Gregorii *). Habebis a me longiorem epistolam cras.

Phil. Mel.

No. 1275. (9. Maii.)

Io. Sturmio.

Edita primum in Consil. latin. P. I. p. 221 sqq., unde illam repetiit is, qui Ioach. Camerarii Vitam Melanthonis Hagae Comitum 1654. 8. edidit, et Strobelius in append. ad Vitam Mel. a Camerario scriptam p. 420 sqq. Contulimus apographon in Cod. Bavar. Vol. II. p. 662. in Cod. Mehn. III. p. 81. et apographon manu *Buceri* scriptum quod asservatur in bibl. Acad. Argentorat., cuius lectiones nobis dedit Cl. Strobelius. — De vocatione Melanthonis in Galliam uberius et docte egit Strobel. in d. Neu. Beiträg. zur Litter. T. V. p. 5 sqq.

„Epistola Philippi Melanth. ad Iohannem Sturmium missa Lutetiam. Anno Christi 1535. (Mens. April.)“ [1]).

(Responsum ad Sturmii epist. d. 4. Mart.)

S. D. Cum de Gallicis rebus undique ad me literae mitterentur, multis de causis ingentem animo dolorem accepi [2]). Videbam enim, quantum vulnus acciperet [3]) causa nostra, quae certe ad ecclesiam pertinet, praeiudicio tanti regis. Dolebam, eum temeritate hominum imprudentum irritatum esse [4]): cogitabam, sine modo grassaturam esse iracundiam, postquam indoctis semel oblata esset cogitatio **), quam cupidissime expectarunt. In his curis, mihi, crede mi *Sturmi*, valde de tua salute etiam sollicitus fui, quem etsi scio maxime abhorrere ab omnibus absurdis opinionibus et seditiosis

*) Dies Gregorii Papae est d. 12. Mart. — Nescio vero, an Melanthon Sturmii epistolam d. 4. Mart. scriptam, iam d. 12. eiusdem accipere potuerit. Potius est dies Gregorii Nazianzeni intelligendus, id est d. 9. Maii. Non dubitavi hanc et sequentem epistolam ad Sturmium, ad hanc diem, 9. Maii, referre partim quod in epistolis mense Martio et Aprili scriptis altum silentium est de epistolis gallicis acceptis, earumque primum, et quidem ut recens acceptarum, in epistolis ad Camerar. d. 23. et 24. Maii mentio fit, partim quod in epistola ad Ioann. Bellaium d. 22. Apr. data nulla prorsus ratio habita est earum, quae Sturmius d. 4. Martii ad Melanthonem scripserat.

1) Haec est inscriptio apud Pezel. Non vero mense Apr., sed die Gregorii scripta est, ut etiam adscriptum habet apographon Argentoratense. Vid. quae ad antecedentem epistolam adscripsimus.

2) Cod. Bav. concepi.

3) acciperet, cod. Mehn.

4) Vid. Sturmii epist. d. 4. Mart. De poenis atrocissimis, quae istis hominibus inflictae sunt, vid. Strobel, Neue Beitr. T. V. p. 35 sqq.

**) cogitatio] Pes. occasio.

consiliis, tamen in communi odio literarum nostrarum tibi quoque nonnihil periculi esse verebar.

Itaque cum Bucero egi, † ut" ⁵) daret operam, ut Augustam aut Tubingam accerseréris. Nunc autem hoc nomine mirabiliter me recrearunt literae tuae, quod et declarant, te salvum esse, et spem quandam ostendunt, fore mitiorem regis animum. Quod vero me gravissima oratione hortaris ad iter, de quo scribis, suscipiendum, nulla mihi † unquam" in vita incidit difficilior deliberatio. Ac nolim existimes, me retineri domesticis vinculis, aut pericula defugere ⁶). Nulla mihi res humana proponi tanta potest, cui non anteferam gloriam Christi, salutem tot piorum † et" tranquillitatem ecclesiae. Sed una cura me non tantum exercet, sed plane excruciat ⁷); dubito enim, an aliquid proficere possim. Haec me vel dubitatio vel desperatio ⁸) deterret, quam si mihi eximere potestis, libenter istuc statim advolabo, nec me terrores ulli, nec ulla vincula remorabuntur. Et quoniam scribo ad amicum et de re maxima, agam aperte, ut decet et causa postulat, teque rogo, ut cum amicis ipse etiam deliberes, non quid mihi expediat, sed quid Galliae, quid ecclesiae prosit. Hoc caput est deliberationis.

Existimo, magnam esse ⁹) varietatem opinionum † in Gallia" ¹⁰), et multos esse fanaticos spiritus, qui serunt ¹¹) absurdas et perniciosas opiniones. Nam hic quoque nuper expulimus Gallum ¹²), qui de divinitate Christi scelerate disputabat. Sunt et alii seditiosi, qui stolide tumultuantur ubi nihil opus est. † Utrosque et ipse iudico severe coërcendos esse," et facile est, de his dare consilium. Sed sunt alii quidam, qui neque impias opiniones habent, neque seditiosi sunt, sed, dicam enim plane, qui modeste probant ea, quae a nostris pie patefacta sunt. Iam si id agatur, ut, etiamsi leviores quidam articuli nobis donentur, tamen reliqui graviores obruantur et deleantur, ego neque causae publicae neque ecclesiae ¹³) profuero. Quid quod ea consilia non reddent tranquillam Galliam? Fac, me impetrasse, ut nemo afficiatur supplicio qui exuit cucullum, quid fiet in caeteris durioribus ¹⁴) articulis? Num iubebo, interfici eos, qui non probant manifestos abusus τῶν λειτουργιῶν aut cultus divorum? Et hae res quantas excitent tragoedias, non ignoras. Iam ¹⁵) in his ubi nihil impetravero, tamen plectentur boni et ego videbor suffragator et approbator talium suppliciorum ¹⁶); dicent, me commodius sentire, fuisse me contentum illo leviorum articulorum quasi munusculo, in reliquis omnibus cum ipsis esse ὁμόψηφον. Quod si quaedam hic pro tempore largiar, ad *) praeiudicium afferent in Synodum. Nam huiusmodi multa saepe iam mihi acciderunt.

Habes argumentum meae deliberationis, quod praecipue me deterret ab itinere. Iam cogita illas phalangas monachorum, et scis, quam sint θρασεῖς, et quibus artificiis teneant fascinatos nobilium animos. Sed haec me non valde movent. Illud unum, quod dixi, deterret me, quod vereor, ut impetrari ea possint, quae ad gloriam Christi et **) tranquillitatem Galliae et ecclesiae necessaria esse duco. Ac plane venio in eam sententiam: regem, si quidem velit consulere et gloriae Christi et tranquillitati ecclesiae, summo studio adhortandum esse, ut curet maturari synodum, ubi communiter poterit iniri ratio constituendae ¹⁷) ecclesiae. Caetera consilia vel inutilia vel etiam perniciosa ¹⁸) mihi videntur.

Haec ita simplici animo ad te scribo, non tergiversandi causa, sed ut vos, quibus Gallia nota est, cogitetis, an expediat, me ¹⁹) suscipere iter. Quod si ita ²⁰) existimabitis, libenter parebo consilio et voluntati vestrae. Necesse tamen erit, rem me ad principem meum ²⁰) referre, qui in re tanta non defuturus est ²¹) publicae utilitati. Dispiciatis hoc quoque, an etiamsi non possint ²²) obtineri ea, quae volumus, prosit ²³) iam ²⁴) meo con-

---

5) ut addunt codd. omnes.

6) Cod. Bav. me fugere.

7) Cod. Bav. discruciat.

8) Cod. Bav. et cod. Mehn. tantum: me dubitatio deterret.

9) Pez. passim, sed codd. omnes esse.

10) in Gallia addunt codd. omnes.

11) ferunt cod. Mehn.

12) Gallum codd. omnes; sed Pez. expulimus adversum istinc quendam (et antea hinc pro hic).

13) ecclesiis cod. Bav. et cod. Mehn.

14) gravioribus cod. Bav.

15) Cum cod. Bav.

16) participatione cod. Bav. et cod. Mehn.

*) ad] Pez. id. **) et] Pez. ad.

17) restituendae cod. Mehn.

18) Pez. particulari.

18) hoc cod. Mehn.

19) id cod. Bav. et cod. Mehn.

20) antea cod. Bav.

21) Sic codd.; sed Pez., quum eventus opinioni Mel. non respondisset, edidit: quem in re tanta non defuturum esse spero.

22) potuerimus cod. Bav.

23) profuerit cod. Bav.

24) tamen cod. Bav. et cod. Mehn.

gressu quasi praemolliri animum † regis ad cognitionem in Synodo. Tantum est enim odium nominis nostri apud adversarios, ut, nisi aliqua [25]) regum studia habuerimus, ne cognitio quidem † causae nobis [26]) speranda sit. Sed totam rem tuae fidei et prudentiae commendo. † Vale. 1555."

No. 1276. 23. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 241 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Utinam vero, ut ego eam officio tuo, tum genere litterarum suavium delector, ita te vicissim αὐτῷ τῷ μέτρῳ remunerari possim, et, ut scribis, exhilarare: officium scio tibi gratum esse, sed res hoc tempore non habemus ἀναλόγους.

Quod quaeris de autore sententiae, quam de Origene citavi, locus is est in Epiphanio, quem apud Langum vidisti. Volumina sunt non tam propter disputationes, quam propter historiam Ecclesiasticam digna lectu. Multa reperi, quae ad antiquitatis cognitionem mirum in modum conducunt, τὰ περὶ δογμάτων, de quibus tecum coram aliquando, et de Epiphanio antea, si recte memini, aliquid ad te scripsi. *Matthias* [1]) scholam hic habet satis feliciter institutam, credo ei *Choleri* filium recte commendari posse, aut si mavis *Milichio*. Ego, ut scis, assiduitatem, quam aetas illa requirit, non praesto, faciam tamen, quod vos censueritis. Haec respondeo ad quandam tuam veterem epistolam, nullam enim de *Choleri* filio recentem vidi.

Et ut mittam aliquid, quod delectet etiam, ecce litteras ad me e Gallia missas, ex quibus statum rerum Gallicarum aliqua ex parte cognoscere poteris, sine tuo consilio nihil faciam, si fuero evocatus. *Budaeum* aiunt admodum aequum esse nobis, quod sane optarim Reipub. caussa. Scripsi diligenter ad Parisiensem Episcopum et quosdam alios [2]). Exempla litterarum afferent *Sebaldus* et *Cruciger*, hic enim addet se comitem *Sebaldo*, ut luctum levet, amisit enim *Cruciger* uxorem. Tabulas mittet *Milichius*. Bene vale. X. Cal. Iunii.

Philippus.

25) *aliquot* cod. Mehn.
26) addunt haec cod. Bav. et cod. Mehn.
1) Matthias *Garbitius* Illyricus.
2) Guilielmum Langaeum et Sturmium; sed epistola ad Langaeum scripta periit. Responsionem Langaei vid. d. 16. Iul.

No. 1277. 24. Maii.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 243.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Quod faustum felixque sit, proficiscuntur istuc veteres utriusque nostrum amici, quos spero tibi voluptati fore, utinam me quoque ipsis adiungere comitem potuissem, sed tam multis abesse non licebat, et hoc tempore *Casparum* hac voluptate frui, quam meipsum malebam. Heri dedi nuncio vestrati litteras e Gallia ad me scriptas, quas an ille bona fide tibi reddiderit, velim mihi significes. *Vitus* erat profecturus cum his amicis, qui habet exempla mearum litterarum, sed is certa de caussa mutavit consilium profectionis.

De Synodo huc allata est fama, sed incerta, urbem *Tridentum* futuram esse Synodi locum, etsi non est ἀξιόπιστον, tamen, si quid habes, velim te nobis impertire. Plane conticuisse iam iterum rumores de Synodo videntur, et mihi heri narravit quidam nuper reversus ex Italia, Romae litteras fuisse adornatas et excusas typis de Synodo indicenda, sed statim iterum occultatas.

Res non habebam nunc alias quas scriberem. Quaestiones habeo multas Physicas, de quibus unam tecum et cum Medicis vestris confabulari liceret. Perveni enim iam ad eam partem, quae inscribitur de anima, in qua tota hominis natura nobis, quantum quidem possumus, exponenda est. Bene et feliciter vale cum honestiss. coniuge et tota familia. XI. *) Cal. Iunii.

Philippus.

No. 1278. 12. Iun.

Io. Hesso.

Epistol. lib. VI. p. 342 sq. Autographon Mel. in cod. Rehdig. Vratisl. contulit nobis S. V. Schulzius.

*) Videtur scribendum d. IX. Calend., nam hanc epistolam post illam, d. X. Cal. Iun. datam, esse scriptam, ex argumento satis patet.

Iohanni Hesso.

S. D. Commendavi tibi ante biennium quendam typographum, sed hominem infelicem, qui propter paupertatem adornare officinam non potuit. Nunc alium commendo, civem nostrum, cui nomen est *Hans Weiss*[1]), hominem modestum, tranquillum et probum. Novi enim eius mores iam multos annos. Et affert istuc a Senatu nostro testimonium suorum morum. Nec quidquam petit a vobis immoderatum. Si potest impetrare habitationem gratuitam, et aliquid viatici ad transferendam istuc[2]) officinam, erit contentus. Eleemosynam bene locatam existimes, quidquid in hunc contuleris. Habet coniugem ac[3]) liberos, et est civis non, ut ille Homericus, *μαργίτης* plane iners: Habet usum non contemnendum bombardarum, eamque ob causam fuit hic carus civitati. Sed cum tam multos typographos hic habeamus, existimavit se apud vos commodius futurum esse. Quaeso te, ut eum benigne, quantum sine tuo incommodo potes, iuves. Poterit enim scholis esse utilis, et non erit oneri civitati.

Mitto tibi Galli scriptum ad Principes a nobis transfusum in linguam Germanicam, *πάνυ Κελτικόν*[4]), ac[5]) plenum *Κελτικῆς τυφομανίας*. Bene vale. D. *Ambrosium Moibanum* ac *Winklerum*[6]) meis verbis salutato amanter et reverenter. 12. Iunii, 1535.

Novi nihil habebam.

† Φίλιππος."

No. 1279. 23. Iun.

Franciscus Rex ad Melanthonem.

Edita in Manlii farrag. p. 38 sq., et a Peucero in Mel. epistolis selectis p. 94. Iterum Epist. lib. I. p. (Londin. edit. lib. I. ep. 29.). Recusa etiam in Opp. Melanth. Viteberg. T. IV. p. 823., et in Bulaei historia Universit. Paris. T. VI. p. 256. (vid. Strobelii Neue Beiträge zur Litteral. T. V. p. 66. et quae ibid. p. 68 sq. de hac epistola leguntur). — Apographa in cod. Bavari Vol. II. p. 256., cod. Goth. 401. p. 78b. et cod. Basil. 89. p. 85.

Franciscus Dei gratia Francorum Rex, dilecto nostro Philippo Melanchthoni

S. D. Singulare tuum ad sedandas eas, quae in doctrinam Christianam[1]) invectae sunt altercationes, studium intellexeram antea quidem ex *Guilelmo Bellaio Langio*, cubiculario atque consiliario nostro, quo ego praecipue cum usus ad eam rem ministro[2]) atque interprete. Nunc vero ex literis ad eum tuis, et sermone redeuntis a te *Barnabae Vorraei Fossae*[3]) intellexi, te etiam hoc laboris perlibenti animo suscepturum, ut ad nos primo quoque tempore te conferas, deque summa doctrinarum cum selectis[4]) aliquot nostratibus Doctoribus hic apud nos coram disseras: atque rationes ineas, quo resarciri possit pulcherrima illa Ecclesiasticae politiae harmonia, qua una re[5]) cum ego mihi nihil unquam quicquam maiori cura, studio et sollicitudine animi complectendum esse duxerim, committere[6]) nolui, quin hunc statim *Vorraeum Fossam* ad te dimitterem, cum[7]) his velut publicae fidei obsidibus literis: obtestarer[8]) etiam, abduci te ullius persuasione ut ne sinas, ab hoc pio sanctoque instituto. Venies omnino mihi gratissimus, seu privato tuo, seu publico vestrorum nomine adveneris: neque re ipsa experieris, et[9]) privatim vestrae Germaniae dignitatis, et publicae in universum quietis, ante omnia esse, ut adhuc semper fui, studiosissimum[10]). Vale. Ex oppido Brakeo[11]), die 23. Iunii, Anno 1535.

No. 1280. 27. Iun.

Bellaius ad Melanthonem.

Edita in Manlii farrag. p. 464 sq. et in Bulaei Histor. Universitat. Paris. T. VI. p. 257. — Apographa in cod. Bav. II. p. 258., cod. Goth. 189. p. 35. et in cod. Goth. 401. p. 106.

Philippo Melanchthoni salutem[1]).

Ex tuis literis et huius[2]), qui has tibi reddit[3]), *Fossae*, sermone intellexi, quo sis in rempublicam christianam animo, in iis praesertim rebus, quae ad communem[4]) omnium[5]) quietem[6]) perti-

1) Lib. VI.: *Weis.* 2) Lib. VI.: *istinc.* 3) Lib. VI.: *et.* 4) Lib. VI: *κελτικά.* 5) *ac* non habet Lib. VI. 6) Lib. VI.: *Wingleruum.*

1) *ecclesiasticam* cod. Bav.

2) Manl., cod. Bas. et cod. Goth. 401. *administratore.*

3) Manl. *Barnabae Vorcumfossae Voraei;* Peuc. *Barnabae Vocei Fossae.*

4) Manl. om. *selectis.*

5) *re*] Manl. *et.*

6) *ideo remittere* cod. Bav.

7) *ut, cum* cod. Goth. 401.

8) *obtestor* cod. Bav.

9) *et*] Manl. *ut.*

10) *ut privatim — dignitati publicae bene voluerim, atque adhuc semper ero studiosissimus.* cod. Goth. 401.

11) Peuc. *Gulsi.* Cod. Goth. 401. *Gruisiae.* Cod. Bas. *Cirysi.* Cod. Bav. *Grüss.* Idemque cod. [illegible] habet *Francoys Bayard.*

1) Manl.: *Dilecto nostro Philippo Melanchthoni Episcopus N. Parisiensis, nunc Cardinalis, S. D.*

2) *huius*] Manl. et Bul. *eius.*

3) Manl. *reddidit.*

4) *communem*] Manl. et Bul. *coniunctionem* [illegible]

5) *omnium*] Manl., Bul. et cod. Goth. 401. addunt: *gentium.*

6) *quietem*] non habent Manl. et Bul. Cod. Goth. 401. habet *salutem.*

nam, quod neutrorum hominum nemini non fuit apprime gratum, mihi vero etiam [7]) supra quam dici potest iucundum. Nihil est enim, quod tam vehementer cupiam, quam [8]) ut illa dissidia, per quae iam diu labefactari Christi ecclesia coepit, aliquando recte componantur. In hanc pacificationem, mi Melanchthon, per [9]) Deum quantum potes incumbe. Habebis consentientes omnes bonos; in [10]) his summae auctoritatis hominem hunc *Franciscum* regem, cum titulis ac nomine, tum vero, quod ego longe pluris facio, re ipsa *Christianissimum*, cum quo si semel vestra [11]) consilia mature contuleritis [12]), quod brevi fore video, nihil est, quod de vestro congressu non sperem. Faciat [13]) Deus, ut quam Romae interim, quo nunc ego [14]) propero, operam cogito, eandem [15]) utrobique praestare possim. Sed non [16]) deerunt [17]), qui id muneris graviter hic ac fideliter [18]) exequantur. Reliqua ex hoc *Fossa*, eodem tuo et eodem nostro, cognosces. Oro te, ut, quam de me sentio me excitasse apud te et bonos [19]) expectationem, eam Dei benignitate fretus videar [20]) sustinuisse. Vale, ex fano Quintini [21]) in Viromanduis [22]), die 27. Iun. anno 1535. [23])

Tuus ex animo
Cardinalis Bellaius.

No. 1281. **7. Iul.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 244 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo.

S. D. Multa mecum de *Tubingensi* negotio in utramque partem disputavi, sed illud caput erat, ut prius videres ipse statum Academiae, quod te iam fecisse intelligo: deinde nisi essent magnae et mihi ignotae caussae, repudiandae conditionis, omnino accipiendam esse conditionem statui. Vives enim in Academia publica, ubi et virtus tua et doctrina theatrum aliquod habere poterit, et egregiam operam navare poteris Reipub. Nec me deterrent illa, quae περὶ τῶν κινδύνων τῆς χώρας disputari possunt; non multum enim ad Academiam pertinent. περὶ δόγματός τινος *) angi te video, sed de illa tota re, mi Ioachime, tecum coram constitui loqui, et non sine teste, hoc est, non sine gravissimis autoribus. Quae mea fuerit in ea caussa moderatio, vides; quas habuerim caussas, cur non contenderim vehementius, coram exponam, et nondum me consilii mei poenitet. Tibi quoque tota res facilior est, quia minus implicitus es his contentionibus, quare liberum erit tuum iudicium. Opto itaque ut Christus gubernet animum tuum, ut statuas id quod erit tibi utilissimum, deinde quid maxime sit e Repub. Sed mihi videtur et Reipub. futura conditio utilis, et tibi, et hoc tempore non aspernanda. si hic mavis vivere, significa. sed meas dubitationes non ignoras, nec solum periculis nostris moveor, sed etiam aliis quibusdam rebus. Permitto tamen tibi, ut statuas quid malis: si velle te nobiscum vivere intellexero, non dubito facile perfici posse, ut honesta conditione inviteris.

Hofmannum tibi commendo, de quo saepe constitui ad te scribere, sed nunc plus erit in meo testimonio autoritatis, cum ipse proficiscatur. cum in aliis litteris, tum in studio Iuris feliciter et optima cum spe versatur. Assiduitas eius et diligentia et modestia magnam laudem habent, eique singularem benevolentiam in hac urbe praeceptorum conciliarunt, quaeso ut eam proceribus civitatis commendes. οἱ ἐχθροὶ τῆς διδαχῆς εὐσεβοῦς scripserunt ad Imperatorem, et postulant, ut constituat tempus, intra quod velit movere aliquid contra nos; si non constituat, seipsos esse moturos bellum. Vides quid paretur. Bene vale, Postridie Non. Iul.

Philippus.

---

7) enim abest a cod. Bav.
8) quam] Manl. quam hoc.
9) Manl. propter.
10) Manl. bonos omnes: et in.
11) Manl. nostra.
12) Manl. contuleris.
13) Cod. Bav. Faceret.
14) ego non habent Manl. et Bul.
15) Cod. Bav. eandemque.
16) non] Manl. et Bul. nunc.
17) deerunt] Bul. ducunt.
18) hic ac fideliter] non habent Manl. et Bul.
19) Manl. et Bul. apud te boni.
20) Manl. fretus videor.
21) Manl. Querini, sed est urbs S. Quintin.
22) in Viromanduis] tantum habent cod. Bav. et cod. Goth. 401.
23) Manlius et Bulaeus: Die 27. mensis Iulii. Anno post Christum natum 1536. (Manl.: 1535. Seq. Tuus — Bellaius om.). Rectius cod. Bavari: die 27. Iun. anno 1535. In cod. Goth. 401.: 16. Iulii anno post Chr. nat. 1535.

*) de coena dom.

No. 1282. (mens. Iul. fortasse)

Centurioni cuidam.

Edita est ex autographo a Strobelio in Miscellan. Pt. II. p. 172. Strobelius putat, nescio qua de causa, Melanthonem hanc epistolam scripsisse ante annum 1530. Sed cum nomen subscripserit *Melanthon*, non Melanchthon, puto, illam non ante annum 1532. scribi potuisse. Quis ille centurio, cui scripsit, fuerit, plane non liquet. Videtur pertinere ad ann. 1535.

An einen Hauptmann *).

Mein williger Dienst (zuvor). Ehrenvester, gestrenger Herr Hauptmann. Wiewohl ich in E. E. Schrift vermerke, daß E. E. sich selbst ziemlich unterrichten kann, hab ich doch E. E. so viel die Zeit dießmal hat leiden wollen, nicht ohne Antwort lassen wollen.

Und erstlich von der Kirchen wolle E. E. das Exempel in Israel ansehen; da ist auch nur eine Kirch und Gottesvolk gewesen, und sind doch oft die Propheten wider die Könige und Priester gewesen, als Elias und andere.

Nun haben die Propheten ihre Schüler gehabt, aber sie sind nicht allein Kirche gewesen, sondern im großen Haufen; haben viel Frommer zur rechten Kirchen gehört, wie Gott (zu Elia) sprach: deine Kirch ist nicht das äußerlich Wesen und Ceremonien, sondern allzeit, so lang die Welt stehet, ist eine rechte Kirche für und für, da Gottes Wort ist, und rechter Glaube und Gehorsam. Aber diese Kirche ist eine Zeit reiner denn die andre; die Lehre wird oft verdunkelt, und hernach durch Gott wieder erkläret, und kann auch wohl bei den Heiligen Gebrechen und Fehl seyn, wie denn die Apostel vor Christi Auferstehung viel thörichter Wahn hätten. Wo nun Gottes Wort ist, da ist Kirch, wie Christus spricht: oves meae vocem meam audiunt; meine Schaafe hören meine Stimme. Darum sind alle rechtgläubige und Gottfürchtige in der rechten Kirchen, sie seyen unter dem Papst oder bei den Unsern. Es ist Kirche unter dem Papst gewesen, aber viel Stück sind schwach und verdunkelt gewesen. Dieselbigen Artikel sind nun durch Gottes Gnade etwas lichter. Da gehören nun zu der Kirchen alle, so solche Gottes Wort und Gabe zu Besserung brauchen, sie sind unter dem Papst oder bei andern. Die Verfolger aber, und (die) so Gottes Wort verdammen, gehören nicht in die Kirchen, sie sind wo sie wollen, bei dem Papst oder bei andern.

So man nun fragt, warum sondert ihr euch denn von der vorigen Kirchen? Antwort: wir sondern uns nicht von der vorigen rechten Kirchen. Ich halte eben das, welches Ambrosius und Augustinus gehalten haben und die damalige Kirche, das ist alle Gottfürchtige unter dem Papst, nehmen auch zu Dank an den Unterricht, der in vielen Artikeln jetzund geschehen ist, ob sie gleich noch im äußerlichen Gebrauch mit den Ceremonien nicht ganz gleich sind. Also ist und bleibt eine rechte einige Kirche, obgleich dieselbe eine Zeit reiner ist denn die andre.

Daß wir aber den Bischöfen nicht gehorsam sind hat viel Entschuldigung. Erstlich verfolgen sie die rechte Lehre, nicht allein in einem sondern in vielen Artikeln, wie öffentlich ist, und ermorden die Christen derhalben *). Zum andern hat der äußerliche Gehorsam sein Maaß, und machen Menschensatzung nicht Kirchen. Daß ein Priester ehelich wird wider seines Bischoffs Geboth, damit ist er nicht von der christlichen Kirchen abgefallen. So sind wir erböthig allezeit zum Gehorsam wo sie uns wollen annehmen, das ist, Gottes Wort nicht verfolgen.

Weiter fragt man: ist zuvor Kirche gewesen, so kann das Verboth von beider Gestalt nicht unrecht seyn. Antwort: obgleich rechte Kirche ist und bleibet, so sind dennoch auch Gebrechen darin. Item, es sind nicht allein die Bischöffe die Kirche. Es sind auch viel großer und greulicher Gebrechen in der Kirchen gewesen, und werden noch vertheidinget [vertheidigt]; denn das Verboth von beider Gestalt, die Meß für die Todten ist viel ein grausamer Mißbrauch; item, unrecht Vertrauen auf eigene erwählte Gottesdienste ohne Gottes Befehl; item, der Mißbrauch mit der Beichte, der Heiligendienst, und anderes, das ich nicht zählen will.

Wer nun beider Gestalt braucht christlich, der thut sich nicht von der alten Kirche, denn doch die alte Kirche also gehalten, sondern läßt einen Mißbrauch fallen, der in der Kirche eingerissen ist. Wer da lernet sein Vertrauen setzen auf Christum, und sucht also durch Christum Vergebung seiner Sünde, nicht von wegen eigner Würdigkeit, der fällt nicht von der rechten Kirche, sondern läßt einen Mißbrauch fallen.

E. E. wolle nicht so hart auf diesem Argument etzen [1]): die Kirch hat dieß oder das gethan, darum kann es kein Mißbrauch seyn. Denn man soll Kirch und Werk [2]) nach Gottes Wort richten.

---

*) Fortasse Melanthon haec *Eberhardo v. d. Thann*, „Hauptmann zu Eisenach" scripsit. (Foerstemann.)

*) Videtur in animo habuisse Archiepiscopum Moguntinum, qui putabatur occidisse Ioannem Schenkitzium, quod ei Lutherus obiecit in epist. scripta d. 31 Iul. 1535.

1) etzen? *Fortasse*: sitzen, abstehen.

2) i. e. und ihre Werke.

Und, in Summa, ich bin durch Gottes Gnade nicht von der alten christlichen Kirchen gefallen, will auch durch Gottes Gnade bey der alten christlichen Kirchen bleiben und selig werden. Daneben will ich gleichwohl keinen frommen Christen helfen verfolgen, der etwa Mißbrauch straft. Es werden allezeit in der Kirchen Mißbräuche und Strafe seyn; denn das Evangelium straft allezeit falsche Gottesdienst und gottlos Wesen; *spiritus sanctus arguet mundum.*

Das sey auch dießmal in der Eil genug von der christlichen Kirchen, denn ich hoffe, ihr vernehmt genugsam, wie ich Kirche und Verfolger von einander unterscheide; item, daß die Kirche eine Zeit reiner ist denn die andre, daß Mißbrauch strafen nicht sey von der Kirche abfallen.

Ob nun ein jeder schuldig sey, beide Gestalt zu nehmen, dieß ist eine besondre Frag, und ich lasse es noch bei meiner vorigen Antwort bleiben. Mir hat auch die Person, davon ihr meldet, angezeigt, sie hab meine Schrift davon verloren, und begehrt, ich wolle dieselbige Meinung wiederum deutsch stellen, das ich zu thun zugesagt habe. Und sage erstlich, daß diese Artikel sind nöthig, als welche die Lehre betreffen, daß ich wissen soll, daß wir Vergebung der Sünden um Christus willen erlangen durch Glauben, nicht von wegen eigner Würdigkeit; item, welche Werke Gott gefallen, und warum sie gefallen, ob wir gleich noch schwach und unvollkommen sind etc. Solche Artikel muß ein jeder Christ wissen und halten.

Dieweil auch Christus beide Gestalten geordnet zu geben, soll ein Christ wissen, daß solches also geordnet ist. Aber dieweil dieses eine Ceremonia und äußerlich Werk ist, so hat es in vielen Sachen eine Dispensatio, als Exemplum: ein Christ in einem Lande, da er nicht beide Gestalt haben möchte, mag sich gebrauchen der einigen Gestalt. Ich will E. G. ein Exempel erzählen, was sich dieß Jahr zugetragen. Zu Delitzsch*) ist einem armen Weib Weg gebothen**), die Kinder gehabt und einen Mann, dem doch nicht Weg gebothen, denn er hat die alte Weise gehalten. Nun was [war] er nicht zufrieden, daß das Weib weg solle. Da hab ich gerathen, sie sollte bei dem Mann und Kindern bleiben, und sollt dieses Werk höher achten denn beide Gestalt. Denn Gott will mehr haben Lieb denn Opfer, Matthäi am 9ten. Sie ist diesen Dienst ihren Kindern schuldig gewest, dazu sie Gott mehr verpflichtet hat denn zu Ceremonien. In diesem und viel mehr Fällen rath ich also, und will, ob Gott will, in solchem Fall nicht anders rathen. So einer in einer Pfarr ist, da er nicht beide Gestalt haben mag, will ich nicht rathen, daß er von Weib und Kindern laufe, und die Verpflichtung zur Ceremonia höher achte; denn es heißt: *misericordiam magis volo, quam sacrificium.* So mag auch einer zufrieden seyn mit einer Gestalt, da ihm in seiner Pfarre nicht beide wird gereicht, und der Fehl an ihm nicht ist. Denn man christliche Freiheit wohl verstehen (soll), und im Fall der Liebe und Rath gebrauchen.

Das oben gedacht wird vom Bekennen, da sehe ein jeder zu, daß er nicht helfe zu Verfolgung rechter Lehre; item, so er gefragt wird, daß er dann getrost antworte und bekenne. Ehe man fragt, darf man nicht antworten; denn Petrus spricht: *patientes secundum voluntatem Dei.* Wenn Gott will, sollen wir leiden; sollen nicht ungefordert dazu laufen.

Aus diesem allen hat E. G. mein treues und einfältiges Bedenken von der Kirchen und Brauch des Sacraments. Gott tröste E. G. seliglich. E. G. wolle mir das elend Schreiben zu gut halten, und so E. G. weiter hievon mit mir disputiren will, will ich so viel ich kann gern sagen. Gott bewahr E. G.

(E. G.)
williger
Philippus Melanthon.

*) Mst. Delitzsch, mendose.

**) i. e. ihr ist gebothen worden den Ort zu verlassen.

No. 1283. 16. Iul.

Guil. Bellaius ad Melanthonem.

† E cod. Bavar. Vol. II. p. 259. Partem aliquam huius epistolae ex hoc eodem cod. edidit Seckend. in hist. Luth. Lib. III. p. 109. Verba ultima *Barnabas Vorraeus* etc. tanquam peculiarem epist. edita habes in Mullii Epistt. p. 166. et in Apographo in cod. Goth. 401. p. 195†.

Philippo Melanchthoni S. D. P. *)

Sero mihi epistola tua reddita est, quam nono Kalendas **) dedisti; scripsi enim haec septimo Idus Iulii ***), cum triduo ante tuam acceperim, cuius rei ista est causa. *Rex* in Normannia et Picardia per hosce dies delectum habuit. *Vorraeus*, quod festinaret, confestim eo profectus est, et quia literae tuae non obsignatae erant, nemini potuit tuto committere. Et e re tua et non ecclesiae est,

*) Accepit Mel. hanc epist. d. 4. Augusti.

**) Videtur Mel. aliam etiam epist. praeter illam d. 1. Aug. 1534. Bellaio scripsisse. Intelligitur vero, Melanthonem eodem tempore, quo Sturmio, scripsisse.

***) Mendosa haec videntur, nam in fine epistola scripta esse dicitur d. 16. Iulii.

ante eos a *Langaeo* et Cardinali fratre lectas esse, qui tum cum rege erant. Quare nec omnia scribere possum, quae vos requiritis, nec tam prudenter deliberare, quam res ipsa desiderat. Difficilis quidem deliberatio est, sed tamen necessaria religioni et Evangelii incremento. Itaque breviter tuae epistolae respondeo.

Caput tuarum curarum id est, quod metuis, ut huic genti et ecclesiae prodesse possis, rebus tam periculose concitatis. Primum enim homines permultos esse proiectae temeritatis, qui aut repentinis aut periculosis consiliis utuntur, aut fanatico spiritu agitantur; id vos re ipsa nuper in uno Gallo comperisse; deinde, fore, ut minora quidem vobis condonentur, graviora autem vel promissis meliorum rerum vel importunitate aliqua opprimantur; et quanquam ista summa sint, tamen esse [1]) futurum te, si spes esset, posse regem praemolliri hac congressione, ut aequior esset in maturanda et confirmanda publica Synodo. Exposui haec amicis meis, quorum communis causa agitur; literas etiam tuas atque *Buceri* dedi, ut legerent. Video enim, hoc periculum etiam ad me spectare, nec quidquam velim accidere, quod te indignum esset, et quod Evangelii causam et Christi gloriam perturbaret. Itaque priores etiam illas literas, quas accepisti, *Langaeus* vidit, antequam mitterentur, ut ne quid scriberem, quod non probaretur et alienum esset a regis voluntate. Quod vero τὰ ἐκείνου οὐ πάνυ τοῖς ἐμοῦ συμφωνεῖ [2]), tu ne secus intelligas atque ille scripserit. Scripsi tamen ego tum ex eius voluntate et consensu, sed ita esse interpretor, *Langaeum* de loco Synodi scripsisse, ut ostenderet, regem ad caetera prope omnia facile consensurum, quae a vobis proponuntur. De loco autem concilii posse oriri controversiam propter varietatem et longinquitatem regionum, ut intelligeres, regem neque a te neque a vestris dogmatis magnopere esse alienum. Nam eadem mihi tum *Langaeus* constanter affirmabat, sed iam cum rege est. Quare ad postremam illam partem propter haec nihil habeo quod respondeam; et semper credidi, secretam fore hanc consultationem, ut rex suo regno consuleret et minore cum periculo statum ecclesiasticum corrigeret, et illa supplicia constituta fuisse non in pios, sed adversum eos, quos etiam ipse censes coercendos. Quos autem nunc in consilium mihi adhibui, qui non multi sunt, quorum fides sit explorata, hi omnes mecum sentiunt, ut venias, idque necessarium esse in hoc rerum statu. Nam quod dubitatis, posse hac ratione adiumenti aliquid adferri, fateor id quidem prudenter ob diversa hominum studia, multiplicem voluntatem, et adversariorum potentiam, sed ut concederem, nihil profici, quod non confido, Rex tamen ipse non est exacerbandus, cuius favor, ut fateris, necessarius est. Nam quod hucusque hanc causam soliti sunt ante cognitionem praedamnare, eo venit, quod pauci reges sunt, qui adiutores extiterunt. Quam ob rem recte illum ad extremum adiecisti, unde conficiam praemolliendum esse regis animum, cuius benivolentia plurimum sit adiutura. Verum si nunc non venias, postquam aliquo modo consensisti, postquam ille literas sua manu consignavit, ad te misit, et legatos addidit, cum quibus tuto venire liceat, vehementer metuo, si negares, ut id aequo animo ferat. Ego ita existimo: si haec occasio ante annos decem oblata esset, libenter arripuisses. Multum est enim ultro vocari, favere, adiuvare quantum licet nondum cognita causa. Nam si cognovit minus est periculi. Quare obfuturum est plurimum, si rex credat, aut sibi fidem non haberi, aut vos vestrae doctrinae parum fidere. Nam in eam partem interpretaturi sunt adversarii, quanquam in ea sum sententia, ut existimem, et prope necessarium esse religioni et Galliae, ut regiae expectationi satisfacias. Non enim est, quod metuas iniquorum hominum potentiam, qui pro Christi gloria quicquam sibi detrahi inviti patientur. Rex ingenio est per se acuto et prudenti, et natura facilis, et libenter admittit rationes, et hi ipsi, ut ex *Langaeo* audivi, tuos *articulos*, quos misisti, prope magno consensu comprobarunt, et pauca quaedam attemperarunt. Credo si adesses, si praesens regi per interpretem loquereris, et rationes vestras exponeres, mirabiliter eum inflammares. Multum valet bona de aliquo existimatio, antequam causa optima cognoscatur, et magis ad Christum intelligatur pertinere. Neque enim sic debes cogitare, dissimulanda esse quaedam in hoc principio, et quaedam concedenda. Imo rex tuam fortitudinem in rebus gravibus magis laudaturus est, quam declinationem. *Barnabas Vorraeus* [3]) qui nunc ad te cum literis

1) *esse* dedi pro *si*, quod in cod. legitur et mendum est
2) συμφωνεῖ scripsi pro συμφῶν, quod habet cod.

3) *Barnab. Vorr.* et quae sequuntur leguntur etiam in Manlii farr. l. l.

et mandatis regiis haereticum, sic [4]) et de rebus omnibus, quae ad inceptam abs te pacificationem attinent, amplissime edoctus, mihi ut supervacaneum videatur scribere [5]), praesertim cum propediem conventuri [6]). Itaque te admoneo atque per Christum obtestor, occasionem rei gerendae inter mortales omnium pulcherrimae ne deseras [7]). Vale ex Coccio oppido, die 16. Iulii 1535 [8]).

Tuus tibique ex omnino addictiss. Guilielmus Bellaius Langius.

No. 1284. 16. Iul.

Eberhardo a Thann.

† Ex autographo Melanth. benevole mecum communicato a Dom. Nobiliss. a Thann in Thann prope Fuldam, (Königl. Baierisch. Kämmerer).

Dem gestrengen und Ehrenvesten *Ebrart von der Thann*, Haubtmann zu Isenach, meinem günstigen Herrn

Mein willige Dienste zuvor. Gestrenger, Ehrenvester Herr Hauptmann. Ich hab von der Wiedertäufer Straf, davon E. G. geschrieben, mit meinem günstigen Herrn Doctore *Martino* geredt, und ist dieß unser Bedenken. Zu leichtfertigen Personen, da nicht scheinbarlich Ursachen seyn, daß beständige Besserung zu hoffen, und die dem Wiedertauf anhängen laut der Artikeln in überschickten Bekenntniß, ist noth und recht, die Scherpff [Schärfe] zu brauchen, aus Ursachen, die E. G. selb bedenken kann. Denn ob sie gleich keine andre Artikel hätten, denn daß sie die Kindertauf damniren und abthun, so wär dennoch Ptas [Potestas?] schuldig, denselbigen schädlichen Irrthum zu wehren; dazu aber haben sie oft mehr böser Artikel, und sind gemeiniglich alle seditiosi. Denn diese Artikel sind seditiosi, daß man keinen Eid thun soll, daß man nicht eigens [Eigenthum] haben soll etc.

Nun ist des Ersten Bekenntniß sehr freche. Wie die Person ist, was sein Wesen und Sitten, das können wir nicht wissen; dazu sind die zween relapsi; der dritte scheinet, als sey er aus Einfalt und Verführung seines Schwähers dazu kommen.

Wo nun beständige Besserung mit einem oder mehren zu hoffen, möget ihr dennoch Gnad erzeigen, denn das Kaiserliche Edict auch eine Maß hierin zulässet. Gott bewahre E. G. allzeit gnädiglich. Datum Witteberg Freitags nach Divisionis Apostolorum 1535.

E. G.

williger

Philippus Melanthon.

4) Manl. *hic*, mendose. (Paulo post *a* pro *abs*.)
5) Manl. *aliquid scribere*.
6) Sic satis distincte scriptum est a Bavaro; sed pro *eum* scribendum *ei*, vel *cum eo*, nisi putes Bavarum aliquid praeteriisse. Manlius verba: *praesertim* etc. non habet.
7) Manl. *differas*.
8) Manl. *Vale ex oppido N. die 16. Iunii 1535.* Sed Bellaius ipse supra scribit: se septimo Id. Iulij scripsisse, i. e. d. 9. Iul. — Puto eum epistolam scribere coepisse d. 9. Iul. sed eam finivisse d. 16. Iul.

No. 1285. 18. Iul.

Studiosis.

† E cod. Bav. I. p. 986. et cod. Basil. 39. p. 126. Quamquam Melanthon auctor esse non diserte dicitur in cod., tamen hoc scriptum hic praetermittere noluimus. Imo omnes schedas Academiae, Ienae editas, hic dedimus, quippe hactenus omnino ignotas, et fortasse plerasque a Melanthone, principe doctorum Ienae tum docentium, compositas.

Rector Academiae Vitebergensis.

Domini Doctores et Professores existimarunt, ad suam fidem pertinere, ut, quantum possint, consulant vitae scholasticorum. Cum igitur intellexerint, non satis tutum esse, relinquere adolescentes in huius aëris contagio [1]), delegerunt locum salubrem *Ienam*, in quem bona pars Doctorum et Professorum secessura est. Etsi enim hic terroris et [2]) trepidationis adhuc quidem plus fuit quam mali, tamen periculo iuventutis magis movemur quam nostro. Itaque si qui scholastici tenentur studio nostri [3]), his duximus significandum esse hoc consilium nostrum, ut se quoque *Ienam* conferant. Si quid videtur incommodi esse, quod longius sit iter, compensent hoc alia oppidi commoda, et multi invenient gratuitam habitationem in Monasterio eius oppidi. Studia, ut speramus, invitabunt aliquos, quos etiam [4]) movere respublica debet, ut frequentiam literis utilem efficiendam esse ducant. Non deerunt officia nostra studiosis ullo in genere. Meminerint item, ut qui hinc discedunt, fidei suae rationem habeant, et creditoribus satisfaciant. Nonnulli per hanc occasionem discessus in plateis armati incedunt, et tumultuantur. Decet autem studiosos [5]) hospitalia officia meminisse. Ideo praecipimus, ut discessuri modeste [6]) se gerant. 18 Iulii 1535 [7]).

1) Cod. Bas. *contagione*.   2) Cod. Bas. *ac*.
3) Cod. Bav. *nostro*.
4) *quos etiam*] Cod. Bas. *hos etiamsi*.
5) *studiosos*] Cod. Bas. *scholasticos*.
6) Cod. Bas. *honeste*.
7) Diem et annum non habet cod. Bas.

No. 1286. 20. Iul.

Amico.

Epistol. lib. II. p. 548. (Edit. Londin. lib. II. ep. 568.) — Forma loquendi non videtur esse Melanthonis. Si vero eius est epistola, anno 1535. scripta est.

Amico cuidam.

S. D. Senatus *Genensis* rogavit nos, ut pro eis supplicaremus Illustrissimo Principi nostro, ut restituatur eis ius venationis cuiusdam, nec leves causas habent cur hoc petant. Nam et equites nunc in vineas ipsorum, cum damno publico irrumpunt, et gramen certis locis usui fuit antea civibus propter illud ius venationis. Proinde scripsit Universitas ad Illustriss. principem, et causam illam oppidi de nobis bene meriti suscepit. Nos igitur rogamus, ut hanc causam pro vestra humanitate summa adiuvare velitis. Scitis, quale sit oppidum, et quantum referat hoc tempore voluntates talium hominum devincire omni genere officiorum. Potest autem in hac re Illustriss. Princeps gratificari ipsis, sine suo ullo incommodo. Magnum beneficium arbitrabimur nos accepisse, si diligenter adiuveritis *Genenses* in hoc negotio, quos scimus magnam in vobis spem suarum fortunarum collocare solere. Nos ut erga *Genenses* grati videri studemus, ita dabimus operam, ut intelligatis nos erga vos fuisse gratissima voluntate. Valete feliciter. Die 20. Iulii ex Witeberga.

No. 1287. 21. Iul.

Concionatoribus Augustanis.

Edidit Walchius in opp. Luth. T. XVII. p. 2511. hanc epistolam germanice versam e texto latino in msto Argentoratensi, quod descriptum legitur in Seckendorfii hist. Reform. Germaniae ab. Elia Frickio p. 1490. item a Walchio in opp. Luth. T. XVII. p. 68. no. 27. Dolendum vero est, Walchium non textum latinum, sed versionem suam dedisse. Eandem vero epist., sed etiam germanice versam, inveni in cod. Goth. no. 91. p. 93 b, ubi acta totius litis de sacra coena, anno 1536 et sq. Augustae Vindel. agitatae habentur. Cum nobis non contigerit textum latinum nancisci, hanc e cod. Goth. versionem hic dedimus. — Miserat vero senatus Augustanus Doct. Gereon *Saylerum* et Casp. *Huberum* (d. 21. Iun. 1535.) Vitebergam, qui postquam commorati fuerant Norinbergae, mense Iulio Vitebergam venerunt. Primum Melanthonem adierunt, et is eos ad Lutherum adduxit, ipseque cum Iona colloquio cum legatis interfuit. Legati inde profecti sunt ad *Ernestum*, Ducem Luneburgensem, ut *Urbanum Regium*, eius theologum, Augustam evocarent. Redeuntibus Augustam datae sunt literae Lutheri, Melanthonis et Ionae. Habes hic ep. Melanthonis.

Den Ehrwürdigen und wohlgelahrten Männern und Hirten der Kirchen zu Augsburg, die das Evangelium Christi lehren, seinen lieben Freunden.

Unsern Gruß zuvor. Würdige und wohlgelahrte Männer. Eure Briefe geben nicht allein eine Anzeigung eines rechten christlichen Gemüths, sondern zeigen auch an eure Kunst [1]), derhalben mir eure Briefe um dieser beider Ursachen willen sehr angenehm sind gewesen. So habt ihr meines Urtheils und Willens D. Gereon zu einem Zeugen. Derselbe wird euch auch Doct. Urbans halben wissen Bericht zu geben. Der Herzog hat sich gegen Doct. Luthern selber entschuldigt [2]), mit eigner Hand aufs fleißigste geschrieben.

Mein Gemüth und Urtheil von der Concordie unsrer Kirchen hoffe ich, es sey allen frommen Männern wohl wissend. Mich bewegt auch wenig der Ungelehrten und deren so ein falsch Urtheil von mir fällen; denn wenn ich könnte die Concordie fördern, so wollte ich auch mein Leben darob in Gefahr setzen, und ich hoffe, es sey der Concordie schon ein Zugang bereitet. Christus wolle regieren und leiten aller Frommen Anschläge. Ich will euch auch derhalben gebethen und vermahnt haben, daß ihr wollet die vorgenommene Mäßigung handhaben, welche mir wohlgefällt [3]), und wie ich hoffe daß sie der Kirche sehr ersprießlich seyn werde. Ich weiß nicht wie es nun kommt, daß man so säumig ist im Zusammenkommen der Gelehrten, und freundlich zu reden mit einander [4]); aber wir wollen indeß durch Briefe mit einander reden. Gott behüt euch. d. 21. Iulii 1535.

Philippus Melanthon.

No. 1288. 24. Iul.

Lectoribus.

† Ex apographo vetusto, quod habuit et nobis descripsit Veesenmeyerus, Ulmensis. A Melanthone vero conscriptam esse hanc schedam, vix putaverim.

Rector Academiae Witebergensis omnibus lecturis has literas

S. D. Monstravit nobis vir doctus et honestus *Sigismundus Masco Sprotaviensis* pastor Eccle-

---

1) Walch. Euer Schreiben hat mir nicht allein gottselig, sondern auch sehr gelehrt gelautet.

2) Vid. ep. Luth. d. 20. Iul. 1535.

3) Walch. Ich bitte euch auch, daß ihr euch gegen die Schwachen linde und mäßig haltet, weil ich solches auch für gut halte.

4) Walchius: Ich weiß nicht, ob das auch den Kirchen in dieser letzten Zeit gut sey [*faustum* legendum pu-

siae *Tatensis* in Mysia, machinas circulorum coelestium, et petivit ut, si nobis probarentur, ornaremus eas testimonio nostro. Itaque iussimus eas diligenter inspici a doctissimo viro in Mathematica Magistro *Ioanne Volmaro*, et aliis quibusdam, qui iudicant, machinas illas utiles esse studiis discentium et recte fabricatas et arte distributas esse, quantum in ista materia fieri potest. Hoc nostrum iudicium in his literis extare voluimus, et hortamur eos, qui praesunt scholis, ut, ad utilitatem discentium, haec opera comparent, ut extent harum optimarum disciplinarum studia. Invitantur enim adolescentes cum descriptiones alioqui obscurae in talibus instrumentis monstrantur. In hac machina, quam vidimus, praeclare ostenduntur motus octavae et nonae sphaerae. Addita sunt et alia ornamenta in Horizonte utilia ad metienda spatia dierum et noctium ad notandos ortus et occasus signorum. Haec multiplicem habent utilitatem et conducunt adolescentibus ad intelligenda poëmata et historias. Quare gratia est habenda huic bono viro, qui industria sua optimarum artium studia excitare conatur. Bene valete. Die 24. Iulii. Anno 1535.

No. 1289. (m. Iul.)

De casu matrimon.

Iudicium de casu matrimoniali, cui subscripserunt Lutherus, Cruciger, Maior et Melanthon (opp. Luth. Hal. T. X. p. 882.) quaere in epp. Lutheri.

(Exeunte mense Iulii Melanthon cum aliis doctoribus propter pestem Witeberga discessit et se contulit Ienam, ubi commoratus est usque ad d. 11. Febr. 1536.)

No. 1290. 29. Iul. (Ienae)

Luthero, Ionae et Maiori.

Epistolar. lib. V. p. 133 sq.

Clarissimis et optimis viris D. Martino Luthero, D. Iusto Ionae, et Magistro Georgio Diacono Ecclesiae Witebergensis suis amicis.

S. D. Non sine gravissimis caussis moleste tuli, nos istinc non tam discedere, quam errore quodam expelli. Nunc in re praesenti plus incommodorum experior, quam futurum putabam. Domus monasterii non tam idonea est Scholae, quae fuit antea. Multi errant sine domicilio: omnes sine supellectile, sine libris, ita ut in castris degunt. Lustravi omnium habitationes, magno cum dolore vidi praestantium hominum liberos humi misere cubare. Adhaec magni sumptus fiunt, tenuioribus intolerabiles: et pauci hic sumus Professores. Haec paucitas etiam minuit τὸ ἀξίωμα, in quo scitis quanta vis esse debeat. Quare, cum putabitis, illuc reduci posse Scholam, statim istuc advolabimus. Ego quidem malim vivere in mediis periculis locorum pestilentium, quam conflictari cum praesentibus molestiis, sed tamen serviam tempori. Christus nos gubernet, et servet vos quoque propter gloriam nominis sui. Hodie, Deo volente, quod faustum felixque sit, auspicabor praelectiones, ut taedium nonnullis prudentioribus levem, quod adfert haec dissipatio. Expecto literas a vobis de pestilentiae saevitia veras et non ex timidorum aut stultorum sermone scriptas. Bene vale. Donnerstag post Festum D. Iacobi.

Philippus.

No. 1291. (ex. Iul.)

I. Ionae.

Epistol. lib. V. p. 91 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Aliquoties et tibi et aliis amicis dixi, me non hac lue moveri, sed multa mihi venire in mentem, quae infinitam mutationem nostris rebus significare videantur. Itaque quod hilariores literas mihi scribis, equidem boni ominis loco duco, et semper ita existimavi, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας μαντεύεσθαι, in quibus certe te numero. Sed quam multa me mirabiliter exerceant, coram dicam. Habemus hic aliquod scholae simulacrum, Dei beneficio, sed temporibus moveor, si erit diuturna dissipatio, quae spes potest esse? Nos hic pauculi sumus. Negligimur vel deridemur potius ab aula.

---

tavit Walchius pro *factum*], daß die so wahrhaftigen und nöthigen Proben der Liebe unter uns so hintangesetzt werden, und man der Gelehrten Gespräche zusammen gleichsam mit Fleiß hindert.

Nec me movent ullae res privatae, sed Respub. Nam aut plane erramus, aut aliqua Ecclesiae pars sumus. Haec scripsi cum ingenti dolore; quem tamen non significo. Non enim praesentia sunt usque adeo tristia. Ubi absolvero *Locos Communes*, cogitabo de illis argumentis, de quibus scribis. Utinam ille noster amicus potius nobis esset amicus, quam suo vicino. Sed si habebimus Remp. ista erunt facilia. Bene vale, et amicum abstractum ab amicis ama. Somniavi enim hac nocte versum: Dispersa in longam Italiam Germanica pubes. Iterum vale. Salutem dices Dn. Doct. et vestris coniugibus. Non possum plura scribere.

Philippus.

No. 1292. (ineunte Aug. Ienae.)

Studiosis.

† Ex apographo in cod. Basil. 39. p. 216 b.

Rector Academiae (Iehnae).

Quod faustum felixque sit, cras usitatis horis praelegere incipient professores in aula superiore aedium monasterii. Arbitramur enim nonnullis vel temporis iacturam molestam vel ipsum otium ingratum esse. Si quibusdam scholasticis nondum sunt habitationes, hi professoribus hoc indicent, ut, quantum fieri potest, eis consulatur. Satis multa sunt in monasterio cubicula, sed non perinde multa hypocausta. Verum si ante hiemem facile carere possumus, interim tempus aliquid afferet consilii. Sumptus mensarum moderari poteritis, cum huc veniet noster oeconomus, et honestissimus senatus huius urbis pro sua humanitate erga studiosos curavit, advehi cerevisiam vendendam minoris quam alias venditur.

No. 1293. 4. Aug.

I. Ionae.

Epistol. lib. V. p. 86 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Et officio tuo delector, et literis plenis suavitatis. Quare tibi gratiam habeo. De nostris miseriis scripsi ad vos. Nunc Dei beneficio habemus aliquod Scholae simulacrum, Senatus officia nulla in re nobis desunt. Quod si hic hybernandum erit, Professorum frequentia maiore opus erit. Sed spero eam et pestem istic et fabulam de peste desiisse, teque magnopere rogo, ut, quid coniunctio proxima attulerit, nobis significes. Tonsori donatam esse illam partem, quam ex fenestra exerebat, accepimus. Gaudeo iudices misertos esse senis alioqui miserrimi et tamen de multis benemeriti.

De Republ. quod scribam, non habeo, vos aulae propiores estis. Dux *Wirtebergensis* profectus est ad Regem *Fernandum* cum ducentis equitibus. *Gotthae* quaedam pars aedificii magna rursus demolienda est, et tota aedificii forma mutanda. † Haec si fierent a literatis, quos plausus, quos cachinnos excitarent! Nunc fiunt ab istis, qui stoico more perfecti sunt sapientes.*) Expecto tuas litteras. Bene vale. Mitwoch post vincula Petri.

Fabula de peste ita pervagata est Germaniam totam, ut etiamsi non esset discessum, tamen avocarentur scholastici a parentibus. Undique veniant ad nos literae hoc scriptae argumento.

Philippus.

No. 1294. 5. Aug.

Georgius Marchio ad Ioann. Frid. Elect.

† Ex autographo in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 41.

Dem hochgeb. Fürsten — — Johanns Fridrichen — Churf. zu Sachsen ꝛc.

Unser freundlich Dienst ꝛc. — — Wir geben Ew. Lieb. freundlicher Meinung zu erkennen, daß jetzo ein Römische Päpstliche Bothschaft, und nämlich der Ehrwürdige Herr Petrus Paulus Vergerius allhie bei uns gewest, und von wegen eines vorhabenden Concilii bei uns Handlung und Werbung gepflogen, und hat sich dieselb mit der Kurz und in summa zu melden, ungefährlich allenthalben dahin erstreckt, daß er, der Legat, anzeigt, wie der jetzige Papst, als deß Person von Jugend auf mit gutem Lob und Ruhm erkennen werden, so hoch begierig sey, ein gemein frei christlich Concilium halten zu lassen und zu versammeln, in Bedacht, daß kein nö-

---

*) Addit A. D.

her und füglicher Weg zu Hinlegung der vor Augen schwebenden Zwiespalt in Sachen der Religion belangend nicht seyn, noch vorgenommen werden möchte, mit daneben Vermeldung, wie hoch auch Römischer Kaiserlicher und Königlicher Majestät, unser allergnädigste Herrn, als der vornehmsten Häupter, Neigung und Gemüth dazu stünde, dasselbe fördern zu helfen. Wiewohl aber nun fleißig der Mahlstatt halben nachgedacht wäre, hätte man aus vielen stattlichen Ursachen nicht verhindern können, daß dasselbe, allerlei Ungelegenheit nach, weder in Ober- noch Niederland teutscher Nation füglich gehalten werden möchte. Darum würde Mantua, der Römischen Kais. Maj. aus Lehnschaft verwandt, derwegen es denn desto unverdächtlichen und sonsten allerlei Bequemheit nach allen Nationen nicht ungelegen wäre, vorgeschlagen, mit beschließlichem Ersuchen, in solche Mahlstatt zu bewilligen, damit fürder das Concilium zum förderlichsten könnt ausgeschrieben und gehalten werden. Und obwohl andere Streit und Irrung zu Anfang und Haltung gedachts Concilii vorfallen möchten oder würden, wollt man doch dieselben alle dießmal auf einen Ort stellen, und der Versammlung des Concilii oder den Berufenen alsdann zu handeln befehlen.

Darauf ob wir wohl den Legaten der gehaltenen Reichstage Handlung unter andern der Mahlstatt halben erinnert, und auf etliche seiner Gegenwürfe allerlei Ablehnung gethan, ist er doch auf seinem Ersuchen und Anlangen gegen uns bestanden; dagegen wir uns aber in nichts begeben wollen, sondern beharrlich dahin vernehmen lassen haben: wiewohl wir zu Förderung des Concilii geneigt, daß uns der Mahlstatt halben doch außerhalb andrer Stände, und sonderlich Ew. Lieb. und andrer derselben und unsrer der Religion Verwandten entliche Antwort zu geben nicht füglich seyn, und, ob das gleich geschehe, doch unfürträglich [unnütz] seyn wollt. Darauf dann die Handlung beruhet, und der Legat, von uns gen Nurmberg, fürder gen Bamberg und dann zu E. Lieb. zu reisen, abgeschieden ist, und hat uns endlich aufs höchste ersucht und gebeten, ein guter Förderer in solchem Handel zu gemeiner Christenheit hohen Nothdurft zu seyn, auf daß nicht etwa durch Beharrung entweder das Concilium gar verhindert oder in langen Aufzug gebracht, oder vielleicht das verursache, daß, etlicher ungeachtet, ein Concilium an einem andern Ort gehalten würde. So wir denn darauf bestanden, die Sachen zum förderlichsten an Ew. Lieb. gelangen zu lassen, ungeachtet daß gedachter Legat Vorhabens ist, sich in kurz selbs zu Ew. Lieb. zu verfügen: so thun wir dasselbe hiemit, und, nachdem solchs eine merkliche große, wichtige Handlung, daran der ganzen Christenheit viel gelegen ist, und denn leider jetzo in der Christenheit viel Unrichtigkeiten und Beschwerungen vor Augen sind, bedenken wir, daß etwa einer förderlichen Zusammenkommung oder Schickung von nöthen seyn wolle, damit wir uns dennoch dermaßen erweisen, daß es uns unverweislich sey. — Dat. Onolzbach Donnerstag nach Vincula Petri anno XXXV.

Von Gottes Gnaden George Marggraf zu Brandenburg, ꝛc. in Schlesien zu Jägerndorf ꝛc. und Herzog, Herr der Fürstenthum Oppeln und Ratiborn.

A. v. Wolfstein.
J. S. Heller, Dr.
Berchtoldt.

(Pagella inclusa.)

Und nachdem uns gedachter päpstlicher Legat in geselligen Unterreden allerlei seltsamer Unterricht und Anzeigung gethan, die uns, wo demselben also, fremd gemunen [bedünken], und (wir) dafür halten, wo Ew. L. mit ihm vertraulich handeln und fragen, daß er sich gegen derselben auch eröffnen werde: so haben wir Ew. Lieb. solches guter und vertraulicher Meinung auch nicht unangezeigt lassen wollen. Insonderheit aber mögen Ew. L. ihn an Doctor Ecken ermahnen. Es hat uns auch gemeldter Legat hie gebethen, Ew. L. zu schreiben, zu gemeldten Concilio ein guter Förderer zu seyn; darauf wir ihm geantwortet, daß wir E. L. vorhin des christenlichen Gemüths erkannt und wüßten, daß dieselb an allem dem, das zu Besserung in der Christenheit dienstlich seyn möchte, nichts erwinden lassen würde; wie wir denn für unsre Person auch geneigt wären. Und wollen E. L. ihn, den Orator, E. L. befohlen seyn lassen. Dat. ut s.

(Respondit Iohannes Fridericus, Pr. Elector in epist. data, Lochau, Donnerstag nach assumtionis Mariae (9. Septb.) 1535. Georgio Marchioni, se inhaerere responso eadem in re fere ante biennium in conventu Schmalk. dato, neque legato Pontificio aliud responsum esse daturum, simulque professus est, sibi non necessarium videri, ut ea de causa principes evangelici aut ipsi aut eorum legati convenirent, quia aptior responsio, quam antea Imperatori hac in re tradita fuisset, dari vix possit. Eodem tempore autem Princeps Elector mandavit *Iohanni Schotto*, consiliario suo, ut legato Pontificio, ubi Coburgum venisset, subveniret, eique comites itineris daret equites aliquos, qui eum deducerent Wimariam; simulque consilium *Gregorii Pontani* sibi expetivit, an insistendum

esse putet responso priori de concilio, Imperatori exhibito.)

No. 1295. 5. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 246 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico summo,

S. D. Quotidie mihi facultas est ad te scribendi, hoc quidem tempore, sed ea res adeo non lenit desiderium tui, ut accendat magis. Ante biduum scripsi *), me hac septimana ad te excursurum esse. Heri allatae sunt mihi ex *Gallia* litterae, in his sunt et ab ipso rege ad me **). Quare nova nunc obiicitur mihi deliberatio, si hic secessus non incidisset, sine ulla dubitatione irem in Galliam. Nunc me quaedam officii ratio hic alligat, nam professores hic pauculi sumus *καὶ ἄνευ ἀξιώματος*, sed quid facturus sim, scies. Bene vale. Non. Augusti. (Ienae.)

Φίλιππος.

*) Haec epistola periit.

**) Vide epist. d. 23. et 27. Iun. et d. 16. Iul. scriptas.

No. 1296. 6. Aug.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 245 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Nuncius vester primum mihi sexto die Augusti tuas litteras *Ienae* reddidit, quas tu X. Cal. Sextilium scripseras. In his hoc fuit, quod mihi praecipue magnam voluptatem attulit, quod videre spem quandam habere fratris penitus liberandi, quam Deus ut fortunet et adiuvet, ex animo opto. Migrationem in patriam meam, tibi gratulor, et cum tibi tum Reip. opto ac spero faustam ac felicem fore. Scripsi nuper *Grynaeo*, ac significavi, quam de eo et honorifice et amanter ad me scripseris. Quis status sit rerum vides, mi Ioachime, tamen multa mihi cogitanti expedire Reip. videtur, ut nos mutuo complectamur et amemus. Nec unquam alio ulla mea consilia spectarunt, nisi ut status aliquis vel mediocris constitueretur, et non funditus interirent res bonae omnes. Id fieri non poterit, nisi nos quoque mutuo complectamur, sed haec coram: audio enim ex nuncio te nondum abire hac septimana. Hoc triduo adhuc me detinent *loci* mei, quorum editio ante Francofordianas nondinas apparanda est, sed Deo volente ero tecum intra paucos dies. Quare non vehementius contenderim unquam, ut ad nos commigrares: nolo exponere et res loquitur, quantis in miseriis, periculis, odiis passim eorum etiam, quorum minime oportebat, vivamus: sed haec coram. Me quoque Deus aliquando ex his malis eripiet. *Ioachimus Marchio* senior Elector mortuus est: filius in Poloniam ad nuptias proficiscitur. Hunc sequitur *Franciscus*, non velut unus de plebe, sed *ὡς εὐπάρυφος*, sequitur et *Sabinus*. Bene et feliciter vale. Prid. *) Non. Augusti.

Φίλιππος.

*) Imo postridie Non. Aug. Scribit enim, se epist. accepisse d. 6. Aug.

No. 1297. 11. Aug.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 88 sq. — Hic ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 62.

Clarissimo et optimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg., suo patrono.

S. D. Iam eram in procinctu, cum hic adolescens *Sebastianus Schufelius* literas a me flagitaret. Nam de *Gallico* itinere cogor referre ad Principem. Scripsit enim ad me Rex Galliae, et additae sunt literae Episcopi Parisiensis, et aliorum, quas, si mihi commeatum dederit Princeps, videbis.

Rogavit autem hic adolescens, ut se tibi commendem: nihil petit, nisi ut iter hoc suum existimes non cupiditate aliqua, sed necessitate susceptum. Sane placuit mihi, quod iudicavit sibi praestandum esse, ne iudicia bonorum offenderet. Commendo igitur eum tibi, teque rogo ut eum parentibus commendes. Videtur mihi probum ingenium esse, et satis profecit. De aliis rebus coram, ut spero, brevi. Bene et foeliciter vale; postridie divi **) Laurentii, 1535.

† Philippus.

**) *divi*] Lib. VI.: *diei*.

No. 1298. **13. Aug.**

Plateanus ad Spangenberg.

Manlii farrag. p. 443 sq.

Petrus Plateanus D. Ioanni Spangenbergio theologo.

S. D. Et antea ex *Iani Cornarii*, viri eruditissimi, literis existimationem de te concepi non vulgarem: eam proxima tua epistola non confirmavit modo, sed vehementer etiam auxit. Plena enim erat elegantiae, humanitatis, modestiae, officiorum: quae tanto mihi in te fuerunt iucundiora, quanto magis ea hodie in quibusdam Theologis desideramus. Tuam igitur mihi amicitiam ultro delatam (quam intelligo mihi ambiendam fuisse) toto animo arctissime complector: meque vicissim, ut tui gregis albo inscribas, vehementer expeto. Ex carmine tuo hoc facile intellexi, te nostratia studia minime spernere. Utinam ad eum modum multi Theologi essent occupati, potius quam profanis negotiis se miscerent, mitius sane multi de illorum ambitione quererentur. Cognomen tuum, Hassia te nostra oriundum declarat: hoc iam aliud est, quod te mihi cariorem reddat. Olim enim diu apud *Marpurgum* vixi, et nuper ibi liberali principis *Philippi* stipendio Rhetoricen publice docui: nec memini me usquam vixisse unquam libentius. Praeterea Medicinam auspicatus, *Ioan. Megapo*, clarissimo medico, cive tuo, sum usus praeceptore. Haec ad eruditissimam epistolam tuam pauca subito rescripsi, eram enim occupatissimus: alias accuratius. Vale, et officiose meis verbis Iano Cornario salutem dicito. Cygneae, Idibus Augusti, 1535.

No. 1299. **14. Aug.**

Testimonium.

† Ex apographo vetusto, quod possedit *Veesenmeyerus*, Ulmensis, cuique adscripsit Spalatinus: 1535. Rectoris Wittenbergensis genuae [i. e. Ienae] testim. pro Hieronymo *Hirscheidero* Ludi Reichenbacchensis Moderatori. — (Quanquam hoc testimonium non est a Melanthone scriptum, tamen hic dare libenter voluimus, quum statum Academiae, qualis tunc erat, illustret, et, quanta fuerit auctoritate Melanthon, doceat.)

Rector Academiae Vuittenbergensis Lectoribus Salutem.

Venit *Ienam* hic Hieronymus *Hirscheyder* Werdensis, ut quom .... *) ob pestilitatem schola Wittenbergensis istac secessit, ac facultas theologica, priusquam ad officium docendi in Ecclesia accederit, examinaretur. Quia autem D. *Philip. Melan.* ecclesiarum visitator g...., tum forte certorum negotiorum causa profecturus ad principem, equum iam conscenderat, cum hic *Hieronymus* veniret, ce... *) quibusdam viris sacrarum literarum studiosis iudicium de hoc *Hieronymo* reliquit, ut examinatum in praesentia Magnifici Domini Rectoris nostrae Academiae Wittenbergensis vel admitterent eum ad docendum in Ecclesia, si aliquo modo ad munus tuendum sustineri possit, vel arcerent si minus esset idoneus. Quia autem in praecipuis doctrinae christianae articulis rite examinatus, recte d.... **) sentire, et feliciter in Ecclesia docere posse est visus, voluimus ei nostro testimonio non deesse, ut scirent ii, qui eius opera in sacris uti volent, recte ei ecclesiae curam demandari posse. Quod autem petivit a nobis, ut vocant, ordinari, si quidem episcopi nostros non admittunt ad docendum, et tamen necesse est propter ordinem in Ecclesia hunc ritum retineri: secuti sumus D. *Philippi Melan.* sententiam, qui existimavit, id commodius Wittenbergae fieri posse, quod ex illustrissimi Principis nostri voluntate idem iam antea istic saepius sit factum. Ad extremum igitur hunc *Hieronymum* commendamus omnibus bonis, tam verae pietatis studiosum, ut de quo non dubitemus, si pergat mod.... ***) studia sacra urgere, et modestiam suam in moribus ac vita retinere, quin ecclesiae possit esse usui. Bene valete. Datae Ienae sub sig.... (sigillo) Rectoratus nostri. XIIII. Augusti anno domini M.D.XXXV.

*) nunc?

*) puto: *ille* (?).

**) *docteque*? Aut.: *de fide*.

***) puto: *mediocriter* (?).

No. 1300. **17. Aug.**

Pr. Elector ad Melanthonem.

† Ex Actis in Tabul. Vinar. Registr. H. fol. 97. no. 42.

An Philippsen Melancton.

Johanns Friedrich rc.

Unsern Gruß zuvor. Hochgelahrter, lieber getreuer. Wir wären wohl geneigt gewest, gestriger euch von uns

beschehener Vertröstung nach, die Schrift an den König zu Frankreich *) zu anfertigen, und euch auf heute datum gegen Wittenberg zu geschicken. So hat doch solches in dieser Eil nicht beschehen mögen.

Wir wollen aber dieselbige fürderlichst verfertigen, und euch die gegen Jena bei eigener Bothschaft nachschicken lassen.

Auch thun wir euch hiemit Abschrift etlicher Zeitungen Kais. Majest., unsers allergnädigsten Herrn glücklicher Obsiegung halber, so uns gestern spät zukommen seind, hiemit auch zuschicken. Die wollet verlesen und Doctor Martin auch zustellen und vorlesen lassen. Wollten wir euch gnädiger Meinung nicht verhalten, und thut uns daran zu gefallen. Datum auf Waideberg (?) Dienstags nach Assumptionis Mariae 1535.

No. 1301. 18. Aug.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 85 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Witebergae fasciculum literarum tuarum mihi exhibuit *Iacobus* tuus, qui mihi in his curis, in quibus iam versor, velut Homericum νηπενθὲς fuit. Excurri ex Turingia in aulam, ut peterem commeatum profecturus in Galliam. Sed Princeps adhuc quidem concedere noluit. Aulica quaedam μυστήρια vel potius odia sunt, de quibus coram. Ego iter Gallicum non expeto, sed scis, quanti fieri velint Reges suas literas. Putabit se deludi, si non veniam. Erunt et hi nostri amici, qui polliciti sunt de meo adventu in aliquo periculo. Haec me monent, sed coram brevi omnia, si non iero in Galliam. Conveniemus enim ad Doctoralem pompam. Pestis videtur mihi desaeviisse. Fui enim biduo Witebergae, et exploravi, quantum potui, diligenter urbis statum. Bene vale, et rescribe. Witebergae Mitwoch post Assumptionis.

Philippus.

No. 1302. (18. Aug.)

Ioanni Friderico Elect.

Edita in opp. Lutheri Altenb. VI. p. 1426. Lips. XXI. p. 28. Halens. Tom. XVII. p. 384. — Apographon in cod. Goth. 401. p. 442.

An Joh. Friedrich, Churfürst zu Sachsen.

Durchlauchtigster Hochgeborner Fürst und Herr. E. C. G. sind meine arme Dienste in Unterthänigkeit zuvor. Gnädigster Fürst und Herr. Nachdem im vergangenen Jahr etliche, als nemlich 18 in Frankreich zu Paris *) von wegen der Religion verbrannt sind, und viel gefangen und entwichen, und sich des Bischofs zu Paris Bruder neben etlichen andern beflissen, den König zur Lindigkeit zu wenden, hat gedachter des Bischofs Bruder an mich geschrieben, und schreiben lassen, daß der König von dieser Religionssache mit uns zu reden geneigt, und wäre derohalben der Verfolgung ein Stillstand gemacht, laut derselbigen Schriften, die denn meine günstigen Herren, D. Martinus und D. Brück, gelesen: darauf gedachter des Bischofs Bruder gebeten, ich wollte einen Ritt in Frankreich thun. Dem ich also geantwortet habe auf ihr heftiges Schreiben, daß ich aus vielen Ursachen besorgte, ob ich gleich zu diesen Sachen gefordert würde, so wäre doch der Gegentheil so mächtig und gewaltig, daß ich wenig ausrichten würde. Jedoch habe ich endlich beschlossen, daß ich gleichwohl mich erboten wollte haben, so sie es dafür halten würden, daß es fruchtbar seyn sollte, dem König und ihnen zu Willen zu seyn, doch mit E. C. G. Erlaubniß, und so ich des Königs Geleit hätte. Ich habe auch neulich geschrieben, daß ich als für meine Person solches thun wollte, und habe E. C. G. oder andere Stände nicht damit beschweren wollen. Darauf hat nun der König mir sein Geleit zugeschickt und begehrt, daß ich kommen soll.

Wiewol ich nun von den Briefen allerley disputiren könnte, gleichwohl, dieweil es das Ansehen hat, daß ich mich zum Theil erboten (denn so ichs ausschlüge, wollte angesehen werden, als für eine Verachtung, oder als hätte ich der Sachen Scheu; item daß es vom gedachten dem Bischof zu Paris und seinem Bruder zur Linderung practiciret ist) wollte ich diesen Ritt im Namen Gottes thun, so mir E. C. G. gnädig erlaubte, für meine Person als privata persona. Denn ja wahr ist, daß man diesen großwichtigen Handel der Religion den großen Potentaten und fremden Nationen so viel möglich einbilden muß, daß sie doch anfahen, diese Lehre zu hören, und nicht zugleich verdammen Anabaptisten und uns: wie uns denn unsere Feinde alle gleich halten, und den fremden Nationen vormalen. Dies allein ist mein Bedenken, und suche hierinn nichts anders. Und wiewol meiner Person geringes Ansehen,

---

*) i. e. epistolam de itinere in Galliam Melanthoni non permittendo.

*) Walchius tantum habet: als nämlich in Paris.

auch Ungeschicklichkeit wol erkenne, so bewegt mich doch, daß die Feinde, so ich nicht erscheine, solches deuten werden, als hätte ich der Sachen Scheu, und vielleicht den Leuten, so solches getrieben haben zur Linderung der Verfolgung, auch gegen den König verweislich seyn möchte. Wie denn bereits ein anderer Geschickter sich hat vernehmen lassen, er wollte nicht in Frankreich wieder kommen, so ich nicht mitzöge.

Dieß alles beweget mich, wiewol ich auch hierin viel Beschwerung und Sorge habe, daß ich gleichwol die Sache an E. C. G. unterthäniglich gelangen lasse, und bitte, E. C. G. wollte dem Handel gnädiglich nachdenken, und so es für unschädlich geachtet würde, mir für meine Person gnädiglich zwey oder drey Monate erlauben aufs längste.

Ich habe mit D. Caspar Creutzigern geredet, der wird dieweil zu Jena desto mehr Fleiß und Arbeit haben. Dazu habe ich auch durch andere die Lection für die Jugend, auch die Lection M. Francisci bestellet, und stelle solches alles[1]) zu E. C. G. gnädigem Bedenken. Gott bewahre E. C. G. gnädiglich allezeit.

Datum Torgau[*]) 1535.

E. C. G.

unterthänigster

Philippus Melanthon.

No. 1303. **18. Aug.**

Io. Fridericus ad Franciscum Reg. Gall.

† Ex autographo a Iusto Iona scripto in Actis in Tabul. Vinar. Registr. H. fol. 99. no. 42. Etiam ex iisdem transscripta est in cod. Gothan. 452. p. 384. — Eadem epist. germanice scripta habetur in Tabul. Vinar. Registr. H. fol. 97. no. 42. In latinam linguam epistolam Iustus Ionas, iussu Electoris, vertit. Vid. ep. Electoris ad Pontanum d. d. 19. Aug. h. a.

Ad Franciscum Regem Galliae.

Serenissime et clarissime Rex. Vestrae Regiae Serenitati nostra studia et officia offerimus. Charissime Dn. et consanguinee. V. R. S. significandum literis esse duximus, quod nuper doctissimus vir *Philippus Melanchthon* a nobis petierit exponens, quomodo in quibusdam negotiis V. R. S. ad ipsum literas dedisset, quibus hoc petitur, ut is se ad V. D. S. in regnum Galliae ad aliquod tempus conferat. Quamvis autem *Philippus* (quod ad ipsum attinet) hoc facere non gravetur, tamen, ut scholae nostrae addictus Professor et noster minister, in hac re primum nostrum nutum obedienter requirendum duxit et consensum. Et nos quidem, ad gratificandum amice et officiose V. R. S. prompti ac propensi, essemus permissuri *Philippo* hanc profectionem in Galliam, praesertim in his maximis religionis negotiis, ad laudem, honorem et gloriam Dei, ad insignem propagationem, uberrimum et amplissimum fructum evangelii pertinentibus. Verum hac aetate eiusmodi varius est cursus rerum, atque ea asperitas ac difficultas temporum, quotidie aliis atque aliis incidentibus sollicitudinibus et periculis, ut ex multis, magnis, gravibus et urgentibus causis, dein etiam aliqua consideratione damnorum et sermonum, qui hinc nobis excitari aut exoriri possint, in variam et gravem huius rei occasione venerimus deliberationem. Ad haec praesens quaedam et subita accessit necessitas, quod *Philippi* opera non nisi magno incommodo et dissipatione publicorum studiorum in nostro Gymnasio carere nunc possimus, cum nostra schola iam propter pestis luem et periculum dispersa sit, et ad tempus in alium locum nostro permissu et auctoritate translata. Deinde non certe meminisse possumus, quod R. V. S. ad nos de *Philippo* aliquid scripserit aut literis significaverit.

Rogamus ergo V. R. S. non aegre ferat, neque (quod ad *Philippum* attinet) parum clementer accipiat, ipsum pro hoc tempore ex his nostris ducatibus et terris non potuisse dimitti, sed nos amice, illum vero clementer excusatum habere dignetur. Nam si V. R. S. praefatum *Philippum* alio futuro tempore, ut se obtulerit occasio, vocaverit, et fide publica, illi sigillatis literis data, saluti incolumitatique eius prospexerit, et ad nos eo nomine literas dederit, nos etiam suis regiis literis obligatoriis et dignis in re tali certos reddiderit, *Philippum* semotis omnibus impedimentis et gravaminibus cito remittendum nobis esse: tunc illo (Deo dante) futuro tempore, si ullo modo *Philippi* opera carere potuerimus et praesentes difficultates rerum ac sollicitudines cessarint, profectionem ei hanc Gallicam permittemus. Nam quidquid per ipsum *Philippum* ministrum nostrum, dein et nos ipsi nostra opera et diligentia facere possimus, quod ad quam latissime plantandum et propagandum verbum salutiferum evangelii Christi, deinde etiam ad honorem

1) alles excidit apud Walch.

*) d. 17. Aug.

quam multa non obscure taxantur! Quoties ingulatur *Origenes* in libro περὶ ἀρχῶν! *Longobardo* ne quidem ipsius alumni pepercerunt. Et quaedam iure reprehenduntur.

Itaque cum tantum et difficultatis et periculi sit, componere methodum, saepe mihi venit in mentem, id non unius hominis opus esse debere, sed synodi, in qua doctissimi et optimi viri, re communiter deliberata, de omnibus iis articulis, de quibus saepe oriuntur controversiae, et quaedam in ipsis veteribus[7]) dissimilitudo est, diligenter iudicarent, et integram doctrinam religionis ederent.

Quod *Plato* inquit, *Princeps rerum publicarum praecipue hoc efficere debere, ut cives et beati sint et inter se amici*, ad hunc optimum Ecclesiae statum nulla res afferret plus momenti, quam si talis[8]) aliqua pia ac simplex extaret forma doctrinae, gravi autoritate scripta. Haec enim et ambigentes animos sanare, et concordiam ac tranquillitatem Ecclesiae restituere, et in posterum munire posset. Huius summi inter homines beneficii autores non solum Episcopos, sed etiam summos Principes esse decet, ut et gloriam Dei ornent et omnium gentium saluti consulant, praesertim cum sine ope ipsorum res tanta perfici nequeat. Nec vero dubito, quin ut quisque Princeps prudentissimus atque optimus est, ita vehementissime afficiatur Ecclesiae cladibus. Neque enim sunt aut obscurae, aut ita leves, ut sine summa acerbitate doloris considerari possint.

Veteres quidam morbi haerent in Ecclesia non dissimulandi. Constat enim quosdam insignes articulos doctrinae Christianae diu iacuisse obrutos densissima caligine. Ex qua postquam evolvi coeperunt opera quorundam doctorum et bonorum virorum, statim suscepta est passim inusitata saevitia, et indigna lenitate Ecclesiastica. Neque tantum trucidantur boni et docti viri, confirmantur[9]) abusus, sed omnino extinguuntur studia doctrinae Christianae. Hinc orta dissensio, cum alia infinita parit incommoda, tum hoc praecipuum[10]), quod locum praebet, ut fit, alicubi indoctis, seditiosis et fanaticis hominibus, qui et nefarias θεομαχίας spargunt in Ecclesia, et de rebus civilibus falsas serunt opiniones, et perniciosas religioni ac civili[11]) hominum societati, planeque transformant religionem in quandam horribilem barbariem. His tantis malis profecto decet[12]) bonos et sapientes Principes idonea remedia quaerere. Quid quod etiam posteris praestare Ecclesiam debent? quae quidem, nisi ratio ineatur, ut pia et certa doctrinae forma ad posteros propagetur, infinitis modis dilacerabitur.

Extat apud *Xenophontem* brevis quaedam ac plena gravitatis atque animi Laconici concio *Archidami*, qui collapsam ac paene deploratam Spartam virtute sua restituit. Hic ante id praelium, quo maxime iterum erexit patriam, cum instructa acie iam signa canere iuberet, his verbis adhortatur exercitum: *Ἄνδρες πολῖται, νῦν ἀγαθοὶ γενόμενοι, ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν, ἀποδῶμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὴν πατρίδα.* O generosam vocem, et dignam Rege Spartano et *Agesilai* filio, qua testatur magnos et fortes viros debere maximas dimicationes suscipere, ut posteris salvam rempub. tanquam certam sedem relinquant! Quanto magis decet sic affectos esse Christianos et Principes et doctores, ut cupiant posteris relinquere Ecclesiam recte constitutam ac tranquillam. Nec vero ullius rei cura potior et antiquior esse magnis viris debet, praesertim iis, qui sedent ad gubernacula, qui utinam in tantis Ecclesiae calamitatibus aliquando sibi hanc honestissimam vocem subiiciant: *ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν, ἀποδῶμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὴν ἐκκλησίαν.* Id vero non potest effici, nisi rite explicata doctrina. Nam violenta consilia nec sanant ambigentes animos, nec prosunt ad constituendam durabilem tranquillitatem. Et quanquam cohercenda est petulantia, et severis exemplis puniendi sunt, qui serunt aut amant impia dogmata, aut seditiones excitant; tamen videndum est, ne pariter sine discrimine exerceatur saevitia in bonos et malos.

Sed ut redeam unde digressus sum. Equidem maxime opto, ut de aliqua integra methodo synodus aliquando deliberet. Sed cum hoc tempore viderem in tanta varietate disputationum atque opinionum, imperitis quasi regiones monstrandas esse doctrinae Christianae, eosque praemuniendos esse contra perniciosas atque impias

---

7) *veteribus* excidit ap. Peuc.
8) Peuc. in lib. I. (item Londin.) mendose *telis* pro *talis*.
9) Peuc. in lib. I. (item Londin.) mendose *confirmatur*.
10) Peuc. edidit *praecipue*.

11) Londin. mendose *civilium*.
12) Edd. locorum Mel. Viteb. 1558. et 1541. maior: *docet*, ex mendo.

Gelegenheit nach zu Antwort zu geben seyn sollt, die wir euch hiemit auch übersenden. Nachdem denn dieß eine Sache und Handel, daran uns, unsern Landen und Leuten, auch der ganzen Religion teutscher Nation und allen unsern Mitverwandten nicht wenig gelegen, wir auch euch gleichwohl Magistro Philippo durch unsere Antwort und Wegerung mehr denn es noth zu Gemüthe zu führen nicht gern Ursach geben wollten, und uns doch unsers Ermessens aus vorgenannten und andern mehr bewegenden Ursachen ihm dieß Mal zu erlauben [Urlaub zu geben] in keinem Wege gebühren will: so ist unser gnädiges Begehren, ihr wollet diese Sache bei euch nach Nothdurft erwägen, und uns neben Wiedersendung beiliegender Schriften, ob diese Antwort dem Philippo zu geben, oder was sonst hierin zu thun sey, euern Rath und Bedenken anzeigen und mittheilen. Würdet ihr es auch für gut und nützlich ansehen, daß ihr vorgemeldten Philippum und Doctor Martinum zu euch erfordert, euch mit ihnen davon ferner zu unterreden, ob sie für sich zu bewegen, von dieser ihrer Suchung abzustehen, das lassen wir uns auch gefallen, und werdet uns auf diesen Fall, was euch hierin begegnen würde, sampt euern Bedenken zu berichten wissen. — Lochau, Donnerstag nach Assumptionis Mariae 1535.

(*Sua manu adscripsit Princeps Elector haec:*)

Denn wir tragen nicht wenig Sorge, so Philipps in Frankreich reisen werde, er werde mit seiner großen Weisheit und Fleiß, den er haben wird, den König irgend auf eine Meinung zu bringen, viel nachlassen, das hernach D. Martinus und die andern Theologi nicht werden einräumen können, und sollte, wie wir sorgen, auch wohl weitläuftig vom Doctor (Luther) vermerkt, zwischen ihnen selbst darüber Zwiespalt vorfallen, das viel Leute ärgern würde, und dem Evangelio merklich Schaden thun. Zu dem ist nicht zu vermuthen, daß den Franzosen Ernst sey des Evangeliums halben, sondern weil sie die Wankelmüthigkeit bei dem Philippo spüren, daß sie werden anhalten, ihn weiter auszulernen, und darnach seine Unbestandigkeit auszubreiten, und ihn zu verunglimpfen. So ist auch wohl abzunehmen, daß die Leute, die die Sache fördern, mehr Erasmisch denn Evangelisch seyn. Was uns auch von denselbigen Leuten vorm Jahre im Lande zu Jülich begegnet, wißt ihr euch wohl zu erinnern. Solches und mehrers wird dem Philippo mit großer Gefährlichkeit seines Leibes, Seele und Gewissen begegnen. So fürchten wir, daß man ihn die falsche Englische Ehe verfechten zu helfen auch wird anhängen wollen. Aus diesen und viel mehr Ursachen begehren wir gnädiglich, ihr wollet Fleiß thun, daß er nicht in Frankreich ziehe, wie ihr ihn mit eurer Handlung bald davon werdet abzubringen wissen. Denn wir sind einmal darauf entschlossen, und müßten wir uns Philippi gleich ganz verziehen, daß er mit unsrer Erlaubniß und gutem Willen nicht ziehen soll *).

No. 1305. 24. Aug.

Io. Fridericus Elect. ad Melanthonem.

† Ex apographo, Melanthonis manu scripto, quod habetur in cod. Monac. II. p. 59. et factum est a Melanthone ut mitteretur amico, verosimiliter Camerario suo. — Mandatum Principis Electoris, quid Melanthoni respondendum sit, habetur in Tabul. Vinar., ubi etiam Reg. H. fol. 99. no. 42. haec epistola habetur, et quidem secundum delineationem, Principis Electoris manu scriptam.

(*Ioann. Fridericus Dux Sax. Princeps Elector ad Phil. Melanthonem.*)

Von Gottes Gnaden, Johanns Friedrich 2c.

Unsern Gruß zuvor. Hochgelarter, lieber getreuer. Als ihr uns jetzt abermals eurer Reise halben in Frankreich geschrieben, solchs haben wir sampt des Ehrwürdigen und Hochgelahrten, unsers lieben andächtigen Ern Martin Luthers Doctor, darneben an uns gethane Schrift alles Inhalts sampt angehängter Bitt vernommen. Und hätten uns dieser Euern weitern Ansuchung über die Antwort, so wir euch nächst allhie zu Torga durch unsre Räthe geben lassen; die ihr auch, wie wir durch sie bericht, sollt angenommen haben, in Ansehung unsrer Ungelegenheit und Beschwerung, die euch dazumal auch angezeigt worden, nicht versehen. Denn daß eurer Person halben etwas beschwerlichs seyn will, die Reise über euer gethanes Erbiethen, welches doch ohne unser Vorwissen beschehen, abzuschlagen, können wir wohl achten. Ihr möget aber leichtlich bedenken, was ihr uns, als eurer von Gott geordneten Oberkeit schuldig seyd; darum uns nicht wenig beschwerlich, daß ihr euch ohne unser Vorwissen dergestalt verteuft [tief eingelassen], und euch nicht zuvor bei uns erkundet, was uns darinnen gelegen hat seyn wollen, nachdem euch wohl bewußt, wie Frankreich gegen Kais.

---

*) Lutherus scribit ad Ionam d. 19. Augusti: Philippus vocatus a Rege Franciae est, et etiam me consule libens proficisceretur. Nedum id a principe impetrare potuit. Subindignabundus hinc discessit rursus ad Ienam. Quid futurum sit ignoro.

M. und Königlicher Durchl. zu Hungarn und Behem stehet, und was uns darin hätte zu bedenken seyn mögen. Denn wir ungern hindern, sondern viel mehr fördern wollten, daß fremde Nationes zu dem Evangelio gebracht würden, wie wir auch, Gott Lob, nicht anders erkannt seyn worden.

Es ist aber wohl höchlichen zu bedenken, welches einander vorzuziehen: nach fremden Nationen zu trachten dieselbigen zum Evangelio zu bringen, welches doch fast weitläuftig und zweifelhaftig, wie denn die französischen Schriften zu dem, daß gänzlichen etwas fruchtbars auszurichten und zu pflanzen seyn sollt, mehr Untrost denn Trost geben, oder derhalben Nachtheil und Verhinderung gemeines Friedens teutscher Nation zu verursachen, auch uns an unsern Sachen, da wir doch billiger gefördert, denn gehindert sollten werden, zu verhindern und zu verunruhigen *).

Daneben was eurer Person halb, deßgleichen auch in Sachen des Evangelii für Trost, Hoffnung oder Zuversicht zu dem Franzosen zu haben, ist wohl zu bedenken, dieweil vormals wenig Treue oder Glaube von ihm gehalten, wie solches die öffentliche Geschicht anzeigen.

Denn mit was Gemüth Königliche Durchleuchtigkeit zu Hungern und Behemen, zu dem wir Fried und Freundschaft auch Einikeit aufzurichten kämen, da seine Königl. Durchlauchtikeit wissen sollt, daß in solcher stehender Handlung ihr als unser vornehmster Theologus bei seiner Kön. Durchl. und zuvörderst Kais. Maj. ärgsten Feind, dem König zu Frankreich, in Handlung stündet, und persönlich bei ihm wäret, mit uns Handlung pflegen, und ob die Sachen zu einem guten oder bösen Ende, auch Friede oder Unwillen laufen würden, solchs habt ihr leichtlich zu ermessen.

So können wir auch bei uns nicht bedenken, was solchs für ein Ansehn bei Kais. M. und Königl. Durchl. auch allen Ständen des Reichs haben, und wofür es angesehen werden wollt, da es ruchtbar werden sollt, daß man sich gegen fremde Nationen hören oder vernehmen ließ, wie die vorigen übersandten Artikel, mit anderer Weitläuftigkeit, mitbringen, daß mit Gott und Gewissen ohne Nachtheil des Evangelii bewilligt könnt werden, daß kein Theil das andere nicht verdammen dürft, welchs doch vormals Kais. M. zu Unterthänigkeit und den Ständen des Reichs zu Freundschaft mit Gewissen nicht hat bewilligt und eingeräumt können werden, darüber auch die ganze Concordia zu Augsburg ist liegend blieben. Denn hätte man der Communion halben eine Gestalt nachgelassen und nicht verdammen können, wäre die beide Gestalt auch frei blieben *), und also ganze Concordia erfolget, welches doch aus dem, daß es mit Gott und Gewissen nicht hat beschehen mögen, unterlassen. Wie auch solche Artikel auf andere Weg gedeutet und uns und unsern Mitverwandten zu Schmach und Verkleinerung werden umgetragen, als hätten wir unsers Theils wiederrufen, ist am Tag, und beschwert uns nicht wenig, sollt auch wohl dahin gerathen, so man mit solchem Nachlassen in Frankreich umgehen wollte, daß durch solch Gutmeinen viel christlicher Gewissen höchlich geärgert, und dafür von vielen wollt angesehen werden, daß wir und unsre Mitverwandten, oder zum wenigsten ihr, als eine Privatperson, von voriger Confessio und Apologia abstehen wollten, und nun andre Artikel nachlassen, die doch darinnen vormals widerfochten worden, daß wir vielmehr in solcher Handlung Schmach denn Nutzen dem Evangelio besorgen.

Derhalben aus solchem angezeigten und andern mehr stattlichen, tapfern und großwichtigen Ursachen und Bedenken wissen wir euch zu diesem Mal nicht zu erlauben [beurlauben], begehren auch gnädiglich, ihr wollet solches von uns nicht anders noch ungnädiglich vermerken. (Haltet ihr es aber über das alles dafür **), daß ihr diese Reise mit gutem Gewissen zu unterlassen nicht umgehen könntet ***), so müssen wir euch auf den Fall eures Gefallens gebahren und nach euerm Willen und auf euer Ebentheuer walten lassen, und möget derhalben selbst bedenken, was euch hierin zu thun seyn will. Solches haben wir euch unsrer Nothdurft nach gnädiger Meinung nicht verhalten wollen. Datum zu

---

*) Verba: „oder derhalben Nachtheil — — — verunruhigen", Melanthon lineola subnotavit, et margini adscripsit: *propter haec verba nolui proficisci.*

*) Margini adscripsit hic Melanthon: *de utraque specie tantum est hoc scriptum, et additum, quod Papa prius deberet prohibitionem tollere.*

**) Autographon Philippi Monacense hic finitur, et ea quae uncis inclusimus non habet, sed desinit: vermerken. Dat. Torgau, praetermisso die et anno. Verba ultima: Haltet ihr es aber etc., ut nimis dura, consilio Pontani praetermissa videntur, sed leguntur in prima scriptura epistolae, Pontano missa, quae etiam habetur in Tabul. Vinar.

***) Hic in instructione Electoris habebantur verba, a scriba epistolae etiam inserta, sed litura iterum deleta: euch auch unser als eurer Oberkeit Befehl zu gehorsamen eures Gewissens halben nicht schuldig achten könntet. — Lutherus de hac epist. scribit ad Ionam d. 27. Augusti: „Literas Principis ad Philippum legi [i. e. primam scripturam Luthero a Pontano monstratam], sed parum laeto corde, quod sciam Philippum vehementer perturbatum iri tam severis literis. Et cogito varia, quae utinam non cogitarem. Alias plura, quia subtristior fui."

Torgau Dienstags Bartholomäi [24. Aug.] anno dom. XV. CXXXV.

Zeddel.

Und im Fall, da ihr solche eure Reise in Frankreich auf dieses unser Schreiben, wie wir uns versehen, unterlassen werdet, so thun wir euch hiermit eine Schrift an den König von Frankreich übersenden, deren Copei ihr inliegend zu befinden; die werdet ihr fürder seiner Königl. Durchl. wohl zuzuschreiben wissen. Dat. ut supra.)

No. 1306. 28. Aug.

Francisco, Regi Galliae.

Edita a Manlio in farrag. p. 89 sqq. Iterum a Peucero in Mel. selectis epistolis p. 95 sqq. et iterum Epist. lib. I. p. 71 sqq. (edit. Lond. I. ep. 30.) et in opp. Melanth. Witeb. T. IV. p. 324. Etiam in Bulaei historia Univers. Paris. T. VI. p. 257. — Apographa in cod. Bav. Vol. II. p. 782., cod. Mehn. II. p. 206. et cod. Monac. II. p. 61.

Christianissimo et potentissimo (Francisco) Regi Galliae P. M.

Christianissime et potentissime Rex. Cum aliis multis ornamentis pulcherrimum [1]) Franciae regnum longe antecellit [2]) omnibus regnis totius orbis terrarum; tum haec laus inter praecipuas ducenda est, quod et [3]) doctrinae studiis caeteras nationes semper vicit, et pro religionis Christianae defensione praecipue velut in statione perpetuo fuit. Quas ob causas merito titulum habet auspicatissimum [4]) Christianissimi [5]), quo nullum in terris praeconium maius aut augustius [6]) dici potest. Quare gratulor R. M. T. quod etiam hoc tempore suscipit curam sanandae [7]) doctrinae Ecclesiae: non tamen violentis remediis, sed vera ratione, et digna Rege optimo et Christianissimo. Et in his dissensionibus utriusque partis impetus ita moderari studet, ut explicata doctrina Christiana, et repurgata simul gloriae [8]) Christi, dignitati ordinis Ecclesiastici et tranquillitati Reipublicae [9]) consulatur. Profecto hac voluntate et his consiliis nihil gloriosius, nihil rege [10]) dignius excogitari [11]) potest. Itaque R. M. T. oro, ut non desinat in hanc curam cogitationemque incumbere. Etsi enim publica dissensio alicubi [12]) immoderatis vel etiam malis doctoribus locum tribuit [13]): tamen a bonis viris pleraque patefacta sunt, quae extare in Ecclesia plurimum refert. Quanquam igitur coercenda est in malis petulantia; tamen oro R. M. T. ne [14]) asperioribus iudiciis aut scriptis quorundam sinat se abduci [15]), ut etiam res bonas et Ecclesiae utiles deleri [16]) patiatur. Mihi quidem nullae immoderatae opiniones, aut quae labefactarunt pulcherrimum et sanctissimum Ecclesiae ordinem, unquam placuerunt. Quo quidem nihil in terris carius [17]), nihil antiquius esse [18]) debet. Atque ita scio apud nos affectos [19]) omnes bonos viros, qui in hoc ipso doctrinae genere versantur, in quo et *) ego versor.

Itaque cum accepissem literas R. M. T. Deum testor, me, quantum potui, conatum esse et contendisse, ut statim ad R. M. T. accurrerem. Nam mihi nihil optatius est, quam ut pro mea tenuitate aliquid opis adferre possim Ecclesiae; ac in spem optimam veni, postquam cognovi eam pietatem ac moderationem esse R. M. T. ut in commune gloriae Christi consultum cupiat. Sed quantae me difficultates paulisper adhuc remorentur, intelliget R. M. T. ex *Voraeo* [20]): quae quidem licet moram attulerint [21]) huic itineri, tamen animum meum neque a profectione neque a consiliis aut studio mitigandarum [22]) controversiarum averterunt. Sed haec exponet omnia copiosius *Voraeus*.

Postremo me R. M. T. commendo; ac polliceor me iudicium meum perpetuo ad doctorum et bonorum virorum in Ecclesia sententiam aggregaturum [23]) esse. Christus servet R. M. T. florentem et incolumem, et gubernet [24]) ad communem orbis terrarum salutem, et illustrandam ac ornandam gloriam Dei. Datae in Saxonia, V. Calendas Septembris, anno Domini 1535. [25])

1) *pulcherrimis* cod. Bav. et cod. Mehn.
2) Opp. Mel. *antecellat.*
3) *et* addunt Opp. Mel. et cod. Bav.; et habent *doctrina* pro *doctrinae studiis*. Sic etiam cod. Monac. II.
4) *auspicat.* abest a cod. Bav.
5) *Christianissimum* Opp. Mel. et codd. praeter Monac.
6) Manl. *acutius.*
7) Peuc. *servandae*, praetermisso sq. *doctrinae.*
8) Manl. et Peuc. (non Opp. Mel.) *gloria* mendose.
9) Opp. Mel. *dignitatique Eccl. ord. et tr. publicae.*
10) *rege*] Manl. *hac re.*
11) Opp. Mel. *cogitari.*
12) *alibi* Manl.
13) *praebuit* Opp. Mel. et codd.
14) Manl. *oro Deum, ne R. M. T.* (Cod. Bav. habet *rogo* pro *oro.*)
15) Peuc. *adduci.*
16) Opp. Mel. *deseri.*
17) *Quo — carius*] Manl. tantum: *Nihil clarius.*
18) *esse*] Peuc. addit *omnibus.*
19) † *esse* cod. Bav.
*) *et* non habent Opp. Mel. et cod. Bav.
20) Opp. Mel.: *Voceo.* (Similiter paulo post.)
21) *licet moram attulerint*] Opp. Mel.: *etiamsi moram attulerunt.* (*etiamsi* habet etiam cod. Bav.).
22) *mitigandarum* codd. et Opp. Mel. pro *tantarum*, quod est ap. Manl. et Peuc. in epp. select. et lib. I.
23) *directurum* cod. Bav., et cod. Mehn. *directurum esse et accommodaturum.*
24) Opp. Mel. add. *eam.*
25) Opp. Mel. add.: *Regiae Maiestat. T. addictissimus Philippus Melanthon.*

No. 1307. 28. Aug.

Guil. Bellaio Langaeo.

Edita in Opusculis de pace et concordia Ecclesiae restituenda, edit. cura et sumptibus Ioach. Laegeri. Brunsvici 1650. 4. — Iterum e MS. adiecta Camerarii vitae Melanth. ed. Strob. p. 425 sqq.

Melanthon ad Guilielmum Bellaium Langaeum.

Clarissime Domine. Nihil mihi posset accidere tristius, quam si de causis, quae meum iter remorantur, secus suspicaretur Christianissimus rex, aut etiam Celsitudo tua, quam res habet. Sed, ut spero, liberabit (me) omni suspicione viri optimi et fidelissimi D. *Voraei* testimonium, qui scit, quantum contenderim apud Ducem Saxoniae, mihi ut potestatem faceret suscipiendi hoc iter. Nam hoc tempore, cum schola secesserit propter pestilentiam, necesse mihi omnino fuit rem ad Principem referre: ibi quam duriter exceptus sim[1]), *Voraeus* exponet. Nunquam sensi asperiorem Principem. Nihil fingam, sed, ut in tantis rebus decet, verum sine ulla figura, sine ulla sophistica dicam. Primum respondet, opinionem de meo itinere offecturam esse maximis suis utilitatibus, quod ipse iter ad regem *Ferdinandum* haberet. Etsi autem disputabam me privatim meo nomine iter facere, tamen hoc argumentum ita urgebat et exaggerabat, ut cedendum mihi duxerim, ne viderer mei Principis seu spei seu utilitatibus officere cupere. Sed meo iudicio altera causa verior fuit, cur me non dimiserit. Legit meum consilium, quod ad vos misi[2]), in quo nihil reprehendit praeter unam quandam levissimam sententiolam de utraque specie, quod scripsi: sublata prohibitione postea sanciendum esse, ne altera pars alteram damnet. Aliae controversiae multo maiores sunt; itaque de hoc negotio scripsi minus vehementer. Id mihi velut crimen obiicitur. Nec profecto me illa ineruditorum iudicia movent, et saepe iam in similibus actionibus de pace plagas accepi; sed quia ipsi me largiorem aut timidiorem existimant, cavendum putant, ne, si quid ego condonavero, praegraventur praeiudiciis.

Incendit etiam animos ineruditorum exceptum quoddam ex illo consilio, quod nescio per quos lingua germanica sparsum est; in quo, quia de potestate ecclesiastica honorificentius quaedam dicuntur, inepti et indocti interpretantur, me totam causam prodidisse. Vocor transfuga, desertor, cum quidem idem toties iam in publicis libris de ecclesiastico ordine scripserim, seu de canonica politia. Hos clamores putat Princeps et sibi et causae nocere. Itaque non solum dimittere me noluit, sed etiam contumeliose mihi respondit; non enim dissimulo. Etsi autem constitui me ipsi purgare, tamen hoc tempore iter suscipere nolui, tantum eam ob causam, ne iniqui homines calumnientur, me voluisse utilitatibus mei Principis officere.

Vides quanto in discrimine verser, quantum exarserit odium, non aliam ob causam, nisi quod et ipsam religionem doceri pie et dilucide explicari cupio, et quaedam moderanda esse censui in utraque parte, ut sarciatur communis Ecclesiae concordia. Nec pugnant mecum eruditi, sed tantum indocti mihi succensent. Quid in civilibus discordiis omnibus aetatibus acciderit moderatis civibus, non ignoras. Ad haec exempla cum refero animum, non recusandam mihi esse fortunam illorum duco, qui, cum moderate sentirent, ab iratis civibus lacerati sunt. Mihi hominum iniquitas neque studium pietatis neque moderationem animi eripiet. Et de itinere pollicitus sum *Voraeo*, me venturum, Deo volente, proximo vere Francofordiam, unde, si tibi videbitur, excurram isthuc.

Tuam Celsitudinem vicissim adhortor, ut, postquam semel hanc curam suscepisti, dignissimam magno et praestanti viro, sanandae Ecclesiae, alteram partem etiam ad moderationem adhortere, ne res bonae et Ecclesiae utiles opprimantur, neve magis laceretur Ecclesia. Iniusta crudelitate video Christianissimum regem incitari scriptis magnorum hominum adversus nos, sed et reverendissimi ac sapientissimi viri Cardinalis fratris tui et tuis consiliis spero animum regis flecti posse et adduci, ut potius det operam, ut illustretur gloria Christi, quam ut mos geratur alienae crudelitati. Neque enim dubium est, opus esse Ecclesiae quarundam rerum explicatione. Sed haec fortasse coram copiosius. Bene valeat Celsitudo tua. Quinto Calend. Sept. anno 1535.

(Phil. Mel.)

1) Strob. e MS. adnotat: *fuerim.*
2) Cf. supra no. 1204.

No. 1308. (28. Aug.)

Io. Sturmio.

Manlii farrag. p. 168 sqq. — Apographa in cod. Goth. 401. p. 819 et in cod. Bav. Vol. II. p. 266.

Iohanni Sturmio.

S. D. *Voraeus* ipse testis erit, summam me contentionem adhibuisse, ut mihi Princeps concederet abeundi potestatem. Verum impetrare non potui: et causas copiose D. *Langaeo* perscripsi. Praecipua illa[1]) est, quod metuunt praeiudicia: et me putant aliquanto minus vehementem aut pertinacem esse, quam sunt alii. Et profecto sic est. Non puto contendendum esse, nisi de magnis et necessariis rebus. Non volo tueri omnes ἀκριβολογίας et ψυχρολογίας. Utinam liceat doctis libere loqui[2]) de magnis rebus. Nunc autem est democratia aut tyrannis indoctorum in utraque parte, qui rixantur de nonnullis leviculis rebus, et interdum suis affectibus serviunt.

Vidisti *Sadoleti* scriptum, qui cum in posteriore parte[3]) eadem dicat quae nos defendimus, iniuste facit, quod adeo hostiliter in nos invehitur. In priore parte enarrationis mihi pleraque satis probantur: sed, ut vides, currit interdum ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ. *Budaei* etiam Transitum vidi. Neque me haec deterrent[4]), quo minus istuc iter suscipiam. Imo incendunt potius, ut ipsis aperiam penitus animum[5]): et vicissim audiam, quid in commune consulant ipsi. Ego quidem a doctis et bonis in Ecclesia nunquam dissentiam. Sed pro tua excellenti doctrina vides, vetera quaedam errata opus habere emendatione. Nec dissimulo, evectos[6]) etiam esse nostros interdum ὑπὲρ τὰ ἐσχαμμένα, et multa mitigavi. Itaque si quid opis possumus adferre Ecclesiae, annitamur[7]) omnibus viribus: atque hoc studium nulla mihi eripiet hominum iniquitas.

Magno in periculo † inter nostros[8]) propter hanc moderationem versor: ut solent in civilibus discordiis moderati cives utrinque male accipi. Planeque fatum mihi Theramenis impendere videtur. Credo enim Xenophonti, hunc fuisse bonum virum: Lysiae non credo, qui eum vituperat. Sed me voluntate rectae conscientiae[9]) sustento: et intuens in vetera et honesta exempla aequiore animo communem fortunam fero. Caetera audies ex *Voraeo*. Bene vale.

1) *illa* additur in codd.
2) *colloqui* cod. Bav.
3) *parte* abest a cod. Goth. 401.
4) Sic codd. pro *terrent*.
5) † *meum* cod. Goth. 401.
6) *eiectos* cod. Bav.
7) *adnitemur* cod. Goth. 401.
8) addunt codd.
9) *voluntatis meae conscientia* cod. Goth. 401. *voluntatis rectae conscientia* cod. Bav.

No. 1309. 31. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 247 sqq.

Clarissimo et optimo viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Tubingensi amico summo,

S. D. Precor Christum ex animo, ut haec migratio tibi et Reipub. fausta felixque sit, deque tuis rebus omnibus et scholae auspiciis expecto a te litteras, et quidem avidissime. Ac profecto libentius, quanquam alieno tempore, permisi meo ministro, ut expatiaretur in patriam, ut exploratissima mihi commemorare posset de tua valetudine, de institutis studiis, deque universa vitae ratione. Opto ut simplicitas et bonitas nostrae[1]) gentis sit tibi voluptati, spero enim te iam ingenia degustasse.

Nunc audi de meis rebus. Hic annus fatalis est nostro ordini, ut video; accipio enim et *Morum* interfectum esse, et alios, ego quoque magno in periculo versor. Scis me tibi saepe questum esse de certis rebus, quae me angerent maxime. καὶ ὅτι τινές[2]), οὓς ἥκιστα ἐχρῆν, οὐ πάνυ στέργειν δοκοῖεν τὴν ἡμετέραν ἁπλότητα, ὅτι τολμῴην περὶ ἐνίων ἧττον ἀκριβολογεῖσθαι. Genus illud hominum nosti, quorum, ut videtur, odium erupit aliqua ex parte iam in Gallico negotio. Equidem libenter vito congressus Gallicos, nec aliter promisi, nisi permittente principe; sed princeps commeatum negat, et ita respondet, ut vereri cogar, animum illius sermonibus malevolorum a me redditum alieniorem, etsi sane de

1) Suevicae.
2) Lutherus incensus ab Amsdorfio et Osiandro. C. W.

optimo principe, ut mihi perspectus est, nunc etiam melius spero, sed nosti illud, γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; Omisi igitur Gallicum iter, ne de meo officio ullo modo queri possent. Nunc reliquum est, ut etiam principi respondeam, ac me purgem. Id constitui graviter facere, ita ut simul de meis consiliis ac de iudicio doctrinae scribam, neque quicquam vel dissimulabo vel celabo voluntatis et sententiae meae, nolo enim perpetuo istas plagas ferre. Nullus fere annus mihi abiit, sine aliquo huiusmodi periculo. Possem multa et mira commemorare, quae ego mea dissimulatione et patientia sanavi. Et nosti pleraque. Quod si res ad Synodum deducetur, ut non dubito, his difficultatibus remanentibus, quid futurum sit nescio. Nunc te oro, ut me consilio tuo iuves; nihil enim constituam, priusquam tuas litteras accepero; non enim propero. Utinam tecum mihi liceret esse, maxime enim tecum et in Academia vivere cupio.

De aliis quibusdam rebus habet mandata minister meus, quem mihi fidelem esse certo scio, neque tu dubitas. Deliberabis igitur cum amicis nostris, sed nihil te contentionis aut periculi suscipere volo.

Non etiam hoc praeterire silentio possum, spargere quosdam, infensum mihi esse principem vestrum, propter *Islebii* caussam *), quae, ut manifestum est, nihil ad me attinet. Itaque non admodum illis fabulis moveor. Persuasum enim habeo multo esse et prudentiorem et meliorem principem, quam ut vel re incognita vel de obtrectationibus aliorum innocentem odio persequatur. Haec non tam quod angerent animum meum, quam quia in mentem modo venere, scribere ad te visum, ad quem parva magnaque soleo omnia. Proxime vero necesse mihi est Francofordiam venire, inde ad te excurram. Bene vale. Pridie Cal. Septemb. Φίλιππος.

*) Offenderat Islebius principem per librum de proverbiis. Vid. epist. d. 17. et 19. Apr. 1536.

No. 1310. (Aug.)

Henrico Regi Angl.

Manlii farrag. p. 349 sq. Repetita a Pezel. in libro III. epistolarum Mel. p. 9. (edit. Lond. III. ep. 4.) — Apographa in cod. Bav. Vol. II. p. 772. et in cod. Goth. 401. p. 75 b.

Reverendiss. Principi ac Domino, D. Henrico octavo Angliae et Franciae Regi, Hyberniae Domino, Vualliae et Cornubiae principi, Domino suo clementissimo

S. D. Serenissime et inclyte Rex. Etsi publicae quaedam causae impulerunt me, ut scriptum quoddam meum Regiae M. T. dedicarem *), ut ex praefatione intelliget R. M. T.[1]); tamen etiam multum me privatim admiratio ingenii tui[2]) et virtutis tuae movit, ut hac qualicunque significatione iudicii mei studium meum R. M. T. declararem. Dedi igitur hunc libellum nuntio[3]) *Alexandro Alesio Scoto*, viro docto et pio; qui virtutem et pietatem tuam + et" mihi et multis aliis in Germania magno studio praedicare solitus est. Is[4]) pollicitus est, se meum scriptum exhibiturum esse R. M. T. Quod ut aequo animo accipiat R. M. T. etiam atque etiam oro.[5]) Equidem opto, et animum meum et scriptum ipsum[6]) probari R. M. T. Sed de scripto permitto iudicium R. M. T.[7]) De mea voluntate hoc affirmare vere possum, et hunc animum meum R. M. T. addictissimum esse, et me de doctrina Christiana libenter amplecti ea quae probantur doctis et bonis viris[8]). Si quid mihi R. M. T. dici voluerit, poterit huic *Alexandro* tuto committere[9]).

Christus servet R. M. T. quam diutissime florentem et incolumem, et Rempub.[10]) multarum gentium, et Ecclesiae Christianae salutem: ad quam ornandam praecipue curam et consilia sua summos Reges referre decet, et hoc tempore maxime necessarium est. Mense Augusto, Anno 1535.

No. 1311. (Aug.)

Henrico, Regi Angliae.

Epistola nuncupatoria praemissa novae editioni Locorum theologicorum Melanthonis, quae prodiit anno 1535. — Posteriorem partem, quae versatur in laudando Henrico Rege, Melanthon in editionibus sequentibus resecuit, quod Rex, se hac laude indignum fuisse, factis postea demonstraverat. Inde factum est, ut Peucerus in Melanthonis epp. selectis p. 164 sqq. et in Epist. Mel. libro I. p. 340 sqq. (edit. Londin. lib. I. ep. 109.) priorem tantum epistolae partem, de necessitate et utilitate methodi agentem (ut

*) Sunt loci theologici.
1) *ut ex* etc. praetermisit Pez.
2) *tui* om. Manl., et paulo post *tuae* om. Pez.
3) Pro *igitur* habet Manl. *itaque*; Pez. om. *hunc* et pro *nuntio* habet *huic*; Manl. et cod. Goth. 401. habent *initio* pro *nuntio* (quod est in cod. Bav.).
4) *Is* non habet Pez.
5) Manl. *rogo*.
6) Manl. om. *ipsum*.
7) *Sed de* etc. omittuntur a Manl. et cod. Goth. 401.
8) Pez. *et me ea de ... amplecti quae congruunt cum veris iudiciis veteris et purioris Ecclesiae.* Cdd. ut Manlius.
9) *Si quid* etc. om. Pez. 10) *et Rempub.*] Pez. *ad publicam*.

inscripsit eam Peucerus) daret, posteriorem autem partem, quasi singularem epistolam, ederet Pezelius in libro III. epist. Mel. p. 11 sqq. (edit. Lond. lib. III. ep. 6.). — Non integram epist., sed priorem tantum partem habes in opp. Melanth. Basil. T. II. p. 441 sqq. (sicut in edit. 1540. Viteb. utraque). — Responsum Regis vid. infra d. 1. Oct. h. anni.

Serenissimo Principi, D. Henrico Octavo, Angliae et Franciae Regi, Hiberniae Domino; Valliae et Cornubiae Principi.[1])

S. D. Cum in docendo magnopere prosit, tenere summas rerum ordine et ratione distributas et in methodum contractas, collegi et ego praecipuos locos doctrinae Christianae, eosque quos arbitrabar maxime ad pietatem alendam conducere, et in vita et in[2]) exercitiis piorum usum habere, denique qui extare in Ecclesiis et in concionibus inculcari maxime debent. Ac non solum curiosas et inutiles quaestiones praecidi ac fugi, sed etiam in reliquis locis, quos explicandos esse putavi, optima fide ac simplicitate sine Sophistica, res ipsas, quantum potui, exposui. Nam et ipse abhorreo, ut qui maxime a praestigiis illis disputationum, quae cum multa colligunt inextricabilia, perplexa, paradoxa, absurda, prodigiosa, tantum perturbant conscientias, non docent.

Etsi autem hoc unum fuit meum consilium, ut de rebus necessariis colligerem doctrinam catholicae Ecclesiae Christi, videlicet, quae traditur in Apostolicis literis et receptis scriptoribus Ecclesiasticis; tamen hic praefandum duxi, me libenter Ecclesiae catholicae, hoc est, piis, doctis et peritis omnibus permittere iudicium de omnibus lucubrationibus meis. Quemadmodum enim Paulus praecipit, ut unusquisque norit modum fidei sibi datum a Deo; ita, cum mea mihi imbecillitas non plane sit ignota, neque antea sine autoribus de ullo dogmate pronunciavi, neque Ecclesiae iudicium unquam aspernabor.

Nec vero novum est exemplum, methodos doctrinae Christianae informare. Nam et apud Graecos *Damascenus*, et apud nostros *Longobardus* huiusmodi[3]) scripta reliquerunt, quibus gratiam et celebritatem summam hoc unum peperit, quod methodi magno studio expetuntur; Itaque videmus eos vel primae classis scriptoribus annumeratos esse. Extiterunt et ante hos huius generis libelli, enarrationes *Cypriani* et aliorum in symbolum. Et nonnulli non inconcinne *Augustini* sententias collegerunt de singulis articulis[4]), in libello, cui titulus est, *de fide ad Petrum.* Extat et vetus scriptum *Origenis* περὶ ἀρχῶν, cui hunc titulum fecit, propterea quod praecipuos locos Christianae doctrinae ibi serie quadam disponit et explicare conatur. Ad haec Paulus quasi methodum quandam informat in *Romanis*, accuratissime disputans de caussa peccati, de usu legis, et de beneficio Christi, quod sit proprium Christi beneficium, quomodo consequamur remissionem peccatorum et reconciliationem. Sunt initio et symbola hoc consilio condita, ut extaret brevis quaedam summa doctrinae Christianae, in qua locos ad pietatem necessarios, tanquam simul in una tabula propositos, conspicere et complecti homines possent. Nam haec una est ratio utilitas docendi. Quare non sum autor novi exempli in Ecclesia.[5])

Sed illud valde angit animum meum, quo magis opus est methodo, quo avidius omnes studiosi omnibus aetatibus has εἰσαγωγάς et expetiverunt et exceperunt, eo maiore consilio et religione scribi debebant. Quid enim difficilius est, quam explicare dilucide gravissimas religionis controversias? Quid periculosius, quam in tanta iudiciorum varietate rectissima deligere? Quid proclivius, quid tam homini proprium, quam labi et hallucinari, et non raro specie recti decipi? Quid quod saepe etiam recte sentientes, tamen in explicando quasi sui obliviscuntur, nec satis commode dicunt quod volunt. Saepe cedunt[6]) oneri, nec possunt quod sentiunt exponere. Inde cum postea imperiti opiniones parum commodas hauriunt, plurimum oritur scandalorum in Ecclesia. Haec sciunt me non frustra queri, qui cum iudicio veteres scriptores legunt, quorum vix ullus est, in quo non interdum vel perspicuitas, vel diligentia desideretur. Quam multi occurrunt loci, de quibus cum ipsis autoribus, si liceret, colloqui cuperemus, et coram diserte sciscitari, quid senserint, quos habuerint autores. Praesertim autem in hoc scripti genere in methodis,

1) Edit. locorum Mel. Viteb. 1541. utraque et Opp. Mel. Basil. inscriptum exhibent: *Philippus Melanthon Lectori.*

2) *in* excidit ap. Peuc.

3) *huiuscemodi* edit. locorum Mel. Viteb. 1542. minor.

4) *articulis* excidit ap. Peuc.

5) In ed. locorum Mel. Viteb. 1535. utraque (item ed. August. Vind. 1536. et Salin. Suev. 1539.) distinguitur: *Ecclesia, sed ... meum. Quo* etc.

6) Peuc. in lib. I. (non in Select. epp.): *concedunt.*

quam multa non obscure taxantur! Quoties iugulatur *Origenes* in libro περὶ ἀρχῶν! *Longobardo* ne quidem ipsius alumni pepercerunt. Et quaedam iure reprehenduntur.

Itaque cum tantum et difficultatis et periculi sit, componere methodum, saepe mihi venit in mentem, id non unius hominis opus esse debere, sed synodi, in qua doctissimi et optimi viri, re communiter deliberata, de omnibus iis articulis, de quibus saepe oriuntur controversiae, et quaedam in ipsis veteribus[7]) dissimilitudo est, diligenter iudicarent, et integram doctrinam religionis ederent.

Quod *Plato* inquit, *Princeps rerum publicarum praecipue hoc efficere debere, ut cives et beati sint et inter se amici*, ad hunc optimum Ecclesiae statum nulla res afferret plus momenti, quam si talis[8]) aliqua pia ac simplex extaret forma doctrinae, gravi autoritate scripta. Haec enim et ambigentes animos sanare, et concordiam ac tranquillitatem Ecclesiae restituere, et in posterum munire posset. Huius summi inter homines beneficii autores non solum Episcopos, sed etiam summos Principes esse decet, ut et gloriam Dei ornent et omnium gentium saluti consulant, praesertim cum sine ope ipsorum res tanta perfici nequeat. Nec vero dubito, quin ut quisque Princeps prudentissimus atque optimus est, ita vehementissime afficiatur Ecclesiae cladibus. Neque enim sunt aut obscurae, aut ita leves, ut sine summa acerbitate doloris considerari possint.

Veteres quidam morbi haerent in Ecclesia non dissimulandi. Constat enim quosdam insignes articulos doctrinae Christianae diu iacuisse obrutos densissima caligine. Ex qua postquam evolvi coeperunt opera quorundam doctorum et bonorum virorum, statim suscepta est passim inusitata saevitia, et indigna lenitate Ecclesiastica. Neque tantum trucidantur boni et docti viri, confirmantur[9]) abusus, sed omnino extinguuntur studia doctrinae Christianae. Hinc orta dissensio, cum alia infinita parit incommoda, tum hoc praecipuum[10]), quod locum praebet, ut fit, alicubi indoctis, seditiosis et fanaticis hominibus, qui et nefarias θεομαχίας spargunt in Ecclesia, et de rebus civilibus falsas serunt opiniones, et perniciosas religioni ac civili[11]) hominum societati, planeque transformant religionem in quandam horribilem barbariem. His tantis malis profecto decet[12]) bonos et sapientes Principes idonea remedia quaerere. Quid quod etiam posteris praestare Ecclesiam debent? quae quidem, nisi ratio ineatur, ut pia et certa doctrinae forma ad posteros propagetur, infinitis modis dilacerabitur.

Extat apud *Xenophontem* brevis quaedam ac plena gravitatis atque animi Laconici concio *Archidami*, qui collapsam ac paene deploratam Spartam virtute sua restituit. Hic ante id praelium, quo maxime iterum erexit patriam, cum instructa acie iam signa canere iuberet, his verbis adhortatur exercitum: Ἄνδρες πολῖται, νῦν ἀγαθοὶ γενόμενοι, ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν, ἀποδῶμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὴν πατρίδα. O generosam vocem, et dignam Rege Spartano et *Agesilai* filio, qua testatur magnos et fortes viros debere maximas dimicationes suscipere, ut posteris salvam rempub. tanquam certam sedem relinquant! Quanto magis decet sic affectos esse Christianos et Principes et doctores, ut cupiant posteris relinquere Ecclesiam recte constitutam ac tranquillam. Nec vero ullius rei cura potior et antiquior esse magnis viris debet, praesertim iis, qui sedent ad gubernacula, qui utinam in tantis Ecclesiae calamitatibus aliquando sibi hanc honestissimam vocem subiiciant: ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν, ἀποδῶμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὴν ἐκκλησίαν. Id vero non potest effici, nisi rite explicata doctrina. Nam violenta consilia nec sanant ambigentes animos, nec prosunt ad constituendam durabilem tranquillitatem. Et quanquam cohercenda est petulantia, et severis exemplis puniendi sunt, qui serunt aut amant impia dogmata, aut seditiones excitant; tamen videndum est, ne pariter sine discrimine exerceatur saevitia in bonos et malos.

Sed ut redeam unde digressus sum. Equidem maxime opto, ut de aliqua integra methodo synodus aliquando deliberet. Sed cum hoc tempore viderem in tanta varietate disputationum atque opinionum, imperitis quasi regiones monstrandas esse doctrinae Christianae, eosque praemuniendos esse contra perniciosas atque impias

7) *veteribus* excidit ap. Peuc.
8) Peuc. in lib. I. (item Londin.) mendose *telis* pro *talis*.
9) Peuc. in lib. I. (item Londin.) mendose *confirmatur*.
10) Peuc. edidit *praecipue*.
11) Londin. mendose *civilium*.
12) Edd. locorum Mel. Viteb. 1538. et 1541. maior: *docet*, ex mendo.

opiniones, coegi hos locos in compendium, bono studio, et quantum potui dedi operam, ut ordinem et viam ad docendam accommodatam adhiberem, meque in[13]) ipsa methodi septa diligenter inclusi. Quod ut faciam, etsi etiam ingenii infirmitas me cogit, tamen habeo aliquam consilii mei rationem. Quanquam enim sunt nonnulli excellentibus ingeniis praediti, qui, velut *Phidias* tribuit statuis non solum aptam harmoniam membrorum, sed etiam dignitatem et amplitudinem, ita et ipsi ad methodum adiungunt splendorem et lumen orationis, ad illustrandam rerum magnitudinem; tamen haec foelicitas perpaucorum est. Ego meo me pede metior, ac satis agnosco me, divinam illam *Phidiae* formam atque ideam effingere non posse, ac facile patior me inter κοροπλάθους et minutorum operum figulos numerari; quare maiori[14]) cura ac studio illa artis vestigia consector. Scio multos alios magis[15]) delectari liberis declamationibus, et has angustias methodi fugere. Sed plerique dum sibi indulgent, saepe a scopo deerrant; et dum multa extra caussam magna voce sonant, manuque tota, nihil certi lectorem docent. Illam vero licentiam Academico more disputandi maxime odi, quam sibi sumunt nonnulli, qui et recte tradita ab aliis calumniose depravant ac evertunt, et sine lege, sine delectu, sine autoritate veteri, quidquid libet, dicunt. Quod de *Tantalo* inquit *Euripides*: ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον, profecto in theologo turpissimus est morbus linguae petulantia. Meminisse nos decet, quo in theatro versemur; iudicem habemus Christum, spectatores Angelos, auditores infirmos, quorum animi facile sauciantur.

Ideo et religionem ac fidem, quam debemus rebus sacris, praestare studui; et ne res alioqui intricatas magis etiam involverem, adhibui proprietatem in explicando, quantam[16]) potui. Eamque ob caussam usitatis in Ecclesia verbis usus sum, et interdum a scholis verba quaedam mutuatus sum, quae sunt condonanda temporibus. Caeterum dedi operam, ut sermo esset perspicuus. Non admiscui peregrinas disputationes. Etsi enim ita statuo, eos qui non sunt instructi liberali eruditione, non satis idoneos esse ad exponendam religionis doctrinam, et in plerisque locis quaedam ex aliis literis assumenda sunt, interdum conferendae quaedam sententiae religionis cum Philosophia; tamen ut in aliis rebus, ita hic quoque modus gratissimus est. Adiuvemur[17]) ab aliis artibus in his ipsis rebus illustrandis, in instituenda oeconomia, seu, ut ita dicam, in ipsa aedificii forma delineanda. Nam indocti ne possunt quidem res intricatas apte distribuere, sed saepe miscent non cohaerentia, aut divellunt coniuncta; nec semper vident, quid sit in controversia, ubi confligendum sit. Ad haec plerique loci collatione Philosophiae fiunt illustriores. Neque tamen confundenda sunt artium genera, non obruenda est doctrina Christiana alienis disputationibus. Ego etiam, ne prolixior essem, parcius, quam licuit, delibavi quaedam ex aliis[18]) literis. Paulus vult eos, qui tradunt doctrinam religionis, esse διδακτικούς, quod profecto nemo praestare potest rudis aliarum literarum. Itaque etsi sunt aliae praestantiores virtutes, pietas, usus vitae, experientia certaminum spiritualium, prudentia; tamen impudentes sunt hi quoque, qui cum se interpretes doctrinae Christianae esse profiteantur, non dant operam, ut adiungant liberalem eruditionem, quae non solum ornamento[19]) est Ecclesiae Christianae, sed aliquid ipsi doctrinae lucis addit.

Ac plane dignos odio esse censeo *Anabaptistas*, et si qui similes sunt, qui ineruditam quandam et barbaricam theologiam in Ecclesiam invehere conantur, et contendunt nullis literis opus esse. Quare omnia confuse sine arte dicunt, nullam adhibent antiquitatis notitiam, nullam collationem ex aliis disciplinis. Atque hi suum habent theatrum; vulgus enim quia natura odit artes, gaudet earum dignitatem elevari. Verum haec persuasio non solum officit studiis literarum et civili vitae, quam tuentur caeterae artes, sed etiam nocet religioni. Nam eruditio non solum hoc nomine prodest, quod acuit iudicia, quod docendi[20]) formam monstrat, sed conducit etiam moribus. Nam ut quisque eruditissimus est, ita diligentissime magnitudinem rerum animo metitur, quod curam et sollicitudinem recte docendi auget.

13) Peuc. in lib. I. (item Londin.): *intra*.

14) Ed. locorum Mel. Viteb. 1535. prior (item ed. Argentorat. 1536. et Salin. Suev. 1539.) *maiore*.

15) *magis* excidit ap. Peuc.

16) Peuc. *quantum*.

17) Peuc. in lib. I. (item Londin.) mendose: *Adhuemur*.

18) *aliis* excidit ap. Peuc.

19) Peuc. *ornamentum*.

20) Peuc. in lib. I. (item Londin.): *ducendi* pro *docendi*.

quam multa non obscure taxantur! Quoties insultatur *Origenes* in libro περὶ ἀρχῶν! *Longobardo* ne quidem ipsius alumni pepercerunt. Et quaedam iure reprehenduntur.

Itaque cum tantum et difficultatis et periculi sit, componere methodum, saepe mihi venit in mentem, id non unius hominis opus esse debere, sed synodi, in qua doctissimi et optimi viri, re communiter deliberata, de omnibus iis articulis, de quibus saepe oriuntur controversiae, et quaedam in ipsis veteribus[7]) dissimilitudo est, diligenter iudicarent, et integram doctrinam religionis ederent.

Quod *Plato* inquit, *Princeps rerum publicarum praecipue hoc efficere debere, ut cives et beati sint et inter se amici*, ad hunc optimum Ecclesiae statum nulla res afferret plus momenti, quam si talis[8]) aliqua pia ac simplex extaret forma doctrinae, gravi autoritate scripta. Haec enim et ambigentes animos sanare, et concordiam ac tranquillitatem Ecclesiae restituere, et in posterum munire posset. Huius summi inter homines beneficii autores non solum Episcopos, sed etiam summos Principes esse decet, ut et gloriam Dei ornent et omnium gentium saluti consulant, praesertim cum sine ope ipsorum res tanta perfici nequeat. Nec vero dubito, quin ut quisque Princeps prudentissimus atque optimus est, ita vehementissime afficiatur Ecclesiae cladibus. Neque enim sunt aut obscurae, aut ita leves, ut sine summa acerbitate doloris considerari possint.

Veteres quidam morbi haerent in Ecclesia non dissimulandi. Constat enim quosdam insignes articulos doctrinae Christianae diu iacuisse obrutos densissima caligine. Ex qua postquam evolvi coeperunt opera quorundam doctorum et bonorum virorum, statim suscepta est passim inusitata saevitia, et indigna lenitate Ecclesiastica. Neque tantum trucidantur boni et docti viri, confirmantur[9]) abusus, sed omnino extinguuntur studia doctrinae Christianae. Hinc orta dissensio, cum alia infinita parit incommoda, tum hoc praecipuum[10]), quod locum praebet, ut fit, alicubi indoctis, seditiosis et fanaticis hominibus, qui et nefarias θεομαχίας spargunt in Ecclesiis, et de rebus civilibus falsas serunt opiniones, et perniciosas religioni ac civili[11]) hominum societati, planeque transformant religionem in quandam horribilem barbariem. His tantis malis profecto decet[12]) bonos et sapientes Principes idonea remedia quaerere. Quid quod etiam posteris praestare Ecclesiam debent? quae quidem, nisi ratio ineatur, ut pia et certa doctrinae forma ad posteros propagetur, infinitis modis dilacerabitur.

Extat apud *Xenophontem* brevis quaedam ac plena gravitatis atque animi Laconici concio *Archidami*, qui collapsam ac paene deploratam Spartam virtute sua restituit. Hic ante id praelium, quo maxime iterum erexit patriam, cum instructa acie iam signa canere iuberet, his verbis adhortatur exercitum: Ἄνδρες πολῖται, νῦν ἀγαθοὶ γενόμενοι, ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν, ἀποδῶμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὴν πατρίδα. O generosam vocem, et dignam Rege Spartano et *Agesilai* filio, qua testatur magnos et fortes viros debere maximas dimicationes suscipere, ut posteris salvam rempub. tanquam certam sedem relinquant! Quanto magis decet sic affectos esse Christianos et Principes et doctores, ut cupiant posteris relinquere Ecclesiam recte constitutam ac tranquillam. Nec vero ullius rei cura potior et antiquior esse magnis viris debet, praesertim iis, qui sedent ad gubernacula, qui utinam in tantis Ecclesiae calamitatibus aliquando sibi hanc honestissimam vocem subiiciant: ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν, ἀποδῶμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὴν ἐκκλησίαν. Id vero non potest effici, nisi rite explicata doctrina. Nam violenta consilia nec sanant ambigentes animos, nec prosunt ad constituendam durabilem tranquillitatem. Et quanquam coercenda est petulantia, et severis exemplis puniendi sunt, qui serunt aut amant impia dogmata, aut seditiones excitant; tamen videndum est, ne pariter sine discrimine exerceatur saevitia in bonos et malos.

Sed ut redeam unde digressus sum. Equidem maxime opto, ut de aliqua integra methodo synodus aliquando deliberet. Sed cum hoc tempore viderem in tanta varietate disputationum atque opinionum, imperitis quasi regiones monstrandas esse doctrinae Christianae, eosque praemuniendos esse contra perniciosas atque impias

---

7) *veteribus* excidit ap. Peuc.
8) Peuc. in lib. I. (item Londin.) mendose *telis* pro *talis*.
9) Peuc. in lib. I. (item Londin.) mendose *confirmatur*.
10) Peuc. edidit *praecipue*.
11) Londin. mendose *civilium*.
12) Edd. locorum Mel. Viteb. 1558. et 1541. maior: *decet*, ex mendo.

opiniones, coegi hos locos in compendium, bono studio, et quantum potui dedi operam, ut ordinem et viam ad docendam accommodatam adhiberem, meque in[13]) ipsa methodi septa diligenter inclusi. Quod ut faciam, etsi etiam ingenii infirmitas me cogit, tamen habeo aliquam consilii mei rationem. Quanquam enim sunt nonnulli excellentibus ingeniis praediti, qui, velut *Phidias* tribuit statuis non solum aptam harmoniam membrorum, sed etiam dignitatem et amplitudinem, ita et ipsi ad methodum adiungunt splendorem et lumen orationis, ad illustrandam rerum magnitudinem; tamen haec foelicitas perpaucorum est. Ego meo me pede metior, ac satis agnosco me, divinam illam *Phidiae* formam atque ideam effingere non posse, ac facile patior me inter κοροπλάθους et minutorum operum figulos numerari; quare maiori[14]) cura ac studio illa artis vestigia consector. Scio multos alios magis[15]) delectari liberis declamationibus, et has angustias methodi fugere. Sed plerique dum sibi indulgent, saepe a scopo deerrant; et dum multa extra caussam magna voce sonant, manuque tota, nihil certi lectorem docent. Illam vero licentiam Academico more disputandi maxime odi, quam sibi sumunt nonnulli, qui et recte tradita ab aliis calumniose depravant ac evertunt, et sine lege, sine delectu, sine autoritate veteri, quidquid libet, dicunt. Quod de *Tantalo* inquit *Euripides*: ἀχόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον, profecto in theologo turpissimus est morbus linguae petulantia. Meminisse nos decet, quo in theatro versemur; iudicem habemus Christum, spectatores Angelos, auditores infirmos, quorum animi facile sauciantur.

Ideo et religionem ac fidem, quam debemus rebus sacris, praestare studui; et ne res alioqui intricatas magis etiam involverem, adhibui proprietatem in explicando, quantam[16]) potui. Eamque ob caussam usitatis in Ecclesia verbis usus sum, et interdum e scholis verba quaedam mutuatus sum, quae sunt condonanda temporibus. Caeterum dedi operam, ut sermo esset perspicuus. Non admiscui peregrinas disputationes. Etsi enim ita statuo, eos qui non sunt instructi liberali eruditione, non satis idoneos esse ad exponendam religionis doctrinam, et in plerisque locis quaedam ex aliis literis assumenda sunt, interdum conferendae quaedam sententiae religionis cum Philosophia; tamen ut in aliis rebus, ita hic quoque modus gratissimus est. Adiuvemur[17]) ab aliis artibus in his ipsis rebus illustrandis, in instituenda oeconomia, seu, ut ita dicam, in ipsa aedificii forma delineanda. Nam indocti ne possunt quidem res intricatas apte distribuere, sed saepe miscent non cohaerentia, aut divellunt coniuncta; nec semper vident, quid sit in controversia, ubi confligendum sit. Ad haec plerique loci collatione Philosophiae fiunt illustriores. Neque tamen confundenda sunt artium genera, non obruenda est doctrina Christiana alienis disputationibus. Ego etiam, ne prolixior essem, parcius, quam licuit, delibavi quaedam ex aliis[18]) literis. Paulus vult eos, qui tradunt doctrinam religionis, esse διδακτικούς, quod profecto nemo praestare potest rudis aliarum literarum. Itaque etsi sunt aliae praestantiores virtutes, pietas, usus vitae, experientia certaminum spiritualium, prudentia; tamen impudentes sunt hi quoque, qui cum se interpretes doctrinae Christianae esse profiteantur, non dant operam, ut adiungant liberalem eruditionem, quae non solum ornamento[19]) est Ecclesiae Christianae, sed aliquid ipsi doctrinae lucis addit.

Ac plane dignos odio esse censeo *Anabaptistas*, et si qui similes sunt, qui ineruditam quandam et barbaricam theologiam in Ecclesiam invehere conantur, et contendunt nullis literis opus esse. Quare omnia confuse sine arte dicunt, nullam adhibent antiquitatis notitiam, nullam collationem ex aliis disciplinis. Atque hi suum habent theatrum; vulgus enim quia natura odit artes, gaudet earum dignitatem elevari. Verum haec persuasio non solum officit studiis literarum et civili vitae, quam tuentur caeterae artes, sed etiam nocet religioni. Nam eruditio non solum hoc nomine prodest, quod acuit iudicia, quod docendi[20]) formam monstrat, sed conducit etiam moribus. Nam ut quisque eruditissimus est, ita diligentissime magnitudinem rerum animo metitur, quod curam et sollicitudinem recte docendi auget.

13) Peuc. in lib. I. (item Londin.): *intra*.
14) Ed. locorum Mel. Viteb. 1535. prior (item ed. Argentorat. 1536. et Salin. Suev. 1539.) *maiore*.
15) *magis* excidit ap. Peuc.
16) Peuc. *quantum*.
17) Peuc. in lib. I. (item Londin.) mendose: *Adiuvemur*.
18) *aliis* excidit ap. Peuc.
19) Peuc. *ornamentum*.
20) Peuc. in lib. I. (item Londin.): *vivendi* pro *docendi*.

Contra inscitia negligentiam in bonis alit, confirmat in malis audaciam, qua nulla maior est Ecclesiae pestis. Multo enim confidentius vociferantur et pronunciant mali, ubi autoritatem sibi arrogare sine doctrina possunt. Quare omni contentione censeo incitandos esse ad iustam discendi rationem, et ad vera studia cum religionis tum aliarum optimarum artium, omnes qui utiliter servire Ecclesiae cupiunt. Invitantur autem ingenia exemplis, iuxta illud Hesiodium[21]), *ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων*.

Itaque etsi mea scripta non sunt perpolita, tamen ut nihil aliud praestem, certe methodus monere lectores potest ad res tantas exponendas aliis etiam literis atque artibus opus esse.[22])

Ut autem[23]) hic commentarius auspicatius exiret in publicum, tuo nomini, Inclyte Rex, dedicandum esse censui, praecipue ob hanc caussam, quod cum nonnulli, partim indocti, partim iniqui etiam, apud exteras nationes summorum Regum animos pariter adversus omnes, qui non probant omnia monachorum somnia, miris artificiis incendant, plurimum mea referre putavi, ut tibi Regum omnium doctissimo exhiberem hoc scriptum, ut Maiestas tua potius ex hoc scripto, quam ex aliorum calumniis, iudicium de me et toto hoc doctrinae genere, in quo versor, faceret.

Accipimus te cum in sacris literis praeclare doctum esse, tum in reliqua philosophia, ac praecipue in illa pulcherrima parte, videlicet in consideratione motuum et effectuum coelestium, qua et propter dignitatem rerum et propter maximas utilitates in rebus gerendis summos ac sapientissimos Reges omnibus aetatibus maxime delectatos esse legimus, acerrimo studio et summa cum prudentia versari.

Accedunt ad tantam praestantissimarum artium doctrinam et caeterae virtutes dignae magno Principe: iustitia in imperio, pacis tuendae cura, magnitudo animi, pietas, studium iuvandae et ornandae religionis Christianae[24]), clementia, ac bonitas eximia, quae cum in aliis negotiis cernitur, tum etiam in hac re lucet, quod in tuo regno nulla saevitia in homines bonos, moderatos et studiosos purioris doctrinae Ecclesiasticae exerceri dicitur, cum in aliis terris Principum iracundia sine modo exarserit. De quorum consilio nihil hoc loco disputabo.

Tantum illud dicam, quod mihi videtur. Neque decet Ecclesiam iniusta crudelitas, neque profutura est ad restituendam tranquillitatem. Itaque moderatio tua, digna bono ac sapiente Principe, haud dubie Deo grata est. Ut enim vi quoque cohereceri fanaticos et impios homines Deus praecipit, ita nullum crudelius est parricidium, quam simul pios ac membra Christi trucidare, lacerare veram Ecclesiam, et delere res bonas atque[25]) utiles Ecclesiae.

Neque enim negari potest, a bonis et doctis viris multa ad pietatem utilia iterum patefacta esse.

Propheta Esaias, cum vaticinatur pios Reges Ecclesiae Nutricios, ut vocant[26]), fore, postulat, ut Reges tegant pios adversus iniustam saevitiam, ut rectam doctrinam propagari curent. Qui tituli, quae trophaea magis optanda sunt magnis et sapientibus Regibus, quam ut coelesti voce tribuatur eis haec suavissima appellatio, ut praedicentur Ecclesiae Christi nutricii? Magna sunt et plena dignitatis praeconia, dici Africanum, Macedonicum, et hoc genus alia. Sed multo gloriosius est, dici patriae Patrem. Vera autem nobis et perpetua est patria Christi Ecclesia. Huius verae patriae patrem, et, ut Prophetae verbo utar, nutricium esse, haec vero est ingens gloria, praecipue expetenda Regibus. Haec officia Reges Deo conciliant, haec officia sunt hostiae Deo gratissimae.

Non sunt autem Ecclesiae nutricii, qui quamvis crudelitati suae praetexunt Ecclesiae nomen, tamen vera[27]) Ecclesiae membra, hoc est, homines pios et doctos iniustissime interficiunt, et doctrinam, in qua veri cultus Dei monstrantur, delent. Itaque non solum moderatio tua et clementia ipsa laudanda est, sed iudicium potius ac sapientia, quod M. T. ita tuetur Ecclesiae tranquillitatem, ut tamen faveat studiis pietatis, et intelligat quosdam abusus emendatione opus habere.

21) Peuc. et Opp. Mel. Basil. *Hesiodicum*.

22) Editio locorum Mel. Viteb. 1541. utraque, Opp. Mel. Basil. et Peuc. addunt: *Vale*. Et quaecunque hic sequuntur, absunt: cuius rei caussa legitur in versibus Stigelii:

Dum laudandus erat, Regem laudavimus Anglum;
Hei mihi, quam varium est Regibus ingenium.

23) *autem* praetermisit Pezel.

24) *studium* — *Christianae* exciderant ap. Pez.

25) Pez. *ac*.

26) *ut vocant*, exciderunt ap. Pez.

27) Pez. *verae*.

Cum igitur et doctrina excellere Maiestatem T. scirem, et intelligerem te singulari moderatione et clementia, quae maxime decet eruditionem, in his dissensionibus uti, potissimum Maiestati tuae duxi mittendum esse hoc scriptum, quod etsi totum permitto iudicio Maiestatis tuae, tamen ut spero, ostendet iniuste contra nos accendi Regum iracundiam.

Non dubito quin Maiestas T. simul et gloriae Christi et paci Ecclesiae optime consultum cupiat, ac de remediis huius dissidii saepe multumque deliberet. Quam ad rem sane prodest non tantum illorum videre scripta, qui causam nostram iniustissimis calumniis deformant, quod non solum impudentes[28]) quidam et infimi subsellii homines faciunt, sed etiam nonnulli alii, qui in hoc theatrum prodeunt sumpta singulari gravitatis et sapientiae persona. Quos decuit autoritatem suam non ad bonorum perniciem, et ad[29]) inflammandam crudelitatem imperitorum[30]), sed potius ad ornandam Christi gloriam, ad morbos Ecclesiae recte curandos, ad flectendos ad Christianam lenitatem Principum animos, conferre. Turpissimum est enim magnis viris, simulatione gravitatis Sycophanticam exercere. Quod faciunt, qui astute dissimulant receptos abusus, et arte depravant ea, quae nostri pie atque[31]) utiliter monuerunt.

Ego ex animo veneror Ecclesiam Christi catholicam, eiusque sententiam omni studio amplector. Nec velim unquam a iudiciis bonorum et doctorum in Ecclesia dissentire.

Proinde hunc meum commentarium exhibeo Maiestati T. non ut patronum mihi, si quid erro, sed ut in gravissimis controversiis censorem quaeram, cuius iudicium propter doctrinam rectum,[32]) propter fastigium Regiae Maiestatis liberum et aequum fore statuebam. Oro itaque M. T. ut hoc nomine non gravatim scriptum meum accipiat, in quo, ut spero, videbit, me et res ad pietatem utiles complexum esse, et pacis concordiaeque Ecclesiasticae cupidissimum esse. Christus M. T. servet incolumem ac florentem, et[33]) gubernet ad Christi[34]) gloriam ornandam et ad salutem Ecclesiae. Anno M. D. XXXV. *)

28) Pez. *imprudentes.*
29) *ad* excidit ap. Pez.
30) Pez. mendose: *imperiorum.*
31) Pez. *et.*
32) Editio locorum Mel. Viteb. 1538. addit: *et.*
33) *et* excidit ap. Pez.

No. 1312. Aug.

Thomae Cranmero.

Manlii farrag. p. 192 sqq. Iterum Epist. lib. III. p. 89 sq. (edit. Lond. lib. III. ep. 40.) — Apographa in cod. Bav. Vol. II. p. 776., cod. Goth. 401. p. 76. et cod. Monac. 66. p. 64.

Reverendissimo Domino Thomae Archiepiscopo Ecclesiae Cantuariensi.

S. D.[1]) Reverendissime Domine Praesul. Et[2]) ex *Alexandro*[3]), viro optimo et mihi veteri amicitia coniuncto, et ex multis aliis bonis et doctis viris[4]) intellexi, te praeclaram doctrinae laudem cum eximia pietate coniunxisse. Itaque saepe gratulor Britanniae vestrae talem Episcopum; quales si haberet Ecclesia aliquanto plures, non difficulter et concordia[5]) orbis terrarum constitui et sanari[6]) Ecclesia posset. Cum autem non dubitarem, quin ad caeteras virtutes humanitatem summam adiunxisses, duxi tibi commendandum esse hunc bonum virum, *Alexandrum Alesium Scotum.* Is[7]) proficiscitur in Britanniam, ut exhibeat Regiae Maiestati[8]) quoddam meum scriptum. † Iussi et Rev. Paternitati Tuae exemplum exhiberi, ex quo intelligat R. P. T.[9]), me conatum esse, ut et[10]) diligenter et utiliter explicarem et quantum possem mitigarem plerasque controversias[11]). Sed iudicium de toto scripto libenter et R. P. T. et similibus viris doctis et piis permitto, a quorum iudicio nunquam in Ecclesia Christi dissentiam.

34) *Christi*] Pez. *Dei.* (Ed. Argentorat. 1536.; *sui.*)
*) Pezel. habet ann. 1536., male. Vid. praeterea ep. ad Camerar. d. 24. Decb.
1) Pez. *etc. S.* pro *S. D.*
2) *Et*] Cod. Goth. 401. *Ut.* Manl. om. (sic etiam praec. *Domine.*)
3) Manl., cod. Goth. 401. et cod. Monac. *Osiandro.*
4) *viris* non habet cod. Goth.
5) Cod. Monac. *discordia.*
6) Manl. *servari.*
7) *Is* abest a cod. Monac.
8) Pez. *R. T.* Manl. *R. P. T.* Utrumque ex mendo.
9) Haec verba habent cod. Bav. et cod. Monac. — Pez. tantum: *in quo R. P. T. animadvertet me conatum* etc. Manlius: *Scripsi et R. P. T. me conatum* etc. Sic etiam cod. Goth. 401. Sunt autem mutationes ex arbitrio.
10) *et* excidit ap. Pez.
11) Cod. Bav. addit: *Ecclesiae.*

Itaque si vel studium meum vel scriptum[12]) probabis, rogo, ut R. P. T. adiuvet hunc *Alexandrum*, ut Regiae Maiestati libellum exhibere possit. Caeterum ipsius *Alexandri* tanta est doctrina, probitas, et in omni officii genere diligentia, ut nullam possit ad virum sapientem commendationem maiorem, quam suam virtutem, adferre. Proinde fore spero, ut[13]) pro tua prudentia et potentia[14]) libenter complectaris[15]) hominem; rogo tamen, si quid literae nostrae apud R. P. T. valent, ut mea etiam causa aliquid studii addas[16]) ad ea officia, quae tua voluntate in eum collocaturus es[17]). Iudicium vero suum de meo scripto poterit[18]) mihi R. P. T. per hunc *Alexandrum* significare. Commendo me R. P. T. summo studio. Bene valeat R. P. T. ad illustrandam gloriam Christi. Mense Augusto anno 1535.[19])

No. 1313. (Aug.)

Io. Marcello.

† Ex apographo cod. Basil. 39. p. 30 b.

Doctissimo viro, M. Ioanni Marcello Regio, docenti liberos Guilielmi Reiffenstein.

Non potuit impetrari a principe nostro, ut permitteret, me in Galliam proficisci, quod quidem facile fero. Scio enim, quid illi congressus periculi habeant, *καὶ παθὼν ἔμαθον*. Haeremus igitur *Ienae*, et, quia audivimus Vitebergae nonnihil adhuc contagii vagari, hyematuros nos hic esse arbitror. Quare, si videbitur D. *Guilielmo*, huc venias. Et ipsi nostra officia ac vobis non defutura sunt. Sed si liberos pater retinere domi vult, meum filium et *Frisium* et *Kilianum* una adduces. Nam nolim oneri esse *Guilielmo* diutius. Significabis igitur, quid nobis expectandum sit. Bene vale.

12) Cod. Monac. *Itaque si vel Christi studium meum, vel etiam scriptum meum.*
13) Manl. *Proinde licet vere sperem, te.*
14) Cod. Monac. et Pez. *pietate.* Manl. *potestate.*
15) Manl. *amplexurum*; cod. Goth. 401. et cod. Bav. *amplectaris.*
16) Manl. *valent, aliquid mea causa studii addas.*
17) Cod. Bav. *coll. esses.* Manl. et Pez. *collaturus es.*
18) Manl. *tuum ... poteris.*
19) Cod. Monac. *Datae Lipsiae 24. April.* 1545.

No. 1314. (Aug.)

Melanthoni, filio.

† E cod. Basil. 39. p. 31 b.

Ph. M. filio. (Philippo Melan. filio).

Marcello te commendavi, cui vide ut studiose obtemperes, et modestiam cum erga omnes tum maxime erga Dominum hospitem *) et Dominam scias tibi diligentissime praestandam esse. Cura etiam ut mane precibus vitam tuam commendes. Bene vale.

No. 1315. (Aug.)

(Guil. Reiffenstein.)

† E cod. Basil. 39. p. 31.

Inscribitur: „*ad Patrem*"; puto ad *Guil. Reiffenstein.* Sequitur enim epistolam ad *Io. Marcellum*, doctorem filiorum *Reiffenstenii*, et fuit haud dubie ei epistolae inclusa, et simpliciter patri inscripta.

Non facile dixerim quam molestum mihi tam diuturnum silentium tuum fuerit; quod ego scribo non ut tecum expostulem, sunt enim mihi meae occupationes tuae, sed ut meum erga vos omnes animum perspicias. Mirifice enim angebar de vestra valetudine; itaque me maximo beneficio affecisti, quod tandem respondisti. Misit enim mihi literas tuas per proprium nuncium *Iasahus* (?) **) post Saturnalia. Gaudeo, vos omnes Dei beneficio incolumes esse, et precor, ut vos perpetuo servet Christus. Sed *Iasoni* (?) tabellarius perquam incivilis fuit; non enim concessit mihi tempus ad scribendam longiorem epistolam. Caeterum de Caesareanis rebus omnibus magnum hic silentium est. Tu, si quid habes, nobis velim communices. Patruo gratulor coniugium, et opto ut sanctum foelixque sit. Scriberem prolixius nisi nuncius interpellaret. Bene ac feliciter vale.

No. 1316. (eod. temp.)

Io. Reiffenstein, filio.

Manlii farrag. p. 363.

*) Guil. Reiffenstein.
**) Fortasse *Basilius*, vid. ep. seq. ad Marcellum.

Ioanni Reiffenstein (filio).

S. D. Gratum est mihi officium, mi *Ioannes*, quod literas ad me dedisti plenas amoris erga me tui. Neque vero de animo tuo unquam dubitavi, cum iudicem te singulari naturae felicitate ad humanitatem et has virtutes mitiores, quas ἠθικὰς vocamus, factum esse. Sed delectat me tamen haec significatio benevolentiae. Quod properas ad nos redire, laudo equidem studium tuum, et tibi non sum defuturus: sed tua causa maxime fratres domum remisi, ac volo ut te honestissima et sanctissima matre oblectes, ut fruare domestico confirmandarum virium causa, ut hanc militiam literarum facilius postea perferre possis. De meo consilio, quando vos huc proficisci velim, scribam *Marcello*. Vale.

No. 1517. (eod. temp.)

Alb. Reiffenstein.

Manlii farrag. p. 364 sq.

Alberto Reiffenstein *)

S. D. Recte iudicas de meo erga te animo, mi *Alberte*. Vere enim te non minore amore quam meos liberos complector: ac plane hoc tuum iudicium de mea erga te benevolentia, maximae mihi voluptati fuit. Deus faciat, ut vestris studiis tantum voluptatis adferre possim, quantum opto et cupio. Etsi vos amo propter privatam inter patrem et me amicitiam: tamen mihi crede, Reipublicae causa magis etiam vobis devinctus sum. Cupio propagare ad posteros, quantum ego quidem possum, has literulas, in quibus versor: quas iudico Reipublicae utiles esse. Quarum studio cum te incensum esse videam, efficiam ut intelligas, mea tibi officia tendenti ad veram laudem non deesse. Mitto tibi sententias eruditissimi *Lutheri*, de quibus disputavimus his diebus. Dabis etiam exemplum D. D. *Pletnero*. Vale.

No. 1518. (eod. temp.)

Guil. Reiffenstein, filio.

Manlii farrag. p. 365.

*) filio Guilielmi.

Guielmo Reiffenstein, Guilhelmi filio.

S. D. Literis tuis, mi *Guilhelme*, non eo tantum delectatus sum, quod habebant egregiam amoris erga me tui significationem: sed etiam, quod erant diligenter et eleganter scriptae. Itaque te adhortor, ut, quod facis, in hanc rationem studiorum et exercendi styli incumbas. Mea opera tibi, si quid modo praestare potero, non defutura est. Quid videatur mihi de adventu ad nos vestro, scripsi *Marcello*. Et Lipsiae animadverti patris tui, viri optimi, sententiam cum mea congruere. Non solum ad vestra studia, sed etiam ad Rempublicam pertinet, honestos adolescentes frequentiam scholae augere, *καὶ πρέπει ἡμῖν τοῖς τὴν γνησίαν φιλοσοφίαν ἐπαγγελλομένοις τὰ κοινὰ περὶ πλείστου ποιεῖν.* Vobis etiam honestum est, conspici in turba eruditorum cum quadam virtutis opinione. Vale.

No. 1519. 1. Septb.

Io. Marcello.

† E cod. Basil. 89. p. 81.

Ioanni Marcello.

Fuit hic apud D. Doctorem *Hieronymum* nuncius tuus, ut opinor Northusanus *Basilius*. Huic eram daturus literas et quae scripseram, sed ipse mane abiit priusquam meas acciperet. Nunc idem argumentum retexendum est. A principe non potuit impetrari, ut in *Galliam* iter susciperem. Causas ex me coram audies. Et ego non invitus regum congressus vito. Nosti illud Sophocleum τόν τοι τύραννον εὐσεβεῖν οὐ ῥᾴδιον [1]). Die proximo Septembris *Witebergam* proficiscar cum *Crucigero*, *Myconio* et *Menio* ad theologicam disputationem [2]). Nam Doctoris titulus conferetur *Vellero* et *Mechlero*. Inde statim Deo volente redibo. Audio adhuc aliquid contagii esse Witebergae, ideoque existimo nos hic hyematuros esse. Sed si libet expectabitis a me literas, ubi ex Witeberga rediero. Saluta meis verbis diligenter dominum et dominam [3]). Mitto tibi exemplum disputationis agitandae Wittebergae. Ego bis iam

---

1) Sophocl. Aiac. v. 1350. In apographo graeca misere depravata sunt.

2) habendam d. 10. Sptb.; vid. Lutheri epist. d. 19. Aug. et ad Ionam d. 24. Aug.

3) *Guil. Reiffenstein* eiusque uxorem.

Ienae; disputavi materias eruditas. Bene vale. 1 Septb. anno (1536.) *)

No. 1320. (h. t.)

Bernhardo Frisio.

Manlii farrag. p. 365 sq. — Apographa in cod. Mehn. III. p. 65. et in cod. Basil. 39. p. 38.

Optimae indolis adolescenti Bernhardo Frisio [1]), *suo amico,*

S. D. Magnam mihi voluptatem attulerunt tuae literae, in quibus et amoris erga me tui significatio extat, et studiorum commemoratio. Sed multo magis me delectavit ornatissimi viri D. *Guilhelmi* testimonium, qui te, cum essemus una Lypsiae, honestissimis laudibus ornavit; quas etiamsi [2]) aliqua ex parte ad me pertinere iudicarem, tamen tua magis quam mea gloria delectabar. Itaque te adhortor, ut omni studio des operam, et honestorum hominum iudicia de te tueare [3]). Quod ut facias, et oro Christum, et non aliter opto, quam si ex me natus esses. Deo volente, hac hyeme institutum opus *Anatomicum* absolvemus, praesertim in hoc secessu. Aliquoties hic disputavimus, ubi tuum ingenium etiam requirimus. Sodales tuos amanter meis verbis saluta. Vale.

No. 1321. 2. Septb.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 249 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi in academia Tubingensi amico s.

S. D. Spero meum ministrum *Ioannem* prius ad te perventurum esse, quam hunc tabellarium, dedi tamen huic quoque litteras, ne quam occasionem ad te scribendi, praesertim postquam longius distracti sumus, praetermitterem. Meum negotium, de quo scripsi in litteris quas affert meus minister, totum et prudentiae et fidei tuae committo. Quae scribi recte non posse putavi, ea iussi ministrum meum tibi diligenter exponere, sunt eiusmodi, et nihi moderatiae futura esse solam, sed ut ego existimo, diu tecta nunc demum erumpunt, occasione illa, de qua scripsi proximis litteris. Ego nihil agam κατ' ἐμαυτόν, sed tuas litteras expectabo.

Mitto tibi *Lutheri* epistolam *), quam heri accepi, ne suspicarere illum affinem esse isti culpae. Vide autem, mi Ioachime, quantum mihi periculum, quantam rerum mearum mutationem prodigia etiam denunciarint.

Biduo aut triduo antequam discessimus Vitteberga pestem fugientes, flamma de coelo decidit vesperi ante meas aedes, altera templi tectum lambebat. Movit me ea res, etsi quid significaret divinare non potui. Omitto alias significationes, interpellat enim tabellarius. Illud scito, me aequissimo animo haec ferre Dei beneficio, et Deo volente in his rebus nihil indignum nostra Philosophia facturum esse: tu quoque nihil contentionis suscipies, si quid habet res difficultatis.

Budaei transitum Hellenismi ad Christianismum, et *Sadoleti* commentarios in Romanos vidisse te spero: sane tragice invehitur uterque in nostros, sed sinamus sibi quemque canere. Ego nunc in meis *locis* multa mitigavi, et de plerisque tecum coram loqui cupio, sed desino. *Eobanus* his diebus nobiscum fuit, fere omne tempus consumsimus in sermonibus de te et de communibus studiis. Bene vale. Postridie Cal. Septemb. Hunc tabellarium tibi commendo, vir bonus est, *Milichii* hospes.

Philippus.

No. 1322. (2. Septb.)

I. Ionae.

Epistolar. lib. V. p. 83 sqq.

Iusto Ionae.

S. D. Etsi brevi, Deo volente, una erimus, tamen, ut assiduitati tuarum literarum, quae mihi iucundissima est, aliqua ex parte respondeam, scribam et ipse frequentius. Gallicum iter omisi libenter, ac facile passus sum mihi non dari commeatum, sed poterat Princeps negare sine contumelia, quam vides eiusmodi esse, ut ab ingenuo homine dissimulari non debeat. Itaque respon-

4) In anno error est. Est enim scripta epist. anno 1535.

1) Mendose Manlius: *Ericio.*

2) Manl. *etiam.*

3) Cod. Bas. *ut hon. virorum iudicio de te satisfacias.*

*) datam d. 29. Aug.

dere constitui. Verum id hactenus distuli, non solum, quod impeditus essem aliis occupationibus, sed, ne interpretarentur, me admodum dolere, quod commentum non dederint, meve impotentia animi, si quid scriberem durius, potius quam consulto me dixisse iudicarent. Si quid erat, de quo mecum expostulandum putabant, poterant sine contumelia et graviter facere, nunc istae literae plene ὕβρεως, quantum deceant eos, tibi iudicandum relinquo. Quae mea fuerit sedulitas, qualis opera, nihil opus est commemorare. Certe non alio spectarunt mea studia omnia, nisi ut pro virili ornarem Scholam, et, quantum possem, pro mea tenuitate prodessem Ecclesiae. Fortassis Deus alium mihi nidulum dabit, si istinc expellor. Ego tamen et fidem et reverentiam praestabo vobis perpetuam. Bene vale.

Philippus.

No. 1323. (2. Septb.)

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. Dresd. C. 140. p. 57b. ep. 77. mihi descripta a Cl. Gersdorfio.

Georgio Spalatino

S. D. Gaudeo te complecti *Thomam Νεώκομον*: Diu enim et novi et amavi hominem propter eruditionem singularem cum summa modestia coniunctam. Utinam tales pastores Ecclesiae ad posteritatem relinquere possimus. Complectamur igitur tales viros omni studio. Mea officia non deerunt *Thomae*. Ubi primum erit occasio, dabo operam, ut et commodiorem conditionem habeat, et ipse eo sit loco, ubi melius mereri de Ecclesia poterit. Interim, si mediocre stipendium impetrare poterit, censeo *Neoburgensem* conditionem accipiendam esse. De *Aureo* nescio quid respondeam, et miseret me hominis, et vides quod superbe petat. Postulat enim luculentam conditionem. Vellem tamen eum servatum. Credo in Lusatia aut vicinis illis locis posse ei conditionem inveniri. Bene vale. Princeps Illustrissimus retinet me, quominus in Galliam proficiscar. Et quidem durissime mihi respondit, etsi ego quidem libenter maneo, nec delector Gallicis congressibus. Laceramur horribiliter a *Sadoleto* et *Budeo*, quorum uterque ad Regem Galliarum hostiliter de nostris scripsit; nunc ita domi tractamur, quasi foris sit nihil inimicorum. Sed commendo haec Deo. Bene vale.

Philippus.

No. 1324. (fere hoc temp.)

Christ. Beiero.

† Ex apogr. in cod. Wolf. Hamb. (Olsh.)

Christiano Beier Cancellario Ducis Sax. Elect.

S. D. Magnifice Domine Cancellarie, de filio placet mihi consilium, ut doceatur a M. *Ambrosio*, et agam cum eo, ut id faciat *Ambrosius* diligenter et fideliter. Puer in meis aedibus cubat, et mensam nobiscum communem habet, hoc facilius potero studia eius inspicere. Dysenteriae, etsi non est una causa, tamen pleraeque ab his male coctis et asperis vinis oriuntur. Ac mihi quoque iam aliquot dies metuo. Sed diligentiam et cautionem adhibebo. De meo itinere Gallico intelligitis omnia ex Domino *Sebaldo*. Princeps non vult mihi potestatem abeundi facere. Bene valete.

Philippus.

No. 1325. (eod. temp.)

Eidem.

† Ex apographo in cod. Wolf. Hamburg. (Olsh.)

Christiano Beier, Cancellario Ducis Saxon. Elect.

S. D. Magnifice Domine Cancellarie. Hodie scripsi filium duabus noctibus non satis commode dormivisse; sed postea a prandio iussi eum quiescere, et dormivit bene horas aliquot et recte valet Dei beneficio. Ac spero nihil esse periculi. Mea ei officia non deerunt. Tamen fortassis exspatiatio ei prodesset. Haec duxi vobis significanda esse, ut minus essetis solliciti. Bene valete.

Philippus.

No. 1326. 13. Septb.

Ioann. Fridericus ad Pontanum.

† Ex Actis in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 42.

An Doctor Brück.

Johanns Friedrich ꝛc.

Unsern Gruß zuvor ꝛc. — — — — — —

Wir haben auch, daß ein Engländer Doct. Antonius zu Wittenberg ankommen, und was er euch und Doctor Martino angezeigt, euch zu Gefallen vermerkt. Weil es denn auf dem stehet, daß er uns zu besuchen und etliche Werbung an uns zu thun willens *), so wollen wir seiner Ankunft und Werbung gewärtig seyn, und uns darinnen wissen zu erzeigen. — — —

Was aber die andre Englische Bothschaft, die auf dem Wege seyn soll, uns auch zu besuchen **), thut belangen, wollen wir unsern Landvoigt zu Sachsen, Hansen Metschen, befehlen, wenn solche Bothschaft gen Wittenberg, wie wir vermerken geschehen soll, kommen wird, daß ihr daselbst allenthalben gute Ausrichtung gethan und dadannen [von dannen] zu uns gen Weimar geweiset werden soll. Daselbst wollen wir sie alsdann auch hören und fürder abfertigen. Nachdem wir auch aus euerm Schreiben so viel verstehen, daß die Bothschaft ihre Werbung lateinisch thun werden, so wollet uns euer Bedenken anzeigen, ob Philippus Melanchthon oder Spalatinus darzu zu gebrauchen seyn soll. Der einen wollen wir alsdann erfordern. — — — Dat. Montags nach Nativitatis Mariae 1535.

No. 1327. 14. Septb.

Erh. Schnepfio.

Epist. lib. III. p. 242 sq. (edit. Lond. lib. III. ep. 154.)

Erhardo Sneppio et Iohanni Brentio.

S. D. Hic tabellarius flagitavit a me literas ad vos, et commendationem, in qua rogem, ut sua opera utamini in aliqua Parochia. Senex est honestus: nam diu apud nos vixit. Nomen est *Georgio Torso Norinbergensi.* Non libenter sum vobis oneri, sed tamen facere non possum, quin homines calamitosos ac bonos vobis commendem. Scio vos esse viros pios *καὶ ζηλοῦντας τὴν ἀγάπην, ἣ πάντα στέργει· δεῖ οὖν καὶ ἡμετέρας δεήσεις στέργειν.* Cogor enim officio, ne desim talibus. Bene valete. 14. Septemb. Anno 1535.

*) Litterae credentiales, ut vocantur, a Rege Angliae Doctori Barnes datae, leguntur in Tabul. Vinar. l. l. et datae sunt Wyndsorae die VIII. Iulii 1535. Dicitur in iis Barnes: „dilectus ac fidelis Capellanus noster Doctor Barnes, sacrae Theologiae professor." — Scribit Lutherus ad Spalatinum d. 6. Sept.: „hic est Doct. *Antonius*, ille niger Anglicus, legatus sui Regis ad Principem nostrum, et ipse petens M. Philippum in Angliam ad Colloquium regis." Vid. etiam epist. Theologor. Viteberg. ad Principem Elector. d. 12. Septb.

**) Litterae credentiales, ut vocantur, datae Grenwici die VIII. Febr. 1535., legatis traditae ab Henrico Rege, leguntur in Tabul. Vinar. l. l., et in iisdem legatus dicitur: „Reverendus dominus Episcopus Herefordensis, primarius noster elemosinarius et Orator."

No. 1328. 18. Septb.

Pontanus ad Io. Fridericum.

† Ex autographo Pontani in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 42.

Dem Durchl. — — Churf. Johann Friedrich von Sachsen.

— — — — — Ew. Chf. G. will ich in Unterthänigkeit nicht bergen, daß Doctor Antonius aus England diese Stunde allhier gegen Jena kommen, und hat alsbald bei mir Forschung gehabt, ob er hiedannen weiter zu E. Chf. G. oder heut allhie zu verharren sollte. Also hab ich ihm lassen anzeigen, wie ich E. Chf. G. Gemüth vermerkt, daß er allhie E. Chf. G. weiter Beschieds auf mein Anzeigen, die ich E. Chf. G. davon thun würde, sollte gewärtig seyn, welchs er zu sonderm Danke angenommen. — — Es seind auch der Philippus und die andern, so hiedannen zu Wittenberg gewest, mit ihm anher wieder kommen. — — Dat. Jena Sonnabend nach Exaltationis, (18. Septb.) anno XXXV.

E. Chf. G.
unterthäniger
Gregorius Bruck
Doctor.

No. 1329. (fere 21. Septb.)

Io. Fridericus ad Anton. Barnes.

† E tabular. Vinar. Reg. H. fol. 71. no. 20. — Quanquam Seckendorf. lib. III. p. 111., ubi de hoc responso loquitur, non dicit, illud a Melanthone esse compositum, tamen Melanthoni convenit locus responsi, et ratio qua ipsius fit mentio in responso. Vid. etiam ep. Elect. d. 13. Septb. Caeterum scriptum in tabul. Vinar. non Melanthonis sed scribae manu exaratum est. Referendum est hoc scriptum ad epistolam theologorum Vitebergensium ad Principem Electorem, d. 12. Septb. scriptam, in opp. Luth. Hal. XVII. p. 867. apud de Wett. T. IV. p. 632.

Responsum Ducis Saxoniae Iohannis Friderici, Electoris etc., ad mandata Serenissimi Regis Angliae, exposita per Venerabilem

et Doctissimum virum Doctorem Antonium Barnes.

Principio commemorationem benevolentiae Serenissimi Regis Angliae, Domini et Consanguinei nostri, erga nos, et literas ipsius grato animo accepimus, et vicissim nostra officia Serenissimo Regi optima voluntate deferimus.

Postquam autem dictus orator nobis exposuit, quod Serenissimus Rex missurus sit et alterum legatum cum certis mandatis, ac petivit, ut mandata illi a Sereniss. Rege tradita non difficulter audiremus et agnosceremus, id libenter facturi sumus, quoniam et amicitia nostra dignum et honestum esse iudicamus. Et iam statim scribemus ad praesidem Ducatus Saxoniae, ut, cum legatus ille in Ducatum Saxoniae venerit, ac iter habuerit versus Wittebergam, excipiat eum nostro nomine fide publica et propter Sereniss. Regem amanter et officiose tractet. Et venturum illum legatum libenter sine ulla mora audituri essemus. Sed cum non intellexerimus certa, quando adventurus sit, et nos maximis de causis ad pacem ac tranquillitatem nostrarum ditionum et ad alia pertinentibus, brevi iter in alias quasdam regiones suscepturi simus *), petimus ut dictus orator Doct. *Barnes* exponat legato illi, cum venerit, nos benigne petere propter illud nostrum iter, ut non gravatim aut Wittebergae aut in vicinis oppidis reditum nostrum expectet, quem ut Deus nobis faustum ac celerem concedat, oramus. Cumque redierimus quamprimum significabimus legato illi, quo in loco ipsum certo audituri simus.

Et quoniam D. *Barnes* inter caetera mandata nobis exposuit, Sereniss. Regem venturo legato commisisse, ut de certis articulis cum Rev. D. *Martino Luthero* et aliis doctoribus nostrae scholae placide colloquatur, ea in re gratificaturi Serenissimo Regi, libenter id colloquium concedimus etiam in absentia nostra, ne legato in mora simus, aut tempus interea frustra consumatur. Et doctoribus nostrae scholae mandabimus, ut conveniant ad legatum illum, eiusque disputationem deligenter audiant, et cum eo amanter colloquantur.

Quod etiam petitum est de *Philippo Melanthone*, ut ei permittamus, ut iter ad Sereniss. Regem Angliae suscipiat, libenter iam statim respondissemus Doctori *Barnes*. Sed ipse Doctor Barnes vidit, iam professores scholae nostrae propter metum pestilentiae, quae Wittebergae grassari coeperat, dispersos esse. Quare cum absint nonnulli a schola, hic retinendus adhuc fuit, etsi speramus Dei beneficio brevi rursus conventuros esse et caeteros professores. Et iam apparamus iter nostrum, in quo nos quoque aliquos nobiscum ducturi sumus Deo volente. Cum autem speremus, legatum illum et Doctorem *Barnes* non gravatim reditum nostrum expectaturos esse, petimus clementer, ut D. *Barnes* aequo animo ferat, differri responsum de hoc articulo, de *Philippo Melanthone*, usque ad reditum nostrum. Nam postquam Dei beneficio reversi fuerimus, etiam de hoc articulo, quemadmodum decebit nos, respondebimus.

Postremo quod exposuit Doctor *Barnes*, quod Sereniss. Rex Angliae non recuset se adiungere ad societatem foederis, quod habemus cum quibusdam Principibus Germaniae ac statibus propter defensionem piae et purae doctrinae Evangelii, si Regiae Serenitati tribuatur locus dignus, sed ita ut Regiae Serenitati prius per legatos homines eruditos certo significemus, quos articulos in concilio defendere cogitemus, et ne nos et nostri confoederati consentiamus in concilio nisi re communicata cum Regia Serenitate, et communi consensu Regiae Serenitatis: ad haec respondemus, nos quidem et hanc Sereniss. Regis benevolentiam plurimi facere, et vicissim omni studio Serenissimo Regi gratificaturos esse. Sed haec deliberatio de foedere non ad nos solos pertinet. Quare non possumus respondere re nondum communicata cum caeteris confoederatis. Cum autem Deo volente post paucas septimanas omnes confoederati conventuri sunt, exponemus eis voluntatem Serenissimi Regis, et de tota re cum eis deliberabimus, efficiemusque, ut Serenissimus Rex intelligat, non defuisse nobis studium ac voluntatem et gratificandi Regiae Serenitati, et propagandae piae et salutaris doctrinae ad gloriam Dei et salutem ecclesiae Christi. Nunquam enim abiiciemus rectam ac puram doctrinam Evangelii et ecclesiae utilem, quam et Illustrissimus Pater noster, et nos cum reliquis coniunctis coram Invict. Caesare, domino nostro clementissimo, et caeteris Romani Imperii principibus ac statibus in conventu Augustano confessi sumus. Nec dubitamus, quin eodem animo sint et caeteri confoederati nostri, ac rogamus Deum, ut propter gloriam Christi et salutem nostram et ecclesiae hunc animum nostrum confirmet.

*) Viennam ad Ferdinandum regem.

Postremo quacunque in re gratificari Serenissimo Regi Angliae possumus, deferimus ad Sereniss. Regem omnia nostra officia pro vetustissima necessitudine, quae inter Serenissimos Reges Angliae et Duces Saxoniae Electores fuit. Haec duximus respondenda esse ad mandata exposita per oratorem Doctorem *Barnes*, quem et ipsum singulari clementia complectimur. Datum Ienae. [18. Sept. 1535.]**).

No. 1330. 28. Septb.

Io. Fridericus ad Henricum Reg. Angl.

† Ex autographo Mel. in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 71. no. 60. — Huius epistolae Regi Angliae missae nullam mentionem fecit Seckend. in hist. Luth. III. p. 110 sqq., sed facile intelligitur eam nomine Principis Electoris conscriptam esse a Melanthone. Eadem manu Melanthonis habetur germanice in iisdem Actis. Germanice eam misit Principi Electori, latine autem scripta est regi Angliae. Habetur eiusdem epistolae apographon in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 47., a Melanthone sua manu mutatum et inscriptione ornatum.

Serenissimo Principi D. Henrico octavo Regi Angliae et Franciae, Hiberniae domino, suo domino cariss.

S. D. Serenissime Rex ac Domine. Cum ex literis Regiae Serenitatis Vestrae et ex oratione Venerabilis Viri Doctoris *Barnes* singularem erga nos benivolentiam atque animi inductionem*) R. S. V. intellexerimus, quae quidem nobis pergrata fuit, non voluimus sine nostris literis Doct. *Barnes* dimittere, non solum ut illi testimonium diligentiae, quam in obeunda legatione eximiam adhibuit, impertiremus, sed multo magis ut vicissim Reg. Ser. V. ex nostris literis amorem et studium nostrum erga R. S. V. cognosceret. Nam et propter veterem necessitudinem, quae est inter Serenissimos Angliae Reges et Duces Saxoniae Electores, et propter laudes Regiae S. V. semper honorifice et amanter de R. S. V. sensimus. Nec studium nobis deest voluntatis nostrae declarandae.

Magna autem accessio facta est ad hunc amorem erga R. S. V. postquam nunc intelleximus, R. S. V. magno studio teneri doctrinae religionis emendandae. Nam haec cura profecto summis regibus praecipue digna est. Nec cultum alium Deo gratiorem praestare hi possunt, qui respublicas gubernant, quam ut dent operam, ut Christi gloria latissime propagetur; sicut Spiritus sanctus nominatim in Psalmo reges hortatur, ut hunc cultum Deo praestent, cum inquit: *in conveniendo populos in unum et reges ut serviant domino.* Nec vero dissimulari potest, multa irrepsisse in Ecclesiam vitia ante multa secula propter negligentiam et cupiditates Romanorum Pontificum, quae emendatione opus habent. Itaque si Reg. S. V. adiuvabit studium repurgandae doctrinae et corrigendorum abusuum ecclesiasticorum, primum Deo gratissimum sacrificium faciet, deinde praeclare de universa ecclesia et omni posteritate merebitur.

Nos quidem per Dei gratiam hanc doctrinam, quam confitemur ac iudicamus piam ac necessariam esse Ecclesiae Christi, nunquam abiiciemus. Hanc voluntatem ac sententiam nostram duximus R. S. V. significandam esse, et officia nostra omnia ad R. S. V. optima voluntate deferimus. Caetera intelliget R. S. V. ex D. *Barnes*, qui nos de plerisque negotiis ad dignitatem R. S. V. pertinentibus ita informavit, ut iudicium ac studium nostrum erga R. S. V. confirmaverit. Bene et feliciter valeat R. S. Vestra. Datae Ienae, IV Kalend. Octobr. 1535.

**) Haec alia manu adscripta sunt. Sed epistola serius scripta est, quum Antonius Barnes d. 18. Septb. cum Melanthone Ienam redierit.

*) in textu germ. freundlichen Willen und Neigung.

No. 1331. (Septb.)

Studiosis.

† E cod. Basil. 59. p. 62 b.

(Scholasticis.)

Ut in aliis disciplinis maxime prodest, eos libros tenere, qui artes tradunt ipsas et sunt τεχνικοί, quam ob causam ut in scholis eius generis libelli subinde releguntur, ita in sacris literis magnopere conducit, plurimum operae et studii ponere in iis scriptis, quae praecipuos doctrinae christianae locos tradunt, et sunt tanquam methodi. Talis est *Pauli epistola ad Romanos*; quare decrevi, eam iterum enarrare, et Christum oro, ut mentes nostras spiritu sancto gubernet, ut vera et utilia ad pietatem perspiciamus et discamus. Re-

cens edidit commentaria *Sadoletus* **), qui an lucem attulerit Pauli sententiae, prudens lector non difficulter iudicare potest. In posteriori parte de traditionibus sentit eadem, quae nos docemus, et tamen inclementer μυστικοὺς nostros in posteriori parte de fide, de uxoribus, miscet legem fidei incommode. Sed quid probemus, suo loco dicturi sumus. Certe operam dabimus, ut sine sophistica dilucide res illas maximas explicemus. Velim etiam adolescentes mediocriter liberatos pietatis causa audire.

No. 1332. (fere hoc temp.)

I. Ionae.

Epist. Lib. V. p. 95sq.

Iusto Ionae.

S. D. *Antonium Anglum* **) Princeps honorifice tractavit, dedit et lautitia veteri more, pulcherrima μνημόσυνα, quae habent significationem singularis benevolentiae. *Iustini* literas affert quidam scholasticus, quas ego cur resignarim, ex literis intelliges, quas ad me dedit. Peto, ne aegre feras, meaeque curiositati veniam des. *Forsterus* ***) conditionem *Augustae* honestam habet, et Ecclesiae formam satis probat, quod profecto valde gaudeo.

De meis rebus scito me facere, quod in gravissimis morbis Medici praecipiunt, ut quiete et abstinentia mitigentur. Hanc rationem ego quoque sequor, et tuli fructum meae contationis. Princeps enim satis amanter mecum locutus est. Bene vale.

Philippus.

No. 1333. (h. t.?)

Io. Riemanno.

† Ex apographo in cod. Monac. 17. no. III. p. 84. collato apographo in cod. Wernsdorf. p. 229.

Venerabili Domino Ioanni Rimanno 1), *Pastori in Werda* 2), *amico suo*,

S. D. Bene facis, quod pecuniam ante debitam mittis. Ego utrumque 3) nomisma mittam decuriae scribarum, et scribam, ut, si amplius quid debeas, significent. Nam *Musinus* 4) dixit mihi, se pro praesentatione tres aureos solvisse. Tu 5) fortassis sesquiaureo liberaberis. Nam ego quod mihi miseras non accepi. Nolo enim te gravare. Eo 6) potius mittendum duxi, ubi debebas. Porro neutiquam sum tibi auctor deserta ecclesia tua in scholam *) proficiscendi, praesertim his temporibus tam tumultuosis. Nusquam latere commodius quam in illa tua ..... 7) potes. Vale foeliciter. Ex Wimaria 8).

Phil. Mel.

No. 1334. (fere hoc temp.)

Oehmler ad Spangenberg.

Manlii farrag. p. 442. — Melanthon Oemlero s. Aemilio, discipulo suo, hanc praescripsisse epistolam videtur.

Et pio et docto viro, domino Ioanni Spangenbergio, amico suo veteri, Georgius Aemylius

S. D. Cum mihi Magister *Oeta* suam operam in perferendis meis ad te literis ultro obtulisset, non

---

*) Vid. Epist. ad Camerar. d. 2. Septb. 1535. — Melanthonem haec scripsisse Ienae, intelligitur ex alio scripto d. 14. Septb. 1536.

**) Anton. Barnes.

***) Saxb. edidit *Forstemius*, mendose. Abiesat Forsterus Viteberga Augustam Vindelicorum mense Iulio.

1) Cod. Wernsd. *Reniano*, mendose.

2) *Werda*] cod. Wernsd. *Blankenhain*, (pagus prope Werdam). In epistola Spalatini (nondum edita) an. 1539. scripta Riemannus, Pastor *Werdensis*, commemoratur in numero eorum, quibus Spalatinus maiorem parochiam tradendam esse putabat. Nactus est Riemannus a. 1540. parochiam in oppido *Haym*.

3) *utrumque*] non habet cod. Wernsd.

4) Cod. Wernsd. *Musculus*.

5) *Tu*] Cod. Wernsd. *sed*.

6) *Eo*] Cod. Wernsd. *Ego*.

*) i. e. in Academiam.

7) *daxnηη* scriptum est in cod. Monac., quod quid sit, nescio. Haud dubie mendum est eius qui epistolam descripsit.

8) Verba: *Porro neutiquam* etc. in cod. Wernsd. non leguntur, sed pro iis haec: „*Vale, et cum susceperis parochiam, quaeso te, ut doceas moderata et utiliter, sine conviciis ac sine tumultibus. Vale iterum. Philippus.*" Quod si hoc postscriptum ad hanc epistolam, neque ad aliam, pertineat, Riemannus illo tempore nullam omnino parochiam, neque Blanckenhemiensem neque Werdensem habuisse consequeretur, et „*ecclesia*," quam Riemannus deserere non debebat, intelligenda esset *schola* puerorum vel publica vel privata, quam Melanthon etiam passim ecclesiam appellat. Quod si ita sit, putaverim, hanc epist. non anno 1535., sed antea, scriptam esse. Nolo autem definire aliquid.

potui praetermittere, quin eo proficiscente aliquid ad te literarum darem. Iam diu enim optavi mihi occasionem aliquam dari ad te scribendi, cum propter amicitiam nostram, tum vero ut ea ratione vicissim a te aliquid literarum extorquerem. Porro cum mihi proxime promiseris tuos versiculos, avide eos paene singulis horis expecto. Quare te rogo, ut praestes id quod promisisti, et tuis promissis satisfacias. Decet enim, praesertim illos qui sacra Pieridum nocte dieque colunt, promissam servare fidem, nec fallere quenquam. Sed spero te facile facturum esse hoc, quod recepisti facturum. Bene vale. Mitto ad te carmen meum, scriptum cuidam Magdeburgensi, quod quidem principio ad te scribere constitueram: sed postea coactus inopia tabellariorum *), alteri misi. Carmen illud flagitabis a *Christophoro Ruellio*: nam eius literis inclusum est. Rescribe mihi, vir optime, et brevitatem boni consule. Vale, Ienae 1535.

No. 1335. **1. Oct.**

Henricus VIII. ad Melanthonem.

Edita a Gerdesio in Hist. Reform. T. IV. p. 251. et ex eo repetita a Strobelio in dem Versuch einer Litterärgeschichte von Phil. Mel. locis theologicis p. 75., qui et apographon satis vetustum contulit. Nos eam invenimus descriptam in cod. Bavari Vol. II. p. 252., ex quo hanc epist. edidit Seckendorf. in hist. Luther. III. p. 111, et in cod. Goth. 19. p. 38 b., qui cum Mst. Strobelii ubique fere convenit.

Henricus, Dei gratia Angliae et Franciae Rex, fidei defensor et dominus Hiberniae ac supremum ecclesiae Anglicanae in terris sub Christo caput, Philippo Melanchthoni, sacrae Theologiae Professori eximio, amico nostro plurimum dilecto S.

Quod Christianae religionis ipsiusque veritatis propugnandae [1]) studiosissimum te percepimus [2]), sic eo nomine sincerissimi istius tui animi [3]) instituto iam pridem afficimur, ut nihil aeque in votis habeamus, ac aliquam nobis [4]) sese offerre [5]) occasionem, sanctissimos istos tui pectoris conatus quacunque nostra opera iuvandi atque promovendi. Ad huius vero nostrae non vulgaris in te dilectionis cumulum [6]) quam maxime [7]) nuper accessit ex literis abs te per *Alexandrum Alesium* ad nos datis, quae etsi tui candoris et amicissimi erga nos studii indices essent satis locupletes, id [8]) tamen non obscuro egregii [8]) destinati muneris testimonio pulcherrimo [9]) testari voluisti; munus certe ex [10]) sui ipsius excellentia dignum, quod boni omnes complectantur, et quod nostro nomini dicatum est nobis omnium quam maxime carum et acceptum. Ob igitur istam tuam bene [11]) erga nos affectae voluntatis significationem ingentes et quantas [12]) possumus ex animo gratias tibi habemus, persuasumque esse volumus, nos certissime [13]) istis tuis et cum Deo coniunctis studiis [14]) nullo unquam tempore aut loco defuturos esse. Caetera ex fidelissimi atque intimi consiliarii primariique secretarii nostri *Thomae Cromvelli* literis uberius cognosces, quibus rogamus, ut cunctam [15]) fidem habere velis. Et bene ac diu valeas. Ex regia nostra Vintoniensi, die prima Octobris M. D. XXXV.

Vester amicus Henricus Rex VIII. [16])

No. 1336. **4. Oct.**

Io. Schwebelio.

Ex Centuria epistolar. theologicar. ad Ioannem Schwebelium p. 31.

---

*) Manl. edidit mendose: *tabelliorum.*

1) Cod. Bav., cod. Goth. et mst. Strob. *propagandae.*

2) Cod. Goth. et mst. Strob. *perspicimus.*

3) Mst. Strob. et cod. Goth. *sincerissimo isti tuo.*

4) *nobis* abest a textu Gerdes., Seck., Strob. eiusdemque mst.

5) Mst. Strob. et cod. Goth. *aliquando offerri.*

6) Cod. Bav. *annulum*; Gerdes. et Seck. *animum*, sed cod. Goth. et mst. Strob. *cumulum*, quod vera est lectio.

7) *maxime* cod. Bav., sed Gerdes., Seck. et Strob. *maxima.*

8) *id* et *egregii* non habent cod. Goth. et mst. Strob.

9) Mst. Str. et cod. Goth. *pulcherrime.*

10) Mst. Strob. et cod. Goth. *et.*

11) Cod. Bav. *bonae.*

12) Cod. Bav. *quam*, cod. Goth. *quae.*

13) Gerd., cod. Goth. et Strob., eiusdemque mst. *rectissimis*; Seck. *rectissime.*

14) Mst. Strob. et cod. Goth. *actionibus.*

15) Mst. Strob. et cod. Goth. *certam.*

16) Sic subscriptio legitur in cod. Bav., sed cod. Goth. et mst. Strob.: *Vester amicus Henricus Angliae Rex propria manu sc.* Gerdesius nullam habet subscriptionem. — De hac epistola Georg. Spalatin. in suis annalibus haec habet:

„Anno 1535 hat König Heinrich zu Engeland, des Namens der Achte, Herrn Philipp. Melanchthon auch ganz „gnädiglich geschrieben, mit gnädiger Danksagung, daß er „ihm die Auslegung über S. Pauls Epistel zum Römern zugeschrieben hätte, und daß er ihm mit allen freundlichen „Willen geneigt, weil er vermerkt, daß er so hoch verflissen „wäre, die heil. christliche Religion und Wahrheit zu schützen zu verfechten und zu vertreten. Derselbe König hat ihm „auch dazumal geschrieben: Dem Philippsen Melanchthon unsern liebsten Freund; und in der Unter-

Philippus Melanthon, viro optimo, Ioanni Schwebelio, docenti Evangelium in Zweybruck, amico veteri et carissimo.

S. D. Et ego, mi Ioannes, (me) [1]) non solum propter iuvenilem consuetudinem, sed multo magis Reipublicae causa te amo; video enim, te summo studio anniti, ut pro virili Ecclesiam Christi iuves et ornes. In hoc cursu, ut strenue pergas, te etiam atque etiam adhortor, nec te iniquitate hominum ab optimis consiliis depelli sinas. Ego, Deo volente, ea, quae iudico prodesse Ecclesiae, non abiiciam.

Loci communes editi sunt, in quibus certe conatus sum complecti res utiles ad pietatem. Circumferuntur *articuli* quidam sub nostro nomine, nati in Gallia, ac decerpti ex quodam meo consilio, verum mutilati et depravati [2]). Hos articulos scito me non agnoscere, sed pro adulterinis ac notis habendos esse.

De quaestionibus illis, quas multo ante ad me misisti, quid rescribam? certe gloria Dei anteferri debet omnibus humanis pactionibus, et edicta Comitiorum, si volumus prudenter iudicare, non impediunt, quo minus privati homines suae conscientiae consulant. Hoc rectissimum et verissimum est. Si Princeps non vult vi defendere abusus, boni et pii non impediuntur edictis Comitiorum, quo minus abiiciant abusus. Et Princeps neminem contra rectam conscientiam cogere debet. Bene et feliciter vale, et me ama. 4. Octobris.

Φίλιππος.

Deo volente Concordiam aliquando solidam inter nostros videbimus. Sed de his brevi coram.

No. 1337. 4. Oct.

Fr. Myconio.

Edita a Saegittario ep. 49.

Viro optimo D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, suo amico.

S. D. Agnosco candorem animi tui, mi Friderice, quod de nobis tantopere solicitus es; sed ita scito, iam me deposuisse hanc offensionem, ortam ex illarum literarum acerbitate *). Nam princeps satis amanter et familiariter hic mecum locutus est. Ego autem amo illud vetus historici dictum: amicitias debere immortales esse, inimicitias mortales. Itaque te quoque iubeo abiicere solicitudinem de meis rebus conceptam, tibique gratiam habeo, quod in amici periculo fidem praestiteris. Ego mea consilia, Deo volente, semper ad publicam utilitatem, non ad privatos affectus accommodabo. Princeps in mensa de te et *Iusto* amantissime loquebatur. D. *Pomeranus* mihi scripsit ante paucos dies, ac mirifice probat literas *Augustanorum* et *Ulmensium*. Deus faciat, ut fiat vera et solida concordia. Certe hoc semper optavi. Bene et feliciter vale. 4. Octob.

Philippus.

No. 1338. 5. Oct.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 82 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Etsi eram valde defatigatus, non solum labore scribendi, sed etiam aliis cogitationibus, tamen addidi epistolam ad te, quod te sciebam affici amanter cura mearum et communium rerum. Scito igitur, Principem hic fuisse, et mecum veteri more amanter locutum esse. Quare et ipse offensionem animi depono. Amo enim illud: Amicitias immortales esse debere, inimicitias mortales. Libenter privatum dolorem publicae tranquillitati condono. Nec decet nos in tantis miseriis publicis privatis affectibus exacerbare mala publica. Itaque memini illud Atticum, μὴ μνησικακεῖν. *Anglus* est liberaliss. exceptus a Principe. Novi hic nihil est praeter famam de capto sene *Walter*. Sane miseret me hominis. Caesar dicitur in Italiam certo venire, et acturus quamprimum de Synodo, ad quam utinam et parati et concordes accedamus. Suspicor Gallum eo nihil concessurum

---

„schrifft also: Euer Freund Heinrich König. Dieser König von Engeland hat auch folgend dem Herrn Philippo Melanchthon zweihundert Gülden an Golde zur Verehrung lassen geben."

1) Hoc *me* supervacaneum est.

2) Est consilium Gallis factum, unde intelligitur hanc epistolam ad annum 1535. referendam esse, non ad annum 1528., ad quem retulerunt editores epistolarum Schwebelio scriptarum.

*) Loquitur de litteris Electoris d. 29. Aug.

esse nobis, et simulaturum esse studium defendendae pontificiae autoritatis, tantum ut pacem impediat, et Caesarem bellis germanicis implicet. Quantum igitur concordia nobis opus sit, non est difficile iudicare. Bene vale, et ora pro nobis et pro Ecclesia. Quaeso, ut interdum nobis scribas. De consilio reditus expecto literas a Dn. Doctore. Iterum vale. 5. Octobris.

Φίλιππος.

No. 1339. 5. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 251 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Pabebergensi professori optimarum artium in Academia Tubingensi suo amico summo,

S. D. Maximam tibi gratiam habeo et mea et Reipub. caussa, quod *Ptolemaeum* nobis edidisti. Etsi enim nos huic studio non sumus prorsus dediti, tamen erit mihi curae, ut commoveam et accendam Iuvenum studia. Itaque praelegam quaedam ut grammaticus, tantum ut plures in manibus habeant aureum libellum, et spero his, qui Philosophiam amant, etiam graecas litteras propterea gratiores fore. Nostra φυσικὰ etiam satis pulcre procedunt, nunc enim pervenimus ad Anatomen corporis humani. *Milichii* in secundum Plinii enarrationem iam te vidisse puto.

Meum ministrum nondum redisse miror. Quod de meis rebus scripsi, nec dubito quin vehementer sis solicitus, non tam me iniuria praesens movit, quam quod mihi interdum obstrepit ἡ φιλοσοφία ἡμετέρα μεμψιμοίρως ἔχουσα πρός τινα*), de quibus coram brevi, ut spero. Itaque iam de meis rebus omnia consilia differre te volo usque ad meum adventum. Constitui enim te visere proximo vere, postquam non statim ad illas litteras respondi, nam consulto distuli, et τὰ ὠμὰ κινεῖν medici prohibent. Ecce ipsi antevertunt, meque placant, scis me minime esse difficilem, sed alia sunt ὕπουλα, de quibus coram tecum loquar, ut saepe tibi policitus sum. Nec vero in meis deliberationibus quicquam mihi antiquius erit, quam Respubl.: ad hanc vides me etiam oportere accommodare mea consilia, ut nunc quidem sunt tempora. Hactenus igitur de meis rebus, de quibus iubeo te bono animo esse, nam ego quoque aequo animo feram, quicquid acciderit. Illud fuit mihi summae voluptati, quod fratrem tuum significas esse apud *Philippum Palatinum*. Gaudeo profecto ex animo, Deum et tuas et ipsius preces audisse. Itaque Deo agamus gratias, et ipsius fiducia nos sustentemus magis deinceps.

Quod me ad assiduitatem in mittendis litteris hortaris, gaudeo te hoc meo officio delectari, sed scito me multo avidius tuas et flagitare et expectare, servemus igitur illud Hesiodium, αὐτῷ τῷ μέτρῳ.

De Repub. hoc tempore nihil admodum habebam. Ex aula Regis *Ferdinandi* scribitur ad nostrum principem, rebus Africanis constitutis *Caesarem* tenere cursum in Siciliam, ut veniat *Neapolim*, nec quicquam prius esse acturum, quam de Synodo, in qua metuo, ne Galli omnia turbaturi sint, ut implicent Caes. Germanicis bellis. Viennae expectatur nova Turcica legatio.

Ego rursus Anglicis, non solum litteris, sed etiam legationibus, et vocor et exerceor. Exemplum mei *consilii missi in Gallias* tibi mittam, nunc enim non habebam nisi unicum, et non edo, ne novae inde disputationes oriantur. Bene ac feliciter vale, tuas litteras expecto. *Vito* detulimus hic quoque conditionem, sed cupiebat videre Academiam vestram. Iterum vale. III. Non. Octobr.

Philippus.

*) Lutherum. C. W

No. 1340. (hoc temp.)

Studiosis.

† E cod. Basil. 89. p. 127.

Rector Academiae. (Ienae.)

Humanissime praeceptum est et maxime dignum piis et eruditis non violare hospitii iura. Videtis autem cum ab universa civitate, tum praecipue a Senatu omnia nobis officia in hoc secessu publice et privatim praestari, quae requiri possunt. Quare decet nos vicissim cavere, ne in nobis desiderentur humanitas et gratitudo. Mandamus igitur, ut cum in caeteris rebus omnibus, tum ne vineas depopulemini hoc tempore maturescenti-

bus unis; Si quis autem in vineas irruperit contempto iure hospitii, sciat, se poenas daturum esse.

No. 1341. 12. Oct.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 144.

Iusto Ionae.

S. D. Spero vobis voluptati fuisse *Christophorum*, nuncium Anglicum. Nam mihi quidem visus est non solum humano ingenio esse, sed etiam exculto literis et peregrinationibus, in quibus non solum πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, sed degustavit etiam sensus. Nam scis illud addidisse sapientiss. poetam. Mitto tibi *Bomgartneri* epistolam, in qua apparet, non dissimulare nostros εὐπαθύφους, quam hostili erga nos animo sint. Ego vero iam olim animum praeparavi ad haec perferenda *). Sed Reipub. et Ecclesiae me miseret, quae, si esset ipsis curae, profecto uteremur eis aequioribus. Bene vale Montags post Dionysii.

Salutat te *Franciscus* φιλόσοφος οὐκ εὐπάθυφος.

Philippus.

No. 1342. 14. Oct.

Studiosis.

Edita in Riccii Miscell. no. XXXV. descripsit Foerstemann.

Intimatio P. M. in primum librum Ptolemaei de Iudiciis.

Etsi prudenter dictum est illud, Quam quisque artem didicit, eam exerceat; tamen praeceptores deliberare aliquid interdum coguntur ex aliis artibus, quibus non sunt prorsus dediti ut excitent studia Iuventutis. Id facio non raro, profecto non ad ineptam et ridiculam ingenii ostentationem. Meo enim me pede metior. Sed praemonstrator esse cupio, ut sciant adolescentes, pleraque quae olim defuerunt in scholis expectanda esse sibi ingenti animo et ut occasiones habeant, authores proponere optimos studeo. Hoc consilio et animo institui interpretari *Ptolemaei librum de Iudiciis*, in quo nihil nisi grammaticam interpretationem polliceor, cuius certe non sum plane rudis. Id autem eo facio, ut optimus author fiat notior ac familiarior adolescentibus, et ut aliqui foelicioribus ingeniis praediti accendantur ad studium illarum praestantissimarum artium. Et multa sunt Physica in his quae assequi omnes studiosi facile possunt, et sunt utilia in vita. Incipiam autem hodie Deo iuvante hora prima, Ienae 14. Octobris 1535.

No. 1343. 17. Oct.

Mart. Luthero.

† Ex autographo Phil. Mel. in cod. Behdig. Vratisl. Vol. V. descripta a S. V. Schulzio.

Reverendo D. Martino Luthero, doctori Theologiae, patri suo carius.

S. D. Post principis discessum nihil hic quidem novi accepimus, nec rediit ad nos *Christophorus* ille Anglicus nuncius. Itaque tantum de privatis rebus scribam. Ea est plurimarum rerum difficultas hic, ut, quantum ego iudicare ac prospicere possum, existimem, nos oeconomiam hyeme hic tueri non posse. Quare ubi primum convenerimus, referam ad consilium de reditu. Nam modo et *Cruciger* abest, et absunt Iurisconsulti. Satis graves poenas stultitiae nostrae luimus, et ego inprimis, quod istinc, secuti magis alienum quam nostrum iudicium, discessimus.

De tuo stipendio admonuit principem *Pontanus*. Quod si non accepisti, fac ut sciam. Mirifice enim negliguntur mandata principis. *Pluncus* nobis non solvit. Nec caeteri, a quibus scholastici pecuniam accipiunt, mittunt quidquam. Hinc facile potes ratiocinari, quo in statu res sint nostrae. Quid quod princeps ipse ab Academia abduxit personas, quarum absentia studiis non nihil incommodi adfert. Sed desino. Bene et feliciter vale et saluta reverenter meis verbis coniugem tuam honestissimam. Pridie Lucae.

Philippus.

*) A. D. *ad perferendam hanc τυραννίδα.*

No. 1344. 18. Oct.

Mart. Frechtio.

† E cod. Bavari Vol. II. p. 247 sq.

Viro optimo D. Martino Frechtio, Pastori ecclesiae Ulmensis, suo amico veteri et carissimo S. D. Φίλιππος Μελάνχθων.

Gaudeo inter nos officiorum consuetudinem renovari, mi *Martine*. Nam mutuam benivolentiam in neutro extinctam esse arbitror. De me quidem affirmare possum, me semper de te amanter et honorifice sensisse. Sed certo quodam minimeque hostili consilio aliquamdiu tacui, dum remedia funesto illi dissidio quaero, *οὖ αἰτίαν οὐκ ἐπιφέρω σοι*, sed spero, moderationem vestram utrinque ad concordiam profuturum esse; certe ad mitigandos animos dissentientium prodest. Si impetator indicet synodum, ut non dubito, oportebit et nos prius colloqui. Quod si fiet, de multis rebus *καὶ περὶ τοῦ δείπνου* etiam coram agendum erit. Itaque adhibeamus tempus in consilium.

De *Schwenckfeldio* et *Franco*, chronicorum scriptore, placet mihi iudicium tuum. Nam et ego utrumque severe coërcendum esse iudico, etsi *Schwenckfeldium* stultum magis quam improbum esse arbitror; sed tamen hypocrisis apud vulgus nocet, et habet hoc, ut ex *Oecolampadio* audire memini, nullam ecclesiae formam, hoc est, nulla ministeria probat. Et delectatur vulgus criminatione ministrorum ecclesiae. Ego vero omnes, qui in nostris ecclesiis de ministeriis publicis parum honorifice sentiunt, dignos odio esse censeo.

De *Franco* quid dicam? Veneni et virulentiae plenus est. Quantum venenum illevit illis miseris chartis, ubi odio suo morem gerit adversus imperia, reges, homines doctos! Quam multum seditiosarum vocum, quam multa fanatica scribit, de illuminationibus Anabaptisticis, *καὶ ἐμβατεύει* in his, quae non vidit! Quare recte facis, quod das operam, ut coherceatur. Nos anno superiore rogabamus principem Hessorum, ut scriberet ad senatum vestrum de cohercendo illo *Franco*.

Haec effudi verius quam scripsi, teque rogo, ut has literas boni consulas teque a me ex animo amari iudices. Gratum mihi facies, si ad me quam saepissime de republica et de tuis rebus scribes. Bene et feliciter vale. Die Lucae 1535.

No. 1345. 18. Oct.

Leonh. Eccio.

Manlii farrag. p. 185 sqq. (satis mendose), Mel. select. epist. p. 294 sqq. et Mel. epist. lib. 1. p. 401 sqq. (edit. Lond. lib. 1. ep. 116.). — Apographa in cod. Bav. Vol. II. p. 778., in cod. Lips. ep. 88. et in cod. Goth. 401. p. 105., ubi vero mendis plena est.

Ad Leonhardum Eccium Cancellarium Bavaricum.

S. D. Etsi non dubitabam, vir clariss., quin cum ad excellentem sapientiam et doctrinam adiunxisses summam humanitatem, meas literas non gravatim accepturus esses; tamen in tantis occupationibus tuis non existimabam teipsum rescripturum esse, praesertim cum meae literae verecundiores fuissent, quam ut id officium flagitare auderent. Cum igitur opinionem meam viceris, facile perspicio non solum humanitatem tuam dignam viro praestanti[1]), sed etiam singularem quandam erga me benevolentiam. Itaque literae mihi tuae gratissimae fuerunt, in quibus cum amore nostri iudicium tuum de studiis Philosophiae et optimam[2]) voluntatem de mitigandis dissidiis Ecclesiasticis coniunxisti; quibus de rebus ad me non solum pro tua excellenti prudentia gravissime, sed etiam ornate scripsisti. Dicam enim vere quod sentio. Fuit hoc nomine mihi iucundior[3]) epistola tua, quod animadverti literas abs te ex umbra et palaestra in mediam Reipub. lucem educi[4]), easque ad administrationem Reipub. adhiberi, quod non solum tibi, sed ipsis literis gloriosum est. Responderem autem cum ad reliquas epistolae tuae partes copiosius, tum vero praecipue de *Aristotele*, nisi habenda mihi esset ratio tuarum occupationum. Et erit huic argumento aptior locus in publico scripto. Vere enim iudicas plurimum interesse Reipub. ut *Aristoteles* conservetur, et extet in scholis, ac versetur in manibus discentium. Nam profecto sine hoc autore non solum non retineri pura Philosophia, sed ne quidem iusta docendi aut discendi ratio ulla poterit *). Pertinet autem etiam ad vestrum ordinem providere, ut

---

1) *dignam viro praest.* omittunt Manl., cod. Goth. 401. et cod. Bav.

2) Manl. *in quibus cum iudicium de studiis Philosophiae, tum optimam.*

3) † *tota* cod. Bav.

4) *educi* Peuc. Manl. cod. Bav. *adduci* cod. Lips. *reduci* cod. Goth. 401.

*) Manl. *quidem dicendi aut discendi ratio iusta poterit.*

simplex et utilis ratio docendi[5]) conservetur. Quod vero non desinis me ad illustrandum *Aristotelem* hortari, etsi antea scripsi, me non satis ad rem tantam instructum esse, et quosdam molientes hoc opus impediri perturbatione temporum, tamen ut intelligas me voluntate atque animo non abhorrere ab hoc studio, edam auspicio nominis tui repurgatum *Quintum Ethicorum*, in quo videbis quantum habitura res sit difficultatis, si quis velit lumen adferre exilibus[6]) *Aristotelis* sententiis, easque ad usum in vita in[7]) Repub. transferre. Audi enim quid mihi acciderit. Consilium *Aristotelis* de distributiva iustitia nunquam intellexi, ac multa mihi obstrepebant, donec totum illum locum animadverti ex *Quinto de legibus Platonis* sumptum esse. Hic primum vidi quid spectaverit *Aristoteles*, qui quidem solet lectissimas sententias ex *Platone* decerpere, et in methodum conferre. Nam cum alii inepte hunc locum in *Aristotele* de poenis intellexerint, hic longe aliud agit. Omnia personarum discrimina in vita publica et privata, in imperiis, in magistratibus legendis, in familiis, constitui vult Geometrica proportione, ut efficiatur inter Tyrannidem et Democratiam salutaris generi humano mediocritas, hoc est, ut plurimum valeat optimorum autoritas. Hanc mediocritatem utinam Synodus etiam in Ecclesia efficere posset, ut videlicet sapientum et bonorum consilio et vulgi temeritas et aliorum crudelitas coherceretur.

Sed quo delabor velut oblitus institutae brevitatis, etsi haec adscripsi libere, ac tanquam[8]) familiariter tecum confabulans, quod statuebam tibi homini doctissimo non ingratam esse hanc ex Schola sumptam orationem. Cum autem intelligas, horum studiorum conservationem eos, qui ad gubernacula sedent in Repub., cura sua complecti debere, te oro et propter ipsum decus literarum, et propter Reipub. salutem, ut tua consilia, tuamque autoritatem ad hoc conferas, ut studiis tranquillitas moderatis consiliis restituatur, qua in re praeclare de universa Ecclesia deque omni posteritate mereberis. Est etiam magno viro digna virtus, homines doctos periculo liberare, qui cum coelestia dona conservent in terris, sintque, ut ait *Plato*, τῶν θεῶν ἑρμηνευταὶ, recte existimantur Deo curae esse. Me quidem intelliges a studio pacis nequaquam abhorrere. Bene et feliciter vale. Die Lucae. 1535[9]).

Phil. Melanth.[10]).

5) Sic codd. pro *discendi*, quod Manl. et Peuc. tuentur.
6) Cod. Lips. *ex libris* pro *exilibus*.
7) Manl. *ad usum in una*. Cod. Bav. *ad usum in vita et*.
8) Cod. Bav. *ac tantum*.
9) *Me quidem* — 1535.] Manl. tantum: *Bene vale*.
10) Subscr. addit Peuc. in Select. epp.

No. 1346. 28. Oct.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 127 sqq. — Autographon in biblioth. Norinberg. nobis contulit Clar. Ranner.

D. Iodoco Ionae, Praeposito Witebergensi, suo amico summo.

S. D. Quod de tua profectione ad nos meum consilium requiris, facile intelligo, tibi magnae curae Scholam esse, cuius statum, cum mihi notiorem esse putes quam tibi, videris scire cupere, quantum illius referat, te quoque adesse. Ego ad celebritatem Scholae tuam praesentiam multum conducere posse arbitror. Itaque, si in discessu nostrorum domi fuissem: magnopere fuissem tibi autor huc concedendi. Nunc autem ex tanto intervallo te istinc attrahere cum maximis sumptibus, non videtur esse necessarium. Adhaec[1]), quod de supellectile tu existimas, ac de lectis, longe secus habet. Omnes enim non tantum Patresfamilias, sed etiam scholastici coacti sunt domo suos lectos huc advehere. Itaque vix existimo inveniri hic posse, qui lectos velint locare. Domi fortassis[2]) inveniremus. Neque enim tibi tali viro Senatus defuturus esset, sed tamen propter oppidi et quidem frequentis[3]) angustiam ne ea quidem res sine aliquo negotio confici posset. Quod ad scholam ipsam attinet, hi Professores, qui adsunt, assiduitatem et diligentiam eam praestant, quantum equidem iudicare possum, ut nemo queri possit, eorum negligentia aliquid detrimenti Scholam accipere. Et est hic, ut ex tuo ministro accipies, mediocris numerus Auditorum, ut tali tempore non illibenter sumptus magnos facimus. Ego enim plus quam septuaginta aureos insumpsi, et quota pars hyemis est confecta? Sed nosti meam οἰκονομίαν. Est et *Sebaldus* domi meae.

Caeterum[4]) omnium ordinum atque civium benevolentia erga universum nostrum sodalitium

1) *At haec*, scripsit Rannerus.
2) *fortasse* Rann.
3) Saub. mendose *frequentiae*.
4) Saub. mendose *Caeterorum*.

summa est, et, Dei beneficio, crescere quotidie videtur. Initio enim, quia vetus illa opinio de scholasticorum ferocitate haerebat in animis, videbantur nonnihil abhorrere a nobis, aegre ad se recipiebant. Nunc incredibile est, quantum suos quisque hospites praedicet, quam amanter complectantur, cum vident tantam esse tranquillitatem, comitatem, verecundiam, denique in omni officii genere diligentiam iuventutis optime moratae. Haec, ut diuturna sint, faciat Christus. Tanta virtutis vis est, ut agrestes etiam homines eius pulchritudo moveat. Talis fere status est rerum nostrarum.

Nunc quid tibi faciendum sit, facile statuere poteris. Ego nihil praescribo tibi homini prudenti. Soleo enim verecunde amicis uti. Tua praesentia faceret ad celebritatem Scholae, verum id non videtur tanti, ut propterea cum tuo incommodo nunc demum huc proficisci debeas. Quanti sumptus faciendi non modo in itinere: quod sane longum audio esse, sed etiam istic discedenti [5]) ex more ab amicis et hic novam domum instruenti: et nunc hyems etiam retardat itinera. Quod si viderem aliquam necessariam causam tuae ad nos profectionis, scriberem eam tibi, teque plane pro nostra amicitia iuberem huc statim accurrere. Sed cum nullam videam [6]) caussam necessariam suscipiendi itineris, permitto tibi, ut, quod tibi videbitur, facias. *Καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα.* Si decreveris huc proficisci, nos, quae voles, pro nostra fide diligenter tibi curabimus, sed ut est in Iurisconsultorum formulis, quae poterimus.

Heri sero admodum venit huc quispiam *Ulrici Pindari* [7]) comes rediens [8]) ex Hispania. Nosti, ut opinor, hominem. Habitabat [9]) in Bels, et familiaris est admodum tuo vicino [10]) *Musmano.* Nomen est *Matthiae*, cognomen ignoro: is prandebit hodie apud *Hieronymum*, voluimus enim [11]) retinere eum, ut aliquam historiae suae partem nobis enarraret. A prandio cum rediero [12]), scribam tibi capita, quorum hoc gratissimum ac iucundissimum tibi fore scio, quod heri narratum est, ipsum Caesarem audisse nostros Legatos. Id signum esse benevolentiae erga nostrum Principem interpretor. De summa etiam negotii tolerabilia responsa dicuntur adferri; denique laeta omnia audio. Rediens a prandio, quanquam nihil audivi praeter vulgares fabulas, tamen haec adscripsi. Narrat *Matthias* tantam esse inopiam aulicam in Hispania, ut quidam ex regiis satellitibus coacti sint de magnis illis pileis sarcire caligas. Gallorum Rex dicitur tenere Genuam, ac prorsus sibi promittere Italiae imperium. In Hispania Germani sunt in maximo odio propter captam Romam. Nam Pontifices eius gentis omnibus viribus cupiunt Romanam *τυραννίδα* defendere. *τὸν ἡμετέρων θεολόγον* *) ne quidem nominare fas est. In *Caesare* nihil crudele, nihil alienum a natura *Austriacorum* esse fertur. Ea una spes est, ut inter humana, pacis. Sed nobis magis optandum est, ut Christus nobis pacem donet, et ingenium Caesaris flectat ad utilitatis publicae studium. Interrogavi ipsum *Matthiam* de responso Caesaris; ait, ea concessisse, quae postulata sunt, scire te, qualia sint, opinor.

Ulricus decumbit [13]) e febri Parisiis. Ibi aegrotans ab hoc relictus est, properante ad Principem. † Ad scribam iterum dedi literas. Exsculpsi aliquid *μάλα ῥητορικόν.*" Multa habeo alia, quae coram effundam in tuum sinum, si quando Deus nos iterum coniunxerit: miseresceret te mei, si scires, quae [14]) aerumnae mihi perferendae sint; *ἀλλ' οἰστέον καὶ ἐλπιστέον.*

Comes *a Nassau* humanissime excepit ac tractavit Legatos nostros. Caesarem, nulla omnino fama est, parare reditum in Germaniam. Mitto tibi *Eobani* hymnos aliquot. Vale. Die Simonis et Iudae. Ego, si quotidie nuncios ad te haberem, nihil hercle gravarer quotidie scribere. Iterum vale. Christus custodiat totam tuam familiam.

Philippus.

5) Saub. *discendenti.*
6) Saub. *viderem.*
7) Rann. scripsit *Pinteri.*
8) Saub. *redux.*
9) Rann. *habitat.*
10) Saub. *Viño.*
11) Rann. non habet *enim.*
12) Saub. mendose: *audiero.*

*) Lutherum.
13) Saub. mendose *decubit.*
14) Rann. legit *quot.*

No. 1347. 30. Oct.

F. Myconio.

Edita a Snegass. ep. 42.

Viro optimo, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, amico suo praecipuo.

S. D. Magister Caspar *Bornerus*, qui nos comitabatur e *Lipsia Witebergam* *), vir excellenti doctrina, gravitate et pietate eximia praeditus, mittit tibi historiam rerum *Italicarum*, cuius mentio obiter in curru inciderat, vultque extare id apud te μνημόσυνον sui erga te amoris. Et vicissim petit xenion, historiam *Monasteriani furoris*, quam ordine integram, quantum potes, perscribito. Ego literas resignavi, tibique idem iuris in meas concedo. *Κοινὰ γὰρ τὰ φίλων.*

Hodie tuas literas accepi de pecunia. Tuum officium laudo, quod *Iacobo* prospexisti. Delectemur enim nostra Philosophia, et inopiam nostram boni consulamus. Ego tamen *Iacobo* succenseo, quod, cum multis maximis nostris beneficiis usus sit, iam in discessu suo non fuerit civilior, sed expilarit amicum.

Quae nuper questus sum de calumniis quibusdam, sanabo mea moderatione. Itaque te iubeo bono animo esse. *Dabit Deus his quoque finem.* Ac pudeat nos adeo esse molliculos, ut perferre leves iniurias nolimus, cum Christus tam horribiles aerumnas nostra causa pertulerit. Audi *Senecam* dicentem: „*Dum inter homines sumus, colamus humanitatem. Non timori cuiquam, non periculo simus. Detrimenta, iniurias, convicia, vellicationes contemnamus, et magno animo feramus brevia incommoda. Dum respicimus, quod aiunt, versamusque nos, immortalitas aderit.*" Doctorem *Christianum Bair* audisti, opinor, decessisse ex vivis **). Dei beneficio *Pontanus* sic satis valet. De repub. scribam alias. Bene vale, et scribe, dum hic sumus, creberr. Sonnabents.

Φίλιππος.

No. 1348. (fere h. t.)

Georg. Sturz.

Epist. lib. VI. p. 265. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 312.

Clarissimo viro, D. Georgio Sturciadae, Doct. Medicinae, et γνησίως φιλοσοφοῦντι, suo amico praecipuo Erfordiae.

S. D. Optime et doctissime vir. Opus est mihi prognostico venturi anni 1536. Quaeso si vos aut *Hasfurdi* aut alterius cuiuspiam scriptum de 1536. anno habetis, ut mihi mittatis per hunc tabellarium, valde gratum mihi officium fore putate. Statim autem remittam vobis integrum, quidquid miseritis, aut certe afferam ipse. Et coram exponam ad quem usum requiram prognosticon. *Ioachimus* praeclare meritus est de communibus studiis editione quadripartiti. puto vos vidisse. Bene valete.

† Philippus Melanthon."

No. 1349. 4. Nov.

Vergerius ad Ioann. Fridericum.

Epistolam, quam Vergerius haud dubie latine scripsit, *Ge. Spalatinus* in Electoris gratiam germanice vertit, habeturque epistola germanice Spalatini manu scripta in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 72. Inde illa edita est iam antea ab Aurifabro in opp. Luth. Eisleb. P. II. p. 351b; denuo in opp. Luth. Altenb. T. VI. p. 491. Lipsiens. T. XXI. p. 130. et Halens. T. XVI. p. 2292. — Nunc ex Spalatini mst. iterum accurate descripta.

(*Paulus Vergerius, Legatus Pontificius, ad Ioannem Fridericum Ducem Saxoniae, Pr. Electorem.*)

Durchleuchtigster Churfürst und Herr. Der Papst hat mich von wegen des Conciliums [1]) zu den Fürsten und Ständen des Reichs abgefertigt, und unter andern [2]) zu Ew. Churf. Gnaden. Denn er hält's eigentlich dafür, daß E. Chf. Gn. des Gemüths und Willens sey, daß sie gerne wollt, daß die fährliche Zwiespalt in Sachen des Glaubens hingelegt und die Ding zu guter Einikeit gerathen und gedeihen möchten. Derhalben ich morgen von Hall abreisen will, und gen Wittenberg kommen.

Da ich nun Ew. Durchlauchtigste Hoheit *) daselbst nicht antreffen werde, (denn das Geschrei gehet, daß dieselbe nicht einheimisch sey,) so wollte ich zuvor zu dem Churfürsten zu Brandenburg reisen, und von dannen möcht ich in meinem Wiederwege mit Ew. Hoheit von den Sachen handeln, wenn vielleicht dieselbige um die

---

*) quo videlicet Mel. iter fecit mense Sept. 1535. ut interesset solemni disputationi.

**) Decessit d. 21. Oct. 1535. Melanthonem nuncium de eius morte Vitebergam misisse intelligitur ex epistola Lutheri ad Ionam d. 28. Oct. scripta.

1) Aurif. *Concilii.*

2) Aurif. addit auch.

*) Spalatinus ubique scripsit: Hochheit.

Zeit wieder anheim möcht kommen seyn, die ich in Befehl habe.

Derhalben ich jetzt bitte, Ew. Chf. Gn. wolle den Ihren befehlen, sobald ich ihr Fürstenthum berühre und erreich, mir dadurch, so lang ich in demselben meine Reise thue, sicher Geleit zu geben, welche Ew. Hoheit meines Achtens mir nicht abschlaen werden, in Ansehung daß ich mit Verwilligung und Schutz beide [3]), Kaiserlicher und Königliche, Majestät solche Werbung und Sachen bringe, die Gott und allen frommen Leuten gefällig. Und komme [4]), wie ich oben vermeldt, den nächsten von hinnen aus Hall nach Wittenberg. Derwegen Ew. Durchlauchtigste Herrschaft leichtlich ermessen mögen, an welchen Enden dieß Geleit mir verschafft soll werden. Gegeben zu Hall am vierten Tag des Novembers anno domini xvCxxxv.

(„und dieser erste Brief hat keine Unterschrift, auch des Päpstlichen Orators Namen nicht.") — [verba Spalatini].

3) Aurif. male: beide bei; in msto bei non legitur.

4) Aurifaber, qui pro komme male legit konnte, haec ex arbitrio sic mutavit: Werbung und Sachen, die Gott und allen fr. L. gefällig ausrichten soll und könne; eadem de causa idem suo arbitrio post verba: nach Wittenberg addidit: zu ziehen.

No. 1350. 5. Nov.

Vito Theodoro.

Edita a Sauberto in Mel. Epist. lib. IV. p. 1 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 420.

Doctissimo viro, *M. Vito Theodorico Noribergensi*, *suo Amico praecipuo*,

S. D. Iam eram iturus Erfordiam ad *Eobanum*, cum quodam Antwerpiensi iuvene erudito et humanissimo, ideo scribam brevius. Et hodie totum diem consumpsi in scriptionibus ad Francofordienses, de negotio, ut scis, periculosissimo.

Mi *Vite*, simpliciter respondebo, de ea re, de qua nos consulis. Gratum est mihi, quod Academiam nostram tanti facis. Deinde scis, quid tibi dixerim discedenti, placere mihi, ut videas Tubingam; sed me rogare, ut Reip. causa etiam huius nostrae Academiae memineris, cui videris debere θρεπτήρια. Sed si ipsa nihil certi ostendit [1]), nolo tua commoda impedire. Et ut plane scribam, *Franciscus* secutus est Aulam in Austriam. Sed adhuc valde deliberat, an velit accipere aulicam conditionem? Et mortuo Doctore *Christiano* *) aliqua consiliorum commutatio futura videtur. Adhaec in nostris aulicis ita sunt obscurae voluntates et hostiles, ut mira ἀπογνώσει nostrarum rerum tenear. Ideo si erit tibi commoda Tubingensis conditio, nolo eam dissuadere. Et tamen tibi apud nos, si quam habebimus Remp. omnia mea officia polliceor; si non placebit conditio Tubingensis. Scribo et *Ioachimo* iisdem de rebus. Si consilia differes ad reditum *Francisci*, certiora scribam. Cum autem nostra consilia sint incerta, non dehortor, quo minus utare occasione. Bene vale. 5. Novembris. Rescribe ὅτι τάχιστα, an literas acceperis?

Philippus.

1) Saub. *ostendet.*

*) Christiano Beiero.

No. 1351. 6. Nov.

Vergerius ad Io. Fridericum.

Germanice edita ab Aurifabro in opp. Luth. Eisleb. T. II. p. 852. Iterum in opp. Luth. Altenb. Tom. VI. Lipsiens. T. XXI. et Halens. T. XVI. p. 2295. — Edita autem est ex versione, Spalatini manu scripta, quam inveni in Tabular. Vinar. Regist. H. fol. 97. no. 42., e qua hic denuo accurate descripta est.

(*Petrus Paulus Vergerius*, *Legatus Pontif.*, *ad Ioannem Fridericum*, *Ducem Saxon. Princ. Electorem.*)

Durchleuchtigster Fürst und Herr. Der Papst, so mich in Sachen das künftige Concilium belangend zu den durchlauchtigsten Fürsten deutscher Nation geschickt, achtets gewißlich dafür, daß Ew. Hoheit diesen heiligen Handel in vielfältige Wege fördern könne und mög. Demnach hat mir der Papst Befehl gethan, mit Ew. Hoheit viel zu handeln, so zu dieser Sache [1]) vonnöthen. Dieweil aber Ew. Hoheit jetzt in ihren Landen nicht ist, so hab ich mir vorgenommen, derselben unterwegen unter Augen zu kommen, wenn dieselbige aus Oesterreich wiederkommt, und ihr mancherlei anzuzeigen, das sie meines Bedünkens gerne hören wird. Derhalben ich auch jetzt aus Wittennberg schreibe, an welchem Ort ich von Sr. Hoheit Dienern mit höchster Ehren bin ange-

1) Aurif. solchen Sachen.

nommen worden, derwegen ich Ew. Hoheit große Danksagung thue, mit allem Fleiß bittend, sobald Ew. Hoheit diese meine Schrift zukömmt, sie wolle mir anzeigen und vermelden, welchen Weg und durch welche Städte dieselbige ihren Wiederweg in Sachsen nehmen werde, damit ich mich zu Ew. Hoheit verfügen, und ihr, wie bemeldt, unter wegen[2]) unter Augen kommen möge. Und dieselbige E. Chf. Hoheit Schrift sollen zu dem durchlauchtigsten Herzogen Georgen zu Sachsen gefertigt und bestellt werden. Denn daselbst will ich Ew. Hoheit Schrift erwarten. Indeß befehl ich mich Ew. durchlauchtigsten Herrschaft ganz herzlichen. Gegeben zu Wittemberg am sechsten Tag des Novembers anno Domini xv C, xxxv.

Petrus Paulus Vergerius
päpstlicher Orator.

No. 1352. 10. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 253.

Viro optimo Ioachimo Camerario Pabeberg. amico s.

S. D. Utinam recte et feliciter valeas, de me, mi Ioachime, video te valde solicitum esse. Etsi autem officio tuo delector, tamen nolim te angi animo, aut nimium contendere.

Scripserunt ad me ambo ἡγεμόνες, ὁ ἡμεδαπός τε καὶ ὁ τῶν Χάττων ἄρχων, et litterae sunt plenae humanitatis, ὁ τῶν Χάττων ἡγεμὼν etiam αὐτόγραφον misit, et respondi ei, me coram cum eo de summa negotii locuturum esse: vobis etiam pollicitus sum, me istuc in vere venturum esse.

Vitum commendo tibi*), videtur mihi idoneus ad Remp. nos cupimus eum retinere, non tamen dissuadeo, quo minus promittat vobis: vellem utranque scholam posse conservari et ornari, sed mihi crede, mi Ioachime, per nostram amicitiam, nondum suspicari possum, quid quidam velint. Cupio te videre, tantum ut habeam aliquem, quem his querelis affici putem.

Gallicum scriptum *Doleti***) vidi, et cogito de aliquo instruendo, qui respondeat, κἂν ὁ Ἐρασμος οὐκ ἐκφεύγει τὴν Ἀδράστειαν, sed displicet mihi petulantia in illo iuvene. Gaudeo excudi τὴν μεγάλην σύνταξιν, sed cum *Grynaeo* ages, ut curent peti a *Schonero* σχόλια τοῦ *Regiomontani*. In *locis* meis spero me utilia scripsisse, et volui certe prodesse Ecclesiae, vides esse opus Methodis. Bene vale. IIII. Id. Novemb. Iam eo ad *Eobanum*. De Ptolemaei τετραβίβλῳ maximas tibi gratias ago, accendet studia multorum.

Philippus.

2) Aurif. male: in andre Weg.
*) Vid. ep. ad Baumgartn. d. 17. Nov.
**) Contra Erasmum. C. W.

No. 1353. 10. Nov.

Erh. Schnepfio.

Epist. lib. III. p. 238. (edit. Lond. lib. III. ep. 148.)

Erhardo Sneppio.

S. D. Gratulor et Illustrissimo Principi et vobis omnibus reditum ex Austria in patriam, de quo quod me certiorem reddidisti valde delectatus sum et officio tuo, et literis, quae quidem plenae erant amoris erga me tui. Rogo itaque te, ut benevolentiam erga me tuam conserves. Nam ego profecto ad utilitatem Reip. summa cura refero et studia omnia mea et consilia. Deo volente, proximo vere visere amicos istic constitui. Hunc Sacerdotem hominem probum tibi commendo, pollicetur mihi se ex tua voluntate facturum esse omnia. Nec habet aliam migrationis causam, nisi valetudinem. Novi nihil habebam. De Synodo non dubito, quin Caesar in Italiam praecipue hanc ob causam venerit, ut Synodum indici curet. Magnae deliberationis res erit, nostris principibus cogitare, quid et quomodo acturi simus? teque adhortor in hanc cogitationem ut incumbas, etsi nihil aequi spero posse impetrari a Pontificibus. Et, ut vereor, aliqui simulabunt studium Pontificis, ut perturbent Germaniam. Sed haec alias. Bene vale. Pridie divi Martini. Anno 1535.

No. 1354. (paulo post.)

Eidem.

Epist. lib. III. p. 237 sq. (edit. Lond. lib. III. ep. 147.)

Erhardo Sneppio

S. D. Opto, ut Christus gubernet ministerium tuum, ac provehat ad gloriam Dei et salutem Ecclesiae. Profecto enim nulla in terris difficilior est administratio, quam Ecclesiarum hoc praesertim tempore, inter tot Scandala, in tanta vulgi licentia, in tanta ingeniorum petulantia. Sed haec pericula vincet Christus. Has literas reddet tibi vir optimus *Sigismundus Purus Austriacus* Sacerdos, qui nos audivit multos annos, et doctrina, gravitate, pietate et moderatione eximia praeditus est. Discedit ex his regionibus propter valetudinem, alioqui libenter eius opera hic usi essemus. Commendo igitur eum tibi: est enim idoneus ad docendam Ecclesiam. Quare ut eius rationem habeas, te etiam atque etiam oro. Illustriss. Principi me ut commendes rogo. Decet nos propter publicam Ecclesiae concordiam, ut mutuo nos amore complectamur, et ornemus Evangelium etiam Concordia nostra. B. V.

No. 1355. 15. Nov.

Pontanus ad Io. Fridericum.

† Ex autographo Pontani in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 42.

Dem Durchlauchtigsten — Churf. zu Sachsen Johann Friedrich.

— — — — — — — — — —

Ich hab auch mit Doct. Antonius geredt, und gefragt, was der Befehl des *Coclei* halben an Herzog Georgen vermöchte; darauf er mir in Beiseyn des Philippi angezeigt, daß des nachfolgenden Legaten und sein des Doctors Werbung an Herzogen Georg darauf stünde, seine Fürstl. Gn. zu bitten, den *Cocleum* offentlich vorzustellen, so wollten sie des Büchleins halben, welches *Cocleus* wider ihren König ausgehen lassen, mit ihm disputiren und reden zu Rettung ihres Königs Ehre und Glimpf, und im Fall ob ihnen das nicht verstattet, oder der *Cocleus* sich deß wegern würde, so hätten sie etliche Bücher, die sie wider den *Cocleum*, und wie gemeldt zu Rettung ihres Herrn Glimpfs hinwieder im Fürstenthum publiciren und ausgehen lassen wollten.

Ew. Chf. G. übersende ich auch eine Notel, wie dem Könige zu England sollt zu schreiben seyn, die Philippus ins Latein bracht *), und haben Doctor Antonius, Philippus und ich gestern Unterrede gehabt, wie es mit der Beredung der Gelehrten, so die nachfolgende Bothschaft ankäme, möchte gehalten, und an welchem Ort dieselbe sollt vorzunehmen seyn; daß E. Chf. G. den Gelehrten hätte lassen schreiben, auf obgedachtes Legaten Ankommen sich gegen ihn zu gutwilliger Unterrede und Conversation unbeschwert finden zu lassen, und mit ihm zusammen zu kommen zu Wittenberg oder zu Torgau, wo es dem Legaten am gelegensten.

Auch schick ich hierbei E. Chf. G. eine reine Copei der Notel der Antwort, so E. Chf. G. Doctori Antonio allhie zu Jena gegeben, die der Philippus also umschreiben lassen, und weiß E. Chf. G. nicht zu bergen, daß genannter Doct. Antonius heut allhie und von hinnen nach Wittenberg abgereiset.

— — — — — — — — — —

Dat. Jena, Montags nach Martini anno XXXV.

E. Chf. G.

unterthäniger

Gregorius Bruck.

No. 1356. (fere 17. Nov.)

Io. Fridericus ad legatos Anglicos.

† Ex scripto in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 42., quod Franciscus Burchardus, Vicecancellarius sua manu scripsit, Melanthon autem sua manu passim mutavit. Vid. epist. Pontani d. 15. Nov. h. anni.

Responsum dandum legatis Regis Angliae 1535.

Primum gratissimum est Illustr. Principibus et reliquis amplissimis ordinibus Imperii in causa religionis confoederatis, Sereniss. Regis Angliae salutatio ac commemoratio benevolentiae et amoris, Regiaeque Dignitati tum hanc ob causam, tum et quod hanc honorificentiss. et reverendiss. do. vest. legationem ad se mittendam duxerit, maximas habent gratias.

Quod autem et amplexi sunt Principes et Status confoederati puram evangelii doctrinam, et quantum possunt retinere et propagare student, iudicant se hoc officium et deo et ecclesiae Christi debere, cum in hac tota causa nihil aliud quae-

*) Nota in margine: *Philippus* hat es noch nicht ins Latein bracht, darum soll solches hinnach kommen.

ratur, quam ut Christi gloria illustretur, et pia ac sana doctrina divinis literis consentanea toti orbi restituatur. Et quanquam hactenus graves iniurias, maximas ruinas et varias adversitates ab iis, qui Evangelii doctrinam oderunt, experti et perpessi sunt, tamen dei beneficio eo semper animo fuerunt, ut veram religionis doctrinam nullo modo abiiciendam sed potius pro sua virili defendendam et propagandam duxerint, confisi Christi benignitate, quod huic causae fidei ac evangelii non defuturus esset. Ad hoc noverunt, se nemini ad tales iniurias et contumelias occasionem aut causam ullam praebuisse, nisi hoc ipso, quod impios cultus et impias opiniones, perniciosas ecclesiae, quas Rom. Pontifex defendit, improbari, et verae pietatis doctrinam instaurari passi sunt *).

Nec dubitet Sereniss. Rex Angliae, quin Illustriss. Principes ac status confoederati ea mente ac voluntate sint, ut, quemadmodum dei beneficio veritatem evangelii semel agnoverunt, ita etiam in hac sancta et pia doctrina defendenda ac propaganda omnem operam, curam ac diligentiam per omnem vitam adhibituri, et a veritate agnita, deo adiutore, nullo modo discessuri sint.

Ac iucundum fuit auditu Illustriss. Principibus et reliquis confoederatis statibus, quod Sereniss. Rex ea voluntate sit, quod ipse quoque hanc sinceram doctrinam atque negotium religionis summa diligentia iuvare velit, ac etiam ut Romani Pontificis iurisdictionem et tyrannidem tanquam caput omnis impietatis et idololatriae e suo regno exstirparet; utque in hac sententia Sereniss. Rex perduret, precantur et optant.

Et quod Regia Dignitas hortatur Principes et alios confoederatos ad concordiam solidam et sinceram in causa religionis constituendam, ne ex dissensione dogmatum vel scandalis causa praebeatur, vel adversariis occasio detur contra doctrinam evangelii aliquid moliendi, hoc quoque Illustriss. Principes et alii ordines confoederati optimo ac fidelissimo animo a Regia Dignitate fieri nihil dubitant. Neque vero ipsi, qui in hac confoederatione comprehenduntur, inter se noverunt ullum esse doctrinae aut opinionum in causa fidei dissidium, ac sperant, deo adiutore, se unanimes atque concordes in ea doctrina perseveraturos, quam in comitiis Augustanis coram Invictiss. et Clementiss. Caesare et toto imperio romano constanter adseruerunt et confessi sunt.

Ac licet in Germania, impulsore haud dubie malo aliquo daemone, impia Anabaptistarum factio suborta fuerit, tamen hanc Principes et alii confoederati in suis ducatibus atque dominiis nunquam ferendam censuerunt, sed iustis et severis poenis adversus eos, qui a suo furore discedere noluerunt, usi sunt. Imo haec ipsa factio in iis locis primum erupit, ubi sincera Evangelii doctrina prohibita fuit, et ea potissimum loca Germaniae, in quibus nullus est locus saniori doctrinae, pervagata est *).

Quod vero de concilio Sereniss. Regia Dignitas Principes et Confoederatos amanter monendos censuit, ne ea in re insidiis Ro. Pontificis, qui aliud simularet et aliud ageret, se circumveniri paterentur; nam hoc maxime eum agere, ut praetextu concilii Reges et Principes inter se committeret, ac bellum inter christianos plusquam intestinum excitaret: id quoque Principes et Confoederati in optimam partem accipiunt. Ac nolunt legatos regis Angliae celare, quod Pontifex Rom. *Paulus III.* ad Romanorum regem et Germaniae principes suum oratorem miserit, qui de concilio cum ipsis ageret, ut id Mantuae in Italia celebraretur; qui quidem orator Saxoniae Electorem quoque convenit, et pontificis voluntatem de habendo concilio eius Celsitudini exposuit, atque promisit generale, christianum et liberum concilium futurum. Cui Elector Saxoniae hoc tantum respondit, quod re deliberata cum suis confoederatis in causa religionis de sua et confoederatorum sententia ipsum quam primum certiorem redditurus esset. Et, ut legati Regiae Dignitati indicare clare possint, quid orator Pontificius de concilio proposuerit, et quid Elector Saxon. ac alii Principes et status confoederati hac de re deliberaverint, atque oratori Rom. Pontificis, cuius dolum et insidias praetextu concilii haud obscure animadverterunt, respondendum iudicaverint, voluisse ipsos exemplum ad Reg. Dignit. transmittere, ac petunt, ut legati id secum accipiant, ac Regiae Dign. reddendum curent. Ex hoc enim Sereniss. rex intelliget, quid principes et confoederati de tali concilio sentiant. Quod enim ora-

*) Verba: *quod impios cultus* etc. manu Melanthonis adscripta sunt.

*) Verba: *Imo haec ipsa factio* etc. alia cuiusdam, nescio cuius, manu adscripta sunt.

tor Rom. Pontificis exposnit, totum ius indicendae et habendae synodi ad Rom. Pontificem pertinere, existimant Illustriss. Principes, neque serenissimos reges concessuros esse Romano Pontifici, ut, non communicato cum ipsis consilio, indicat synodum aut habeat proprio arbitrio, praesertim in hac fidei causa, in qua maxime ad Sereniss. Reges pertinet, ut curent ipsi, ut legitima fiat cognitio. Et profuturum arbitrantur reipublicae Illustriss. Principes, si Sereniss. Angliae rex ea de re ceteros reges admoneat *).

Et quod Principes atque status confoederati ex oratione Rev. legati intellexerunt, eo esse animo et voluntate Ser. regem Angliae, quod in causa religionis et doctrinae evangelicae cum ipsis consentire velit, suamque benevolentiam ac studium, quacunque occasione possit, in hoc sanctissimo negotio, ut regem christianae atque evangelicae doctrinae deceret, declaraturus, omniaque ea summa diligentia, cura ac studio, communicatis consiliis et totius regni sui facultatibus et opibus, praestaturus, quae ad causam evangelii promovendam pertinebunt: haec omnia principibus et Confoederatis auditu fuerunt iucundissima et gratissima, regiaeque dignitati pro tam benevola, amica ac propensa voluntate maximas habent et agunt gratias, ac vicissim Serenissimo regi omnem operam, studium ac diligentiam et obsequium deferunt, seque in hoc sanctissimo negotio nullo officii genere Sereniss. regi defuturos esse pollicentur, et persuasum cupiunt Ser. regi, quod, sicut hactenus nullis laboribus ac sumptibus pepercerunt, nulla etiam pericula ad sustinendam hanc piam et salutarem causam refugerunt, ita in posterum etiam se idem facturos, omnesque fortunae procellas constanti animo auxiliante deo subituros pro defensione veritatis ac verbi divini decreverunt, nihil dubitantes, deum huic negotio, ut quod ad gloriam et honorem nominis ipsius praecipue pertineret, pro sua bonitate et clementia contra omnium adversariorum et hostium Evangelii spem et existimationem sedulo adfuturum.

Et quia reverendiss. legatus in fine suae orationis petiit, ut daretur sibi facultas commoda nempe **) cum quibusdam latius colloquendi, eaque de causa paulo post cum Illustriss. Principibus, Electore Sax. et Landgravio partim coram partim cum ipsorum consiliariis familiariter sermones contulerit, duxerunt principes hoc ipsi significandum, quod de iis rebus, quae in familiari colloquio propositae sunt, vetuit suos consiliarios ad legatos in diversorium mittere, qui de illis etiam negotiis porro cum ipsis deliberent.

Postremo petunt ac summopere flagitant Illustriss. Principes et alii status confoederati, ut hoc responsum suum Regiae Dignitati qua possit fieri commodissima via ac ratione referant atque exponant; ac Sereniss. regis, cognati, amici ac domini sui observandi ac clementissimi, benevolentiam, amicitiam et favorem erga ipsos confoederatos confirment atque augeant, atque totam hanc causam ipsosque confoederatos principes et amplissimi Imperii ordines regiae dignitati amanter ac fideliter commendent; hoc addito, quod Sereniss. Regi cum omnibus, quos caros habet, perpetuam felicitatem exoptent ac precentur, suaque officia, studium, observantiam et obsequium prolixe ipsius regiae dign. polliceantur atque offerant.

*) Verba: *Quod enim orator* etc. Melanthonis manu scripta sunt.

** De voc. *nempe* incertus sum an recte legerim.

No. 1357. 17. Nov.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 90 sq. — Hic ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 64. Adscriptum est: „per Vitum d. 30. Nov. 1535." (videl. accepi).

Viro optimo, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. suo patrono

S. D. Ego vero, Vir optime, cum officio tuo, tum ipso genere literarum, quarum summa est elegantia et venustas, mirifice delector. Quare illa excusatione assiduitatis tibi non erat utendum, cum ingens beneficium mihi praestari iudicem. Illud autem oro, ut, cum et occupationes et ingenii imbecillitas vetent, quominus αὐτῷ τῷ μέτρῳ respondeam, non aspernere tamen hunc animum, profecto praeclare de tuo ingenio ac virtute sentientem.

Gaudeo te *Vitum* complecti, spero enim, eum et urbi vestrae et Ecclesiae Christi magno ornamento futurum esse. De negotio ipso ita iudico, recte vos consulere patriae, quod eum re-

timere capitis; et ipse potius debet operam patriae. Fortassis hoc quidem tempore in Academiis viveret suavius; sed tamen cogitare eum decet, quid patriae debeat, et in urbe vestra tantum ingeniorum ac literarum est, ut cum qualibet celebri Academia certare possit. Habes meum iudicium; non enim libuit scribere prolixius.

Nuncius Pontificius *), profecturus in Marchiam, Witebergae fuit; exceptus est honorifice a Praefecto. †Et" vocatus ad eum Lutherus libere dicitur de Romana Tyrannide cum nuncio locutus. Scribam totum colloquium, ubi integram historiam audiero. Vidistine *Doleti* petulantissimum scriptum contra Erasmum? Curavi ut respondeatur. Bene vale, Mitwoch **) post Martini ***).

†Philippus."

*) *Vergerius*, colloquutus cum Luthero d. 7. Nov. Totam rem uberius narravit Seckendorf. in hist. Luth. lib. III. p. 94 sqq.

**) Lib. VI.: den Mitwoch.

***) Alia manus adscripsit ann. 1536.

No. 1358. (h. t.)

Spalatinus ad Electoris Consiliarios.

† Ex autographo Spalatini in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 41. Scriptura prima pagina passim deleta est. Miserunt hoc scriptum Spalatinus et Agricola Viennam, ubi tum Princeps Elector versabatur.

Herrn Doctor Blickhardt Syndringer rc. zu eigen Handen, 1535. (inscriptio in tergo.)

Wien. 1535.

So viel das künftige Concilium generale belangt, bedenken wir unterthäniglich, doch auf jedermänniglich Verbesserung, bevor unsers gnädigsten Herrn des Churfürsten zu Sachsen rc., ob diese folgende oder dergleichen Antwort in der Kürze, wie in mehrern Rath für das beste befunden wird, bedacht Röm. Kön. Majestät zu geben.

Der Churfürst zu Sachsen, unser gnädigster Herr, stelle in keinen Zweifel, Röm. K. Majestät unser allergnädigster Herr, wissen sich gnädiglich zu erinnern, was seiner Chf. G. Herrn Vater seliger und hochseliger Gedächtniß Herzog Johanns zu Sachsen, Churfürsten rc. auch unser gnädigster Herr..... auf etlichen gehaltenen Reichstagen, bevor bei den zu Speyer im XXVI...... im XXIX., deßgleichen auf dem Convent in Regensburg; nämlich.... Röm. Kais. Majest. durch unsern gemeldten gnädigsten Herrn um ein frei gemein christlich Concilium, die vorgefallene Zwiespalt im Glauben treulich zu fördern, neben andern aufs fleißigst gebethen, deßgleichen auch auf dem Reichstag zu Augsburg im XXXten Jahr beschehen. Auf welchem auch Sr. Churf. Gn. Herr Vater in Ueberreichung ihrer Confession sich neben ihren Mitverwandten vernehmen lassen, daß sie der Appellation zuvor derhalben an ein solches Concilium bis zu endlichem Austrage berührter Zwiespalt anhängig seyn wollten, wie denn vieler Reichstage Abschiede auf bemeldt frei christlich Concilium beschlossen; dazu sich dann seine Churfürstl. (Gn.) neben andern Fürsten Herrschaften und Ständen, ihnen verwandt, bevor auf dem gedachten Reichstag zu Augsburg dazumal unterschrieben.

Zu dem so hätten seine churf. Gn. im vergangenen XXXIIIten Jahre erstlich für sich mündlich, folgend auch schriftlich neben etlichen Fürsten, und Fürstlichen und der Stände, ihrer Churf. Gn. verwandt, Geschickten zu Schmalkalden in ihrer Antwort gegen Röm. Kais. Majestät und des Papsts Oratoren unter andern um ein frei christlichs general Concilium anzustellen zu beschreiben und zu halten ausdrücklich gebethen, darin aus Gottes Wort und der heiligen Schrift rechtschaffen und ordentlich den Gewissen zu rathen und helfen gehandelt, erkennet und beschlossen würde, und Gottes Wort selbs Richter wäre.

Darum auch seine Chfl. Gn. nochmals aufs treulichst bitten, auch noch jetzt wie vor [zuvor] des Willens und Gemüths wären, daß ein solches Concilium gehalten werde, darin Christi, unsers lieben Herrn und Heilands, Ehre und Preis, und ein christlicher beständiger Fried und Einigkeit der Christenheit aufgericht werde, und demselbigen Concilium mit unterthänigstem Fleiß Gehorsam leisten wollten.

Aus welchem allem klärlich zu vermerken, daß seine Churf. Gn. keineswegs des Willens, das Concilium zu verhindern oder zu wehren *), der unterthänigen Zuversicht, Röm. Kö. Majestät Gemüth und Meinung werd auch nicht seyn, daß seine Churf. Gn. sich anders und ferner wider Gottes Wort und Ehre, auch zu Beschwerung der Gewissen und Christenheit begeben sollten, in Ansehung daß je weder seine Churf. Gn. noch

*) In pagella inclusa scriptum est: oder also wo diese Wort, zu verhindern und zu wehren, zu hart seyn oder lauten sollten: „aus welchem allen klärlich zu vermerken, daß seine Churf. Gn. ein solches, wie berührt, frei christlich general Concilium treulich zu willigen und zufrieden aufs geneigst."

kein Christen deß mit gutem Gewissen vor Gott zu thun Macht hätten. Daß auch nicht allein alle Creaturen unter Gottes Wort wären, sondern auch daß Gottes Wort der Richter wäre, der endlich die ganze Welt richten werde. Wie denn Christus selbs gesagt hat Johannis am zwölften: *non veni ut iudicem mundum, sed ut salvificem. Qui spernit me et non accipit mea verba, habet qui iudicet eum; Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in novissimo die.* Ich bin nicht kommen, die Welt zu richten, sondern selig zu machen. Wer mich verachtet und meine Worte nicht annimmt, der hat einen der ihn richtet. Die Rede, die ich geredt habe, wird ihn richten am jüngsten Tage.

Demnach bethen seine Churf. G. aufs unterthänigst, Rö. Kö. Majestät wollten diese sein Churf. G. Antwort in Betrachtung, daß diese Sachen die aller großwichtigsten in der Welt, nicht anders denn in Gnaden, zu seiner Churf. G. christlichen unvermeidlichen Nothdurft, wie denn seine Chfl. G. sich zu Ihrer Kön. Maj. als ihrer von Gott verordneten Oberkeit, ihren allergnädigsten Herrn, ganz unterthäniglich vertrösten, verstehen und vermerken.

Georgius Spalatinus
Iohan Agricola Eisleben. *)

No. 1359. 19. Nov.

Fr. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 48.

Viro optimo D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothensis, suo amico praecipuo.

S. D. Etsi saepe graviter sauciant animum meum scandala, quae a nostris oriuntur: tamen, cum manifestam impudentiam atque impietatem, deinde infinitam crudelitatem Adversariorum video, nonnihil erigor, et gaudeo me non esse suffragatorem illorum Tyrannidis. Vide enim istorum Hypocritarum Pharisaicam religionem. Ne coniugium Sacerdotum approbent, lenocinia et infinita adulteria confirmant. O pium Patrem, qui maluit esse leno filiae, eamque multis vulgo prostituere, quam in coniugio Sacerdotis relinquere. Hanc impudentiam profecto puniet Christus, et ut puniat oro. Casus *Arnstadiensis* viri Iohannis N. nihil habet obscuri. Si, ut scribis et narrat ipse, res acta est, quod mulier eum, seducta ab impio patre, deseruit, nec voluit redire in gratiam, iure potest petere, ut fiat divortium. Commendabis igitur eum comiti. Sed divortium fieri velim te iudice, et servata usitata forma iudicii, publice citata rea. Vellem etiam te ad patrem mulieris scribere et graviter accusare eius impietatem. Id exempli causa prodesset, ut videant homines affici indignitate rei. Mitto tibi exemplum meae disputationis. Cum *Wimariam* veneris, tantum mihi significes: statim enim eo accurram. Bene et feliciter vale. Die divae Elisabethae.

Philippus.

*) Manu sua Agricola haec scripsit.

No. 1360. 20. Nov.

Conr. Heresbachio.

Epist. lib. II. p. 389 sq. (edit. Londin. lib. II. ep. 401.)

D. Conrado Heresbacchio.

S. D. Mihi vero literae tuae iucundissimae sunt, amo enim ingenium tuum multis de caussis, quare inter nos agamus Attica lege ἄνευ προοιμίων, certe ista excusatione interpellationis minime ad me opus est, cum et literis et amore erga me tuo vehementer delecter. Ac meum erga te amorem clarius perspexisses, si, ut scribis, ad nos deflexisses. Nam et de studiis et de nostra amicitia et de Repub. copiosius colloqui potuissemus, quam utrique nostrum scribere licet. Etsi autem existimo te perspicere quod sit meum iudicium, quae voluntas in his dissensionibus: tamen coram magis declarassem tibi meum animum. Articuli illi qui circumferuntur non sunt γνήσιοι, sed mutilati et excerpti ex quodam meo longiusculo consilio, scripto ad *Langeum* fratrem Episcopi Parisiensis. Rogaverat enim *Langeus*, ut rationem aliquam componendarum harum dissensionum perscriberem, ac simul ostenderat Regem Gallorum apud Pontificem de pace et mitigatione tantarum rerum acturum esse. Scripsi igitur quid mihi videretur. Nec me valde poenitet mei iudicii. Scripsi de politia Ecclesiastica conservanda, deinde quid relaxari aequum esse censerem, quibus de rebus doctos colloqui diligentius prodesset. Inde sunt illi articuli, sed mala fide decerpti.

Multis dedi describendum *) meum consilium, sed edere nondum volui, quod in tanta perversitate iudiciorum vereor, ne magis irritentur nonnulli. Rex Galliae non obscure significavit, sibi meum consilium probari. Misit Romam, meque vocavit ut de iisdem rebus me andiret, sed Dux Saxoniae noluit me dimittere. Nolunt privatum quenquam pacisci cum illo de Repub. Sic enim loquuntur: *δοκεῖ δὲ καινή τις τῶν ἀπαιδεύτων τυραννὶς καθισταμένη οὐδὲν μέτριον, καὶ κοινωνικὸν, καὶ πολιτικὸν φρονούντων.* Cedamus igitur fatis. Nunc Anglus me vocat. Sed aliis de rebus. *ἐγὼ μᾶλλον θέλοιμι εἶναι σύμμαχος τῶν σπουδαζόντων κοινὴν ὁμόνοιαν ποιεῖν τῆς ἐκκλησίας.* Adolescentem filium Consulis *Weseliensis* collocavi apud doctum contubernalem. Nunc in hoc secessu meus etiam conviva erit, quam diu volet. Bene vale, meque ama. Nam amicitiam tuam, propter egregiam virtutem tuam, et doctrinam ac prudentiam, facio plurimi. Ex Tyrigetis mense Novemb.

No. 1361. (27. Nov.)

Mart. Schallingo.

Edita ex Msto Argentoratensi a Walchio, et ab eodem germanice versa in opp. Lutheri T. XVII. p. 2525. — Eodem tempore haud dubie scripta, quo epistola Lutheri eiusdem argumenti scripta est ad Schallingium et ad Argentoratenses, videl. d. 26. et 27. Nov. 1535. Vid. Lutheri epp. apud de Wett. T. IV. p. 651 sqq.

Dem ehrwürdigen, und vortrefflichen gelehrten Herrn, Martin Schalling, Evangelischen Lehrer in der Kirche zu Straßburg, Seinem Freunde.

Unsern Gruß. Euer Brief ist mir sehr angenehm gewesen; denn ich habe daraus nicht allein eure Liebe gegen mich **), sondern auch ein herzlich gut Gemüth gegen die Kirche Christi gesehen. Darum gönne ich euch hinwieder viel Gutes, und wünsche, daß Christus euern Dienst zum Heil der Kirchen regiere.

D. Luther weigert sich keiner Unterredung; denn er wünschet auch herzlich, daß doch die Eintracht der Kirchen angerichtet würde. Lasset uns mit einander zugleich bemühet seyn, die Ehre Christi auszubreiten, und lasset uns in äußerlichen Kirchenbräuchen indessen fürlieb nehmen, bis die Zeiten gestatten, daß eine bessere Zucht aufgerichtet werde. Denn die Kirche hat sich nicht jähling auf einmal und ohne großen Nachtheil aus einer so großen Finsterniß wie der Mönche ihre gewesen, so über die ganze Kirche ging, herausfinden können. Man muß aber freilich Christum anrufen, daß er uns sowohl in der Lehre als im Kirchenregiment helfe. Ich will mich nach der Gelehrten und Frommen Urtheil von Herzen gerne richten und solches annehmen, und will aus allem Vermögen dazu rathen, daß wir mit einem Sinn sowohl die gottselige Lehre immer mehr treiben, als auch die Eintracht zu erhalten uns befleißigen. Ich bitte auch euch, daß ihr mit einem und dem andern Geduld habt, welches etwa bei unsrer Zusammenkunft einmal geschlichtet und in Richtigkeit gesetzt werden kann. Gehabt euch wohl. Anno 1535.

Phil. Melanthon.

*) Ed. Lond. mendose: *scribendum*.

**) amorem meum erga te, anstatt tuum erga me. (Not. Walch.)

No. 1362. (Nov.)

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 2 sqq. — Hic ex autographo Mel. in cod. Monac. I. in fine.

Doctissimo viro, D. Vito Theodoro, Noribergensi; suo amico praecipuo.

S. D. Oro Christum, ut Coniugium tuum fortunet, ac faciat, ut felix ac faustum sit. De negotio tuo multa cogitavi in utramque partem. Sed est una ratio praecipua, quae valere debet plurimum. Si non volent te dimittere Cives tui, scis, te praecipue operam debere patriae. Mihi autem videntur utiliter consulere Cives tui Ecclesiis suis, quod te retinere cupiunt. Et certe *decet Resp. maxime dare operam, ut Ecclesiae habeant idoneos Gubernatores.* Tu autem tot iam annos versaris in Schola *παρακολουθήσας πάσαις τε διαλέξεσι καὶ συμβουλίαις μεγίστων πραγμάτων, καὶ διδαχῇ ἀκριβεστέρᾳ.* Fortasse magis inclinarem in alteram partem, si alibi ad docendas Sacras literas accersitus esses. Rursus cogito accessuro aliquando ad *διοίκησιν* non leviter prodesse tyrocinium in tali Rep. qualis est vestra.

Haec ita scribo, non ut leges tibi feram, non enim est nota penitus Conditio: sed hortandum te duxi, ut propter gloriam Dei toto animo te dedicares Ecclesiae.

Hodie legi Psalmum, *Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo Altare tuum, Domine, ut audiam vocem laudis tuae et enar-*

rem universa mirabilia tua. Ad hanc curam nos praeparemus. Bene vale. Non licuit plura scribere. Bene vale, rescribe. Saluta *Michaelem*, D. *Osiandrum*, D. *Wenceslaum*.

Philippus.

No. 1363. (fortasse 25. Nov.)

Io. Fridericus ad Consiliarios suos.

† Ex actis in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 41. — Spalatinus in annal. p. 303. narrat, Principem Electorem, qui tum Viennae erat, misisse Pragam Christophorum *Gross* et Franciscum *Burchard*, ut cum legato pontificio agerent.

Copey einer Instruction, was des Churf. zu Sachsen Räthe mit dem Päpstlichen Gesandten des *Concilii* halben zu Prag werben sollen.

Instruction, was von Gottes Gnaden unsre, Johanns Friedrichs, Herzogen zu Sachsen und Churfürsten ꝛc. Räthe und lieben getreuen N. und N. an den Päpstlichen Oratoren N. von unsernwegen werben.

Erstlich sollen sie ihm unsern gnädigen Gruß sagen, darnach dieß anzeigen: unser Landvoigt zu Sachsen Hans Metsch hätte uns sein Schreiben, dessen Datum stünde zu Wittemberg den sechsten Tag Novembris, sein Ansuchen und Bitte zugeschickt. Das hätten wir empfangen und daraus vernommen, welcher gestalt er von dem Papst abgefertigt wäre, an die Churfürsten und Stände des Reichs eines Concilii halben Werbung zu thun, auch daß er bedacht gewest, weil wir in unsern Landen nicht antroffen, uns auf unsrer Wiederreise aus Oesterreich Tag und Mahlstatt, wie wir ihm solches durch unsre Antwort, der er bei unsern Vettern, Herzog Georgen zu Sachsen ꝛc. zu Dresden wollt gewärtig seyn, würden verständigen, unter Wegen zu kommen, und seinen Befehl, den ihm der Papst insonderheit gegeben, bei uns auszurichten.

Daß nun der Papst ein Concilium zu fördern und anzustellen willens, solchs hätten wir gerne gehört, zweifelten auch nicht, ehegenannter Papst werde aus unsrer und unsrer des Glaubens und Religion Mitverwandten Antwort, so wir Röm. Kais. Majestät, unsers allergnädigsten Herrn, Bothschaft und des Papsts Clementen Oratoren auf ihre hievor eines Concilii halben gethane Werbung, gegeben, vermeldt haben, daß wir und unsre Mitverwandte dasselbe, da es ein gemein frei und christenlich Concilium seyn, auch vermöge und Inhalts voriger Reichsabschiede in deutscher Nation gehalten würde, zum höchsten zu fördern helfen begierig und geneigt, hätten es auch mit vielen frommen und gutherzigen Christen lange Zeit begehrt, wie wir denn, da solches nochmals dermaßen beschehen möchte, höchlich erfreuet.

Und wiewohl wir es gänzlich dafür gehalten, er würde unsre Antwort auf berührt sein Schreiben, seinem Anzeigen nach, zu Dresden erwartet, und, uns vor derselben unter Augen zu kommen, unterlassen haben, wie wir denn willens gewest, ihm dieselbe unsre Antwort in wenigen Tagen bei eigener unser Bothschaft dahin, gen Dresden, zuzuschicken, darnach er sich fürder zu richten gewußt hätte: so wären wir doch glaublich berichtet worden, als sollt er sich über ehegemeldt sein Schreiben und unerwartet unsrer Antwort erhoben, und gen Prag verfügt haben, in Meinung, unsre Ankunft daselbst zu erwarten, und alsdann seinen von dem Papst empfangenen Befehl bei uns auszurichten. Derhalben, da wir solches in Erfahrung kommen, hätten wir sie, unsre Räthe, vor unsrer Ankunft zu ihm gen Prag abgefertigt, ihm von unsernwegen folgende Anzeige zu thun.

Wiewohl wir keine Beschwerung gehabt, noch hätten, ihn auf sein Schreiben zu uns unter Augen zu bescheiden, auch weil er gen Praga kommen ihn seiner Werbung und Befehls daselbst zu hören, und alsdann wiederum abzufertigen; so wäre es doch mit unsrer Wiederreise dermalen gelegen, daß solches, und zuvörderst der Eile halben, nicht hätte beschehen mögen noch könnte [noch geschehen könnte]. Denn wir wollten ihm nicht bergen, ob wir wohl zu Praga einen Tag, wills Gott, würden stille liegen, daß wir dennoch allerlei und viel unsrer Sachen abzufertigen hätten, und dieselben nicht länger verschieben könnten. Zu dem, so hätten wir und obgedachte unsre des Glaubens und Religion Mitverwandte uns etlicher unsrer Sachen halben auf Nicolai schierst [i. e. nächsten Tag Nicolai] in die Stadt Schmalkalden zusammen betagt, dahin wir auch ungefährlich fünf oder sechs Tag nach Nicolai persönlich kommen würden. Darum wir also unser eilend Reisen von Nothdurft wegen thun müßten, und damit nicht verziehen könnten, würden auch dadurch verhindert, ihn zu Praga in eigner Person, wie wir doch ohne das zu thun geneigt, zu hören. Und im Fall, da wir ihn gleich, wo angezeigte Verhinderung nicht vorhanden, in Praga hörten, so wollt uns doch nicht gelegen seyn, uns darauf hinter und ohne Vorwissen unsrer des Glaubens und Religion Mitverwandten,

welche solches mit belanget, mit endlicher Antwort vernehmen zu lassen.

Hierum wäre unser gnädiges Begehren, daß aus vermeldten Ehrhaften verhinderlichen Ursachen keine Beschwerung zu tragen, wie wir uns denn gnädiglich versehen, auch dafür halten thäten, daß sein Befehl vermöchte, uns in unsern Landen und wesentlichen Hoflager zu ersuchen und seine Werbung auszurichten, und uns auf solcher unsrer eilenden Reise nicht zu verhindern noch aufzuhalten, als er denn für seine Person sonder Zweifel nicht thun würde.

Nachdem wir aber aus vorberührt seiner Schrift verstanden, daß er mehr Fürsten und Stände des Reichs derhalben zu besuchen Befehl hätte, und denn derselbigen eine gute Anzahl neben uns zu Schmalkalden auch erscheinen würden: so bedächten wir, daß er sich auf dieselbe Zeit dahin gen Schmalkalden verfügen thäte. Alsdann wollten wir ihn seiner Werbung hören, immaßen dann die andern unsre Mitverwandte, an welche er Befehl hätte, ohne Zweifel auch thun würden, und uns darauf samt ihnen mit gebührlicher und unverweislicher Antwort vernehmen lassen.

Würde er aber vielleicht gen Schmalkalden zu kommen Beschwerung haben, so sollten unsre Räthe auf den Fall bei ihm suchen, daß er ihnen die Werbung, so er an uns zu thun hätte, schriftlich zustellen und untergeben wolle. Hätten sie von uns Befehl, dieselbe anzunehmen, und fürder zu überantworten. So wären wir ganz geneigt, uns mit unsern des Glaubens und Religion Mitverwandten einer einhelligen und unverweislichen Antwort darauf zu vergleichen und zu entschließen, und ihm alsdann dieselbe an einen Ort, den er unsern Räthen benennen würde, zu schicken.

Denn was wir unsers Theils zu obangezeigten freien christlichen Concilio, angesehen daß der ganzen Christenheit und zuvörderst dem Römischen Reiche des Glaubens und der Religion halben merklich und viel daran gelegen, nochmals fördern helfen könnten und möchten, damit dasselbe einsten einen christlichen Fortgang erlangte, wollten wir uns hiemit abermals erbothen haben; der Zuversicht, unsre des Glaubens und Religion Mitverwandte würden es an ihnen auch nicht erwinden lassen.

Und was unsern Räthen hierauf von dem Orator zu Antwort begegen würde, das sollen sie uns zu unsrer Ankunft berichten, und thun daran unsre Meinung. Datum *).

---

*) dies non adscriptus est.

No. 1364. 30. Nov.

Spalatini scriptum.

† Germanice hoc scriptum edidit Io. Aurifaber in opp. Lutheri Eisleb. T. II. p. 358. (Halens. XVI. 2296.), et convenit cum versione germanica quae legitur in Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 42. et facta videtur in gratiam Ducis Saxoniae Electoris. Videtur igitur hanc versionem Aurifaber habuisse, ut etiam verosimile fit ex signis typographi, in hoc msto passim conspicuis. Non ubique accurate convenit cum textu latino. Partem huius scripti priorem, id est ea, quae legatus Pontificius nomine Pontificis protulit (das Antragen), etiam edidit Hortled. lib. I. cap. 19. p. 82. Non germanico tamen sed latino sermone actum esse cum Vergerio quisque facile videt, et habetur in iisdem actis eadem narratio latine, manu *Spalatini* scripta, qui, ut videtur, interpres colloquii fuit et eiusdem scriba. Textus latinus, qui est authenticus, nondum prodiit, et hic primum typis exscriptus est. Apographon partis prioris, i. e. orationis legati, inveni etiam in cod. Galli I. p. 104. — Dies huius colloquii in Actis Vinar. non adscriptus est, sed in inscriptione Aurifabri dicitur, haec acta esse Pragae, *am Dienstag Andreae* (30. Nov.) 1535. — Caeterum cum hac narratione conferenda sunt ea, quae Legatus Pontific. ipse de actione cum Principe Elect. exposuit in epist. scripta d. 1. Decb.

„*Oratoris Pontificii Petri Pauli Vergerii acta cum Principe nostro Electore Saxoniae Pragae, et responsa Principis, brevissime excepta.* M.D.XXXV." (inscriptio Spalatini.)

Primo omnium dixit orator Pontificius in hanc fere sententiam. Cum non contigerit invenire Principem in Saxònia, sed in Boemia, quod gratum sit tandem contigisse, eo se brevius mandata a Pontifice Romano accepta expositurum, quod intelligat, principem occupatiorem esse, quam ut diu et multis retinendus esset [1]).

Iam adesse tempus optatum, et esse ad oculos, habendi Concilium, et quidem tale concilium, quod sit generale, liberum et christianum et candidum sive sincerum.

Iam esse nos [2]) et Pontificem et Caesarem et Regem et Principes cupidissimos concilii. Habere enim [3]) Pontificem omnes Principes suis consiliis de habendo concilio consentientes. Ad haec Pontificem nihil aliud habere in animo, nihil aliud sequi quam ad [4]) commodum ecclesiae et gloriam Christi Iesu. Nunc igitur a Pontifice mitti oratorem non in speciem tantum, et tamen interim serio concilium non cogitantem, sed ut

---

1) Cod. Galli: *sit*.

2) Cod. Galli: *nos*, quod praeferendum videtur; Spalat. *nobis*.

3) *enim*] sic cod. Galli, sed Spalat. *etiam*.

4) *ad*] sic cod. Galli; Spalatinus minus recte *et*.

homines in officio contineat. Nam quum prior Pontifex antea sic egisset, ex eo animos hominum vehementer alienatos. Hunc autem Pontificem *Paulum tertium* nihil magis, nihil diligentius quam concilium cogitare. Itaque se proprie ad rem accessurum, id quod Principi quoque iudicandum relinquat.

Porro Pontificem habiturum concilium liberum, generale, christianum et sincerum. Quod si de loco quaeratur habiturum Papam id *Mantuae*, neque alibi, idque propter multas causas. Ideoque Pontificem hortari, requirere, non mandare, ad causam concilii iuvandam et ad gloriam Christi illustrandam. Interrogatum vero causas dicturum, quare alio in loco concilium quam Mantuae haberi non possit. Praeterea designato loco non esse cur de modo habendi concilii iam multa disputentur. Illic enim coactos, convenientes et congregatos sub spiritu sancto omnia ea de re tractaturos.

Nu haben D. Caspar Cruciger, der Prediger allhie [1]), und Mag. Philippus mit gedachten Wiedertäufern fleißige Unterrede gehabt; zween Tage haben sie gefragt von den vornehmsten Artikeln der christlichen Lahr. Und wiewohl sie als ungelahrte Leute von vielen Artikeln nicht sehr guten Bericht thun, haben wir sie gleichwohl nicht wollen in andern subtilen Artikeln gefährlich examiniren, oder übereilen, sondern haben die groben Artikel vorgenommen, darauf besonders ihre neue Secte und Heiligkeit gegründet ist. Denn so der Richter sprechen soll, ist gut, daß man eigentlich und gründlich weiß, was ihre vornehmsten Puncte sind, welche ihnen nicht mit Gefahr aufgelegt werden, sondern daß sie im Grunde und ernstlich also halten. Item, diese ihre Artikel sind aufrührisch, derohalben dem Richter auch deß leichter darüber zu sprechen. Auch haben wir verhofft, sie sollten in den groben Artikeln sich haben weisen lassen. Nun beruhen die drei: Heinz Kraut, Jost Müller und Hans Peißker auf diesen Artikeln.

Von der Taufe.

1) In Kindern sey nicht Sünde, darum bedürfen sie der Taufe nicht.
2) Die angeborne Schwachheit sey nicht Sünde; aber dann, so ein Mensch in vernünftigen Jahren willige in solche Schwachheit, sey erst Sünde am Menschen.
3) Verdammen also gar und ganz die Kindertaufe.
4) Sie sagen, alle Kinder, auch der Türken, Juden, Heiden etc., werden zugleich selig ohne Tauf; denn was Gott geschaffen habe, das sey gut.

Von weltlichem Regiment.

1) Ein Christ könne nicht Oberkeit, Fürst oder Regent seyn, der mit dem Schwert strafete.
2) Christen sollen keine Oberkeit haben, denn die Diener des Worts.
3) Ein Christ soll nicht Eide schwören.
4) Ein Christ soll nicht Eigenes haben, sondern, wo man eine Brüderschaft hat, seine Güter in gemeinen Gebrauch geben, wie die Apostel eine Gemeinschaft gehalten, davon geschrieben stehet in der Apostel Geschicht, und daß solche Gemeinschaft vonnöthen sey.
5) Zwischen der gläubigen Person und der ungläubigen kann keine Ehe seyn. Darum so ein Wiedertäufer ein ehelich Weib hat, die der Wiedertäufer Secte nicht annehmen will, und darwider ist, mag der Wiedertäufer sie verlassen, und eine andere nehmen. Er könne auch kein ehelich Leben bei ihr haben, sondern diese Beiwohnung sey Hurerei.

Wir haben mit Fleiß ihre Meinung und Gemüth erforscht, daß wir gründlich und gewißlich wüßten, ob sie diese gemeldte Artikel ernstlich und im Grunde also halten, und finden, daß dieses eigentlich und gewißlich ihr Gemüth ist. Dagegen haben wir ihnen die heil. Schrift und Unterricht nach aller Nothdurft angezeigt. Sie sagen aber, man muß die Schrift geistlich verstehen 2c., und sind jämmerlich verirret, schelten und toben sehr, stecken voll Zorn und Haß. Wir haben sie freundlich und christlich gebethen und vermahnet, sie sollten sich weisen lassen, sollten doch die Sprüche, so wir ihnen angezeigt haben, betrachten; mit der Zeit würde sie Gott erleuchten, so sie sein Wort vor sich nehmen und mit Fleiß bedenken würden. Aber sie sagen, sie wollen bei demjenigen bleiben, das sie Gott gelehret habe.

Ich habe auch vor, noch weiter mit ihnen zu reden, und ihnen auf jeden Artikel die klaren Sprüche vorzuschreiben, daß sie dieselbigen betrachten [2]).

Philippus Melan. [3])

---

1) Ienae, *Antonius Musa.*

2) Legitur ibid. p. 34. sententia iudicum (publicirt und vollzogen auf Mitwoch nach Conversionis Pauli [27. Ian.] 1536), qua hi miseri et fanatici, quia opiniones suas deserere noluerunt, mortis poena adfecti sunt.

3) Ultimae litterae perierunt.

No. 1371. 2. Decb.

Guil. Bellaius ad Io. Fridericum.

† Ex autographo Bellaii in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 42.

Reverendissimis, Illustriss., generosis, magnificis et spectabilibus inclytae Germaniae ordinibus in oppido Smalkald congregatis, dominis suis semper observandis.

Reverendissimi, Illustriss., generosi, magnifici et spectabiles domini, domini mihi semper observandi. Quum intellexisset christianissimus Rex, dominus meus, conventum a vobis celebrari in oppido *Smalkald* de magnis et arduis rebus, et non parum ad publicam Christianae reipublicae pacem et tranquillitatem spectantibus, cuius semper ex animo fuit studiosissimus, ad eundem me conventum dimisit cum literis ad singulos amplissimae vestrae societatis ordines, et mandatis ad universos amplissimis, quae ut priusquam dissolvatur conventus intelligatis magnopere interesse puto. Itaque quum hic a Cl. *Walleio*, viro clarissimo, intellexerim, futurum hunc vestrum conventum dierum duntaxat sex aut septem, significandum vobis adventum meum duxi, vosque etiam atque etiam obsecrandos, comitia ut in aliquot dies protrahatis, dum ego et *Walleius* ad vos properamus.

Reverendissimi, Illustriss., generosi, magnifici et spectabiles domini, domini mihi semper observandi, Deus opt. max. fortunas et dignitates singulorum et universorum tueatur atque etiam augeat. Ex Walleii aedibus in finibus Lotharingiae, die II. decembris M. D. XXXV. Raptim.

Amplissimae ac sanctae societatis vestrae studiosissimus et ad humillima omnia obsequia paratissimus

Gulielmus Bellaius Langius.

No. 1372. 6. Decb.

Mart. Luthero.

† E cod. Mehn. III. p. 94b.

Doct. Martino Luthero.

Feliciter confecta esse negotia Principis cum Rege *Ferdinando* speramus. Nam *Franciscus* in postremis literis scripsit laetiora. Scripsit eadem Princeps ad *Pontanum*. Vidi autem *Fabri* sycophantias; sed audiam ex *Francisco**); hodie enim speramus adventum principis. *Antonius* Anglus huc venit, sed nondum salutavi eum. Iam enim redeo ex Anabaptistarum examine. Disputavimus de quinque articulis. Sentiunt enim nullum in infantibus peccatum esse; non licere christianis gerere magistratum, aut iusiurandum dare; affirmant rerum communionem; negant coniugium esse inter Anabaptistam et Non-Anabaptistam. Haec crassa expuli, ut coargui possent. Bene vale. Salutem dices meis verbis honestissimae coniugi tuae, D. *Ionae*, D. *Pomerano*. Ienae die Nicolai 1535.

Ionae scribam proxime de negotio *Antonii Musae*.

No. 1373. (h. t.)

Io. Marcello.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 244b.

Doctrina et virtute praestanti, D. Marcello, amico suo cariss.

S. D. Etsi conscius mihi sum imbecillitatis meae, meque agnosco multo verius *ἔκτρωμα* esse quam erat Paulus, tamen, angi cura me salutis Ecclesiae et harum politiarum, constare opinor. Et hoc anno non solum minantur nobis eclipses, sed etiam *πολυπραγμοσύναι* variae nostrorum**). Coniungamus ergo vota, et precemur, ut Deus aeternus pater Domini nostri I. C. faciat, ut et hic veniens annus faustus et foelix sit Ecclesiis Christi, et earum hospitiis, et his nostris Academiolis, in quibus sonat vox omnium honestarum artium et doctrinae coelestis. Tibi etiam et tuae domesticae Ecclesiae annum faustum et foelicem opto. Pro xenio tibi gratias ago, sed nollem tam splendidum munus a te mitti, teque malim habere tuae oeconomiae rationem. Quod vero de meis lucubrationibus scribis, iudicii testimonium esse statuo; certe res pias et necessarias volui proponere. Nec lividorum iudicia moror, sed illud Calimachi eis dicamus: *ὅδε μῶμος ἵνα ὁ φθόρος ἔνθα νέοιτο****).

*) Excidisse hic quaedam videntur. Franciscus est Fr. Burchard, Vinariensis.

**) Pro *nostrorum* emendavit aliquis, sed inepte, *astrorum*.

***) Videtur a Melanthone scripta anno 1535. Ienae, ineunte mense Decb.

No. 1374. 6. Decb.

Io. Fridericus ad Lutherum.

† Ex Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 42.

(An D. Martin Luther.)

Johanns Friedrich ꝛc.

Unsern Gruß zuvor. Ehrwürdiger und hochgelahrter, lieber Andächtiger. Nachdem Königl. Würde zu Engelland jetzo ihre Bothschaften zu uns gesandt, welche auch vor wenigen Tagen zu Erfurt ankommen, die wir fürder zu uns gen Weimar beschieden, Sachen halben, die ihr ohne Zweifel von Doctor Antonio, der nunmehr eine Zeit lang zu Wittenberg gewest, vernommen, und wiewohl es auf dem gestanden, daß gedachte Bothschaften zu Wittenberg erstlich haben ankommen und mit Euch und andern unsern Theologen berührter Sachen halben, darum sie abgefertigt, Unterrede halten sollen; weil es aber nit beschehen, und sie unser Stadt Jena, deß Orts dieser Zeit Magister Philippus Melanchthon und unsere Universität ist, so nahen können; zu dem bedenken wir, daß solche Unterrede dieser Zeit an keinem Ort besser und bequemer, und zuvörderst weil wir bei der Hand, als zu Jena vorgenommen werden mag: so ist demnach unser gnädiges Begehren, ihr wollet euch förderlich erheben und gen Jena verfügen, und neben Mag. Philippo und andern unsern Theologen obgemeldter Bothschaften Unterrede gewärtig seyn *). So haben wir auch Doctor Antonius ingleichen zu derselben Unterrede gen Jena erfordert, thun auch hierbei unserm Landvoigt zu Sachsen, Hansen Metschen, schreiben, euch zu solch Reise Wagen und Pferde, auch Zehrung zu verordnen, damit ihr ohne Verhinderung von Statten kommen möget. Dem werdet ihr unsern Brief wohl zu überantworten lassen wissen, und thut uns daran zu gefallen. Datum aufn Schneeberge Montagk Nicolai 1535.

Proficiscitur Melanthon in Conventum Schmalcaldicum, unde exeunte anno rediit Ienam.)

No. 1375. 15. Decb.

Acta cum legatis Anglicis.

† Ex autographo Francisci Burchardi in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 42.

*) Lutherus non venit, sed legati Regis Angliae simul cum Principe Electore et Melanthone Schmalkaldiam profecti sunt ad conventum.

(*Narratio de eo, quid legati regis Angliae cum Pontano et Fr. Burchardo Smalcaldiae egerint, scripta a Fr. Burchardo, ut Duci Sax. Pr. Electori traderetur.*)

Königlicher Würde zu England Bothschafften hat dem Herrn Canzler und Doct. Brucken, und Magistro *Francisco* in einem heimlichen und freundlichen Gespräch diese Meinung und Artikel ungefährlich angezeigt, unserm gnädigsten Herrn ferner vorzutragen.

Erstlich, nachdem sie vermerkt und gewiß wären, daß ihr Herr, der König zu England, dem Evangelio und Gottes Wort von Herzem geneigt, achten sie für gut, bequem und nöthig, damit Königl. Würde gründlich und eigentlich berichtet, der Religion halben, daß von Chur- und Fürsten, auch andern Ständen der christlichen Verwandtniß eine ehrliche und stattliche Bothschaft und mit der ein vortrefflich gelehrter Mann zu Königl. Würde aus [nach] Englandt abgefertigt, durch welchen Kön. Würde in der Religionsachen genugsam unterrichtet, und seinen Rath, was zu reformiren und zu constituiren im ganzen Königreich den Glauben und Religion belangend, brauchen möchte.

Zum Andern, daß Kön. Würde zu England nicht ungeneigt sey zu einem christlichen und freien Concilio, wiewohl dasselbige dieser Zeit schwerlich zu verhoffen, und wo Chur- und Fürsten sampt den andern Einungsverwandten auch also gesinnt wären, wollt sich Kön. Würde zu England mit ihnen vergleichen, erstlich der Malstatt halben, damit dieselbige gewiß, gelegen und sicher sey; zum andern daß es ein frei und christlich Concilium sey; zum dritten, daß nach Gottes Wort geurtheilt werde, und nicht nach den Canonibus; zum vierten, daß der Papst, Cardinäle, Bischöffe und ihr Anhang nicht sollen Richter sondern Part seyn; zum fünften und letzten, daß man sich der Artikel, die wir für christlich, recht und göttlich achten, zuvor allenthalben vereinige und vergleiche, und im Concilio davon ganz und gar nichts abweiche.

Zum Dritten, wenn ein Concilium anders denn dermaßen, wie erzählt, vorgenommen werden sollte, wie man sich alsdann darinnen halten wollte, und was zu thun wäre, damit dasselbige abgewendet werden möchte, dieweil nichts gutes daraus zu hoffen. Auch daß auf des Papsts allein Schreiben nicht zu compariren.

Zum Vierten, daß Kön. Würde zu England nicht ungeneigt, sich in das christliche Verbündniß der Chur- und Fürsten ꝛc. einzulassen; doch daß auf Conditiones gedacht, die Kön. Würde ehrlich und annehmlich, sollte es an Kö. Würde an nichts erwinden.

Zum Fünften, daß der König von England bei ihm beschlossen, dem Papst seine Gewalt und Primatum, wie mans nennet, in keinem Weg wiederum einzuräumen.

Letzlich, daß eine stattliche Bothschaft, wie obgemeldt, zu Kön. Würde von Chur- und Fürsten und andern Verwandten in der Religion Sachen abgefertigt, von diesem allen sich mit Königl. Würde zu England zu unterreden.

Permittunt haec omnia consilio Illustriss. Electoris Saxon.

Actum Smalcaldiae, Mitwoch nach Luciae, anno dom. 35.

No. 1376. (16. Decb.)

Bellaii oratio ad Io. Frider.

† Ex autographo Spalatini in Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 42.

Schmalcaldiae sub finem Decembr. 1535.

Capita Orationis Guilielmi Bellaii Langii, oratoris Regis Gallorum ad Ducem Iohannem Fridericum Saxoniae Electorem, privatim.

Dixit, ubi Sereniss. Rex ipsius intellexisset, Principem nostrum et coniunctos in causa religionis hic Schmalcaldiae conventum de concordia ecclesiae constituenda, item de foedere habituros, ratum sibi non committendum, quin et ipse suos huc mitteret gratulatum. In hoc ipsum misisse.

Scire enim regem ipsius esse partim qui insidiantur ipsorum conatibus, partim qui perniciem moliantur. Gratulari igitur regem primo foederi, deinde conventui. Ad haec regem sese ultro quoque offerre foederi, habiturumque societatem atque foedus et cum universis et cum singulis, praeter eam quam haberet iam pridem cum Germanis amicitiam atque benevolentiam. Expectare igitur, hanc quoque societatem quam cupidissime.

Iam vero petere regem suum etiam pro consanguineo et amico suo Rege Anglorum, ut eum quoque suo foedere dignentur. Itemque pro eorum oratoribus, in quos hic incidisset. Sed et pro Duce *Carolo* Geldriae. Se enim fidem daturum pro eo omnia fidelis et veri socii officia atque ....ia facturum. Praeterea regem suum habere et ipsum in votis, ut concilium verum cogatur et habeatur. Idque egisse iam dudum cum Pontifice *Adriano*, cum Pontif. *Clemente*, cum hoc etiam, qui nunc sedeat Pont. Rom. *Paulo*. De loco autem hactenus constitui non potuisse. Esse enim opus loco libero, tuto et securo. Quam ob rem summopere regem, ut et Principes et ordines huius societatis, non prius in Concilium consentient, nisi aliis quoque prius consultis, quo tandem eo melius ecclesiae concordia iniri atque constitui posset.

Haec locutus reddidit Principi literas, quas vocant credentiales, Regis Gallorum membrana scriptas [1]).

Ad haec Princeps noster Elector Saxoniae sic respondit:

Egit gratias de gratulatione tum foederi tum conventui facta. Foedus inter ipsos non esse ere-

---

1) Sunt istae litterae, inscriptae chartae Pergamenae in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 42., et quidem hae: „Franciscus, „dei gratia Francorum Rex Illmo et potentissimo principi, „*Io. Federico*, Saxoniae duci, Sacri Rom. Imperii electori „etc. amico et consanguineo carissimo, salutem. Quo ani„mo et quo affectu antea suscepimus amplexatique sumus „pacificationem ecclesiae christianae, in eodem etiamnum „persistentes atque eius pacificationis persequendae gratia „isto nunc mittimus *Gulielmum Bellaium*, Langii domi„num, consiliarium cubiculariumque nostrum intimum, cui „nostram omnem super ea re cogitationem, sensum et sta„tum aperuimus, maximopere etiam atque etiam Excellen„tiam vestram rogantes et obtestantes, ut pro virili vestra „una nobiscum incumbatis in tam pium sanctumque opus, „sicque habeatis, nulla vos alia in re de nobis mereri posse „melius, quam in eo studio, quod vos in eam rem praesti„teritis. Reliqua ex eodem *Langio*, cui vos aliis etiam in „rebus, quas ille singulariter excellentiae vestrae nostris ver„bis expositurus est, tantumdem fidei habebitis, quantum „nobis praesentibus haberetis. Illustrissime et Excellentissi„me princeps, amice et consanguinee carissime, Deus opt. „max. dignitatem vestram et ornamenta tueatur atque etiam „augeat. Divione, die XIX. Novembris M. D. XXXV.

Francoys.

Bayard.

Eodem loco sed d. XX. Nov. illius anni datae sunt litterae Francisci ad „Reverendiss., Illustriss. Magnificos et spectabiles Ordines Germaniae, in oppido Schmalcald congregatos," (Tabul. Vin. Reg. H. fol. 97. no. 42.), in quibus legato suo, ***Bellaio***, fidem facit, ubi dicit rex: „Quum et mul„torum ad nos literis et quorundam etiam sermone perla„tum sit, vos proximo Decembri mense conventuros super „ineundo vel firmando inter vos foedere, cum ad propriam „vestrae Germaniae, tum ad communem imperii christiani „tuitionem et tranquillitatem: mitteremus autem istuc ad „vos *Gulielmum Bellaium* — rationes una vobiscum initu„rum de sarcienda et constituenda ecclesiasticae reipublicae „concordia, visum est nobis, et hoc in mandatis esse adii„ciendum, ut quae vetus inter nos, vestram dico et galli„cam gentem, intercedit amicitia, quantum eam ego esse „cupiam sacrosanctam et stabilem, qui sit noster erga vos „animus, quae voluntas, quam amica scilicet, quam bene„vola, quam constans, eodem vestro in conventu verbis „nostris declararet, atque eandem etiam veterem amicitiam „vobiscum una peculiariter foederatis, (quibus illi conditio„nibus exposuimus) confirmaret denuo, atque in tabulas (si „res ita poscere videatur) ut referret: cui vos legato et ora„tori nostro tantumdem fidei habeatis velim, quantum no„bis ipsis, si rem vobiscum una tractaremus, haberetis."

ctum ob alia, nisi pro puro Dei verbo et sana fidei doctrina conservanda atque propaganda. Augustinis oratoribus commendaturum, quoad eius fieri posset. De tota hac causa conferendum cum reliquis, ubi regis mandata conventui vicissim exposuerit.

Ibi subiecit orator Gallicus:

Rogavit mittendos qui sub fide publica regis proficiscerentur in Galliam ad regem, qui cum eius Regia Maiestate coram colloquerentur de rationibus ineundae atque constituendae pacis et concordiae ecclesiarum. Etsi enim rex ipsius articulos accepisset [2]), habentes aliquid eiusmodi, tamen Regiae Maiestati non esse adhuc satisfactum. Ergo mittendos esse vel in Galliam eruditos aliquos vel illuc ad nostros, qui his de rebus colloquerentur.

Et ut concilium nullum coiret, interim tamen constituendum locum, ubi utrorumque eruditi convenientes de his rebus agerent atque tractarent. Et ut liceret sibi cum Principe eorum et reliquorum principum et ordinum creditis, quos hic haberent, de certis rebus colloqui.

Fecit et Ducis Geldriae mentionem veritus fortasse principem eius oblitum.

Hic Princeps curavit subiiciendum:

Dubium summum sibi esse, an Dux Geldriae sciret et instructus esset, quid huius foederis, quid societatis esset. Huc enim tantum, ut prius commemoratum esset, spectare societatem hanc Evangelicorum, ut verbum Dei et doctrina fidei sana et incolumis nobis et nostris coniunctis sic maneat, ut per eos etiam ad reliquos, Deo autore, ad ipsius gloriam et salutem publicam promanare possit. Caeterum et de hoc et de mittendis eruditis et habendo colloquio cum eruditis responsurum universim auditis eius quae haberet a regia dignitate Gallorum mandatis.

His auditis orator Gallicus abiturus egit gratias principi pro officio audientiae, repetens ut ..... esset ut dominica proxime futura, quae quarta est Adventus Domini, si principibus et ordinibus huius foederis liceret, audiretur. Interim enim sese praeparaturum.

Id quod princeps noster Elector pro sua benignitate et clementia se reliquis significaturum pollicitus dimisit oratorem.

2) a Melanthone anno 1534. in Galliam missos.

No. 1377. 19. Decb.

Bellaii ad Principes oratio.

† Ex autographo Spalatini manu scripta (qui Secretarium fecisse videtur in actis cum legato Gallico) in Actis Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 42.

Schmalcaldiae 1535.

Capita orationis Vilhelmi Bellaii Oratoris Regis Gallorum ad Conventum Smalcaldiensem, Dominica quarta Adventus Domini.

Legationis meae causas et testimonium Illustriss. et Excellentiss. Principes ex christianiss. Regis literis habebitis.

Causas autem duas omnino, quas et fideliter et breviter exponam; primo christianiss. Regem purgaturus; cupere enim Regem omnia sua consilia et facta ipsis probari; deinde gratulaturi ipsis conventum hunc et propositum eorum tam erga religionem quam de tuenda dignitate ipsorum.

Ad primum venienti duo invidiae capita esse ab ipso repellenda in regem suum detorta. Duo enim esse quibus Regem in invidiam adductum adversarii cupiant.

Primo clamitare, adversarios regem animadvertere in Germanos ob religionem, et ita tanta condemnatione reprehendere doctrinam nostram. Qui autem ideo raptos ad supplicium putent, toto quod dicitur coelo errare. Communi enim consilio ad supplicium raptos nonnullos, ut qui seditionem excitare voluerint apud plebem. An non puniendos eius modi censeant? Scire enim se ea et humanitate et clementia praeditos, ut seditiosorum, agrestium et Anabaptistarum insaniam statuerent puniendam. An non deceat etiam regem eadem uti contra meritos severitate? Nescire enim nisi gestantem ubi calceus premat. Cogitandum potius principibus personam severi ad tempus regi sustinendam fuisse. Verum ut maturius promissum non sit ...... tem esse potuisse. Ab omnibus etiam causas sciri non expedire, sed ne sibi quidem ipsi, cur facta sint omnia.

Alterum invidiae caput esse, inventos esse, qui admonerent Principes et ordines Imperii sibi cavendum a legationibus exterorum regum et principum, ut aliud agentibus et aliud significantibus. Quamvis enim gallicam nationem nominatim non dixerint, sic tamen notatos ut digito signatos diceres Gallos. Caesarem enim Invictissimum suis literis et Illustrium ore nomine suo abusos (esse),

ementitae legationis titulo. Haec autem omnia et principes et ordines pro sua prudentia intelligere et prospicere posse. Nisi autem brevius dicendum ipsi esset, eorum amentiam esse ostensurum, qui in Germania regnum constituere et servitutem inducere molirentur. Esse enim vere servitutem eo propellere ut cogaris repudiare, quos velis conciliatos, et conciliare quos cupias submotos. Unum hoc breve adducturum, nullius vires et opes esse tantas, ut diutius sine amicitia consistere possit. Legationibus itaque ut ali veteres amicitias, ita novas allici. In nullum vero minus quam Gallorum regem convenire, ut amicitiam parum sancte habeat. Neminem enim unquam pro Germanis alacriorem et promptiorem se obtulisse in discrimen quam regem Gallorum. Nullos quam Germanos cum Gallis et Gallos cum Germanis fuisse coniunctiores.

Itaque cum intelligat rex in eorum concordia et virium confirmatorum et magnum esse futurum momentum, regem vehementer conturbatum, quoties viderit aliquid inter ipsos dissensionis esse subortum: ideoque nihil habuisse perpetuo prius, nihil antiquius, quam ut sic dissidentes de religione reconciliaret.

Regem videre, remorari concilium caput de loco Concilii, ubi sententiam libere dicere liceat. Id quod praecipuum sit. Regem igitur, veritum ex dissimilitudine ceremoniarum dissensionem quoque animorum et bellum intestinum nasciturum, misisse suos ad ipsos.

Secundam legationis suae partem hanc esse. Quum rex intellexisset, eos omnes vias dissensionis interclusuros, statuisse ipsis studium suum polliceri. Promittere igitur regem, si in ipsorum societatem suscipiatur, assumptum fidelem socium et amicum futurum. Et fore, ut quos diversitas opinionum seiunxerit, similitudo doctrinae coniungat. Regem enim habituros et socium fidissimum et autorem [*] in omnibus vigilantissimum.

Iam vero Paulum III. Pontificem Rom. saepe regi pollicitum, se multa temporibus, multa paci publicae daturum. Regem quoque polliceri, se nunquam ipsorum utilitati atque necessitati defuturum, sive ad ipsum mittantur sive ab ipso ad nostros his de rebus collocuturi mittantur selecti aliquot. Interim hortari regem, ut quam inierint societatem sancte colant, memores, haec praesidia esse pacis externae. Nam qui singulos adoriri nitantur, universis parsuros. Et ut rex eam suam voluntatem testatam faciat, palam profiteri, nullius qui huius societatis sit adversarius consilia aut conatus sese adiuturum. Modo parem ipse etiam ab ipsis in se prospectare possit propensam voluntatem. Rogare etiam regem Gallorum vehementer, ut hanc societatem liceat consanguineo quoque ipsius, Regi Anglorum, impetrare. Verum cum ipsius oratores hic repererit, eam ipsis provinciam relinquere.

Iam vero eos Regi Gallorum rem gratissimam facturos, si Ducem *Carolum Geldriorum*, suum socium et confoederatum, et ipsum in eam societatem adsciscant. Si enim hoc fecerint, regem Gallorum habituros amicissimum.

[*] autorem? — incertus sum de hoc vocabulo.

No. 1378. **20. Decb.**

Actio Bellaii cum Pontano.

Quae legatus Francisci, Regis Galliae, Bellaius in conventu Protestantium, qui fuit Schmalkaldiae exeunte anno 1535, egerit cum Duce Saxoniae Electore et foederatis principibus, ea fere unus Spalatinus literis mandavit, cuius scripta nunc sunt in Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 97. (secundum Seckendorfium fol. 99.) no. 42. Ibi etiam habetur hoc Spalatini scriptum de colloquio, quod fuit Bellaio cum Pontano, quodque Seckendorfius iam historiae Lutheranismi (lib. 3. sect. 13. p. 105 sq.) inseruit. (Idem ex versione operis Seckendorfiani germanica, auctore Frickio facta, Walchius inseruit operibus Lutheri T. XVII. p. 378.)

„*Quid Regis Gallorum Orator Guilielmus Bellaius, Langaei dominus, cum D. Pontano Cancellario Elect. Sax. et reliquis, feria secunda post Domin. IV. Advent.* [*i. e. d.* 20. *Decembr.*] *Smalkaldiae sub diluculum egerit. M. D. XXXV.*" (Inscriptio Spalatini.)

Primum de primatu Romani Pontificis sive Papae sentire regem Gallorum nobiscum, iure tantum humano, non divino eum habere, regem vero Anglorum ne humano quidem eum[1]) ipsi tribuere. Hactenus enim hoc Romanum Pontificem conatum perpetuo, ut poneret et eiiceret quos vellet reges regnis: sicut etiam nunc contra regem Anglorum moliatur, quamlibet deprecante rege Gallorum, deprecantibus etiam et dissuadentibus Cardinalibus ipsis, quamvis neque Romanum Pontificem, neque suos omnes metuentem.

Secundo, sententiam nostram de sacramento Eucharistiae regi placere, ipsius autem theologis

1) Seck. *illum.*

non item, ut qui transsubstantiationem velint modis omnibus servatam. Regem igitur quaerere certa, ut habeat quod sequatur; esse enim solum, qui in regno suo imperet.

Tertio de Missis, (in hunc articulum orator regis etiam traxit orationem, invocationem et intercessionem Sanctorum)[2]) magnam esse altercationem. Hic igitur regem sic sentire: condonandum esse a nostris aliquid, imo nostris suam Missam esse permittendam, deinde modum adhibendum: neque plures quotidie in parochialibus templis, quam tres, habendas: unam eamque primam horis antelucanis pro operariis et ministeriis, reliquas vero duas pro aliis. Regem etiam esse in eo, ut putet, orationes et legendas multas, ut ineptas et impias, abrogandas, aut saltem emendandas: multa enim esse in his absurda, multa ridicula, ut de Carolo Magno, ordinanda igitur et redigenda in priorem formam. Regem enim dixisse, se habere orarium ante multos annos scriptum, in quibus de intercessione Sanctorum nulla prorsus sit mentio. Sic audivisse, *Bessarionem* aliquando dixisse, *sibi multo plus facere negotii novos, quam veteres divos.* Regem igitur de invocatione et oratione nobiscum sentire; et tamen arbitrari, posse sic in oratione Sanctorum mentionem fieri, ut, si memoria fiat Petri, Pauli etc. naufragantium, oremus et credamus, nos quoque periculo et discrimine liberandos: pro memoria, non pro intercessione.

Quarto, regem quoque probare nostram de imaginibus divorum sententiam, ita ut plebs doceatur, non adorandas esse, sed ut pro memoria habere possint.

Quinto, de meritis Sanctorum theologos Gallicos sententiam suam mordicus retinere; dicere enim, sic mereri, ut pro nobis exaudiantur. Tantum hoc annitendum, ut rex veritatem intelligat.

Sexto, Regi etiam nostram de libero arbitrio sententiam placere. Nam, quamvis primo theologis displicuisset, inspectis tamen *locis Philippi communibus*, et eos quoque in hanc nostram iniisse sententiam.

Septimo, de purgatorio sententiam suam theologos pertinacissime tueri, ut ex quo pendeant Missae, indulgentiae, legata ad pias causas, nundinationes Missarum, et breviter omnia. Videre enim eos, alioqui sibi tolli omnes occasiones acquirendi opes, honores et omnia. Eos igitur, quanquam datis et acceptis aliquot mensibus, regi responsum nullum dedisse, quamvis pollicitos, ex Scripturis se purgatorium probaturos. Tandem urgente rege dixisse, hosti non conferenda arma. Adhaec, si quicquam scripto responderent, nostros ea confutaturos. Itaque Oratori commodum videri, ut aliquis nostrum de purgatorio scribat regi offerendum.

Octavo, de bonis operibus theologos vehementer tenere suam sententiam, nempe bona opera esse necessaria; Oratorem vero respondisse, nos quoque dicere necessaria, non tamen ita, ut per ea vel iustificemur vel salvemur. Subiecit hic Orator: fidei et haereticae pravitatis inquisitorem melius sentire quam theologos; fateri enim, se ex lectione *locorum communium* [Melanthonis] hoc assecutum, ut *Augustinum* et *Ambrosium* melius quam antea intelligat. De fide quoque inquisitorem fidei recte sentire. Credere igitur, hac in parte concordiam fieri posse.

Nono, de votis monasticis dixit, sperare regem, hoc se impetraturum a Pontifice Romano, ut pueri initientur docendi; sed ne ante annum trigesimum vel quadragesimum ad vota monastica cogantur, sed ut liberum sit ipsis deserere, si necessitas tulerit, monasteria, et uxores ducere. Id enim regi videri esse ex re non solum Ecclesiae sed etiam politiae, ut sint viri idonei, qui ministeriis et functionibus admoveantur. Probare igitur regem, non monasteria destrui, sed ne ad vota adigantur: nam paullatim esse ad concordiam veniendum, sicut etiam cauda equina non statim et commode tota evelli possit. Ergo monasteria sic instituenda, ut sedes postea sint studiorum, ut sint illic eruditi, qui iuventutem doceant et qui ab ipsis discant. Caeterum utile et necessarium esse, ut modus adhibeatur. Sperare autem regem, hoc se a Pontifice Romano impetraturum, ut etiam Romanus Pontifex sic sentiat.

Decimo, dixit Orator, a theologis Gallicis coniugium sacerdotale non probari, sed regi hoc medium placere, ut nostris coniugibus sacerdotibus coniugium eorum relinquatur, reliqui autem et futuri in coelibatu maneant: qui autem duxerint uxores, ut abstineant ministerio sacro et pastorali cura. Quod enim nostri de Abbatis *Paphnutii* sententia producant, hoc non pertinere theologorum iudicio; eos enim affirmare, hoc dicere concilium de his, qui ante sacerdotium du-

2) Uncis inclusa margini adscripsit Spalatinus.

xerint uxores; nullos enim unquam inventos, qui duxerint coniuges in sacerdotio.

Undecimo, de utraque specie, ait Orator, hoc regem apud *Clementem* Romanum Pontificem diligenter egisse, et spem ipsi esse, fore, ut hoc a Romano Pontifice impetret, ut sanciat, et statuat, utrumque cuique secundum conscientiae suae modum esse liberum, sive alteram tantum sive utramque speciem accipiendi. Porro regem quoque affirmare, se ex valde senibus et grandaevis audivisse, ante annos centum et viginti Gallos etiam Laicos utraque specie Eucharistiae usos, sed per fistulam, et in sacello seu privato, non in aede publica; sic etiam hodieque reges Gallorum communicare sub utraque specie. Regem itaque Gallorum aliquid obiicientem theologis, coactum audire, ipsis regibus hoc licere, sed non etiam Laicis. De regibus enim et ad reges dictum esse: *vos estis gens sancta, regale sacerdotium.*

Praeterea expeditis prioribus articulis adiecit etiam Orator sequentes, nobis iam abituris.

Clementem, Pontificem Romanum, dedisse provinciam Cardinali Hispano S. Crucis emendandi orarium, sic et de hymnis id praestitisse, ut pro impiis et ineptis hymnis posuerit Psalmos. Verum Cardinalem Hispanum eo nomine damnatum a Gallicis theologis. Adeo enim summum sibi vendicare magistratum Sorbonicos Theologos, ut non solum nos pro haereticis, ut vocant, sed etiam Cardinales, Papam quoque ipsum, condemnare non dubitent.

Dixit etiam Orator Gallicus, locum de iustificatione, ut a nostris tractetur, probare regem.

Porro quum haec res ampla sit et sancta, regem hoc conari, ut fiat concordia ecclesiae. Itaque Oratorem aliquando egisse hoc nomine cum Ducibus Bavariae; verum eos multo morosiores Sorbonicis etiam theologis inventos, quamvis nuper sic fractos, ut *Bonaccursius* meliorem responsionem daturos polliceatur. Meliora etiam promittere *Pflugium* de suo principe, Duce *Georgio*, et de Archiepiscopo *Moguntino*.

Praeterea gratissimum regi futurum, si duo vel tres ex nostris eruditis in Galliam mitterentur ad ipsum, coram eo his de rebus collocuturi. Regem enim adhibiturum colloquio eruditorum et Sorbonicos morosissimos, et qui nobiscum sentiant, ad eruendam veritatem evangelicam.

Caeterum de loco pro habendo concilio regem sic sentire: non consentiendum a nostris Principibus et ordinibus, nisi consultis ipsis regibus Gallorum et Anglorum. Idem vicissim ipsos quoque reges facturos. Adhaec non esse consultum, etiamsi omnino opus sit concilio, ut nunc habeatur: si enim nunc fiat, futurum, ut melior et sanior pars a maiore vincatur et opprimatur. Olim quoque a Pontifice Romano regem Gallorum et regem Navarrae regnis privatos, quod sensissent, non solum a Romano Pontifice, sed etiam ab Imperatore et regibus concilium esse indicendum. Hodieque tantum hoc nomine occupari a Caesare regnum Navarrae, quod olim sic privatum Rex *Ferdinandus* Hispaniarum regem Navarrae eo regno excussisset.

In summa, regem optime animatum esse ad hanc causam, atque placere sibi locum concilii securum et tutum, ubi tuto cuivis liceret sententiam dicere. Adhaec regem arbitrari, valde profuturum, si Principes et Ordines literis orent ex hoc conventu regem Gallorum pro exulibus nomine religionis, ut eos restituat, ne quid fraudi sit, quod quisque senserit, dixerit, egerit.

No. 1379. **21. Decb.**

Principes Protest. ad Vergerium.

† Responsum Principum Protestantium Schmalkaldiae exeunte anno 1535. congregatorum ad Paulum Vergerium, Legatum Pontificium, eiusque epistolam, quam supra (d. 1. Decb. h. a.) dedimus, concepit *Philippus Melanthon*. Habetur in Actis Tabul. Vinar. Regist. H. fol. 97. no. 42. hoc scriptum et latine et germanice. Latine scriptum esse sponte intelligitur, et versio germanica videtur facta esse in gratiam Principis Electoris. Germanicum textum ex his Actis descripsit et edidit Aurifaber in opp. Luth. Eisleb. T. II. p. 357 b.; idemque legitur in opp. Luth. Altenb. VI. p. 506., Lipsiens. XXI. p. 137. et Halens. XVI. p. 2310. et apud Hortlederum lib. I. cap. 20. p. 85. — Latine vero hoc scriptum nunc primum prodiit ex apographo in Actis Vinar. manu antiquissima, cuius scriptura est satis bona, quodque Seckendorfius non vidit. (Cf. ei. hist. Luth. III. p. 99.)

Responsum conventus Smalcaldiensis ad Pontificium Oratorem Paulum Vergerium.

S. D. Exposuit nobis Dux Saxoniae Elector, cognatus amicus et dominus noster ea, quae in urbe Praga cum in ipsum casu in itinere incidisses de concilio indicendo significasti. Exhibuit etiam illius tuae orationis capita tua manu signata, in quibus ostendis, Rom. Pontificem polliceri

synodum, sed placere ei locum concilii habendi in Italia, et commemoras de ordine et forma cognitionis nullam nunc mentionem faciendam esse, eamque rem totam revocas ad auctoritatem solius Rom. Pontificis.

Etsi autem nonnulli, qui in hoc conventu fuerunt, mandata non habuerunt de synodo propterea quod admoneri antea de tua legatione non potuissent, tamen nos infra scripti duximus tibi esse respondendum; et quanquam opus erat nobis uberiore responsione, quia ita denuncias concilium, ut simul significes quaedam, de quibus iure queri possumus et nostro et universae Ecclesiae nomine, tamen, quoniam petivisti, ut primo quoque tempore tibi responsum mitteremus, breviter et plane tibi exponemus nostram sententiam.

Saepe autem voluntatem nostram de concilio antea declaravimus in conventibus imperialibus, et in responsione quam ante biennium dedimus certis [1]) oratoribus ea de re missis. Nam nos propter communem ecclesiae salutem et emendationem omnibus votis expetimus generalem piam christianam et liberam synodum, qualem ab Invictissimo Imperatore nos et caeteri principes et ordines in imperio flagitavimus, quod eiusmodi synodo opus esse omnes iudicarent. Nec dubitamus, quin omnes boni viri apud omnes gentes ex animo talem synodum optent, quae tandem incipiat ecclesiae morbis medicinam facere. Nam boni viri magno cum dolore vident, diu iam iniusta crudelitate multis in locis opprimi veram doctrinam et ecclesiae utilem, confirmari impios abusus, indignissime lacerari membra Christi. Atque haec saevitia non solum indigna est iis [2]), qui gubernare ecclesiam debent, sed etiam pariet infinitam [3]) dissipationem et vastitatem ecclesiarum, si non cohercebitur pietate et auctoritate synodi. Quare, si ullo unquam tempore in ecclesia opus fuit synodo, nunc maxime opus est, cum et veteres abusus emendationem flagitant, et in praesentia crudelitas iniusta cohercenda est, et prospiciendum ad posteritatem saluti et tranquillitati ecclesiae veris et honestis rationibus.

Non igitur defuturi sumus communi utilitati, sed pollicemur, nos summa voluntate affuturos esse in synodo libera et pia, quali opus esse toties iam in conventibus imperii indicatum est. Et oramus Deum, ut eiusmodi synodus pia et profutura ad Christi gloriam et ecclesiae salutem habeatur.

Quod vero ad locum attinet, de quo exposuisti *Mantuam* placere Rom. Pontifici, confidimus, Invictiss. Imperatorem non discessurum esse ab iis deliberationibus conventuum imperii, in quibus iam antea indicatum est, expedire, ut in Germania habeatur synodus, et speramus Invictiss. Imperatorem clementer perfecturum esse, ut id fiat, quemadmodum spem nobis ostendit. Quod enim apud Ducem Saxoniae Electorem commemorasti de periculis in Germania, et disputasti, non posse libere decerni, existimamus, hanc ipsam ob causam praecipue locum in Germania expetitum esse, ut rite et ordine cognosci controversiae et libere decerni possent, nec factione aliqua aut cognitio impediretur, aut in decernendo boni viri deterrerentur, quo minus quod sentirent de rebus maximis pronunciarent. In Germania autem quid potest esse periculi, ubi nunc Imperatori omnes principes omnes civitates ac respublicae fideliter et constanter obediunt? Et sunt in civitatibus iusta et moderata imperia, et in defendendis hospitibus summa est integritas. Ad haec oratio tua securitatem a Rom. Pontifice promittit usitatam tantum, et quam auctoritate sua Pontifex praestare potest. Haec quo animo accipi debeant, superiorum synodorum exempla commonent.

Deinde opus est ecclesiae libera synodo [4]), et ad talem nos provocavimus. At oratio tua negat, mentionem faciendam esse de ordine et forma cognitionis, eamque rem totam revocat ad arbitrium Rom. Pontificis. Id non est liberam synodum promittere. Ante biennium promittebatur synodus, sed cum certis articulis insidiose additis; nunc illud idem quod est praecipuum, videlicet de libertate synodi, hoc est de ordine et modo cognitionis, tum insidiose dissimulatur, tum in voluntatem Rom. Pontificis confertur. Addidisti enim in oratione tua ius indicendae et habendae synodi totum pertinere ad Rom. Pontificem.

Cum autem tot praeiudiciis causam nostram Rom. Pontifex toties improbaverit, palam est ad-

---

1) Text. germ. den Kaiserlichen und Päpstlichen Oratoren.

2) Text. germ. mendose: gehört ganz nicht denjenigen.

3) Germ. eine ewige.

4) Germ. ein gemein, frei Concilium.

versariis. Porro neque libera synodus neque legitima erit, si adversariis permittetur cognitio et iudicium, eamque ob causam flagitata et promissa est libera synodus, hoc est, in qua communi iudicio Imperatoris, Regum, Potentatuum, Principum ac Statuum deligantur ex omnibus ordinibus homines idonei non partiales ad cognoscendas et diiudicandas has controversias iuxta verbum Dei. Primum enim synodi debent esse iudicia non tantum Pontificum sed etiam reliquae ecclesiae, sicut et sacrae literae et vetera ecclesiastica exempla docent, quae testantur, pios principes[5]) interfuisse cognitioni in synodis. Estque impudentia et tyrannis Rom. Pontificis auctoritatem in iudiciis dogmatum religionis anteferre auctoritati universae ecclesiae. Quale valere in synodis auctoritas Regum, Principum, Potentatuum, ac Statuum[6]) debet, praesertim in causis fidei, cum accusantur Pontificum vitia et errores, videlicet impii cultus, prava dogmata cum evangelio pugnantia.

Hae causae praecipue communes sunt, et ad universam ecclesiam pertinent. Et in his providere debent Reges ac Principes, ut legitima fiat cognitio, sicut et plerique alii episcopi propter errores saepe iudiciis ecclesiarum suarum et nonnulli Rom. Pontifices auctoritate imperatorum et ecclesiae damnati sunt. Constat autem, hoc tempore motas esse controversias de rebus maximis, de opinionibus, cultibus impiis, quos Rom. Pontifex non solum sententiis sed etiam acerbissimis edictis defendit. Exercetur pontificia auctoritate mira crudelitas in eos, qui non probant illos abusus. Ideo satis apparet, Rom. Pontificem partialem et adversarium esse, et in hoc casu opus esse auctoritate ecclesiae, Imperatoris, Regum, et caeterorum Principum ac Statuum ad gubernandam cognitionem.

Nos igitur, ut antea petivimus, ita nunc quoque petimus, ut generalis et pia[7]) et libera synodus habeatur, hoc est in qua deligantur ex omnibus ordinibus homines idonei, non partiales, qui gravissimas controversias iuxta verbum Dei diiudicent. Quid potest aequius peti? Et haec forma cognitionis consentanea est evangelio et ecclesiasticis exemplis. Quod si hac legitima via non tyrannica intellexerimus rem agendam esse, non defuturi sumus nostro officio, ac speramus, fore, in tali cognitione ut veritas patefiat, gloria Christi illustretur, et tranquillitas ecclesiae restituatur. Sed si non habebitur libera[8]) synodus, hic testatum volumus, nos et legitima petere et ea, quae in commune expediant universae ecclesiae, et quae non obscure omnes boni viri apud omnes gentes optant et flagitant. Sed providendum existimamus, ne, si controversiae non cognoscantur rite et ordine iuxta verbum Dei, maior in ecclesia dissipatio, maiores motus oriantur. Nos quidem non sumus defuturi communi utilitati, tranquillitati et concordiae. Et, ut doctrinam, quae ad gloriam Dei pertinet, abiicere non possumus, (Christus enim inquit, Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo coelesti): ita in caeteris rebus ea aequitate uti semper decrevimus, ut intelligi possit, nos concordiae publicae maxime cupidos esse.

Haec tibi ad orationem tuam et nostra causa et propter communem ecclesiae utilitatem necessario duximus esse respondenda. Bene vale.

Datum Smalcaldiae sub nostris Ducis Electoris Saxoniae etc., *Francisci* Ducis Luneburgensis et Brunsvicensis, *Philippi Landgravii* Hessiae annulis signatoriis[9]), die mensis Decembris 21. anno domini M. D. XXXV.

Dei gratia *Iohannes Fridericus*, Dux Saxoniae sacri Rom. Imperii Archimarschalus et princeps Elector etc.
Franciscus Dux Brunsvicensis et Luneburgensis.
Philippus Landgravius Hessiae etc. una cum caeteris principibus comitibus, baronibus et civitatibus in hac responsione coniunctis.

No. 1380. 22. Decb.

Responsum Bellaio datum.

Editum est hoc responsum in Melanth. Consil. latin. P. I. p. 214 sqq. a Pezelio. Apographon sed valde mendosum habetur in cod. Basil. 39. p. 112., ubi adscripta leguntur: „*Franciscus Vinariensis* dixit, 22. Decb. 1535." — Ex Actis in Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 97. no. 42. intelligitur, Me-

5) Germ. addit: und andre ehrbare Leute.
6) Germ. text. addit: auch frommer, christlicher und ehrbarer Menschen, und sollen tüchtige Leute zur Verhör erwählet werden.
7) *generalis et pia* non habet text. germ.

8) germ. ein gemein frei Concil.
9) Verba: *sub nostris Ducis* etc. non leguntur in versione germ.

lanthonem hoc responsum conscripsisse, et Franciscum Burchardum illud publice recitasse. Habetur enim ibi 1) autographon Mel., i. e. prima huius responsi delineatio, in qua multa Mel., ut solebat, iterum delevit et emendavit. b) apographon a scriba factum, in quo quaedam sua manu mutavit et quaedam addidit Burchardus. — Dedimus hic textum accurate descriptum ex autographo, cui tamen inseruimus ea, quae Burchardus addidit, quaeque signis „—" notavimus. Dedit haec additamenta etiam Pezelius, sed, ut facile intelligitur, ex alio msto, et ignoravit, ea non a Mel. esse profecta. —

1535.

Responsio publice data in Conventu Smalcaldiae Oratori Gallico (*Guil. Bellaio*).*)

Generose et magnifice domine. Illustrissimi principes et reliqui ordines confoederati in causa religionis iusserunt me ad orationem vestram haec respondere, ac principio petunt, ut moram condonetis caeteris ipsorum negotiis.

Quod autem Potentissimus Rex Franciae misit ad ipsos Magnificentiam vestram cum virtute florentem tum praestantem dignitate, et maximarum rerum curam se suscipere significat, grata est eis voluntas Potentissimi Regis erga ipsos, et probant studium erga religionem christianam, dignissimum tanto principe.

Erat autem in orationis vestrae principio purgatio, in qua commemorastis, quibus de causis supplicium in Galliis sumptum sit de quibusdam, qui existimantur propter religionem rapti ad supplicia, et exposuistis eos longe alia sensisse, quam nostri sentiunt, ac praeterea conspiratione quadam seditiose rem egisse. Etsi autem de suppliciis illis sparsi sunt varii rumores, tamen Illustrissimi Principes et foederati reliqui non sumunt sibi iudicium de potentissimi Regis consilio. Nam et ipsi sentiunt, vi cohercendos esse fanaticos spiritus, qui impia dogmata serunt, aut qui seditiones excitant, et vi invadunt alios. Postquam enim motae sunt controversiae de religione, praebet publica discordia, ut fit, locum etiam interdum malis. Sed quoniam dissimilitudo magna est eorum, qui dissentiunt ab usitatis opinionibus, orant Illustrissimi Principes et reliqui foederati, ne potentissimus Rex morem gerat indoctorum quorundam crudelitati, qui sine discrimine in bonos et malos saeviunt, sed parcat iis, qui veteres abusus recte reprehendunt, et amplectuntur puram Evangelii doctrinam, quam et ipsi in comitiis Augustanis confessi sunt. Constat enim irrepsisse in ecclesiam impias opiniones, quae habent opus emendatione, quas tamen indocti et mali mordicus tenent propter avaritiam et ambitionem. Quare cum acerbissimis odiis persequantur pios recte sentientes, student eos opprimere circumventos falsis criminibus, et variis artificiis Regum animos incendunt atque armant adversus eos. Cum autem praecipue summos Reges deceat cura ornandae gloriae dei, repurgandae ecclesiae, et prohibendae iniustae saevitiae, maxime orant Illustrissimi Principes et foederati reliqui, ut potentissimus Rex annitatur, ut veris modis ecclesiae Christi consulat, et gloriam dei ornet, et iniustam saevitiam prohibeat, quod cum faciet, iudicabunt Illustrissimi Principes et reliqui foederati, erga ipsos etiam melius affectum esse potentissimum Regem, cuius amicitiam praesidio esse ipsis et ecclesiae Christi optant.

Reliqua pars orationis de veteri utriusque nationis coniunctione ac necessitudine „*ac mutuis*[1]) „*officiis Serenissimi Regis Galliae**) *et Principum Germaniae*", fuit iucundissima Illustrissimis Principibus et foederatis. Agunt itaque gratias potentissimo Regi, quod se hanc necessitudinem conservaturum esse ostendit, ac vicissim pollicentur, se omnibus officiis eam velle tueri.

„*Et quod magnificentia vestra Serenissimum*[2]) *Regem excusavit*[3]) *de quibusdam insimulationibus, quibus ab adversariis sua Regia Dignitas*[4]) *gravaretur, Illustrissimi Principes et Foederati facile*[5]) *habent excusatam Reg. Dignitatem, et optant, ut Deus optimus maximus cum concordiam et amicitiam inter omnes christianos principes piam et sinceram praestet*[6]), *tum* † *etiam*" *libertatem Principum et* „*Potentatuum*[7]) *Germaniae, ipsorum sanguine partam pro sua bonitate conservet.*"**)

Caetera, quae dicta sunt de dissensionibus in religione, haberent opus longa oratione; sed

*) Inscriptio manu Spalatini adscripta.

1) Pez. mendose *et multis.*
*) Pez. *Galliarum.*
2) Pez. *potentissimum.*
3) Pez. *purgavit.*
4) Pez. *Regiae suae dignitatis immerito.*
5) *grav. — facile*] Pez. *tantum: grav., de iis facile.*
6) *principes — praestet*, non habet Pez.
7) *et Potent.* absunt ap. Pez.
**) Hic totus locus non *Francisci*, sed *Spalatini* manu adscriptus est.

Illustrissimi Principes et Foederati sperant, potentissimum Regem pro sua excellenti sapientia satis intelligere, quod iniusta adversariorum pertinacia harum discordiarum causa sit. Debebant enim cedere verbo dei.

Deinde ut posset restitui concordia, saepe iam petiverunt foederati, ut haec doctrina, quam adversarii obstinatis animis damnant, legitime in libera et pia synodo ex verbo Dei diiudicaretur. Sed ambitio atque avaritia tum Pontificum tum aliorum hactenus prohibuit, quo minus pia et libera synodus haberi potuerit. Pontifex *Clemens* miserat articulos de concilio, quibus palam ostendebat, se liberam synodum non posse ferre. Nunc Pontifex *Paulus*, etsi promittit synodum, tamen significat, de forma cognitionis non esse nunc agendum, et decrevit, eam in Italia habere. Satis autem intelligi potest, nihil nisi insidias esse, et hoc agi, ut per speciem synodi vera doctrina opprimatur.

Cum autem praesertim in causis fidei non ad solum Pontificem Romanum pertineat indicere synodum, et habere suo arbitrio, sed consensus etiam requiratur Regum et Principum, magnopere orant Illustrissimi Principes, ut potentissimus Rex Franciae pro sua auctoritate contendat, ne loco iniquo et periculoso, ne violenta synodus habeatur, sed ut res maximae, ad salutem et tranquillitatem ecclesiae pertinentes, libere et legitime cognoscantur, et ex verbo Dei diiudicentur. Illud erit christianissimi Regis officium, quo praeclare de universa ecclesia et de tota posteritate mereri poterit. Talem synodum semper flagitarunt Illustriss. Principes et foederati, et ostenderunt, se non defuturos esse communi utilitati ecclesiae, concordiae et tranquillitati; quare satis intelligi potest, adversariorum pertinaciam causam esse publicae discordiae.

Quod autem potentissimus Rex Franciae offert suam operam ad restituendam concordiam, collaudant Illustriss. Principes et Foederati voluntatem potentissimi regis. Et quoniam mentio facta est, consultum videri, ut aut mittantur eruditi homines in Galliam, cum quibus de doctrina et de modo concordiae deliberetur, aut ut conventus indicatur in Germania, in quem ex Gallia mittantur eam ad rem viri docti: hac tanta de re hoc iusserunt responderi. Haec deliberatio gravissima est, ideoque non potuit esse subita. Nec habent mandata nuncii [8]) foederatorum hac tanta de re insperata. Quare ita decretum est, ut de hac legatione vestra singuli dominos suos reddant certiores cum domum redierint, et ad Illustriss. Principes suas deliberationes perscribant, quo deinde communes literas ad potentissimum Regem Franciae daturi sunt, quas ad Magnificentiam vestram mitti curabunt. Nihil enim optatius accidere potest nostris hominibus [9]), quam ut latissime propagetur pia doctrina et multarum gentium concordia veris et honestis rationibus ita constituatur, ne obruatur vera doctrina, aut caligo aliqua rebus necessariis, quas extare oportet, inducatur praetextu aliquo. Nam consensus nationum praecipue spectare debet ad illustrandam gloriam dei, (ut Psalmus inquit: in conveniendo reges et populos in unum, ut serviant domino; et quidem admonet reges, ut huius consensus et studii duces et autores sint.) [10]).

Postremo quod potentissimus rex iussit dici, se nemini contra Illustrissimos Principes et reliquos foederatos in causa religionis „*auxilium aut opem ullam laturum*" [11]), id gratissimum est Illustriss. Principibus et foederatis, qui quidem vicissim sua officia omnia deferunt potentissimo Regi Franciae, et pollicentur, se nemini opitulaturos esse contra eum in iis rebus, quae non pertinent ad „*Invictissimum Imperatorem ac*" Roman. Imperium.

Serenissimi Regis Angliae legatis responderunt Illustriss. Principes, cui etiam officia sua detulerunt. „*Etsi autem nullo officii genere sua* „*sponte Serenissimo Regi Angliae, ut cognato,* „*amico* [12]) *et domino suo observando et* [13]) *cle-* „*mentissimo defuturi sunt, tamen hac commen-* „*datione potentissimi Regis Franciae ad illam* „*ipsorum* [14]) *benevolentiam, amicitiam, obser-* „*vantiam* [15]) *et obsequium magnus accedit cu-* „*mulus.*"

---

8) *Nuncii* delevit Franciscus et margini adscripsit *oratores* ut etiam habet Pez.

9) Franciscus pro *nostris hominib.* posuit: *principibus et foederatis*, ut etiam habet Pez.

10) Verba uncis inclusa, Franciscus delevit.

11) Haec, quae Mel. addere oblitus erat, adscripsit Franciscus.

12) *amico* non habet Pez.

13) *observando et* non habet Pez.

14) Pez. *ad illorum.*

15) *amicit. observant.*, non habet Pez.

Cum Illustri Principe *Carolo*, Duce Geltrensi, intercedunt Illustrissimis Principibus affinitates et alia vincula amicitiae, quam libenter tuebuntur in omnibus rebus, quas salvo officio praestare possunt.

Haec ad orationem tuam iussus sum Magnificentiae tuae respondere, et rogo, ut Magnificentia tua, quod ad meam personam attinet, orationem meam boni consulat.

No. 1381. 24. Decb.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 256 sq.

Viro optimo Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo,

S. D. Has litteras dedi nuncio urbis *Eslingiaeae* in *conventu Smalcaldiensi*, eoque scripsi brevius, quia verebar, ut satis diligenter redderentur. Tuam longiusculam epistolam accepi, in qua hoc fuit iucundiss. quod significas convalescere fratrem, quod faciat Christus: audieram enim antea de illo casu, simul illud etiam gaudeo, quod erigis animum caelestibus consolationibus: scis scriptum esse: Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde: sed de tua valetudine valde sum solicitus.

Miratus sum acumen illorum, qui suspicantur *Lutherum* offendi dedicatione Anglicana propter numerum Sacramentorum, ut vocant. Ego vero nondum animadverti *Lutherum* alieniore esse animo, nec ego quicquam immoderate feci aut scripsi, cur desiderari meum officium possit, nec velim sciens autor esse scandali. Totum illud genus suspicionum nascitur, ut ego quidem ratiocinor, apud indoctos et inimicos litteris nostris, haec apertius coram.

De altera quaestione *) et ipsa coram agam. ne ego quidem *καινοτομῶ*, sed quam multa misceant homines indocti in illa disputatione, longum esset enumerare. In *locis* meis etiam sicubi videor habere *δευτέρας φροντίδας*, vides me hoc agere, ut rebus obscuris et intricatis aliquid addam lucis. Nam tu ne malles obsecro me augere *τὰς ἀκυρολογίας*, *ὥσπερ στωϊκόν τινα ἢ πλατωνίζοντα;* cum summas rerum videas me retinere. Neque tamen valde recuso, etiam si qua plaga mihi accipienda aliquando erit, habeo enim rationem mei consilii. Et meministi illud *Sophoclis* tui: *εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν εἶναί τι, τοῦ νοῦ χωρὶς, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς.* Sed haec omnia, Deo volente, brevi coram.

Fuerunt hic Anglorum et Gallorum legati. *Gallus* molitur *διαλλαγὴν* dogmatum, quam ipsa etiam accipiat Gallia. *Angli* ostendunt se genus doctrinae purioris nostrorum exemplo recepturos esse. Fuit hic *Petrus Suavenius*, qui in his laboribus aliquam mihi levationem molestiarum attulit: *τοῦ Μακεδόνος* etiam fuit summa erga me comitas, et videntur *οἱ ἄρχοντες ὁμονοοῦντες* plane concordare, Dei beneficio, quod utinam sit perpetuum. Mitto tibi litteras *Anglo* cuidam inscriptas, quas, si ille apud vos est, reddi ei cures, teque etiam atque etiam rogo, horteris illum, ut quam primum respondeat, easque litteras mihi mitti cures. *Mori* **) casu afficior, nec me negotiis illis admiscebo. In dedicatione nondum illa audieramus, et ego amico cuidam volui consulere. Bene vale, IX. Calend. Ianua. Smalcaldiae, Anno XXXVI.

Philippus.

No. 1382. (24. Decb.)

Oratio legatorum Angliae.

† Ex autographo Spalatini, qui acta cum legato Anglico perscripsit, in Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 42. — Seckendorfius in hist. Luth. III. p. 111. de hac oratione nihil habet, sed commemorat, legatos Regis Angliae, videlicet *Eduardum Fokum*, episcopum Herfordiensem, et Nicolaum *Heyth*, Archidiaconum, quibus *Barnesius* se iunxisset, mense Decb. h. a. advenisse. Argumentum huius orationis commemorat Sleidanus in commentar. p. 263 sq.

Smalcaldiae sub finem Decembris 1535.

Capita orationis Episcopi Herevordensis Oratoris Anglici ad totum Conventum Smalcaldiensem.

Regis Anglorum orator, D. *Eduardus*, Episcopus Hervordensis, in Curiam Smalcaldiae adductus facta dicendi potestate haec dixit.

---

*) de coena dom.

**) Thom. Mori Cancellarii Angl. C. W.

Se et collegas a Serenissimo D. *Henrico VIII.* Regi Angliae et Franciae, Hiberniae domino, Defensore fidei et supremo sub Christo in terris Anglicanae ecclesiae capite, missos ad ipsos tum Principes et Proceres, tum Ordines foederis evangelici in causa ut omnium maxima, ita ad salutem summopere necessaria; nempe in causa pacis publicae et concordiae, non humanae, quae fluxa et incerta sit, sed eiusmodi, quae verbo Dei et veritati sit consentanea. Itaque ipsi maxime necessarium fore ut ea fide, studio et diligentia munus suum praestaret, ut nihil in ipso desiderari possit.

Ut igitur et ordine et quam posset brevissime Regis sui mandata commemoraret, primo eos omnes sui regis nomine quam amantissime salutare.

Deinde exposuit, se in mandatis habere a rege suo commemorandi Principibus et ordinibus, quod praeter arctam et veterem sanguinis necessitudinem, quae regi Anglorum cum ipso Electore Saxoniae intercederet, accedere etiam amicitiam, hoc etiam nomine auctiorem nuper factam, quod incredibili amore et studio in religionem accensus tantopere pro tuenda religione laboraret, una cum reliquis et Principibus et Ordinibus huius foederis evangelici, omnibus summopere sudantibus, ut pura Dei cognitio quam latissime propagetur atque proferatur.

Neque etiam regem suum moveri variis conviciis et contumeliis, quibus eorum nomen fama et dignitas ab adversariis proscindatur, laceretur et flagelletur; eosque a rege suo non secus haberi quam pro evangelicis viris, et qui nihil se, ut confessoribus Evangelii, indignum sint designaturi atque commissuri. Imo vero sibi persuasissimum habere, summam daturos operam, ut Dei gloria verbo eius latius producetur atque divulgetur. Quod si unquam ulla occasio extet, hanc causam provehendi, nihil vel operae vel studii regem omissurum.

Esse autem regem ipsorum sic affectum, testari palam abrogationem improborum et abusuum et errorum in suo regno Angliae. Et quod summo totius regni Angliae consensu episcopi Romani et potestatem et iurisdictionem ita venias vel potius Nenias prorsus antiquarit, aboleverit, sustulerit; quemadmodum etiam ipse Illustrissimus Dux Saxoniae Elector et reliqui in causa religionis coniuncti fecissent. Et quia rex Angliae et ipsi hac in re similes essent, eam similitudinem voluntatum et animorum incredibiles amoris igniculos in rege erga eos accendisse.

Quam ob rem ipsorum regem summopere petere, ut sic pergerent, ut modis omnibus laudem amoris et studii tum iustitiae tum religionis et verbi Dei conservarent. Et ut omnia eo convertant, ut in doctrina christiana inter ipsos conveniret. Hoc enim unum et firmum et solidum verae certae et duraturae pacis et concordiae constituendae esse. Neque enim regem clam esse, quantum incommodorum, quantum motuum et tumultuum ex tanta varietate, diversitate et dissimilitudine doctrinae et opinione (opinionum) natum esset. Sicut etiam miseri Anabaptistae eo amentiae rapti essent, ut peculiarem sectam in ecclesia inveherent.

Polliceri quidem Rom. Pontificem concilium et synodum. Ceterum ubi habenda sit synodus, primo omnium certam et veram pacem publicam atque concordiam esse constituendam. Alioqui enim non unum genus malorum et incommodorum esse metuendum nobis; quamvis id ipsum nostris eruditis non vertat crimini aut vitio, tanquam eiusmodi impiarum sectarum auctoribus. Nunquam enim tam puram, tam sanctam fuisse ecclesiam, quin in ea interdum dissensiones inciderint. Ita etiam dissidium natum ut inter Petrum et Paulum et Barnabam.

Itaque de tali pace atque concordia cogitandum, conandum et connitendum, quae verbo Dei respondeat.

At vero Pontificem Rom. iam pridem hoc agere, ut eiusmodi pax impediatur, et ut ea non sanciatur atque perficiatur. Regem enim ipsorum, spiritu Sancto commonitum, sibi certo persuadere, talem pacem christianam nulla unquam ratione nunquam sanciri posse, durante Ro. Pontificis regno, imo potius regno babylonico et tyrannide. Pontificem igitur Romanum, imo vero antichristum videntem neque animadvertentem, hoc sequi hoc moliri regem Angliae, ut abrogaret in regno suo papisticam tyrannidem una cum omnibus impiis eius abusibus, tantopere offensum, imo tanto accensum, tanto raptum furore, ut cum iure et lege non posset id assequi, conatus sit technis, dolis, impudentissimis mendaciis regem invadere, et apud reliquos reges et principes in invidiam adducere.

Et quamvis Rom. Pontifex hoc solum in animo haberet, meditaretur, cogitaret, ut suam tyrannidem, avaritiam, ambitionem incomparabilem tueretur, hoc tamen interim moliri et humani sanguinis sitientissimum, ut reges et principes armis committeret.

Haec etiam omnia regem suum non ideo curasse commemoranda apud ipsos, quod romanum Pontificem metueret; Regis enim ipsorum vires et opes sic firmatas esse, ut neque Ro. Pontificem, neque Pontificios et qui cum Ro. Pontifice sentirent omnes et universos timeat, ne si coniunctis quidam viribus opibus et armis eum omnes invadant: sed ut Elector Saxoniae et ceteri eius coniuncti ex hac causa et proposito Rom. Pont. conatus, technae, fraudes et insidiae contra regem Angliae intelligerentur *). Potissimum autem ex hoc, quod Rom. Pontifex tantopere simulet, hoc serio se velle, conari atque agere, ut Synodus habeatur, cum tamen certo Rom. Pontificis sententia et mens secus habeat, et longe aliud meditetur quam verbis polliceatur.

Quamvis enim Rex Angliae sic sentiat, modis omnibus concilium pium esse necessarium et salutare, et habendam eiusmodi synodum, quae libera et christiana sit, et in qua ex auctoritate verbi divini cognoscantur atque iudicentur controversiae, nihil tamen miserius, infelicius, calamitosius esse, quam si concilium eo ceciderit, ut in eo nihil nisi quod ad stabiliendam Rom. Pontif. ambitionem faciat.

Quapropter regem Angliae summopere petere, ut Principes, Ordines et eorum coniuncti sibi sic prospiciant, ne prius in concilium consentiant, quam pax et concordia doctrinae christianae sit constituta, inita atque firmata. Id enim convenire Principibus et ordinibus, id regi maxime in votis esse, ut modis omnibus verus Dei cultus constituatur, et ut vera, certa et stabilis pax atque concordia constituatur.

Hanc esse summam suae legationis. Nunc hoc se rogare, ut alias meliore otio et occasione audiant ipsos. Nam de his rebus cumulatius, data facultate ipsis, dicturos. Interim polliceri regem quam sanctissime, se non defuturum piis ipsorum conatibus, et acturum quae vere Evangelico principe sint digna, neque solum opes et dignitatem suam ipsis, sed studium, sed se ipsum, sed Dei spiritum, qui utrosque conglutinet, deferre, et sincerissimam, candidissimam, potentissimam, amicissimam amicitiam.

*) Oblitus est Spalatinus forma orationis; scribendum erat: *technas*, *insidias* — *intelligerent*.

No. 1383. **25. Decb.**

Responsum ad legatos Anglicos.

† Ex Actis in Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 99. no. 42. — Articuli legatis Regis Angliae traditi habentur ibi duplici forma scripti, altera, cui Spalatinus sua manu inscripsit: „*XIIII. Articuli* 1535."
et in qua multa manu tum Spalatini tum etiam Francisci Burchardi sunt emendata et adscripta; — altera, videlicet idem scriptum, iam a scriba descriptum, ubi etiam adscriptum est responsum a legatis Anglicis ad has propositiones datum, quod vid. infra d. 12. Mart. 1536. — Commemorat has propositiones Sleidanus in comment. p. 286.

Petitio Illustrissimorum Principum, D. Io. Friderici Electoris Saxoniae etc. et D. Philippi Landgravii Hassiae etc. ad Sereniss. Regem Angliae etc. data Reverendiss. Episcopo Herefordcn. et D. Archivo [Archidiacono] et D. doctori Antonio, legatis Sereniss. Regiae Dignitatis, Smalkaldiae ipso die Nativitatis Christi anno domini M.D.XXXVI. [i. e. 1535.]

(I) Quod serenissimus Rex promoveat Evangelium Christi, et sinceram fidei doctrinam ad eum videlicet modum, quo principes et status confoederati eam in Comitiis Augustanis confessi, et iuxta Apologiam editam tutati sunt, nisi fortasse quaedam interim ex iis communi dicti Serenissimi Regis et ipsorum Principum consensu ex verbo Dei merito corrigenda aut mutanda videbuntur.

(II) Item, quod Sereniss. Rex dictam Evangelii doctrinam et ceremonias Evangelio conformes una cum Principibus et Statibus confoederatis in futuro concilio generali, si pium, catholicum, liberum et vere christianum fuerit, tueatur et defendat.

(III) Item quod neque Sereniss. Rex absque expresso consensu dictorum Principum et Statuum confoederatorum, neque dicti Principes aut Status confoederati absque expresso consensu dicti Sereniss. Regis consentiant, vel assentiant in aliquam indictionem generalis con-

cilii, quem Pontifex Romanus, modernus aut futurus, aut alius quispiam quacunque autoritate praetensa facit aut faciet, sed nec in locum aliquem futuri Concilii, aut in ipsum etiam Concilium consentiant, verum haec omnia mutuo ipsorum Regis et Principum consilio et consensu gerantur et fiant; proviso tamen, quod si certo iustisque argumentis et rationibus constiterit, tale christianum liberum et generale Concilium indictum esse, quale foederati in responsione ad oratorem Rom. Pontificis *Petrum Paulum Vergerium* flagitant, quod tale Concilium non sit recusandum.

(IV) Item si contingat, quod non consentientibus dicto Sereniss. Rege et Principibus ac Statibus confoederatis super loco Concilii aut ipsa etiam indictione, Rom. tamen Episcopus, ac alii Principes cum eo in ea causa coniuncti voluerint nihilo minus procedere ad Concilii seu potius conciliabuli celebrationem, et quidem in loco, super quo non consenserint dicti Sereniss. Rex, Principes et Status confoederati, quod tunc et in eo casu tam dictus Sereniss. Rex, quam dicti Illustr. Principes et Status confoederati primum pro viribus curabunt, et efficient, ut huiusmodi indictio omnino impediatur et evacuetur, nullumque prorsus sortiatur effectum.

(V) Deinde, quod protestationes suas publicas et solennes facient, ac similiter a suo clero fieri procurabunt, quibus et fidei suae sinceritatem testabuntur, et ab huiusmodi convocatione et indictione prorsus et omnino se dissentire, neque illius concilii, si quod inde concilium de facto sequatur, decretis aut constitutionibus, se velle allegari, aut iisdem quovis modo parere aut obedire in futurum.

(VI) Ad haec quod non parebunt unquam aut obedient, aut a suis pareri aut obediri sinent, aut permittent ullis decretis, mandatis, seu sententiis, bullis, literis, aut brevibus, quo ab huiusmodi Concilio sic indicto et celebrato, aut etiam ipsius Episcopi Romani aut alterius cuiuscunque potestatis nomine procedent aut emanabunt, sed quod scripta omnia huiusmodi pariter et decreta ac bullas et brevia pro nullis, irritis, inanibus et inefficacibus habebunt et reputabunt, proque huiusmodi haberi et reputari debere declarabunt, et a suis denique Episcopis et Concionatoribus populo ad omne scandalum removendum declarari procurabunt realiter et cum effectu.

(VII) Item quod Ser. Rex quemadmodum et in doctrina christiana et eius confessione associatus est, per gratiam Dei principibus et statibus confoederatis, ita etiam dignetur honorificis conditionibus foederi etiam ipsorum associari, ita, quod dicti foederis sua Sereniss. Maiestas obtineat locum et nomen defensoris et protectoris.

(VIII) Item, quod nec dictus Ser. Rex nec dicti Ill. Principes aut Status confoederati unquam in posterum agnoscent tuebuntur aut defendent, quod primatus sive Monarchia illa Rom. Episcopo hodie obtineat, aut unquam obtinuerit de iure divino, sed nec in illam sententiam unquam consentient, et etiam concedent, quod utile sit, aut etiam expediat reipublicae christianae, ut Rom. Episcopus caeteris omnibus episcopis praesit, aut ullam omnino iurisdictionem in dictorum Regis et Principum regnis, dominiis aut ditionibus quovis modo exerceat in futurum.

(IX) Item, si contingat, quod bellum aut aliqua alia contentio sive ob causam religionis, sive etiam extra hanc causam, ob aliam quamcunque causam, rem aut materiam, a quocunque Principe, statu aut populo moveatur aut inferatur contra dictum Sereniss. Regem, eius regna, dominia aut subditos, aut etiam contra dictos Illustriss. Principes aut Status confoederatos, quod neutra partium praedictarum feret auxilia, praesidia aut suppetias contra alteram partem, sed nec consilio aut favore, directe aut indirecte, palam aut occulte, Principi aut populo sic invadenti aut inferenti bellum aderunt aut aderit.

(X) Item, quod S. Rex dignetur ad tuitionem foederis et causae illius honestissimae et sanctissimae conferre, ac apud hos illustriss. principes, praestitis cautionibus, ut infra additur, deponere summam Centum millium Coronarum, qua pecunia licebit uti confoederatis, ubi opus fuerit in causa defensionis, pro parte dimidiata. Reliquam vero partem dimidiam sumant foederati de ea pecunia, quam ipsi ad eandem summam contulerunt ac deposuerunt.

(XI) Quod si autem opus fuerit diuturna defensione propter continuationem belli seu invasionis adversariorum, hoc casu, cum principes et foederati obligati sint non tantum ad ulteriorem collationem pecuniae, verum etiam ad mutuam defensionem, cum corporibus et omnibus facultatibus et bonis suis, Sereniss. Rex non gravetur in hoc casu, urgente necessitate, etiam amplius conferre, videlicet alia ducenta millia Coronarum. Qua tamen pecunia pro parte dimidia una cum sua pecunia foederati utantur. Et si contingat, citius finiri bellum, tunc quod reliquum fuerit, bona fide reservetur, et finito tempore confoederationis Ser. Regi restituatur.

(XII) Quod si Ser. Rex facere voluerit, pollicentur Principes, sese cum suis coniunctis sufficientibus cautionibus assecuraturos non solum, quod huiusmodi pecuniam non convertent in alium usum, quam ad defensionem foederis et causam religionis una cum sua pecunia, quam ipsi in tali confoederatione conferunt, verum etiam quod integre et fideliter eidem Ser. Regi eandem summam, quae vel ubi non fuerit opus defensione vel post defensionem reliqua erit, persolvent et restituent casu, quo non fuerit in eum usum collocata.

(XIV) Item, cum Reverendiss. legati Sereniss. Regis sint ad tempus in Germania permansuri, et cum viris doctis, in sacris literis de quibusdam articulis collocuturi, precantur Principes, ut quam primum animum et sententiam Sereniss. Regis sui de praedictis in foedere conditionibus, loco et statu ineundis, sciscitentur et inquirant, et, cum de iis certiores facti fuerint, nobis, Electori Saxoniae et Landgravio Hassiae significent. Quod simul atque fecerint, mittent Principes suo et Statuum confoederatorum nomine statim Legatos ad Sereniss. Regem, et inter eos unum excellenter doctum, non solum ut cum Sereniss. Regia Maiestate diligenter super articulis christianae doctrinae conferant, et de ceremoniis aliisque in ecclesia mutandis, statuendis et ordinandis fideliter deliberent, verum etiam de omnibus iis articulis, de quibus diximus, cum Sereniss. Regia dignitate nomine foederatorum conveniant et concludant.

Edwardus Herefordens.
Nicolaus Heyth.
Antonius Barns.
Jo. Friedrich Churfürst. Philips L. zu Hessen.

CORRIGENDA IN VOL. II.

Pag.	lin.	
9	8	ab inf. scribe: *Flistadii*
12	11	ab inf. scribe: *cariss.*
17	5	ab inf. adde: *ed. de Wette.* (Sic etiam p. 28. lin. 1. ab inf.)
18	7	pro *se* scribe *seu*
—	9	ab inf. pro: „Sneg. manifesto" scribe: *habent manifeste*] Snegass.: *tamen articulos habent manifesto.*
19	19	pro *tum* scrib. *tamen*
20	15	ab inf. scrib. *inspexerit*
—	24	ab inf. pro *ff.* scribe: *ss.* (?)
24	2	ab inf. pro *m.* scrib. *in.*
—	5	ante *m.* adde: *Bononiae*
27	4	ante wir, adde: wie
33	17	pro habet scrib. hättet
35	27	pro *Davidi* scr. *Davidis*
—	28	pro *Item* l. *Idem*
—	39	pro ficher l. schier
36	33	pro *intelligit* l. *intelliget*
41	1	pro *timus* l. *sitimus*
—	15	pro *Lutherorum* l. *Lutheriorum*
—	35	pro wünschte l. wünsche
44	2	ab inf. pro hievon l. hievor
46	7	scribe: †te"
48	2	pro *d.* 8. scribe: *d.* 5.
54	1	pro *Codex* l. *Coelest.*
57	2	ante erkennen excidit: zu
60	1	pro *illo* scrib. *illa* (Sic recte est in Select. epp., *illo* enim male habet lib. I. epp)
—	4	pro *quantum* scrib. *quarum*
64	1	post Pfarrer und adde: Prediger
—	32	pro Aenderungen l. Aenderung
70	12	ab inf. pro beurlaubt l. geurlaubt
71	10	ab inf. pro *nomini* l. *nomine*
74	12	post *soli* adde: *detur*
78	12	pro Söhne l. Sohne
—	26	pro fest l. fast
—	31	pro seint l. heint
82	25	pro *ac* scrib. *et*
83	4	ab inf. pro daß scribe: deß
—	18	— — pro 20 scribe: 24.
84	26	pro als scr. das
87	10	ab inf. pro 53. scribe: 33.
88	8	ab inf. scr. allgereit
89	20	pro Daß scr. Wir vernehmen, daß
—	27	pro anführt scr. anfähet
90	7	pro 58. scribe: 38.
91	13	pro Costniß scr. Costnitz
—	5	ab inf. pro Possaw scr. Passaw
93	9	ab inf. pro Sprache scr. Schwache
95	1	dele: 17), idque transpone post schuldig lin. 2.
96	24	pro *p.* 30. scrib. *p.* 39.
—	29	pro einführten scr. einführen
104	3	ab inf. pro *Iunius* l. *Iunii*
—	10	— — pro *Lutherum* l. *Lutheranos*
108	23	pro 95. scribe: 59.
—	38	pro bereit scr. gereit
—	40	post Theil, adde: des
111	18	pro hatte scr. halte
—	21	post seyen adde: nicht
112	4	pro *patri* l. *parti*
114	5	ab inf. pro *Item* l. *Idem*
118	16	scr. *p. pro* ep. (*Item p.* 140. *l.* 30. *p.* 145. *l.* 28. *p.* 178. *l.* 30. *p.* 197. *l.* 3. *p.* 229. *l.* 29. *p.* 258. *l.* 25.)
119	7	*post* res *adde* est (ex epp. sel., etenim lib. I. excidit.)
121	21	pro *Spiritus* scr. *Spiritu S.*
123	7	pro lassen — scribe: lassen;
124	13	pro seine Churf. scr. seiner Churf.
—	26	pro nur scr. mir
125	1	pro *civilite* scr. *civiliter*
—	21	scribe: *fratribus*
127	4	post Strobel adde: in Miscellan.
—	20	post Mittwoch adde: nach Mittag
129	13	dele werden
130	4	pro allbereit scr. allgereit, et sic aliquoties.
—	13	pro Beschwerd scr. beschwert
133	18	pro *consilio* scr. *concilio*
136	9	pro den scr. denn
—	10	pro demselben scr. demselbigen
—	11	pro: haben, dem scribe: halben, den
—	16	scribe: Irrungen, Zwiespalten
139	23	pro *liber* scr. *libro*
—	32	pro des scr. der
142	18	post *Miscell.* adde: II.
143	4	pro bedenkt scr. bedankt
—	6	pro beschulden — scr. beschulden;
—	9	pro erhabenen scr. ehrbaren
145	8	ab inf. pro: *et*" scr. †*et*"
153	14	ante: *Ex actis* adde: †
154	28	pro *Baptistae* scribe: †Baptistae"
—	1	ab inf. pro *Coel.* scribe: *Cod. Bav.*
155	22	pro *a nostris* scribe: †*a nostris*"
—	29	post *senatu* adde: *etiam*
156	31	pro *false* scr. *salse*
—	8	ab inf. pro *Cod.* scr. *Coel.*
157	2	ab inf. pro 28. scribe: 25.
158	10	pro *per* scribe: †*per*"
—	24	pro 271. scr. 721.
—	4	ab inf. scribe: *adhortatoriis*
159	15	pro *tum* scr. *tuum*
—	18	pro *etc.* scribe: †*etc.*"
—	27	transpone: 12) ante: *et*
—	28	scribe: †patrem"
—	29	scribe: †illis"
—	2	ab inf. post *noster* adde: pro *igitur*
160	1	scribe: †Amen."
—	44	post wollen adde: leiden
—	45	ante wollen adde: nicht
162	2	ante: *Significo*, adde: *S. D.*
—	28	dominiren scr. damniren
—	1	ab inf. pro *Pez.* scr. *ed. Lond.*
164	10	scribe: *adeo*
—	16	scr. *Lunenburg*
166	28	pro Händen scr. Händeln
168	35	pro *vere* scr. *fere*
169	1	ab inf. post c. 168. adde: *et Manlius*
—	5	ab inf. verba: „Manlius non habet *religionis*" delenda sunt.
169	9	ab inf. scribe: *et in hoc*] Manl. *in.*
171	8	post *servandos* adde: *quam perdendos*
172	5	ante *ab ipsa* excidit *vel*
175	10	scribe: †*foeliciter*"
181	17	pro *eorum* scr. *ipsorum*
183	2	pro schädlichen scr. schädlicher
—	15	a fine pro *est* lege *sit*
188	26	pro *arbitramur* scr. *arbitrabamur*
189	3	ab inf. pro *accideratur* scr. *accederetur*
194		Nota * pro *Coelest.* scribe: *Manlius et Coelest.*
196	6	ab inf. pro *mittit* scr. *mittat*
—	13	ab inf. post *respondeat* adde: *mihi*
201	9	pro wellen scr. wollten
202	30	pro durch scr. durchs
206	1	pro 11. *Iul.* l. 17. *Iul.*
209	1	pro *homines* scr. *hominis*
—	8	ab inf. pro *reprehendere, noluit* scribe: *reprehendere, non voluit*
210	17	pro *velit* scr. *volet*
—	2	ab inf. pro *universas* scr. *universos*
214	37	pro *velit* scr. *volet*
—	46	et sq. scribe: exercendum et excitandum
215	4	pro *Alterum* scr. *Alteram*
217	18	pro *Saio* scr. *Sparo*
—	4	ab inf. *libri editi* delendum et scribendum: *Pez.*
220	10	pro *dictis* scr. *dietis*
221	17	pro *Coelest.* scr. *Chytr.*
—	34	post *articulis*, adde: ut magis irritet adversus nos omnes τὸν αὐτοκράτορα.
—	6	ab inf. post *Codd.* adde: *et Coelest.*
227	13	scr. *arrideat*
228	2	ab inf. post *Calend.* adde: Coelest. 3. *Cal.*
230	13	post *sentiens* adde: *de*
234	20	scr. *Vindelica*
235	16	pro *ope* scr. *ore*
236	8	scr. perden*dam*
—	1	ab inf. pro *Chytr.* scribe: *Coelest.*
240	39	dele signum † ante *tuam*
241	3	ab inf. pro *Pez.* lege: *ed. Lond.*
243	16	pro *hic* scr. *huc*
245	1	pro *nobis* scr. *nobisque*
249	7	ab inf. pro *Cod. nostra* scr. *Coel. nostra*
252	11	post *Aug.* adde: III.
253	13	scr. *firmiore*
—	27	pro *p.* 27. scr. *p.* 25.
254	4 et 3	ab inf. scribe: 1) Mst., Select. epp. et Coelest. *debere.* 2) *illis* mendose excidit Lib. I. (Habent Epp. sel., Mst. et Coelest., itaque in contextis dele †").
261	8	ante *Philippus* adde: *T.*
265	25	pro einem scribe: wären
268	4	ab inf. pro fehlen scr. feylen
272	3	pro *puto*, emenda: *videor*
274	20	scribe: *Obturans*

HALIS
TYPIS EXPRESSUM GEBAUERIIS.

Pag.	lin.	
274	1	ab inf. scr. *Peuc. et Coelest.*
—	5	ab inf. scr. *Peuc. et Coelest.*, et post *pietatis* adde: (Epp. select. *pietati.*)
—	6	ab inf. scr. *Peuc.*, *Coel. et*
275	15	scribe: *deligantur*
278	25	scr. collaud*avit*
280	3	ab inf. pro 204. scribe: 240.
286	5	pro ſtunden scribe: ſunden
288	16	pro *concionem* scribe: *cautionem*
289	6	scribe: *ebriolo*
—	5	ab inf. scribe: Pirkheimer
290	4	pro Wollten scr. Wotten
—	7	ab inf. pro geſtattet scr. geſtaltet
294	6	pro andrer scr. andere
295	16	pone signum † ante: Ex autographo
299	31	scr. *p.* 19 *sqq.* pro *p.* 22.
—	33	scr. *Brunsvigius* (Sic Epp. select.; Lib. I.: Brunsvigus.)
301	8	ab inf. scr. Lo*quuntur*
303	12	pro 21. *Aug.* scribe: 23. *Aug.*
304	5	ab inf. scribe: Quor*sum*
309	19	scr. Rottengeſſern
—	4	ab inf. pro Befehl scr. Bethel
310	12	scr. ſähen
318	20	pro *vere* l. *vero*
—	11	ab inf. scr. würden
325	1	ab inf. lege: Mayer
—	10	ab inf. pro verſtehen l. verſehen
326	11	ab inf. dele den ante Timotheum
327	21	pro verjagten scr. verzagten
334	1	ab inf. pro *W.* scribe: *C. W.*
—	11	ab inf. pro *cunctantur* scr. *contantur*
336	4	ab inf. scr.: Peuc. in lib. I.: *Deum.* Select. epp. om.
—	5	ab inf. pro: *ut.* scribe: „*ut*, et mox *possim.*"
338	28	scr. prof*essione*
340	19	scr. *possint* (sic enim Epp. select., non lib. I.), et lin. sq. Peuc. exhibet *largita* pro *largiti*
342	9	pro *affectionum* scr. *assertionum*
347	25	pro *potita* scr. *poende*
—	1	ab inf. pro *speramus* scr. *speravimus*
351	11	pro *ipsa* scr. *ipsae*
—	7	ab inf. scribe: *permittit*
352	8	ab inf. lege: conferret
354	7	pro *quos* scr. *quae*
—	13	post *privatas* adde: *vicissim*
—	5	ab inf. pro *et* l. *ac*
355	6	ab inf. scr. *perierunt* (sic enim epp. select.; lib. I.: *perierant*)
356	10	ab inf. pro *sparsit* scr. *spargit*
—	12	ab inf. pro *vobiscum* l. *nobiscum*
360	13	ab inf. scribe: diligent*ius*
363	22	pro verlangt scr. erlangt
372	21	pro ſchuldig scr. ſchiedlich
375	6	ab inf. pro *eius* scr. *eis*
376	28	pro *ignorare* scr *ignorari*
380	6	pro andern scr. beden
383	5	ab inf. pro *deripiant* scr. *diripiant*
384	5	pro *mittis* scr. *mittes*
398	5	pro verlangte scr. erlangte
402	10	pro daran scr. davon
402	31	pro anfzunehmen scr. anzunehmen
403	9	ab inf. scribe: Nomin*antur*
404	18	ab inf. pro verharren scr. beharren
405	19	pro zu trennen scribe: zutrennen
411	5	ab inf. pro und der scr. und das zu der
412	36	scr. Gutem
413	6	pro aus Anzeig scr. mit Anzeig
414	26	pro reichen scr. weichen
416	11	scr. Gemündt
417	17	pro denſelben scr. denſelben
419	3	ab inf. pro lauter scr. lautere
421	4	pro die scr. der
425	7	scr. dem
—	25	scr. Commiſſarier
426	26	pro procediren scr. zu procediren
—	32	pro ſtünden scr. fünden
428	4	ab inf. pro die vier scr. der vier
436	12	pro daran scr. davon
437	2	ab inf. post Abſchied adde: nicht
439	15	scribe: † divi"
440	10	ab inf. pro *ep.* 57. scr. *ep.* 54.
443	4	pro worin es denn scr. wo es dann
—	19	scr. vertheidingen
447	18	ab inf. scr. *datae*
448	13	pro *Ottso* scr. Ottho
449	1	ab inf. pro 6. scribe: 5.
—	13	ab inf. post *narrat* adde: (no. 988.)
450	5	ab inf. scribe: *Goltstein*
454	36	scr. Ostender*at*
455	7	scribe: p 294.
456	28	pro *epistolae* scr. *epistola*
—	47	pro *Basil.* scr. *Oberhendri*
458	24	ante *locos* adde: *illos*
—	30	ante *doctrinam* adde: *ad*
—	34	pro *Cyrano* scr. *Lyrano*
—	1	ab inf. scribe: *quandam*
459	2	scr. Origenes
—	8	scr. Erechtheo
460	4	per *idem* scr. *item*
—	6	pro *viefendendae* scr. *defendenda*
—	18	pro *communi* scr. *commune*
461	2	scribe: earum
—	6	scr. *num ad*
—	20	pro *est* sincera scr. *et* sincera
469	9	ab inf. scribe: in *quod*
471	13	ab inf. scr. *moderatissime*
478	11	ab inf. adde *autem* post *Posteaquam*
479	12	ante *maioribus* adde: *a*
481	8	pro *χαλὸν* scr. *χακὸν*
—	17	scr. *qui* pro *quia*
482	6	ab inf. pro *didimus* scr. *didicimus*
488	4	ab inf. post *castissimi* adde: *et honestissimi*
489	21	scribe: † Vos
492	22	scribe: *d.* pro *de*
493	12	scr. *te* pro *tu*
494	17	scribe: † Ex
—	26	scr. satisfactur*am*
495	8	ab inf. dele *A.*
496	2	ab inf. adde *nisi* ante *vellent*
497	20	scr. *complexus* pro *amplexus*
498	12	post *rogo*, adde: *ut des operam*
501	14	pro *No.* 935. scribe: *No.* 984.
—	4	ab inf. pro *qualis* scr. *qualis qualis* (Manl. *qualiscunque.*)
502	8	scribe: † tanq. pr. ἀμέμφιμον"
505	30	pro *cuius* scr. *cuias*
506	25	post *literatus*, adde: *et facundus,*
510	4	pro *Carissimo* scr. *Clarissimo*
—	34	pro *Edo* scr. *Ego*
511	3	ab inf. in textu, scribe *quia* pro *qua*
513	12	pro τοῦ θεοῦ scr. υἱοῦ θεοῦ
—	ult.	scr. *poterit* pro *potuit*
517	23	pro *iucundissime* scr. *iucundiss.*
—	27	pro *eti* scr. *etsi*
—	4	ab inf. post *fide* adde: *et*
520	8	pro *p.* 126. scr. *p.* 128 *sqq.*
—	10	pro *qui* scr. *quae*
—	28	pro 27. scr. 28.
523	1	pro *Satis* scr. *Talis*
—	38	scr. liberorum
528	16	dele *et* ante 20.
530	26	scr. *elementa*
534	14	ab inf. pro *iudicio* scr. *iudico*
535	14	scr. *animi* pro *animo*
541	10	pro 20. scr. 26.
543	6	scr. Rodolphi
544	16	pro *et* scr. *ac*
547	8	ab inf. pro *cui* scr. *tui*
548	2	ab inf. ante *sunt* adde *tibi*
549	4	ab inf. pro *Mathematis* scr. *Mathematicis*
550	2	ab inf. pro *vitaque* scr. *vi atque*
551	5	post *praeceptorum* adde: *praecepta*
—	34	scr. *Duregensi*
553	5	ab inf. scribe: *caesa esse*
564	31	et 35 scribe: τῶν Τυριγετῶν.
568	3	pro *d.* scr. *p.*
561	3	scribe: † Ex
—	12	pro *et plus* scr. *ut plus*
562	7	ab inf. dele *D.*
566	12	pro *gravissimum* lege *gratissimum*
577	7	pro *potuerit* scr. *poterit*
—	16	pro *autographo* scr. *apographo*
—	36	pro die scr. dieſe
578	25	ante nicht adde gar
—	42	scr. *quam*
579	1	pro dritte scr. dritte
—	10	pro eine neue scr. nur eine
580	23	pro 177. scr. 117.
581	25	ante verſtehen adde: von uns
587	2	ab inf. pro *firmam* l. *fimam*
588	ult.	ante *ergo* adde: *tu*
598	12	ab inf. pro *in cod.* scr. *C.*
599	27	scr. *gratum*
600	3	pro *vere* scr. *vero* (? e Select. epp.)
603	25	Nomen *Philippus Melant.* subscribe e Select. epp.
605	17	pro *p.* 172. scr. p. 195 sq.
607	16	ab inf. pro *a. d.* scr. *ad*
612	ult.	pro *recuser* scr. *recuso,*
666	17.	leg. *Piuneus*
680	15	scribe: E cod. Guelpherb. edita in Wegscheideri programm. II. ep. 4.
691	4	ab inf. adde: Vid. etiam epist. Melanth. ad Spalatin. mense Ian. 1534.
701	8	ante *descripta* adde: *ep.* 62.
761	30	pro *tamen* scr. *talem*
879	17	ab inf. post *p.* adde: 70 sq.

EMENDANDA IN VOLUMINE I.

EX CODICE F. BASILEENSI.

Quum Codex Basil. F. no. 101., quem descripsi Vol. I. p. XCVIII sq., inter primos fuerit, quos inspexi, in quo describendo igitur error a me facilius committi potuerit, et non solum Clariss. Foerstemannus passim quasdam coniecturas addiderit de lectione emendanda, sed ego etiam in quibusdam locis dubius fuerim, an recte legerim: denuo codicem contuli, quum iter nuper facerem per Basileam.

Inveni autem primum, hunc codicem nunc non signa habere: F. no. 101., sed: „Cod. no. 32. Gr. 32." —

Pag. 42. Nota ***) Clariss. Foerstemannus coniicit scribendum esse: „Primum *enim* usus ac status rerum Lipsiae *grati* non sunt." Sed clare et distincte scriptum est: Primum *ex usu* ac *statu* rerum Lipsiae. Post *Lipsiae* autem non una vox nunc deleta est in autographo, sed duae voces sunt extinctae ita, ut legi non possint. Prior vox legi quidem non potest, sed certe *grati* non potuit esse scriptum, quia nihil de litteris *g* et *t* in charta conspicitur supra vel infra lineolam. In altera autem voce videbar mihi certe distinguere posse litteras *sta*; fortasse *ista*.

Pag. 45. Nota ****) clariss. Foerstemannus putat, locum aliter distinguendum esse. Addam igitur verba, ut in autographo scripta sunt: — — „*Veitus Warbeck Iohannes Misnerus. et Huldenrich Nr. Musarum Decus. Lindena* n̄. *Εὐτύχει ἐν*" etc.

Pag. 104. Nota *) cl. Foerst. putat scribendum esse *volo* pro *nolo*. Sed distincte scripsit Mel. *nolo*.

Pag. 105. Nota *) cl. Foerst. putat, compendium scribendi in autographo: *an̄.* non *annum* legendum esse, sed *ante*. Nunquam autem inveni in Melanthonis autographis *ante* compendio scriptum, sed *annum* saepe ita scripsit.

Pag. 263. Nota **) recte vidit Foerst. *tum* legendum esse pro *cum*.

Pag. 272. Nota *) utique pro *cum* est scribendum *cum*.

Pag. 272. Nota ****) autographon neque *σὺν* habet, ut edidi, neque *τὸ*, ut coniicit Foerstemannus, sed *τὸν*.

Ibid. epist. 95. dixi, autographon esse „fragmentum epistolae." Id autem non est, sed potius, ut germanice dicam: ein schmaler Papierstreifen, den Melanthon in einen Brief eingeschoben hat.

Pag. 282. Nota ††) Foerstem. putat *sint* esse legendum pro *fuit*. In autographo ita scriptum est verbum, ut utroque modo legi possit.

Pag. 361. Nota *) non *Mellerstadio*, ut vult Foerstemannus, sed distincte *Mellestardio*, ut edidi, scriptum est.

Ibid. Nota **) utique pro *excussit* legendum est *exussit*.

Pag. 362. Nota **) Autographo denuo collato vidi lin. 2. et 3. scriptum esse non: „*continuas*, diligenterque requiras, *aut*", — ut editum est, sed: „*contemnas*, diligenterque requiras, *num*".

Pag. 364. Nota **) Foerst. coniicit, legendum esse *acceperis*, pro *inceperis*, sed utique scriptum est: *inceperis*.

Pag. 393. Nota *) Foerst. suspicatur, non *adularia*, sed *adulteria* scriptum esse; at legitur distincte *adularia*.

Pag. 397. Nota †) Foerst. putat autographon habuisse *qūo*, i. e. quomodo; sed habet: *Quō*, i. e. *Quom*.

Pag. 417. Nota 1. autographon utique habet, ut edidi: *Psalterii, posteriora*, non: Psalterii posteriora.

Ibid. Nota †) recte monuit Clar. Foerst. non *naturam* sed *iram* esse legendum.

Praeterea:

Pag. 451. lin. 22. pro *expectum* lege *expectem*.

Pag. 451. lin. 11 ab inf. pro: *Sed scias tamen*, lege: *Sed facias tu*.

HALIS
TYPIS EXPRESSUM GEBAUERIIS.

